

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

Cap. 502



UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT
4812
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS
METAMORPHOSEON
LIBRI XV.

NASONIS EPIGRAMMA.

Orba parente ſuo quicumque volumina tangis,
His ſaltem veſtrâ detur in urbe locus.
Quoque magis faveas, non ſunt hæc edita ab illo,
Sed quaſi de Domini funere rapta ſui.
Quicquid in his igitur vitii rude carmen habebit,
Emendaturus, ſi licuiſſet, erat.

Digitized by Google



Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER I.

ARGUMENTUM.

Primùm Chaos in elementa quatuor distinguitur, quibus cum sui darentur singulis incolæ, homo ex terra & aqua creatus est. Secutæ sunt ætates hominum quatuor. In quarum postrema de Gigantum sanguine nati sunt homines. Qui cum essent impii, Jupiter, quamvis antea Lycaonem in lupum mutasset, generali nihilominus supplicio diluvium inducens, omnia in aquam convertit. Hic soli relinquuntur superstites, Deucalion & Pyrrha. Qui post redditam terram, jactis post terga lapidibus, humanum reparârunt genus. Nam reliqua quidem animalia, sponte sua ex humore & calore prodierunt. Interque ea & Pytho serpens. Quem cum Apollo interemisset, Pythios ludos in rei memoriam instituit, in quibus victores ascuræ corona donabantur. nondum enim extiterat laurus donec in eam Daphne puella fuit conversa. Quod cum accidisset, tum ad patrem ejus Peneum, cum reliqui fluvii, sive congratulandi, sive etiam consolandi gratia convenissent, solus desideratus est Inachus, quod de filia sua lugubrior sollicitus esset, quam Jupiter post stuprum in juvencam mutarat. Ea custos ab Argo custodiretur, Mercurius eum, narrata prius Nympha Syringis in arundinem transformatione, occidit. cujus oculi deinde à Junone in pavonem collati fuerunt. Tum Io pristina mulieris forma recepta, Epaphum parit.

IN nova fert animus mutatas dicere formas
Corpora. Dî cœptis (nam vos mutastis & illas)
Adspi-

[illegible] Ovid. in hujus operis [illegible] de quibus est scripturus [illegible], ut sibi adesse velint, ro[illegible] ab ipso mundi primor[illegible].

METAMORPHOSEON LIBER [illegible].] Nihil verius hac [illegible], quam optimus liber [illegible], alter codicum splen[illegible]tis ac Baroneti Rogerii [illegible] Patavinus Sancti Joan[illegible]dano agnoscunt, sub fi[illegible] voluminis ex Balthasaris [illegible]. Ei codicibus unus, & initio [illegible] Mediceus primæ notæ sic [illegible]. Neque aliter in Græca ho[illegible]m Metaphrasi Planudes. Reliqui METAMORPHOSEOS, perperam: quod Farnabius quoque jam vidit. Genuina hujus poëmatis inscriptio extat apud Senecam patrem Epirome Controvers. lib. III. cap. VII. & apud filium in Apocolocyntosi, Tertullianum adversus Valentinianos, Fulgentium libro II. Mythologici, Servium ac Priscianum sæpe. quanquam apud hunc contracte nonnunquam *Metam.* vel *Metamorph.* exaratum occurrit, quomodo & bis apud Probum. apud Servium lib. XII. Æneid. mendosè legitur de Apolline, *Ipse in Ovidii Metamorphosi ait, Inventum medicina meum est*, cum *Metamorphosi* sit scribendum Græca enuntiatione. Apud Quintilianum etiam

Digitized by Google

Adſpirate meis. primaque ab origine mundi
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

Ante

lib. IV. cap. 1. Inſtitutionum Oratoriarum, in vulgatis exemplaribus male *Metamorphoſis* pro *Metamorphoſes* hoc poëma inſcribitur. Ad Græcorum quippe exemplum Μεταμορφώσιων titulum huic operi Naſo præfixit. Callifthenis Μεταμορφώσεις à Plutarcho citantur in Parallelis. Malè apud Apoſtolium in Αἰγιείᾳ πίθηκα legitur Καλλισθένης ἐν δευτέρῳ Μεταμορφώσεως pro Μεταμορφώσιων. Citat & Parthenii Μεταμορφώσεις Euſtathius Scholiis in Dionyſium Periergeten; & Theodori idem Plutarchus in Parallelis cap. XXII. cum Stobæo; Didymarchi Antoninus Liberalis narratione XXIII. qui & ipſe opus ſuum, quod etiamnum extat, Μεταμορφώσεων συναγωγὴν inſcripſit. Ejuſdem argumenti fuerunt Nicandri Ἑτεροιούμενα, Corinnæ Ἑτεροίων βιβλοὶ, Antigoni Ἀλλοιώσεις, quarum idem Antoninus aliique meminerunt, ut jam ex parte à Farnabio eſt obſervatum. *Heinſius.*

1. *Corpora mutata in novas formas.*] Sic enim ipſe 2. Triſt. *in facies corpora verſa novas.* Quam Hypallagen ſi admiſiſſet modo, vel etiam advertiſſet Scalig. Hypercritic. 7. c. non licenter adeo atque infeliciter operis hujus principium, ob brevitatem puram ac ſcitam laudatum prius, locutionis deinde inuſitatæ damnaſſet, neque pro laudato hoc Ovidii diſticho bono obtruſiſſet nobis pentaſtichon malum & ſuum (conſulto & eleganter à poëta factum judicat Ger. Voſſius, ut qui de corporum converſione eſſet dicturus, à verborum converſione auſpicaretur.) *Mutatas dicere.*] Nec immiti æque cenſura, ſyllabam *mu* iteratam roſiſſet, quæ compoſitio veteribus poetis, iiſque majorum gentium, uſque adeo non diſplicuit, ut etiam in deliciis fuerit, obtineritque inter Schemata locum, Parecbaſis nuncupata. *Farn.*

2. *Nam vos mutaſtis & illas.*] Codex Palatinus antiquiſſimus, & veterrimæ ſchedæ Leodicenſes, *nam Di mutaſtis*, concinnâ & nervoſâ, ſi quid video, repetitione. neque aliter in optimo Berneggeriano & uno Hamburgenſi à manu primâ fuerat exaratum. mox, pro *Ante mare & terras*, unus Mediceus, recentior quidem ille, ſed ex veteri, quod paſſim apparebat, deſcriptus, longè elegantius, *Ante mare & tellus*, nempe unus erat vultus. eamque ſcripturam Carolus Vivianus in præſtantiſſimo codice à ſe deprehenſam fuiſſe aſſeverat. ſic Art. Amator. lib. II.

Unaque erant facies ſidera, terra, fretum.
Faſtor. lib. I.

Ignis, aqua, tellus, unus acervus erant.

ut & hic fortaſſis *unus erat vultus* ſit ſcribendum. infra tellurem, mare, & cœlum uno quoque verſu eſt complexus,

Quo mare, quo tellus, correptaque regia cæli
Ardeat. Heinſius.

Et illas.] Inquit idem Scal. *& quid aliud?* Non aliud certe quam ab irata Critica impactum ſigillum ſupercilioſo Cenſori, qui Cauſalem à Copulativa non diſcreverit. Habet enim Conjunctio *&*, vim Emphaticam in Ætiologia Invocationis, quaſi dicat, *Dii* (*nam &*, id eſt, etiam *vos mutaſtis illas*) *aſpirate cœptis meis.* Jamdudum expoſita eſt ab eruditis Interpretatio ab ordine illo; *Nam mutaſtis vos & illas.* Quo quidem modo, inquit Raphaël Regius, ſenſus ex eleganti inſulſus redditur; peritque univerſa Emphaſeos gratia. Ineptum utique foret & ſupervacuum, quando vox iſta *illas* includat etiam ipſas Deorum mutatas formas. *Farn.*

3. *Aſpirate meis.*] Adeſte, favete, Metaph. à navigantibus quibus vento aſpirante opus eſt. Sic Virgil. *Aſpiras primo fortuna labori.* Pontan.

4. *Perpetuum deducite.*] Κύκλιον ἀπαράλειπτον, continuum, nuſquam interruptum, quæ ſumma laus eſt tum ingenii tum artificii poëtæ noſtri, fabulas tot, tam reconditas, tam varii argumenti,

Digitized by Google

FABULA I.

ANte mare & tellus, &, quod tegit omnia, cælum, ſ
Unus erat toto Naturæ vultus in orbe,
Quem dixêre Chaos; rudis indigeſtaque moles;
Nec quicquam, niſi pondus iners; congeſtaque eodem
Non bene junctarum diſcordia ſemina rerum.
Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan; 10
Nec nova creſcendo reparabat cornua Phœbe;
Nec circumfuſo pendebat in aëre tellus

Pon-

menti, continua ſerie, & quaſi contigua ſtructura ad modum annulorum in torque aut catena conſertorum, ab orbe usque condito ad Auguſti tempora, connectentis. *Horat. 1. lib. 7. Ode*, Carmine perpetuo celebrare. *Farn. Ad mea tempora.*] Uſque ad ætatem, ad memoriam meam: ad principium ſcil. imperii Auguſti. *Pont. Deducite.*] Voci *perpetuum* commode reſpondet *deducite*, à lanam facientibus ſeu fila ducentibus ſumptum. *Idem.*

5. *Ante mare & terras.*] Hæc eſt narratio, quam à prima mundi origine poëta ſic repetit, ut deſcribat primam omnium mutationem. Nam ex Heſiodi ſententia, primum omnium fuiſſe Chaos ait, hoc eſt, quandam rerum omnium ſine ulla forma confuſionem, ex qua primum elementa quatuor, ac tatum mundum effectum eſſe ait: cum antea nihil foret diſtinctum, ſed omnia eſſent confuſa. Deinde narrat quemadmodum in quatuor elementa fuerit commutatum, ſicque diſcretum, ut æther ſummum locum propter levitatem apprehenderit, proximum aër, aqua tertium, in infimum terra propter gravitatem deruſa fuerit. *R. R.*

6. *Unus erat.*] Antequam Mundi partes erant diſtributæ & deſignatæ, Cœlum expanſum, ſidera emerſa, elementa diſcluſa; tellus ſcilicet (ſubſidente ad centrum quaſi πάντων ἰδίῳ graviori ſuæ ſorte) in medio preſſa & ἰσοῤῥοπίᾳ ſuſpenſa, aqua diffuſa &c. Istuerunt rerum ſemina inerti mole promiſcuè confuſa, quam Chaos poëtæ: *primam materiam* indigitarunt philoſophi. *Unaque erat facies, ſidera, terra, fretum.* Noſter 2. de arte. ὁ δ' ὑρανός τε χαὶα τ' ἦν μορφὴ μία. Euripid. Menalippa. Atque hinc lucem fore auguror iis quæ ſequuntur: *Quaque erat & tellus, &c.* Litatum ſimul Scaligeri captiunculæ: *Qui*, inquit, *poterant eſſe ſi non erant?* Repudium denique & nuncium miſſum lectioni Porphyrionis ad 4. Oden 3. lib. Horat. *Quaque fuit tellus; illic & pontus, ut aër. Quaque* pro *quaquaverſum, ut* pro *ubi* expoſito. *Farn. Naturæ.*] Parentis & autoris omnium rerum. Natura enim vis eſt quædam qua omnia naſcuntur: quam Seneca nihil aliud eſſe quam Deum ſentit. *R. R. Vultus.*] Poſtquam omnia diſſociata & diſcreta ſunt, litemque illam melior natura diremit, non eſt unus natura vultus. Alius ſiquidem cœli, alius terræ, &c. *Pont.*

7. *Chaos.*] Τὸν μεταξὺ γῆς καὶ ὑρανοῦ καὶ ὸν τοπον.

9. *Diſcordia ſemina, &c.*] Hoc eſt, ſemina & primordia rerum malè conjunctarum, inter ſe diſſidentia, in eundem locum conducta & congregata. Semina vero omnium rerum ſunt elementa quatuor. *R. R.*

12. *Circumfuſo.*] Nam terram undiquè æërem habere Phyſici demonſtrant. *R.* Ipſemet Ovid. hoc ipſum παραφραστικῶς Faſt. 6. hanc, inquam, terræ in medio ſuſpenſæ ἰσοῤῥοπίαν luculen-

Ponderibus librata ſuis: nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.
Quaque fuit tellus, illic & pontus & aër:
Sic erat inſtabilis tellus, innabilis unda,
Lucis egens aër. nulli ſua forma manebat.
Obſtabatque aliis aliud: quia corpore in uno
Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis,
Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus.
Hanc Deus & melior litem Natura diremit.

Nam

ter exſequitur: *Terra pila ſimilis, nullo fulcimine nixa, Aere ſubjecto tam grave pendet onus, &c.* Pont.

13. *Ponderibus librata ſuis.*] Suſpenſa τῇ ἰσορροπίᾳ, ut æqualitate ponderum in neutram partem propenderet atque inclinaret. Vide Plat. Phædr. & Turneb. lib. 4 Adverſ. cap. 17. *Berſman. Nec brachia longa, &c.*] Per *brachia*, aquas Oceani intelligit, quibus ille velut brachiis quibuſdam terram amplectitur.

14. *Margine.*] Nam *margo*, uniuſcujuſque rei extremitas dicitur. *Porrexerat.*] Extenderat. *Amphitrite* ponitur hic pro Oceano univerſam terram circumeunte: παρὰ τὸ ἀμφιτρίβειν, terram enim circumcirca terit ſeu alluit mare. *R.*

15. *Quaque erat & tellus.*] Mirificè hic turbant libri veteres. quorum nonnulli, *Ut qua erat & tellus.* alii itidem ex vetuſtioribus, *Quæque erat tellus.* alii aliter. quas lectiones piget adſcribere, quod plures ſint, nec magnæ rei. In quibuſdam *Utque erat & tellus:* quod Gifanio arridebat in Indice Lucretiano & in ſuſpectis Lectionibus Gaſpari Schioppio: non itidem mihi. qui ſequor lectionem unius Medicei ex optimo exemplari deſcripti, *Quaque fuit tellus.* neque aliter ex Porphyrione Jacobus à Cruce. nam *erat* verſu proximè ſequenti minus concinnè iteraretur. *Heinſ. Quaque erat.*] Id eſt, qua parte, ubi, Sic Liv. lib. IV. *Anxur fuit, qua nunc Tarracina ſunt.* Ciof.

17. *Lucis egens aër.*] *Superi ſpoliatus luminis aër.* Lucret.

Nulli manebat.] Hoc verbum admittit geminum caſum, accuſ. & dativ. Sed pro *exſpectat*, tantum accuſ. Virgil. 9. Æneid. —— *nec partum gratia talem Parva manet:* & poſt. vſ. 4. *Hæc eadem matrique tuæ, generique manebunt,* Et Cicero poſt redit. ad Senat. *Id mihi manet.* Similiter Græci utrumque caſum admittunt. Homer. Odyſſ. 1. vſ. 172.

Ἄλλοι μὲν νῦν μιμνεῦσ' ἀμοὶ ἐρίηρες ἑταῖροι,
Ἴ'σία δ' ἤθεοι μετανίστιον ἐξιμάθαρον,
Ἠ'ρακλῆα μένοντες.

Theocrit. Idyll. 13. vſ. 70. Et Idyll. 14. vſ. 67.

Τελμασσὶς ἐκίονται μίνυν θρασὺν ἀσπιδιῶται.

Nulli ſua forma.] *Vultum* & *imaginem* alibi vocat, quam hic *formam* & *figuram* vult intelligi. *R. Pont.*

19. *Frigida pugnabant calidis.*] Ἐλλιπτικῶς. Diceret enim Græcus, τὰ ψυχρὰ ἐμάχοντο τοῖς θερμοῖς. Latini adderent præpoſitionem *cum.* Pont. *Pugnabant calidis.* Virg. 4. Æneid. —— *placitone etiam pugnabis amori.* Ecl. 5. *Montibus in noſtris ſolus tibi certat Amyntas.* Item Martial. —— *noli pugnare duobus.*

20. *Sine pondere habentia.*] Τὸ βάρος ἔχοντα, reluctata τοῖς ἄνευ βάρους, quibus pondus inerat, pugnaſſe pondere vacantibus, levia gravibus. *Pont.*

21. *Et melior natura.*] Nihil autem aliud eſt natura, ut Seneca ait, quam

Deus

Nam cœlo terras, & terris abſcidit undas:
Et liquidum ſpiſſo ſecrevit ab aëre cælum.
Quæ poſtquam evolvit, cæcoque exemit acervo,
Diſſociata locis concordi pace ligavit.
Ignea convexi vis & ſine pondere cæli
Emicuit, ſummâque locum ſibi legit in arce.
Proximus eſt aër illi levitate, locoque:
Denſior his tellus: elementaque grandia traxit;
Et preſſa eſt gravitate ſui. circumfluus humor
Ul-

Deus & divina quædam ratio toti mundo & partibus ejus inſerta. Proinde particulam ὁ, expoſitivè hic accipiunt Grammatici, quaſi dicas, Deus ſive Natura. *Illa opifex rerum, mundi melioris origo.* infra vſ. 29. qui numero, menſura, pondere diſpoſuit omnia; elementa ſingula propria donavit ſede, peculio ſuo dotavit. Sed videndus Philo περὶ κοσμοποιΐας, & Ambroſii Hexameron, & Piſidæ κοσμουργία. Farn.

23. *Liquidum cælum.*] Pro æthere poſuit, nam & æther puriſſimus eſt: *liquidum* ergo eſt purum, clarum, ab omni corruptione remotum. R.

24. *Cæcoque acervo.*] Quoniam congeries illa ac moles elementorum indiſcretorum carebat luce, jacebatque in ækiſſimis tenebris. *Cæcum πathητικῶς* Poëtis, quod non cernitur, cum ſit corpus quod latet, quod occultum eſt. *Pont. Acervo.*] Mole confuſa, Chao. *Farn.*

25. *Locis concordi.*] Tria rerum principia ſtatuit Heſiodus in Theogonia, Chaos, Terram, Amorem. Empedocles elementa quatuor, & facultates duas, Amicitiam & Litem. Verum de his placitis, ut & elementorum qualitatibus, videndus naturæ promiconduſ Ariſtoteles, & *Philoſophi* alii: nec non Laërtius, atque Plutarchus de Placitis Philoſophorum *Farn.*

26. *Ignea convexi vis.*] Periphraſis eſt ætheris atque ignis, qui ſupremum portet locum ſibi vendicavit. R.

28. *Proximus eſt aër, &c.*] Jovis nomine æther ſive ignis, *Junonis* aër μυθολογικῶς ſignificatur. Et quoniam calor ille æthereus agit in aërem, cujus ſumma pars ad ætheream puritatem propius accedit; hinc Junonem Jovis & *ſororem* & *conjugem* dixerunt. *Pont. Proximus eſt aër.*] Huc pertinet audax illud Homeri commentum de Junone in aëre à Jove ſuſpenſa, Iliad. ο, à vſ. 18.

Ἣν μέμνη ὅτε τ' ἐκρέμω ὑψόθεν, ἐκ δὲ πέδοιϊν
Ἄκμονας ἦκα δύω, πρὶ χρυσείω δὲ θεμεῖλα
Χάλκεον, ἄρρηκτον.

Conſulendus & Calab. Smyrn. lib. 10. Quod tamen Eurip. in Herc. furente, vſ. 1341. tanquam minus piè dictum repudiat:

Ἐγὼ δὲ τὸν Διὸς ὄντα λέκτρ', ὃς μὴ θέμις,
Στέργων τομίζω, δισσά τ' ἐξάπτων χεροῖν.
Οὔ τ' ἐξίωσα πώποτ', οὔτε πεύσομαι.

Mythologia tamen non invenuſta eſt, ideoque bono jure ferri debet: id quod Eurip. eo in loco intelligere noluit.

29. *Elementaque grandia traxit.*] Hoc eſt, partes graviores ex illo acervo ſecum traxit: vi enim naturali omnia gravia & ponderoſa deorſum trahuntur. R.

30. *Circumfluus humor.*] Aqua ultimum eſt elementorum, quatenus terram cingit & ambit: non autem habita ratione centri, cui vicinior terra.

Ultima poſſedit, ſolidumque coërcuit orbem.
Sic ubi diſpoſitam, quiſquis fuit ille Deorum,
Congeriem ſecuit, ſectamque in membra redegit;
Principio terram, ne non æqualis ab omni
Parte foret, magni ſpeciem glomeravit in orbis.
Tum freta diffundi rapidiſque tumeſcere ventis
Juſſit, & ambitæ circumdare littora terræ.
Addidit & fontes, immenſaque ſtagna, lacuſque;
Fluminaque obliquis cinxit declivia ripis:
Quæ diverſa locis partim ſorbentur ab ipsâ;
In mare perveniunt partim, campoque recepta

Li-

31. *Solidumque coërcuit orbem.*] Hoc, eſt, continuit ſolidum & durum terræ orbem: Coërcere enim eam non poſſet, niſi undique ipſam complecteretur *R.*

FAB II. *Arg.* Sic ubi diſpoſitam.] *Separata jam terra erat à cæteris elementis: ſed homo nondum natus; ipſius terræ cultor futurus & dominus. Itaque Prometheus Japeti filius terram imbre mollivit, & ex hac hominem ad Dei ſimilitudinem & imaginem finxit; cujus facies non prona, ut cæteris animalibus eſſet in terram, ſed cælum ſpectaret erecta.*

32. *Quiſquis fuit ille deorum.*] Innuit ſe ignorare quiſnam Deorum ille fuerit, qui quatuor elementa diſtinxit: hoc eſt, utrum Deum, an Naturam meliorem vocet: Illud autem intelligit, majorem ac potentiorem aliquem fuiſſe, quam quos vulgus pro Diis haberet. *R.*

33. *Congeriem.*] Non prius diſpoſitam ſecuit, ſed ſecuit & diſpoſuit rudem illam molem. ὕστερον πρότερον, *Pont. Secuit.*] Separavit ac diviſit. *In membra.*] In 4. Elementa tanquam in partes diduxit.

35. *Glomeravit.*] Effecit in ſimilitudinem magni globi & pilæ, quæ ex omni parte ſibi eſt æqualis. *R. Magni ſpeciem.*] Mare cum terra conſtituunt unum globum *Farnab.*

36. *Tum freta diffudit.*] *Diffundi* rectius Urbinas & Langermannianus libri, ut ad Tò *juſſit* referatur. ſic paulò poſt,

juſſit & extendi campos. Heinſius. *Tumeſcere.*] Inflari, tempeſtate erigi.

37. *Ambita terra.*] Undique à mari circumdata.

39. *Declivia.*] Deorſum labentia. *Obliquis ripis.*] Fluvii naturam lapſus anguium exprimunt, & ita ripas obliquas efficiunt. Hinc Dii fluviorum præſides, propter ripatum alveorumque curvitates flexuſque ad cornuum taurinorum ſimilitudinem *cornuti* fingebantur. Vide Hieron. Magium lib. 4 cap. 2. Miſcell.

40. *Partim ſorbentur, &c.*] Sunt flumina quæ terræ latebras ſubeunt, & rurſum alibi emergunt: ut *Ladon* Arcadiæ, de quo Pauſanias; *Alpheus*, de quo Virgil. 3 Æneid. &c. *Pont.*

41. *Campoque recepta.*] Æquore. Sic infra vi. 315. *Latus liquidarum campus aquarum* Farn *Campo aqua.*] Campus, & æquor promiſcue uſurpantur. Virgil. *Campos liquentes*, vocat maris æquor, *campos ſalis are ruebant. Immenſum maris æquor.* Μέγα λείτρα θαλάσσης. Æquum ſolum. Et æquor pro campo vel agro: Virgil. Georgic 1. *At prius ignotum ferro quam ſcindimus æquor.* Quod Livius Decad 3 lib. 7. illuſtrat. *Velut maris vaſti, ſic immenſa pandituc planities, ut ſubjectos campos terminare ocu-*

Digitized by Google

Liberioris aquæ, pro ripis littora pulſant.
Juſſit & extendi campos, ſubſidere valles,
Fronde tegi ſilvas, lapidoſos ſurgere montes.
Utque duæ dextrâ cælum, totidemque ſiniſtrâ
Parte ſecant Zonæ, quinta eſt ardentior illis;
Sic onus incluſum numero diſtinxit eodem
Cura Dei: totidemque plagæ tellure premuntur.
Quarum quæ media eſt, non eſt habitabilis æſtu:
Nix tegit alta duas: totidem inter utramque locavit;
Temperiemque dedit miſtâ cum frigore flammâ.
Imminet his aër. qui, quanto eſt pondere terræ
Pondus aquæ levius, tanto eſt oneroſior igni.

Illic

orulis haud facile queas. In mare pervenient.] In fine lib. 8.

Utque fretum recipit de tota flumina terra,
Nec ſatiatur aquis, peregrinoſque ebibit amnes.

Cur mare incrementum non capiat, cum omnia flumina fonteſque recipiat, cauſas aliquot profert Iſidorus lib. 13. cap. 14.

42. *Pro ripis.*] In mare ſe exonerant. *Ripa* enim propriè fluminum ſunt: *litora* maris. *Farn.*

45. *Duæ dextra, &c.*] *Dextra* pars mundi hic accipienda eſt de Septentrione, *ſiniſtra* de Meridie. Vide Turneb. lib. 18. cap. 35. *Pont. Utque duæ.*] Dividunt cœlum Aſtronomi ſecundum latitudinem in quinque Zonas: mediam inter Tropicos *Torridam* vocant; duas extremas, polis ſubjectas, hanc ad polum Arcticum *Dextram*, illam ad Antarcticum *Siniſtram*. Inter has & Torridam alterutrinque *Temperatam* ſtatuunt. Cui diviſioni & terram ſubjacentem reſpondere volunt. Mediam propter ſolis ardores antiqui credebant inhabitabilem, ut & duas extremas propter *frigus* Vide Jo. de Sacro Boſco, ad *Leon clavium* & alios. ad Somn. Scip. *Macrobium*. Tuſc. quæſt. 1. lib. & quæ *nos ad Georg.* 1. Virgil. *Farn.*

47. *Sic onus incluſum.*] Periphraſis terræ. Nam terra quæ eſt ponderoſa, quinque etiam zonis diſtinguitur.

48. *Cura Dei.*] Deus ipſe, more Græco. *Cura Dei.*] Virgil. 11. Æneid. *Talibus exarſit dictis violentia Turni.* Quò etiam refer illud 4. Æneid. —— *Odora canum vis.* i. e. canes odoriſequi. 12. Metamorph. de Neſtore: —— *avi prudentia noſtri.* Item Metam. 8. verſ. 30. 3. *Et cum Pirithoo felix concordia Theſeus.* quod Græcis familiare.

—— *ἱερὸν μίνῳ τε Ἀλκμήνης.*
Σθένῳ τε Ἰφικλείδῃ.

Homer. & alii ſæpe. *Totidemque plagæ.*] Spatiis ac zonis cœleſtibus quinque, pari numero ſpatia & plagæ & zonæ in terris reſpondent. De utriſque ſimul agit Macrob. in Somn. Scipion. lib. 2. cap. 2. & lib. 1. cap. 15. *Pont.*

49. *Regat.*] Id eſt, cohibeat. Ita in Jure: *Actio finium regundorum.* Gioſ.

52. *Qui quanto eſt pondere terræ, Pondere aquæ levior.*] *Pondus aquæ levius* veterrimus codex Conſtantii Fanenſis, & excerpta Vaticana Johannis Calandræ, argute. quæ lectio marginem quoque Griphianæ editionis occupavit. alia excerpta Vaticana,

—— *qui quanto eſt pondere terra*
Pondere aquæ gravior.

Heinſius.

45. Con-

Illic & nebulas, illic conſiſtere nubes
Juſſit, & humanas motura tonitrua mentes,
Et cum fulminibus facientes frigora ventos.
His quoque non paſſim mundi fabricator habendum
Aëra permiſit. vix nunc obſiſtitur illis,
Cum ſua quiſque regant diverſo flamina tractu.
Quin lanient mundum; tanta eſt diſcordia fratrum.
Eurus ad Auroram, Nabathæaque regna receſſit,
Perſidaque, & radiis juga ſubdita matutinis.
Veſper, & occiduo quæ littora Sole tepeſcunt,
Proxima ſunt Zephyro: Scythiam Septemque trionem
Hor-

54. *Conſiſtere nubes.*] Malim *conſidere.* Idem.

56. *Et cum fulminibus.*] Fulmina quoque, inquit, & venti frigora adducentes in aëre generantur. Fulmen autem ignis eſt ex concurſu ventorum eliſus in terramque delatus. Ventus autem eſt impetus aëris in unam partem fluentis. *Facientes frigora*] Jacobus à Cruce legit *facientes fulgura ventos*, motus iis verſibus qui habentur lib. 3. *Quis nimbos immixtaque fulgura ventis Addidit, & tonitrus, & inevitabile fulmen.*

59. *Quiſque regat.*] *Regant* cum optimo Florentino & uno Moreti. Silius libro VII. de ventis,

Diſtraxere fretum, ac diverſa ad litora volvunt
Æquor quisque ſuum.

plura hoc loquendi modo alibi obſervamus. *Heinſius.*

60. *Fratrum.*] Ventorum, qui Auroræ & Aſtræi gigantis filii. Heſ. Theog. *Farn.*

61. *Nabathæaque regna.*] Orientalia. Nabath enim Iſmaëlis filius, ut Joſephus ſcribit, unà cum undecim fratribus ſuis, omnem terram ab Euphrate ad mare rubrum uſque poſitam tenuit, Nabathæamque provinciam nominavit. *R. Eurus ad Auroram.*] Noti ſunt illi verſus Manilii lib. 1. *Aſper ab axe ruit Boreas, fugit Eurus ab ortu, Auſter habet medium ſolem, Zephyruſque cadentem.* Adi Senecam lib. 5. Nat. Quæſt. 6. cap. iſta citantem. *Nabathæaque.*] Arabiæ regionem. *Farn.*

62. *Juga ſubdita.*] Montes ſubjectos radiis Solis exorientis.

63. *Veſper & occiduo.*] Euro contrarius Zephyrus, ab occidente flat.

64. *Septemque Triones.*] *Trionem* idem Florentinus, Berneggerianus & Urbinas. rectè. ut τυκτοῖς ſit ſeu *ſtaxoris.* Virgilius Georgic. lib. III.

Talis Hyperboreo ſeptem ſubjecta Trioni
Gens effrena virûm.

Avienus Phænomenis,

— *alius ſeptem vicina Trioni*
Aſtra tenet.

Trionem veteres dicebant pro *Trionibus*, ut pro *Septem Trionibus*, *Septentrionem.* Hinc *Trionis* cognomentum Lucretiæ & Fulciniæ apud Romanos familiis inditum. Extant apud me denarii argentei, quibus inſcriptum L. LUCRETII TRIO, ſeptem ſtellis additis, quales nummos in eadem Familia Fulvius Urſinus expreſſit. apud Noſtrum inferius lib. x. idem optimus Mediceus,

— *interque Trionem*
Flexerat obliquo plauſtrum temone Bootes.

Heinſius. *Septemque Triones.*] Priſca lingua *Triones*, boves dicebantur aratorii. Septem autem ſtellæ ita in ea parte cœli ſunt collocatæ, ut plauſtrum cum bobus effingere videantur; & illi regioni Septentrioni nomen impoſuerunt. Gell. lib. II.

Digitized by Google

Horrifer invaſit Boreas; contraria tellus
Nubibus aſſiduis, pluvioque madeſcit ab Auſtro.
Hæc ſuper impoſuit liquidum & gravitate carentem
Æthera, nec quicquam terrenæ fæcis habentem.
Vix ea limitibus diſſepſerat omnia certis;
Cum, quæ preſſa diu maſſa latuere ſub illâ,
Sidera cœperunt toto effervescere cælo.
Neu regio foret ulla ſuis animantibus orba;
Aſtra tenent cæleſte ſolum, formæque Deorum:

Ceſſe-

lib. II. cap. 21. R. *Septemque triones.*] Ἅμαξαν ἑλίκην, urſam majorem. A. Gell. 2. lib. 21. cap.

65. *Contraria tellus.*] Meridionalis, Antarctica, ſeptentrionali oppoſita. F.

67. *Liquidum.*] Purum, & ab omni fæce remotum.

69. *Vix ea limitibus diſcreverat omnia certis.*] *Vix ea* meliores. deinde veteres plerique *diſcerpſerat*, vel *diſcepſerat*. alii una alteraque litera motata diverſis modis eodem alludunt. *diſſepſerat* nempe reponendum. quomodo Leodicenſe fragmentum vetuſtiſſimæ notæ, ne dubitare poſſis. Lucretius lib. I.

Aër diſſepit colles, atque æëra montes.

ſic & apud eundem lib. VI. *ſaxea domorum diſſepta*, & apud Boëtium lib. IV. de Conſolatione Philoſophiæ, *diſſepta ſuo fœdere elementa.* Seneca Medea,

Bene diſſepti fœdera mundi
Traxit in unum Theſſala pinus.

Statius Theb. X.

——*diſſeptoque aggere rurſus*
Urbem.

hinc & *diſſepimentum* Feſto. Silius l. XI.

Tum deus ut liquidi diſſepſet ſtagna profundi,
Telluriſque globum media tellure locaſſet.

Ita nempe cenſeo ſcribendum: vel certe *diſcreſſe.* nam veterrimus liber Colbertinus *diſciſſet.* Vulgati nullo ſenſu *diſcuſſe.* niſi *diſcuſſet* reponas Apud Noſtrum quoque l. V. fortaſſe ſic legendum,

——*ſeptem diſſeptus in oſtia Nilus.*

pro *diſcretus.* nam veteres nonnulli, *diſceptus.* & lib XI.

Junctaque palus huic eſt variis obſepta ſalillis.

non *obſeſſa* cum vulgatis. nam ſcripti duo *obſecta. obſepiendi* verbo Tullius ac Livius non ſemel utuntur. *conſepire* paſſim apud auctores extat. hinc *ager conſeptus* apud Ciceronem Catone, *orbis conſeptus* apud Auctorem Herculis Oetæi, & *conſeptus gurges* apud Auſonium Moſella. Avienus ora Maritima,

Nam Punicorum lingua conſeptum locum
Gadir vocabat.

Interſepire habes apud Ciceronem & Livium ſæpe: etiam apud Plinium lib. XVII. cap. XXI. Naturalis Hiſtoriæ. Scribitur autem id verbum in antiquis codicibus plerumque per diphthongum. *Heinſius.*

70. *Maſſa latuere ſub ipſa.*] *Illa* meliores. & *effervescere* verſu proximo. & *animantibus* pro *animalibus* paulo poſt. *Idem.*

71. *Toto fulgeſcere cælo.*] Incredibilem cœli ornatum ex ſtellarum planetarumque quibus conſitum eſt, elegantia ac ſplendore depingit, initio ſuorum Annalium Conſtantinus Manaſſes *Pont.*

73. *Aſtra tenent.*] Platonicos ſequitur, qui aſtra & Deos in ordinem animalium retulerunt. Sic Mss. omnes, pro quo interlinearis ſurrepſit lectio, *fulgeſcere: Solum.*] Fundamentum ei cui ſubjacet, τὸ ὑπόκον. ſic mare navibus ſolum, terra viris, &c. Serv. ad 7. Æneid. ubi menſæ vel quadræ dicuntur à Virgilio *Cereale ſolum. Solum.*] Redi ad Epiſt. 6. v. 67.

76. *Sa-*

Ceſſerunt nitidis habitandæ piſcibus undæ:
Terra feras cepit: volucres agitabilis aër.
Sanctius his animal, mentiſque capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera poſſet.
Natus homo eſt. ſive hunc divino ſemine fecit
Ille opifex rerum, mundi melioris origo:
Sive recens tellus, ſeductaque nuper ab alto
Æthere, cognati retinebat ſemina cæli.
Quam ſatus Iapeto, miſtam fluvialibus undis,
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.
Pronaque cum ſpectent animalia cætera terram;

Os

76. *Sanctius.*] Comparativus pro poſitivo: non enim cætera animalia ſancta erant. Sanctum ergo animal homo, id eſt, admirabile, ſuſpiciendum, venerandum, miniméque violandum, aut injurioſius tractandum. *Pont.*

78. *Divino ſemine fecit.*] Hoc ex Academia & Stoa, quibus anima humana e't ſcintilla cœleſtis, & divinæ particula auræ. *Farn. Natus homo.*] Cur ultimo loco, poſt omnia reliqua conditus ſit homo, cauſam edit Philo de mundi opificio: *Haud prius regem advenire oportebat, quam ei domicilium & palatium, & quibus indigebat eſſent præparata. Quemadmodum & herbas Deus ante animalia condidit, ut mox pabulum reperirent.* Et homo rerum dominus & finis quodammodo ob quem procreata cætera: itaque ante illum procreanda fuerunt. *Divino ſemine fecit.*] Significat, nos mentes è divina mente delibatas habere. Ita & Lucret. lib. 2.

Denique cœleſti ſumus omnes ſemine oriundi.

79. *Mundi melioris origo.*] Alii *imago*, utrumque ex ſententia veterum philoſophorum. apud Maronem libro XII.

Tum pater Æneas Romanæ ſtirpis origo.
Heinſius.

82. *Satus Iapeto.*] Prometheus, quem cur poëtæ finxerint ἀνθρωποπλάστην, vide Cœlium Rhodigin. lib. 7. cap. 19. *Farn. Miſtam fluvialibus undis.*] Tellus miſta fluvialibus undis, eſt lutum; & quorum melior indoles, perſpicax & prudens ingenium, de meliore luto ficti dicuntur. Juvenal. Sat. 14.

De meliore luto finxit præcordia Titan.

Titan hic eſt Prometheus Japeti filius, Titanis nepos. Enumerat cauſas Rhodig. lib. 7. cap. 19. ob quas Poëtæ Prometheum, hominem è luto fiuxiſſe prodiderint. *Pont. Miſtam undis.*] Πάντες γαῖ γαίης τε καὶ ὕδατος ἐκγενόμεσθα. Ex terra & aqua omnes geniti, καὶ εἰς γῆν τελευτᾶ. Itaque Menelaus apud Homer. v. 99. Achivos increpat. Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδατος καὶ γαίης γένεσθε. Quaſi dicat, nihil habetis ætherii ſenſus, moriamini igitur, in principia reſolvamini. Antholog. 1. cap. 65. Epigr. 7. τοῖς δὲ φύσει μαλακοῖς ἡ φύσις ἐστὶν ὕδωρ. Plutarchus adverſus Epicurum meminit hujus verſ. inquiens: ἀντὶ γὰρ τοῦτό ἐστιν ὁ δόξειεν ἡ φύσις, τὸ ἀναισθητον καὶ διάλυσιν. Vide & Lucian. Fabuloſ. Dial. Προμηθεὺς, ἢ Καύκας. Huc alludit Propert. 2. Eleg. 16.

Hæc videam rapidas in vanum ferre procellas,
Quæ tibi terra velim, quæ tibi ſint aquæ.

84. *Pronaque cum ſpectent.*] Vide Cic. 2. de Natura Deorum, & de Leg. Seneca 94. Epiſt. Apul. 1. apol. Lactant. l. 4. cap. 20. *Farn.*

85. Os

Digitized by Google

Os homini ſublime dedit: cælumque tueri
Juſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.
Sic, modo quæ fuerat rudis & ſine imagine, tellus
Induit ignotas hominum converſa figuras.
Aurea prima ſata eſt ætas, quæ, vindice nullo,
Sponte ſuâ ſine lege fidem rectumque colebat.
Pœna metuſque aberant. nec verba minacia fixo
Ære legebantur: nec ſupplex turba timebant
Judicis ora ſui: ſed erant ſine vindice tuti.
Nondum cæſa ſuis, peregrinum ut viſeret orbem,
Montibus, in liquidas pinus deſcenderat undas:
Nullaque mortales, præter ſua littora, nôrant.
Nondum præcipites cingebant oppida foſſæ:
Non tuba directi, non æris cornua flexi,

Non

85. *Os homini ſublime.*] *Nonne vides hominem ut celſos ad ſidera vultus ſuſtulerit Deus & ſublimia fixerit ora, &c. Cælumque videre juſſit.*] *Tueri* rectius eſt in duobus Mediceis, neque aliter veros Prudentii Scholiaſtes in Oxonienſi Bodleiana bibliotheca, etſi Lactantius & Iſidorus vulgatam lectionem agnoſcant. ſic apud poëtam,

—— *tuæ cæli convexa tueri.*

Heinſius.

FAB. III. *Arg.* Aurea prima ſata eſt ætas.] *Ex variis hominum moribus quatuor ætates facile videntur, quibus pro morum qualitate à metallis nomina impoſita fuere. Prima namque aurea fuit appellata, quod optimis moribus illo tempore, quo Saturnus regnavit, homines floruerint. Secunda argentea, quod, quo tempore cœpit regnare Jupiter, in vitia homines inclinare cœperunt. Tertia ærea, quam bella occupavere. Quarta ferrea, quod in ea à nullo crudelitatis genere ſe homines abſtinere conſtat.*

89. *Vindice.*] Hoc eſt, punitore & caſtigatore. nam nulli rum erant judices nulli victores, nulli rerum capitalium vindices, nec ulli cancelli. Pont. Fabulæ hujus originem acceptam relatam volunt Sibyllis, nec non Hebræis, à quibus forte inaudierant Græci quædam de ſtatua per ſomnum oblata Nabuchodonoſori, cui caput aureum, humeri argentei, &c. quam interpretatus eſt Daniel de quatuor imperiis. Refert Heſiod. 5. ætates: à quo non pauca mutuatus eſt Noſter, ut & ab Arato & Fabio Pictore Quinam poëtæ in eodem argumento luſerint, vide Indicem noſtrum Poëticum. *Farn.*

91. *Nec vincla minantia fixo Ære ligabantur.*] *Verba minacia* rectè meliores. Leges enim intelligit, quas æreis tabulis inſcriptas & loco conſpicuo adfixas publicè legendas proponi mos erat. hinc *leges figere & refigere*, pro leges ferre, & abrogare. *Legebantur* præterea non *ligabantur* excerpta Calandræ Vaticana, tres Mediceæ, & unus Bononienſis, quod etiam amplector. *Heinſius.*

92. *Turba timebat.*] *Timebant* tres ſcripti. mox *ſine vindice tuti* in nonnullis interm meliores. ſed jam præceſſerat *vindice nullo.* Idem.

98. *Non tuba, &c.*] Tuba pedium, & eſt directa: lituus incurvus.

99. *Non*

Non galeæ, non enſis, erant. ſine militis uſu
Mollia ſecuræ peragebant otia mentes.
Ipſa quoque immunis raſtroque intacta, nec ullis
Saucia vomeribus, per ſe dabat omnia tellus:
Contentique cibis nullo cogente creatis,
Arbuteos fœtus; montanaque fraga legebant,
Cornaque, & in duris hærentia mora rubetis;
Et quæ deciderant patulâ Jovis arbore glandes.
Ver erat æternum, placidique tepentibus auris
Mulcebant Zephyri natos ſine ſemine flores.
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat:
Nec renovatus ager gravidis canebat ariſtis,
Flumina jam lactis, jam flumina nectaris ibant:
Flavaque de viridi ſtillabant ilice mella.
Poſtquam, Saturno tenebroſa in Tartara miſſo,

Sub

99. *Non galea non enſis erat.*] *Erant* conciunius antiqui quinque. mox *ſecura mentes* Gronovianus primus, non *gentes*. Simili modo peccatur apud Val. Flaccum lib. 11.

Savior haud alio mortales tempore gentes
Terror agit.

cum *mentes* ſit reponendum. ipſe Valerius lib. 111.

——*pendent mortalia longo*
Corda metu.

Noſter lib. 11.

——*obſcurus mortalia pectora terres.*

& hoc ipſo libro paulo ante,

——*humanas motura tonitrua mentes.*

Heinſius.

101. *Ipſa quoque immunis.*] Virg. 2. Georg. *Ante Jovem nulli ſubigebant arva coloni.* Id eſt, regnante Saturno, antequam mundus eſſet ſub Jove. *Pont.*

102. *Per ſe dabat.*] Κάρπον δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα Αὐτομάτη πολλόν τε, καὶ ἄφθονον. Heſiod. Ἔργ. *Farnab.*

104. *Arbuteos fœtus.*] Alii leg. *Arbutea fœtus.* ut 15. lib. Pythagoras, & Virg. 1. Georgicor. *Farn.*

105. *Rubetis.*] Aſperis & ſpinoſis. Rubetum autem dicitur locus, rubis & ſpinis conſitus. *R.*

106. *Jovis arbore glandes.*] Dicendum hic, quæ arbores, quæ plantæ quibus diis ſacræ. *Jovi*, quercus, ilex, æſculus. *Apollini*, laurus, oleaſter, hyacinthus, myrica, juniperus. *Marti*, fraxinus, gramen. *Minervæ*, olea. *Veneri*, myrtus, roſa. *Herculi*, populus. *Baccho*, vitis, edera, folia ficus, narciſſus, pampinus. *Plutoni*, cupreſſus. *Laribus*, allium. *Eumenidibus*, alnus, cedrus. *Cereri*, crocus. *Proſerpinæ*, narciſſus. *Muſis*, palma. *Genio*, platanus. *Mercurio*, portulaca. *Patulæ arbore.*] Hoc eſt, in latum patentibus diffuſa ramis. *Pont. Jovis arbore glandes.*] Quercu. *Jovi* ſacra, uti laurus *Apollini*, *Herculi* populus, *Marti* fraxinus, ſed *Minervæ* olea, ut habet Avieni fab. *Farn.*

Arg. FAB. IV. Poſtquam Saturno.] *Aurea ætati, quæ Saturnus regnavit, ſubnectitur argentea, in qua regnavit Jupiter, qua ut aurea deterior, ſic eſt ænea melior Primus autem omnium Juppiter ver illud aureæ ætatis perpetuum in quatuor tempora commutavit, Ver, Æſtatem, Autumnum & Hyemem. tumque primum calores atque frigora ætrem infeſtare cœperunt, ideoque homines antra & ſpelunca*

pro

Digitized by Google

Sub Jove mundus erat; ſubiit argentea proles,
Auro deterior, fulvo pretioſior ære.
Jupiter antiqui contraxit tempora veris:
Perque hyemes, æſtuſque, & inæquales autumnos,
Et breve ver, ſpatiis exegit quattuor annûm.
Tum primum ſiccis aër fervoribus uſtus
Canduit: & ventis glacies adſtricta pependit.
Tum primum ſubiêre domos. domus antra fuerunt,
Et denſi frutices, & vinctæ cortice virgæ.
Semina tum primum longis Cerealia ſulcis
Obruta ſunt, preſſique jugo gemuêre juvenci.
Tertia poſt illas ſucceſſit aënea proles,
Sævior ingeniis, & ad horrida promtior arma;
Nec ſcelerata tamen. De duro eſt ultima ferro.
Protinus irrumpit venæ pejoris in ævum
Omne nefas: fugêre pudor, verumque fidesque:

In

pro domibus habitare, atque agros colere coëgit fame. R.

113. *Saturno tenebroſa.*] Fabulam Saturni à Jove exacti & in Tartara deturbati lege apud Natalem Comitem lib. 2. cap. 2. Lactantium lib. 7. c. 13. Macrob. lib. 1. cap. 7. *Farn.*

114. *Subiitque argentea proles.*] *Subiit* cum caſtigatioribus reſtituendum, ita ſenſa poſtulante. Rationem Notis ad Epiſt. VII. reddidimus. Virg. lib. VIII.

——*hæc, inquit, limina victor*
Alcides ſubiit: hæc illum regia cepit.

Statius Theb. X.

——*ſubiit ultricia Tydeus*
Tartara.

Horat. lib. 1. Sat. IX.

Cum gravius dorſo ſubiit onus.

Val. Flaccus lib. IV. *& monſtri ſubiit abſentis imago.* lib. VIII.

Ille ſitis: tantus ſubiit ut virginis horror.

ubi perperam Barthius *ſubiit vi.* apud Virgilium libro IX. in veterrimis codicibus legitur,

Ipſum ſanis periit auſteribus.

ſic & Perſius aliique. producitur etiam in *adiit, rediit, periit, abiit*, & ſimilibus poſtrema ſyllaba ſequente vocali. *Heinſ.*

116. *Auro deterior.*] Χρυσέου ἔτι φαυλότερον ἔτι ἀμείνονα. Heſiod. ἔργ.

117. *Inæquales autumnos.*] Temperie & tempeſtate incertos, modo calore æſtuantes, modo frigore rigentes; atque hinc morbidos. *Farn.*

121. *Tum primum ſubiere domos.*] *Domus* in optimo Florentino, & priori Hamburgenſi: ut repetitio verſum gratiorem reddat. deinde in eodem, aliiſque melioris notæ octo aut decem, *vinctæ cortice virga*, non *junctæ*. etiam probe. *Heinſius.*

125. *Tertia poſt illam.*] *Poſt illas* Berneggerianus, Urbinas, primus Mediceus, & Noricus. idque rectius. *Idem.*

128. *Vena pejoris.*] Metalli deterioris. Optima vena auri ſi ad mores referas. R.

129. *Fugêre pudor.*] Ὅ χρυσὸς μὲν πίστις, &c. Theognis. lege & Juvenalis Sat. ſextam. *Credo pudicitiam Saturno rege moratam, &c.*

In quorum ſubiêre locum, fraudeſque, dolique,
Inſidiæque, & vis, & amor ſceleratus habendi.
Vela dabat ventis, nec adhuc bene noverat illos
Navita: quæque diu ſteterant in montibus altis,
Fluctibus ignotis inſultavêre carinæ.
Communemque prius, ceu lumina Solis & auras,
Cautus humum longo ſignavit limite menſor.
Nec tantum ſegetes alimentaque debita dives
Poſcebatur humus; ſed itum eſt in viſcera terræ:
Quaſque recondiderat, Stygiiſque admoverat umbris,
Effodiuntur opes irritamenta malorum.
Jamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum
Prodierat: prodit bellum, quod pugnat utroque;
Sanguineâque manu crepitantia concutit arma.
Vivitur ex rapto. non hoſpes ab hoſpite tutus,
Non ſocer à genero: fratrum quoque gratia rara eſt.
Imminet exitio vir conjugis, illa mariti:
Lurida terribiles miſcent aconita novercæ:
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Victa jacet Pietas: & Virgo cæde madentes

Ulti-

133. *Quaque diu ſteterant.*] Τίνες μὲν τὴν ἀνίμωτον ἀλώσιμον, &c. *Anthol. a. aic Nunc. &c. Farn.*

135. *Ceu lumina Solis & auras.*] Fragmentum Leodicenſe: Neap. Urbin. Bernegg. & quatuor alii ex melioribus *auras.* quod lex Latinitatis exigit. Vivianus ex ſuis *aura*, quomodo unus Baſileenſis. ſed fruſtra. *Heinſius.*

138. *Itum eſt in viſcera terræ.*] *Video*, inquit Sen. 7. lib. Benef. cap. 10. *ferrum ex iiſdem tenebris prolatum, quibus argentum & aurum: ne aut inſtrumentum in cades mutuas deeſſet, aut pretium.* Lege & ipſius Epiſtol. 94. & Plin. præfat. *Imus in viſcera ejus, &c.* Farn. *Viſcera terræ.*] In intimas terræ partes fodiendo deſcenſum eſt; & ſcrutari cœperunt profunda terrarum.

142. *Quod pugnat utroque.*] Quis non audivit Philippi Macedonis arma victricia, ἀργυρίας λόγχας, & aſinum auro onuſtum: Græciam auro ejus non ferro ſubactam? *Farn.*

144. *Non hoſpes ab hoſpite.*] Οὐδὲ ξεῖνος ξεινοδόχῳ, καὶ ἑταῖρος ἑταίρῳ, &c. Heſ. Ἔργ. citantur hi noſtri poëtæ verſus à Seneca 5. l. Benef. cap. 15. *Farn.*

146. *Imminet exitio vir conjugis.*] Quas mulieres ſuos viros, & contra, qui viri ſuas mulieres necaverint. Hygin. Fab. CCXL. & CCXLI. *Pont.*

147. *Lurida terribiles miſcent.*] Ab effectu Juven. 1. Sat. *Nigros efferre maritos*, veneno ſcilicet extinctos. *Farn.*

149. *Jacet.*] In nullo pretio eſt. *Et virgo Aſtræa*] Id eſt, Juſtitia, Vide Gell. l. 14. cap. 4. ℟. *Virgo cade madentes.*] Ἀθανάτων μετὰ φύλον ἦτορ, πρόλιπόν τ' ἀθάνατοι Αἰδὼς καὶ Νέμεσις. Heſiod. Ἔργ.

150. *Aſtræa*

Ultima cælestum terras Astræa reliquit. 150
Neve foret terris securior arduus æther;
Affectasse ferunt regnum cæleste Gigantas:
Altaque congestos struxisse ad sidera montes.
Tum pater omnipotens misso perfregit Olympum
Fulmine, & excussit subjecto Pelio Ossam. 155

Obru-

150. *Astræa reliquit.*] Astræi filia: Hesiodo Jovis filia: cur virgo fingatur, & graphicam Justitiæ imaginem gerat, vide apud *A. Gell.* lib. 14. c. 4. Vide quæ ad v. 500. lib. 2. *Fast.*

FAB. V. *Arg.* Neve foret terris.] *Gigantes immensæ molis & similes matri suæ terræ produxit. quorum magnitudini par exstitit audacia. Nam extructis in excelsum aggeribus montibus, sacrilegas manus intulerunt cœlestibus. Sed fulmine dejecti, impiorum genus pœna suæ cruore generarunt. Illum sanguis eorum permixtus Terræ, hominem procreavit haud longè ab origine discrepantes.* Lact.

152. *Gigantas.*] Γίγαντες τὲς τὰ πυρὰ τῶν παλαιῶν μεμυθωμένα φυσὶ τῶν γηγένεων εἶναι τὸν νομιζόμενον ἀνθρωπον, φαίνεσθαι ὅσον διεσπάσθαι τὸ μυθολογούμενον, καὶ τοῖς τῆς ἀληθείας ἴχνεσιν αὐτὸ ἐπιβαίνον ἀξιόπιστα. Philo Jud. 1. de Gigantibus. Erant autem γηγενεῖς Terræ & Cœli filii. Οὐρανὸς γὰρ ἐγένετο καὶ αἷμα Θ Οὐλόμενος. Orpheus. Vide Claudiani Gigantomachiam, & quæ citantur à nobis in *Poëtico Indice*, sub titulo, *Gigantomachia*. Videantur & Mythologi, Hygius 28. fab. Apollodorus lib. 1. Ant. Liberalis fab. 28. Ge. Sabinus, Natalis Comes 6. lib c. 21. & 22. quorum alii interpretantur Gigantes fuisse rebelles, seditiosos, impios, sacrilegos: alii *Tyrannos*, alii *ventos* Typhonem. Οἱ μὲν δὲ ἀγῶνα ἐλθεῖν τοῖς θεοῖς, ἀλλ' ἰσχύος μὲν τάχα εἰς τὸν τότε αὐτὸν καὶ τὰ ἔθη, &c. Philostratus l. 5. *de vita Apollonii cap.* 6. in cujus Heroicis lege & tit. ἀμπελουργὸν. Philo lib. de Gigant. γᾶς μὲν γεγόνασι δυσμενεῖς οἱ ἀγριώτατοι τῶν σωμάτων ἅπαντες, &c. Josephus 1. l. 4. cap. refert, progeniem hanc fuisse Angelorum, seu filiorum Dei cum filiabus hominum, congredientium. *Farn. Gigantes*, terrigenæ dicti, utpote è terra geniti. Fuerunt immani corporum granditate, robore prævalido, aspectu horribili. Vide Crinit. lib. 2. cap. 11. Hier. Magium lib. 1. cap. 4. *Pont.*

152. *Affectasse ferunt.*] Redi ad l. 1. Amor. Eleg. 1. vs. 14. *Gigantes.*] *Gigantas* quatuor ex antiquioribus, de quo ad Fastos. sic & infra lib. v. vs. 319. restituimus. Prudentius Hamartig. ex codice Puteaneo longè antiquissimo,

——*fulmineos cogens ad bella Gigantas.*

Martial. lib. VI.

Ipse tuos nobis relegas licet usque Gigantas.

sic libri meliores, ut & apud Claudianum IV. Conf. Honor. *olim domitura gigantas.* neque aliter apud Statium non uno loco. & apud Lucanum in optimis membranis. Plura vide ad lib. III. Fastor. v. 439. *Heinsius.*

155. *Excussit subjectum Pelion Ossa.*] *Subjecto* multi ex vetustioribus. *subjecto Ossa* secundus Palatinus & unus Lerinmani. optimus Thuaneus *subjectum Ossa.* unus Palatinus *subjectum Pelion Ossam.* codex, quo vir optimus doctissimusque Carolus Spiotius me donavit, pro diversâ lectione exhibebat, *subjectam Pelion Ossam.* Scribe, *excussit subjectam Pelio Ossam.* vel quod in uno Ambrosiano pro diversa itidem lectione legebatur, *subjecto Pelio Ossam.* quidam enim poëtarum Pelion Ossæ subjectum ferunt fuisse, quidam Ossam Pelio subjectam. Posteriorem tamen lectionem veriorem duco. Atque ita jam conjece-

Obruta male ſuâ cum corpora dira jacerent;
Perfuſam multo natorum ſanguine terram
Immaduiſſe ferunt, calidumque animaſſe cruorem:
Et, ne nulla feræ ſtirpis monumenta manerent,
In faciem vertiſſe hominum. ſed & illa propago
Contemtrix Superûm, ſævæque avidiſſima cædis,
Et violenta fuit: ſcires è ſanguine natos.
Quæ pater ut ſumma vidit Saturnius arce;
Ingemit: &, facto nondum vulgata recenti
Fœda, Lycaoniæ referens convivia menſæ,
Ingentes animo & dignas Jove concipit iras;
Conciliumque vocat. tenuit mora nulla vocatos.
Eſt via ſublimis, cælo manifeſta ſereno:
Lactea nomen habet; candore notabilis ipſo.
Hac iter eſt Superis ad magni tecta Tonantis,

Re-

rat legi debere vir exactiſſimæ eruditionis noſter Gronovius in Obſervationibus, ex illo Virgiliano,

Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam, Idem.

157. *Multo natorum ſanguine.*] Unus Leidenſis *merito*, quod arridet. Mox pro *ſua ſtirpis* optimæ notæ Thuaneus & unus Voſſianus *fera ſtirpis*. Idem.

160. *In faciem hominum.*] In formam & figuram humanam. Sic dicitur, facies maris, facies cœli, &c. Adeoque omnis externa ſpecies & forma, oculis expoſita, facies appellatur. Hinc ſuperficies.

162. *Scires è ſanguine natam.*] *Natos* plerique meliores. mox etiam,

Ingentes animo & dignas Jove.
Heinſius.

FAB. VI. *Arg.* Quæ pater ut ſumma.] *Jupiter cum eorum hominum crudelitatem, qui è ſanguine gigantum nati erant, eſſet contemplatus, ac inprimis tetram Lycaonis, Arcadiæ regis, feritatem perpendiſſet; in univerſum genus humanum eſt commotus. Quare Diis omnibus congregatis, & conſilium ſuum de perdendo genere humano, & qua à Lycaone malo paſſus erat, exponit, atque illum in lupum commutaverit.*

165. *Fœda convivia.*] Tetra, crudelia. Nam Lycaon Pelaſgi filius, hiſpitio ſuſceptos, non ſolum interficiebat, ſed etiam convivis comedendos apponebat. Quod cum Jupiter cognoviſſet, ejuſque domum ingreſſus, factas inſidias comperiſſet; & domum incendit, & Lycaonem in lupum animal rapaciſſimum convertit. *R.*

167. *Conciliumque vocat.*] De XII. conſiliariis & aſſeſſoribus Jovis, ut cenſuit antiquitas, nonnihil Turneb. l. 25. cap. 12. Adverſarior

168. *Eſt via ſublimis.*] Cœlo puro ac ſereno tenues quaſdam, & veluti candidas nubeculas, ſeu lactis longe latéque profuſi copiam intuemur nocturno tempore, à qua lactis imagine, circulus ille ὁ γαλαξίας ſeu γαλαξίης Græcis, Latinis *circulus lacteus*: Poëtis *via lactea* nominatur. *Pont.*

169. *Lactea nomen habet.*] De lacteo circulo præter philoſophos, vide Macrob. 1. lib 15. cap. de ſomnio Scip. & Manil. aſtron. 1. lib. & Hygin. lib. 2. & Turneb. adv. lib. 13. cap. 2. *Farn.*

171. *Deo-*

Digitized by Google

Regalemque domum. dextrâ lævâque Deorum
Atria nobilium valvis celebrantur apertis.
Plebs habitant diverſa locis. à fronte potentes
Cælicolæ, clarique ſuos poſuêre penates.
Hic locus eſt; quem, ſi verbis audacia detur,
Haud timeam magni dixiſſe Palatia cœli.
Ergo ubi marmoreo Superi ſedere receſſu,
Celſior ipſe loco, ſceptroque innixus eburno,
Terrificam capitis concuſſit terque quaterque
Cæſariem; cum qua terram, mare, ſidera, movit.
Talibus inde modis ora indignantia ſolvit:
Non ego pro mundi regno magis anxius illâ
Tempeſtate fui, qua centum quiſque parabant
Injicere anguipedum captivo brachia cœlo.

Nam,

171. *Deorum nobilium.*] Hoc eſt, clarorum, qui majorum gentium Dii appellantur, & ſunt duodecim numero: quos & *potentes Cælicolas* vocat. *Celebrantur.*] Frequentantur. *Valvis apertis.*] Januis patentibus Muret. l. 1. Variar. c. 17. R.

172. *Celebrantur.* Redi ad Epiſt. 15. v. 11.

173. *Plebs habitat.*] *Habitant* Hamburg. unus Mediolan. & unus Medic. nec longe poſt *quiſque parabant* pro *parabat* ex meis unus, unus item ex Mediceis. dixi paulo ante *Heinſ. Plebs habitat.*] Plebem vocat multitudinem Deorum minorum. *A fronte potentes.*] Intelligе quoſdam nobiles deos in aditu hujus viæ habitare. Vide Alexand. ab Alexand. lib. 6. c. 4. & ibid. Tiraquell. *Pont.*

174. *Cælicolæ.*] Qui ſcilicet Majorum ſunt gentium: *Juno, Veſta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jupiter, Neptunus, Vulcanus, Apollo.* Vide Arnobium lib. 4. *Farn.*

175. *Si verbis audacia detur.*] Si id affere auderem.

178. *Celſior ipſe loco.*] Sublimior cæteris, ut reges ſedere ſolent; quo facilius conſpiciatur atque audiatur ab omnibus. *Sceptro eburno.*] Sceptra veterum regum erant haſtilia, aureis æreiſve bullis ornata, è ligno aut ebore. σκῆπτρον à σκήπτω, *innitor, incumbo.* Pont.

179. *Concuſſit terque, quaterque.*] Sæpius commovit. Crebra enim concuſſio capitis indignationem ſignificat. *R. Terrificam capitis.*] Exprimere voluit illud Homeri Iliad. α. ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων, Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον. *Farn.*

180. *Cæſariem, qua ſidera movit.*] Virgil. 10. Æneid. *Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.* Quod Homericum eſt. ——μέγαν ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.

183. *Qua centum brachia, &c.*] Centum manus. Unde & gigantes *Centimani*, à centum manibus vocantur. Alludere autem Poëta videtur ad Briareum gigantem & Cottum & Gygenillius fratres, quos Heſiodus in Theogonia ſingulos centum manus habuiſſe ait.

184. *Anguipedum captivo.*] Δρακοντόποδες fiuguntur gigantes: utrum ab inviſa illa hominibus forma? an ab inceſſu ſuperbo? an quod nihil rectum, nihil ſuperum cogitarent, totius vitæ

Digitized by Google

Nam, quanquam ferus hoſtis erat, tamen illud ab uno
Corpore, & ex unâ pendebat origine bellum.
Nunc mihi, qua totum Nereus circumtonat orbem,
Perdendum mortale genus. per flumina juro
Infera, ſub terras Stygio labentia luco,
Cuncta prius tentata: ſed immedicabile vulnus
Enſe recidendum; ne pars ſincera trahatur.
Sunt mihi Semidei, ſunt ruſtica numina Nymphæ,
Faunique, Satyrique, & monticolæ Silvani:
Quos quoniam cœli nondum dignamur honore,
Quas dedimus, certè terras habitare ſinamus.
An ſatis, ô Superi, tutos fore creditis illos,

Cum

eorum greſſu atque proceſſu in inferna mergente? ut Macrob. Saturn. 1. l. 20. cap. & Crinitus 2. lib. 11. cap. an denique ab ambitione ſinuoſa? Natal. Comes lib. 6. cap. 22. *Brachia.*] Κότ-τῳ τε, Βριάρεώς τε, Γύγης θ' ὑπερφίαλα τέκνα. τῶν ἑκατὸν μὲν χεῖρες ἀπ' ἄμων εἴδοντο. Ἄπλαστοι. κεφαλαὶ δὲ ἑκάστῳ πεπτήκοντα, &c. Heſiod. Theogon. de Gigantibus. Vide Hieron. Magium lib. 1. cap. 4. & F. B. V. Sapient. 2. cap.

187. *Nereus circumtonat.*] Deus eſt marinus, ſed pro Oceano ponitur, qui univerſum circuit terram, qua orbis terræ patet. *R. Circumſonat orbem.*] *Circumtonat* quatuor veteres. Avienus ora maritima,

Hic ſalis Ægæi tractus tonat.

Heinſius.

188. *Per flumina juro Stygia.*] Per Stygem paludem jurat, mortale genus totum eſſe perdendum. Stygis autem numen Dii fallere metuebant, ut ait Virg. *Dii cujus jurare timent & fallere numen.* Quia ipſa Styx conjuratorum contra Jovem deorum, cum illum vincire voluerunt, inſidias patefecerat, hanc illi dignitatem conceſſit, ut dii jusjurandum per Stygem ſanctiſſimum haberent. *Pont. Per flumina juro.*] Vide l. 2. Metamorph. vſ. 45. *Fern.*

190. *Cuncta prius tentanda.*] *Tentata* ex meorum uno revocandum. verſu proximo tollunt Τὸ *eſt* optimus Florentinus & unus Ambroſianus *Heinſ.*

192. *Sunt ruſtica numina Fauni.*] De Faunis, agricolarum diis lege Natal. lib. 5. cap. 9. de Nymphis, earumque generibus cap. 12. De Satyris cap. 7. De Sylvanis cap. 10. *Pont. Semidei.*] Quæ ſit pars ſincera, docet, Semidei, & Numina ruris, Dæmones, Heroës, Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἱ καλέονται ἡμίθεοι, *Heſiod.* 1. Ἔργ. Ciofanus ex vet. cod. legit, *ſunt ruſtica numina Nympha, Faunique, Satyrique, & mont.* Noſter in Ibin. *Vos quoque plebs ſuperâm, Fauni, Satyrique, Lareſque, Fluminaque, & Nymphæ, Semideumque genus.* Quos omnes ſe in montes recepiſſe credebant, à Jove monitos, ut ſibi à diluvio caverent. *Fern.*

193. *Nymphæ.*] Diis omnibus Nymphæ quædam erant attributæ ad miniſterium. Habuit Jupiter, ut hic vides. Habuit Neptunus, & Heſiodus illi dat quinquaginta. Habuit Phœbus Agamippidas ſuas & Aonias. Habuere etiam deæ, ut Juno 1. Æneid.

Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore Nymphæ.

Ut *Diana* Venatrices; *Thetis* Nereïdas *Pont.*

198. *Ly-*

Digitized by Google

Cui mihi, qui fulmen, qui vos habeoque, regoque,
Structerit insidias notus feritate Lycaon?
Confremuêre omnes: studiisque ardentibus ausum
Talia deposcunt. sic, cum manus impia sævit
Sanguine Cæsareo Romanum extinguere nomen,
Attonitum tanto subitæ terrore ruinæ
Humanum genus est; totusque perhorruit orbis.
Nec tibi grata minus pietas, Auguste, tuorum,
Quàm fuit illa Jovi qui postquam voce manuque
Murmura compressit; tenuere silentia cuncti.
Substitit ut clamor pressus gravitate regentis;
Jupiter hoc iterum sermone silentia rumpit:
Ille quidem pœnas (curam dimittite) solvit;
Quod tamen admissum, quæ sit vindicta, docebo.
Contigerat nostras infamia temporis aures:

Quam

198. *Lycaon.*] Arcadiæ tyrannus: de quo vide Apollodorum lib. 3. & Nat. Comitem lib. 9. cap. 9. *Farn.*

199. *Confremuere omnes.*] Simul omnes fremere & murmurare, facinoris immanitate commoti. *Confremuerunt omnes.*] Testati sunt assensum cum indignatione. Alibi simpliciter pro assentire. Virgil. 10.

Talibus orabat Juno, cunctique fremebant
Cœlicolæ assensi vario: cum flamma primas,
Cum deprensa fremunt silvis, & cæca volutant
Murmura, venturos nautis prodentia ventos.

Et 1. Æneid. ——*talibus Ilioneus. Cunctis simul orta frameabant* ——*Dardanida.*

200. *Deposcunt.*] Ad supplicium. *Manus impia sævit.*] Conjurantium in Augustum, quorum meminit Suetonius cap. 19. neque enim placet intelligere de Julio Cæs. qui conjurationi non superfuit. *Deposcunt.*] Ad supplicium. Virg. 8. Æneid.

Regem ad supplicium præsenti Marte reposcunt.

Et 2. Æneid.

Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt.

207. *Substitit ut clamor.*] postquam cessavit clamor, Jovis auctoritate cohibitus. R.

208. *Silentia rumpit.*] Redi ad lib. 1. Art. amat. vs. 329.

209. *Curam hanc dimittite.*] *Dimittite* cum melioribus. quatuor *curam dimittite.* Sed enim apud Virgilium l. VI. Æneid.

——*in regna Lavini*
Dardanidæ venient; dimitte hanc pectore curam.

sic enim bibliothecæ Leidensis codex. *mitte hanc de pectore curam* vulgati. mox malim, *Cui tamen admisso.* nam unus Palat. *Quæ tamen amissum.* Heins.

211. *Contigerat nostras.*] Verisimile est, Gentiles multa è sacris libris, vel lectione, vel auditione accepisse: vel etiam à Chaldæis & Ægyptiis, inter quos vixerant Hebræi. *Quis,* inquit Tertullianus in Apologetico contra gentes, *poëtarum, quis sophistarum, qui non omnino de fonte prophetarum potaverit? inde igitur philosophi sitim ingenii sui rigaverunt,* &

Quam cupiens falſam, ſummo delabor Olympo,
Et Deus humanâ luſtro ſub imagine terras.
Longa mora eſt, quantum noxæ ſit ubique repertum,
Enumerare: minor fuit ipſa infamia vero.
Mænala tranſieram latebris horrenda ferarum,
Et cum Cylleno gelidi Pineta Lycæi.
Arcados hinc ſedes & inhoſpita tecta tyranni
Ingredior, traherent cum ſera crepuſcula noctem.
Signa dedi veniſſe Deum; vulguſque precari
Cœperat. irridet primò pia vota Lycaon.
Mox ait, Experiar, Deus hic, diſcrimine aperto,
An ſit mortalis: nec erit dubitabile verum.
Nocte gravem ſomno nec opinâ perdere morte
Me parat. hæc illi placet experientia veri.
Nec contentus eo, miſſi de gente Moloſsâ
Obſidis unius jugulum mucrone reſolvit:
Atque ita ſemineces partim ferventibus artus
Mollit aquis, partim ſubjecto torruit igni.
Quos ſimul impoſuit menſis; ego vindice flammâ

In

quæ ſeqq. cap. 47. Deus certe ipſe, ut habetur lib. Geneſeos cap. 18. dicit, Deſcendam, & videbo utrum clamorem qui venit ad me, opere compleverint, an non ſit ita, ut ſciam. *Farn.*

215. *Minor fuit ipſa infamia vero.*] *Ipſo vero* præſtiterit. *Heinſius. Minor vero.*] Majora namque ſcelera & plura ab Jove deprehenſa fuere quam ferebantur.

216. *Mænala tranſieram.*] Mænalus autem & urbs & mons eſt Arcadiæ celeberrimus, à Mænalo Arcadis filio denominatus. *R.*

217. *Et cum Cylleno.*] *Cyllene.* quicquid libri veteres diſſentiunt. κυλλήνη Græcis eſt. *Heinſ. Lycæi.*] Montis Arcadiæ, cujus regem Proleptice nuncupat poëta Arcada: quum Arcadia poſtea dicta ſit ab Arcade filio Calliſtûs quæ filia erat Lycaonis. *Farn. Et cum Cyllene.*] Mons Arcadiæ Mercurio dicatus: unde etiam *Cyllenius* appellatur.

218. *Arcados.*] Lycaonis Arcadiæ regis.

219. *Crepuſcula.*] Redi ad l. 1. Amor. Eleg. 5. vſ. 5. Epiſt. 10. v. 7.

222. *Diſcrimine aperto.*] Manifeſto periculo.

225. *Hæc illi placet experientia veri.*] *Rerum* numeroſiùs, quod in ſecundo Mediceo extabat. *Heinſ.*

226. *Miſſi de gente Moloſsâ.*] Veterrimus Palatinus *amici* Lege *Amyci.* ut nomen obſidi ſit Amyco. ſic *Ophionides Amycus* lib. XII. paſſim hoc nomen occurrit apud Poëtas. *Idem. Miſſi de gente Moloſſa.*] Moloſſi, populi ſunt Epyri, à quibus bello victis Lycaon obſides acceperat, quorum unum jugulavit, ut ipſum Jovi apponeret. *R.*

230. *Quos ſimul impoſuit menſis.*] Hoc Hyginus lib. 2. tit. Arctophylax, refert ex Arcade Caliſtonis filio, cæſo à Lycaone. Verum idem in fab. 176. narrat, Lycaonis filios Jovem tentaturos, deus

ne

In domino dignos everti tecta Penates.
Territus ille fugit; nactusque silentia ruris
Exululat, frustraque loqui conatur: ab ipso
Colligit os rabiem, solitæque cupidine cædis
Vertitur in pecudes: & nunc quoque sanguine gaudet.
In villos abeunt vestes, in crura lacerti.
Fit lupus, & veteris servat vestigia formæ.
Canities eadem est, eadem violentia vultu:
Idem oculi lucent: eadem feritatis imago.
Occidit una domus: sed non domus una perire
Digna fuit. qua terra patet, fera regnat Erinnys.
In facinus jurasse putes. dent ocius omnes,
Quas meruêre pati, sic stat sententia, pœnas.

Dicta

ne esset, carnem humanam cum alia mistam ei in epulo apposuisse. Quod itidem tradit Apollodorus 3. lib. Natal. Comes lib. 9. cap. 9. scribit Lycaonem in lupum versum, quod in ara Jovis Lycæi infante mactato humanum sanguinem hibaverat. Boccatius refert Lycaonem obsidem à Molossis devictis sibi datum, eumdem legatis repetentibus edendum appositisse. Aliter Clemens Alex. Admonit. ad gentes. Aliter Pausanias in Atticis.

231. *In dominum dignosque everti tecta penates.*] *In dominum dignos* plerique veteres. Mureti excerpta *In domino dignos*. quomodo in Adversariis Barthius, in ora codicis sui Gruterus, & Gronovius in Observationibus jam legi debere monuerunt. neque aliter codex unus Ciofani. *Heinsius.*

233. *Exululat.*] Valde ululat. *Ab ipso colligit, &c.*] Quia, inquit, loqui non potest, in rabiem actus est, quam ab hominibus in pecudes transtulit. *R.*

235. *Vertitur in pecudes.*] Multi veteres *Vertitur*. quod præstat. lib. 11.

Inde cruentatis vertuntur in Orphea dextris.

lib. XII.

Vertere in Æacidem, casosque ulciscere fratres. Heinsius.

237. *Fit lupus.*] Multi multa de Lycanthropis. Plin. 8. cap. 22. Cœl. Rhodig. lib. 27. cap. 12. Aug. de civit. Dei lib. 18. cap. 17. & 18. Miranda sed non credenda Olaus Magnus lib. 18. cap. 45. & Cigogna lib. 4. cap. 5. Hier. Magius lib. 4. c. 12. Bullingerus 2. lib. adversus Magos. 29. cap. Boissard. de Magia, cap. 6. *Farn.*

238. *Violentia vultus.*] *Vultu* rectius uterque Erfurtensis, secundus Palat. & Leidensis unus. *Heinsius.*

FAB. VII. *Arg.* Occidit una domus.] *Postaquam Jupiter exemplo Lycaonis ostendit, quam terris sceleribus infectis sint homines, concludit totum genus humanum penitus esse perdendum. Sicque postea fabulam cum fabula, ac mutationem cum mutatione connectit. Narraturus enim quemadmodum lapides à Deucalione & Pyrrha post terga jacti, partim in mares, partim in fœminas fuere conversi, ante describit diluvium, quo genus humanum fuit extinctum.* Raph.

241. *Fera regnat Erinnys.*] Plena sunt omnia scelerum. De Erinnibus fuse Natalis lib. 3. cap. 10. Eædem sunt *Furiæ, Eumenides, Erinnyes.* Et Gyrald. Syntagm. 6. *Pont.*

Dicta Jovis pars voce probant, ſtimuloſque frementi
Adjiciunt. alii partes aſſenſibus implent.
Eſt tamen humani generis jactura dolori
Omnibus: &, quæ ſit terræ mortalibus orbæ
Forma futura, rogant: quis ſit laturus in aras
Thura? feriſne paret populandas tradere gentes?
Talia quærentes, ſibi enim fore cætera curæ,
Rex Superûm trepidare vetat, ſobolemque priori
Diſſimilem populo promittit origine mira.
Jamque erat in totas ſparſurus fulmina terras;
Sed timuit, ne forte ſacer tot ab ignibus æther
Conciperet flammas, longuſque ardeſceret axis.
Eſſe quoque in fatis reminiſcitur, affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaque regia cœli
Ardeat; & mundi moles operoſa laboret.
Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum.
Pœna placet diverſa; genus mortale ſub undis

Per-

244. *Pars voce probant.*] Alluſum videtur ad Curiam Romanam, in qua Majorum gentium patres ſententiam dicebant; Minorum gentium patres in aliorum ſententias pedibus ibant, unde pedarii dicti. Aul. Gel. 3. lib. 18. c. *Farn.*

246. *Eſt tamen humani generis jactura.*] Scribit Plato, omnia hominum cauſa procreata; homines propter Deos, à quibus cognoſcantur, implorentur & colantur. *Pont.*

249. *Populandas tradere terras.*] *Gentes* quatuor ſcripti. *Heinſius.*

255. *Totuſque ardeſceret axis.*] *Longuſque* ex melioribus. infra lib. VI.

Inficere ingenti longum curvamine cœlum.

ſic & apud Virgilium Georg. III.

——*reſonant ſylvæque & longus Olympus.*

ut in omnium veruſtiſſimo codice Mediceo ſcriptum offendi. *Idem.*

256. *Eſſe quoque in fatis.*] Deflagrationem mundi futuram (inquit Lactantius lib. de ira Dei 23. cap.) vaticinata eſt Sibylla his verſibus: Καὶ πῶς τὸν ὀργὴν θεὸν ἐκφεύξεται πρόσωπα Ἀλλ' ἐξεμερίσθητε, καὶ ἐξολόντα τὸ γένναν Ἀνθρώπων ἄκτισεν ὑπ' ἀμπυρμοῦ πίρθοντα, ſubjicitque ibidem tres hoſce Ovidii verſus. Quod & Seneca præſcivit Conſolat. ad Marciam, ſub ipſa calce libri. *Cum tempus advenerit, quo ſe mundus renovaturus extinguat, &c. & omni flagrante materia uno igne quicquid nunc eſt diſpoſito lucet, ardebit.* Idem Natural. Quæſtionum lib. 3. cap. 28. *Qua ratione inquis? Eâdem, qua conflagratio futura eſt. Utrumque ſic, cum Deo viſum ordiri meliora, vetera finire. Aqua & ignis terrenis dominantur. Ex his ortus, & ex his interitus eſt, &c.* Farn.

260. *Genus mortale.*] Annon jure ſummo res ſuas repetitum veniant SS. Patres, Juſtinus Martyr I. apol. Lactantius 2. lib. de origine erroris, alii; meritoque arguant Ethnicos furti, mul & adulterii? *Qui*, ut ait Tertullianus Apologetico contra gentes. 47. cap. *Noſtram hanc paraturam ſuis opinionibus ad fabulas & philoſophicas ſententias adulte-*

rave-

Perdere: & ex omni nimbos dimittere cœlo.
Protinus Æoliis Aquilonem claudit in antris,
Et quæcunque fugant inductas flamina nubes:
Emittitque Notum. madidis Notus evolat alis;
Terribilem piceâ tectus caligine vultum.
Barba gravis nimbis; canis fluit unda capillis:
Fronte ſedent nebulæ: rorant pennæque, ſinuſque.
Utque manu latâ pendentia nubila preſſit;
Fit fragor: hinc denſi funduntur ab æthere nimbi.
Nuntia Junonis varios induta colores
Conci-

recurrat, & de una via obliquos multas tramites & inextricabiles ſciderunt. Quæcunque enim fando audierant de universali illo diluvio Noëtico, A. Mundi 1656. deferunt ad diluvium ſingulare quod contigit in Theſſalia A. Mundi 1437. regnante ibi Deucalione, qui, ut habet Arrianus 2. lib. rerum Bithynicarum, in editos montes cum ſuis confugit. Sed audi Lucianum in lib. de Dea Syria referentem quæ tradiderint Græci: ὑδρεῖαι πάντα ἐγένετο, ἀθέμιτα ἔργα ἐπράσσετο, &c. *Injurii utique nefaria perpetrarunt opera, &c. quamobrem maxima illos conſequuta eſt calamitas. Tellus enim multam aquam effudit, imbres magni fuerunt, flumina ſolito majora decurrerunt, mare aſcendit altius, eo uſque, dum omnia aquis inundarentur, atque omnes perirent, Deucalie ſolus hominum ſuperfuit in ſecundam generationem, pietatis gratia, Arcam quippe magnam, λάρναξα μεγάλην, cum uxore & liberis aſcendit, cum ipſo fera, & pecudes, bina ex unoquoque genere, &c.* Quibus adde quod refert Plutarchus lib. de ſolertia animalium. *Columbam è Deucalionis arca emiſſam nunciam fuiſſe tempeſtatis, cum rediret; ſerenitatis, cum evolaret.* Videatur, & Berosus & Juſtinus *lib. 2. Farn.*

262. *Protinus Æoliis, &c.*] De generalibus & provincialibus eluvionibus copioſe Lælius Biſciola Horar. ſubſeciv. tom. 1. lib. 19. cap. 13. De provincialibus Juſtin. lib. 2. Ariſtot. meteor. 2. Oroſius lib. 1. cap. 9. Auguſt. de Civ. Dei. Iſidor. 14. cap. 22. *Æoliis antris.*] Virgil. 1. Æneid.

Nimborum in patriam, loca fœta furentibus auſtris,
Æoliam venit, &c.

268. *Utque manu latâ.*] *Manu latâ* melior. verſu proximo *hinc denſi*, non & optimus Florent. Neapol. primus Vaticanus, & ſecundus Mediceus. paulo ante *ruit unda capillis* pro *fluit* prior Erfurtenſis. quod ſequor. niſi *pluit* reponendum. *Heinſius. Pendentia nubila preſſit.*] Verbum *preſſit* aquarum deſcendentium copiam exprimit. Veluti ſpongia ebria compreſſa, nubes aquam fundebant. *Pont.*

270. *Nuntia Junonis.*] Pluvias ſiquidem denuntiat, quæ in aëre, quem Juno ſuo nomine deſignat, concipiuntur: ſeu quoniam è nubibus fiunt, quibus Juno præeſt, ut Servius ait. De cauſis Iridis multa Seneca Quæſt. Nat. lib. 1. cap. 3. & ſeqq. Cœlius Rhodig. lib. 22. cap. 30. *Pont. Varios induta colores.*] Virgil. 4. *Mille trahens varios adverſo ſole colores.* Rationem phyſicam confirmat Heſiod. Θεογον. p. 780.

Πεῖρα δὲ θαύμαντος ἐυγλήϊδος πόδας ὠκεῖα Ἶρις,
Ἀγγελίη πωλεῖται ἐπ' ὠκύα νῶτα θαλάσσης,
Ὀρνύτ' ἰρὶς καὶ νῆνεμος ἢ ἀθανάτοισιν ὄμβρον, & quæ ſeqq.

272. *Dej-*

Concipit Iris aquas, alimentaque nubibus adfert.
Sternuntur ſegetes, & deplorata coloni
Vota jacent; longique labor perit irritus anni.
Nec cœlo contenta ſuo Jovis ira: ſed illum
Cæruleus frater juvat auxiliaribus undis.
Convocat hic amnes. qui poſtquam tecta tyranni
Intravêre ſui, Non eſt hortamine longo
Nunc, ait, utendum: vires effundite veſtras.
Sic opus eſt. aperite domos: ac mole remotâ
Fluminibus veſtris totas immittite habenas.
Juſſerat. hi redeunt, ac fontibus ora relaxant:
Et defrænato volvuntur in æquora curſu.
Ipſe tridente ſuo terram percuſſit: at illa
Intremuit, motuque ſinus patefecit aquarum.
Exſpatiata ruunt per apertos flumina campos;
Cumque ſatis arbuſta ſimul, pecudeſque, viroſque,
Tectaque, cumque ſuis rapiunt penetralia ſacris.
Si qua domus manſit, potuitque reſiſtere tanto
Indejecta malo; culmen tamen altior hujus
Unda tegit, preſſæque labant ſub gurgite turres.
Jamque mare & tellus nullum diſcrimen habebant.
Omnia pontus erant. deerant quoque littora ponto.

Oc-

272. *Deplorata coloni.*] *Coloni* rectius Neapol. Bernegger. & unus Mediceus. *Heinſius.*

275. *Cæruleus frater.*] Neptuni periphraſis. *Auxiliaribus undis.*] Auxilium afferentibus ad perdendum genus humanum.

279. *Domos.*] Fontes. Vide 574. vſ. inſt. *Mole remota.*] Obice quocunque *Farn. Mole remota.*] —— *Molemque & montes inſuper altos —— Impoſuit, regemque dedit, qui fœdere certo —— Et premere, & laxas ſciret dare juſſus habenas.*

280 *Totas habenas.*] Tranſlatio ab equis ſumpta, qui habenis inhibentur.

281. *Fontibus ora relaxant.*] Fontium exitus: qui & in fluviis oſtia dicuntur. Aditus domorum & limina etiam ora dicuntur: Uti partes domus, membra Plinio vocantur. Virgil. 6. Æneid. *nec enim ante dehiſcens —— Attonita magna ora domus.*

283. *Ipſe tridente.*] Hinc tertæ motus & cum his eluviones elicit: hinc ἐνοσίγαιος, & ἐνοσίχθων, à Poëtis dictus. *Farn.*

284. *Motuque vias patefecit aquarum.*] *Sinus* cum Erfurtano altero & uno Leidenſi. idque ex veteri codice quoque annotarat Gruterus. mox pro *preſſæque latent turres* rectius apud Senecam l. III. cap. XXVII. Nat. Quæ. *preſſæque labant* legitur. *Heinſius.*

292. *Omnia pontus erat.*] *Erant* meliores. & mox *ſuprà ſegetes* non *ſuper.* Idem.

296. *Sum-*

Occupat hic collem: cymbâ ſedet alter aduncâ,
Et ducit remos illic, ubi nuper ararat.
Hic ſupra ſegetes, aut merſæ culmina villæ,
Navigat: hic ſummâ piſcem deprendit in ulmo.
Figitur in viridi (ſi Fors tulit) anchora prato:
Aut ſubjecta terunt curvæ vineta carinæ.
Et, modo qua graciles gramen carpſere capellæ,
Nunc ibi deformes ponunt ſua corpora phocæ.
Mirantur ſub aquâ lucos, urbeſque, domoſque
Nereïdes: ſilvaſque tenent delphines, & altis
Incurſant ramis, agitataque robora pulſant.
Nat lupus inter oves: fulvos vehit unda leones:
Unda vehit tigres. nec vires fulminis apro,
Crura nec ablato proſunt velocia cervo.

Quæ-

296. *Summa piſcem.*] *Piſcium & ſummæ gentes haſit ulmo, Nota qua ſedes fuerat columbis, &c.* Horat. 2. ode 1. lib. *Farn.*

297. *Si fors tulit.*] Sic caſu evenit. R. Sic Mſs. uterque ſubſcribit Mureto. lib. 16. var. lect. cap. 9. εἰ τύχοι. Cic. *ſi forte*, male vulgo legitur, *ſic fors tulit.* Farn.

300. *Phocæ*] A Latinis vituli marini appellantur. Plin. lib. 9. cap. 8. *Phocæ.*] Redi ad Ep. 10. vſ. 87.

302. *Nereïdes.*] Nymphæ ſunt marinæ, à Nereo patre appellatæ.

303. *Agitataque robora.*] Impulſa ligna ac truncos percutiunt.

304. *Nat lupus.*] *Ingenioſiſſimus ille poëtarum*, inquit Senec. 3. l. Nat. quæſt. cap. 27. *egregie & pro magnitudine rei dixit*, Omnia pontus erant; deerant quoque litora ponto. *Niſi tantum impetum ingens & materia ad puerilles ineptias redegiſſet*; Nat lupus inter oves, fulvos vehit unda leones. *Non eſt*, inquit, *res ſatis ſobria laſcivire devorato orbe terrarum, &c. Magnifice hæc, ſi non curavit, quid oves & lupi faciant.* Spero me hæc quo noſtrum ab hac ſugillatione liberum; idque principis poëtarum exemplo. Neque enim hîc (alibi forte) laſcivit, ſed ſeriò & ſobriè curat quid agat lupus inter oves; ut qui ſalutis ſuæ ſatagat non reſpiciens prædam, ſibi proſpiciat, rapinæ utique immemor. Virgilius 3. Georg. in hypotypoſi diræ & omnia populantis peſtis, poſt tauros, equos, ſues, homines, hoſtias lue abreptas, adjicit & feras rapinæ, præ languore, immemores, promiſcue inter aſſuetas prædas obambulare. *Non lupus inſidias explorat ovilia circum, Nec gregibus nocturnus obambulat.* quare? *acrior illum cura domat. timidi damæ cervique fugaces, Nunc interque canes & circum tecta vagantur.* Farn.

305. *Fulminis apro.*] Utrum ab exertis utrinque dentibus fulminis cuſpides referentibus? an quia ut fulmen *obliqua præſtringit lumina flamma?* ſic & aper *obliquo latrantes diſſipat ictu.* 8. lib. 344. Εἰ δὲ πλαγίως τοῖς ὀδοῦσι δίγοι τῶν κυνῶν, τὸ τρίχωμα ἐκβιάζει. Pollux l. 5. c. 12. vide lib. 8. vſ. 389. *Farn.*

306. *Crura nec ablato, &c.*] Scio eſſe qui *alato* legant. quod nobis tamen non probatur. Præſertim, cum ut recte in ſuo codice notaverat Gruterus, ipſe auctor libro hujus operis, ita locutus ſit.

De

Quæſitiſque diu terris, ubi ſidere detur,
In mare laſſantis volucris vaga decidit alis.
Obruerat tumulos immenſa licentia ponti,
Pulſabantque novi montana cacumina fluctus.
Maxima pars undâ rapitur: quibus unda pepercit,
Illos longa domant inopi jejunia victu.
Separat Aönios Actæis Phocis ab arvis,
Terra ferax, dum terra fuit; ſed tempore in illo
Pars maris, & latus ſubitarum campus aquarum.
Mons ibi verticibus petit arduus aſtra duobus;
Nomine Parnaſſus, ſuperatque cacumine nubes.
Hic ubi Deucalion (nam cætera texerat æquor)
Cum conſorte tori parvâ rate vectus adhæſit;
Corycidas Nymphas, & numina montis adorant
Fati-

De Europe nempe: *pavet hæc; litusque ablata relictum Reſpicit.* Ita hic, *cervo ablato*, marinis, nempe, fluctibus *Heinſ. Ablato.*] Celeritate pedum ſubducto.

307. *Ubi ſiſtere poſſit.*] *Detur* primus Medicæus, unus Palat. & Bononienſis. Virgilius lib. III. Æneïdos.

Incerti quo fata ferant, ubi ſiſtere detur.

alter præterea Medicæus ex veterrimo exemplari deſcriptus *ſidere.* quomodo jam ante conjeceram. ſic optimi paſſim ſcriptores. niſi quod obſtare Virgilianus videtur locus. Noſter l. II. vſ. 632. ex ſcriptis codicibus.

Inter aves albas vetuit conſidere cygnum.

Horatius Sat. VIII. lib. I.

Aſt importunas volucres in vertice arundo
Terret fixa, vetatque novis conſidere in hortis.

ſed & ipſe Maro lib. VI. de columbis.

Tollunt ſe celeres, liquidumque per æthera lapſa
Sedibus optatis gemina ſuper arbore ſidunt. Heinſius.

310. *Novi fluctus.*] Magnæ undæ & inuſitatæ, & nunquam antehac ibi viſæ.

313. *Separat Aonies, &c.*] Topographia & loci deſcriptio. Montem enim Parnaſſum deſcribit, in cujus cacumen ſua altitudine ab undis tutum, Deucalion & Pyrrha ſe receperunt. *Phocis*, Regio eſt inter Bœotiam & Atticam, à Phoco denominata, in qua mons Parnaſſus duobus collibus eminens conſpicitur. *Ab Actæis arvis.*] Ab Attica regione, quæ olim Actæa, ab ἀκτὴ, *litus*, dicta, *R. Separat Aonies.*] Hypallage: Aonia, id eſt, Bœotia ſeparat Phocenſes ab Atticis. *Farn.*

315. *Latus campus aquarum.*] Μέγα λαῖτμα θαλάσσης. Redi ad vers. 41. h. l.

316. *Petit arduus aſtra.*] Duobus cacuminibus tendit in altum ſydera verſus: quorum unum (ut Herodot. lib. 8. ait.) *Titheronm*, alterum *Hyampeum* vocant. hoc Phœbo, illud Baccho ſacrum. *Pont.*

318. *Hic ubi Deucalio.*] Deucalion Promethei filius, vir integer ac pius. Vide Hygin. Fab. CLIII.

320. *Corycidas Nymphas.*] Nymphas antri Corycii. quod & ipſum dictum à nympha Corycia, ex qua Apollo genuit Lycorum, à quo urbs nominata eſt Lycorea. Pauſanias in Phocicis, & Delphici dicti Lycores. Schol. Apollon. lib. 2. v. 713. atque hinc Lucianus in Timone ait, arcam appuliſſe ad Lycorim montem.

Digitized by Google

Fatidicamque Themin, quæ tunc oracla tenebat.
Non illo melior quisquam, nec amantior æqui
Vir fuit, aut illâ metuentior ulla Deorum.
Jupiter ut liquidis stagnare paludibus orbem,
Et superesse videt de tot modo millibus unum,
Et superesse videt de tot modo millibus unam;
Innocuos ambos, cultores numinis ambos;
Nubila disjecit: nimbisque Aquilone remotis,
Et cælo terras ostendit, & æthera terris.
Nec maris ira manet. positoque tricuspide telo
Mulcet aquas rector pelagi: supraque profundum
Exstantem, atque humeros innato murice tectum
Cæruleum Tritona vocat; conchæque sonaci

In-

monentem. *Numina montis.*] Numina regionis, Indigetes, & Deos Topicos salutare atque adorare advenis moris erat. *Numina montis adorat.*] *Adorant meliores.* & mox *metuentior deorum* vel *deorum* iidem, non *reverentior.* sic *metuentior unda* Epistola Herus. noster Fast. VI. de Numâ,

——*quo non metuentius ullum*
Numinis ingenium terra Sabina tulit.

quomodo & *metuens pericli* apud Maronem. Æneid. V. *metuens divûm matertera* apud Persium, *Et metuens natura mali* apud Severum in Ætna, & *rixarum metuens Gratia* apud Horatium Od. XIX. lib. III. & *metuens alterius viri castitas* Od. XXIV. & *futuri metuens mens* Sat. II. lib. II. *virga metuens Achilles.* Juvenali Sat. VII. *metuens domini Roma* Lucano lib. VII. *Heinsius.*

321. *Fatidicamque Themin.*] Terræ, quæ prima tenebat oraculum, successit Themis, huic Apollo. *Cum regna Themus tripodasque teneret.* Lucan. 5. 81. & quæ nos ibi. *responsa Themidis priora Delphi.* Sidonius 9. carm. *Spiritus elementorum*, inquit Am. Marcellinus lib. II. & *potestates substantiales suppeditant nobis divinandi materiam & verba vaticina, quibus numen præesse Themidis dicitur: quam ex eo quod fixa fatali lege decreta præsire fas sit in posterum, quæ τὸ θεσπιῶν Græcus appellat, ita cognominatam, in cubili solioque Jovis Theologi veteres collocarunt.* Ovid. 7. Metam. 760. *Farn.*

325. *Et superesse virum.*] *Videt* cum iisdem melioribus. *Idem.*

328. *Aquilone remotis.*] Ab Aquilone depulsis. Est enim Aquilo ventus nubila dissipans, ac serenitatem inducens. *R.*

331. *Mulcet aquas.*] Virgil. I. Æneid.

Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos.

Quod ex Homer. Odyss. ε. v. 21.

Κεῖνον γὰρ ταμίην ἀνέμων ποιήσατο Κρονίων,
Ὅμμιν πνιάμενται, ἠδ' ὀρνύμεν ὅν κ' ἐθέλησι.

332. *Innato murice.*] Ingenitis muricibus: vel gerentem humeris ingenitos sibi murices & conchas. Est autem *murex* concha ex cujus sanguine purpureus conficitur color.

333. *Cæruleum Tritona.*] *Cæruleos* concinnius sit, ut ad humeros referatur. mox pro *conchaque sonanti, conchaque* nonnulli. Naugerius & Vivianus *sonaci* ex suis notant. atque aliter Calandræ Vaticana excerpta. Respexit hæc

Nasonis

Inſpirare jubet; fluctuſque & flumina ſigno
Jam revocare dato. cava buccina ſumitur illi
Tortilis, in latum quæ turbine creſcit ab imo:
Buccina, quæ medio concepit ut aëra ponto,
Littora voce replet ſub utroque jacentia Phœbo.
Tum quoque, ut ora Dei madidâ rorantia barbâ
Contigit, & cecinit juſſos inflata receptus,
Omnibus audita eſt telluris & æquoris undis:
Et quibus eſt undis audita, coërcuit omnes.
Jam mare littus habet: plenos capit alveus amnes:
Flumina ſubſidunt: colles exire videntur.
Surgit humus: creſcunt loca decreſcentibus undis.
Poſtque diem longam nudata cacumina ſilvæ
Oſtendunt, limumque tenent in fronde relictum.
Redditus orbis erat. quem poſtquam vidit inanem,
Et deſolatas agere alta ſilentia terras;
Deucalion lacrymis ita Pyrrham affatur obortis:
O ſoror,

Naſonis Apulejus Metamorph. lib. IV. *Jam paſſim maria perſultantes Tritonum caterva, hic conchâ ſonaci leniter buccinat, ille ſerico tegmine flagrantia Solis obſiſtit inimici.* Idem lib. VIII. *attritum dentium ſonacem* de apro dixit. Vide Notas Amor. lib. II. Eleg VI. v. 23. *Heinſius. Conchaque ſonanti.*] Beroaldus legendum cenſet *ſonaci*. Ex opinione & religione veterum interpretandum cenſet Turneb. lib. 2. cap. 21. credentium Tritonem Neptuni buccinatorem canoro immanique clamore aquas increpare & tanquam auritas vocare, quæ ejus imperio conſueverint parere.

336. *Tortilis, &c.*] Retorta in latitudinem. *Quæ turbine creſcit.*] Quæ ab ore auguſto incipit, & in amplum deſinit ad turbinis ſimilitudinem.

337. *Quæ in medio concepit ubi æra ponto.*] Tolle τὸ *in* ex auctoritate codicum, & ex quatuor libris repone *concepit ut* Heinſius. *Concepit ubi æra.*] Poſtquam inflari cœpit. *In medio ponto.*] Quo poſſit commodius ex omni parte à marinis fluctibus velut animatis exaudiri.

338. *Utroque jacentia.*] Sole oriente & occidente, univerſo denique terræ mariſque tractu. *Farn.*

340. *Cecinit receſſus.*] Imo *receptus* cum ſecundo Palatino, codice Langii, & Berneggeriano, atque adeo cum excerptis Calandræ. ſic & Triſt. lib. IV. Eleg. IX. ex fide optimorum codicum *cane Muſa receptus* eſt reponendum. *Heinſ.*

346. *Nudata cacumina.*] Foliis privata atque ſpoliata. ℟. *Poſtque diem.*] Poſt multos dies, tempus longum: annum ſcilicet ſi Noëticum intelligas Diluvium. *Farn.*

347. *Limumque in fronde.*] Oblimatæ & lutulentæ relinquebantur frondes arborum, propter aquam per alluviones & colluviones neceſſario turbatam fœdatamque.

349. *Deſolatas terras.*] Deſtitutas hominibus & animantibus. ℟. *Deſolatas terras.*] Virgil. II.

——*ingentes & deſolavimus agros.*

351. *Soror*]

Digitized by Google

O soror, ô conjux, ô fœmina sola superstes,
Quam commune mihi genus, & patruelis origo,
Deinde torus junxit; nunc ipsa pericula jungunt:
Terrarum, quascunque vident occasus & ortus,
Nos duo turba sumus. possedit cætera pontus.
Nunc quoque adhuc vitæ non est fiducia nostræ
Certa satis: terrent etiamnum nubila mentem.
Quid tibi, si sine me fatis erepta fuisses,
Nunc animi, miseranda, foret? quo sola timorem
Ferre modo posses, quo consolante dolores?
Namque ego (crede mihi,) si te modo pontus haberet,
Te sequerer, conjux: & me quoque pontus haberet.
O utinam posſem populos reparare paternis

Arti-

352. *Soror.*] Patruelis, non germana. **filia** scil. Epimethei ex Pandora, uti & **Deucalion** erat Promethei filius, ex Alia **uxore**: uterque autem Prometheus & **Epimetheus** filii erant Japeti. *Farn. Sosor.*] Irem & frater pro patruele. Epist. **Heroid.** 8. vs. 28. Quod ex fragment. **Pacuvii.** ——— *nam me aquum est frui*
———— *Fraternis armis, mihique adjudicavisse* ——— *Vel quod propinquus, vel quod pertinax æmulus.*

352. *Patruelis origo.*] Deucalion enim & Pyrrha patrueles fuerunt. Nam Japetus **duos** sustulisse filios dicitur; Prometheum, qui Deucalionem: & Epimetheum, qui Pyrrham genuit. R.

353. *Ipsa pericula.*] Validissimum vinculum, naturæ sorte, cognationis lege, conjugii fœdere firmius: συνάγει γὰρ καὶ ἐχθροὺς ὁ κοινὸς φόβος. Arist. 5. polit. *Farn.*

355. *Nos duo turba sumus.*] Est quod infra dicit: *Nunc genus in nobis restat mortale duobus.*

357. *Etiamnunc.*] Sic Neapolitanus. *Heinsius.*

358. *Quis animus, miseranda, foret.*] *Quid animi* unos **Vossianus** & unus cum **Naugerii codice** & margine non cum **Naugerii** primus Vaticanus editionis **Gryphianæ**. **proxime** verum. Epist. *Quid animus.* **proxime** verum. Epist. Tom. II.

Canaces,
Quid mihi tunc animi censes, germane, fuisse?
Metam. v.
Quid mihi tunc animi misera fuit?
lib. VII.
Quid mihi tunc animi fuit? an quod debuit esse?
lib. XIV.
Quid mihi tunc animi (nisi si timor abstulit omnem
Sensum animumque) fuit?
Idem.

361. *Si te quoque pontus haberet.*] *Te modo* rectius nonnulli. & *possim* mox pro *possem*. Idem.

363. *Paternis.*] Prometheus fingitur hominum imagines è luto finxisse, atque has igne cœlitus surrepto animasse; vel quia rudes homines ad civilem vitam revocarit, artibusque inventis instruxerit; an quod primus artem invenerit statuas & simulachra fingendi. Lactantius 2. div. inst. de orig. *Paternis.*] De Prometheo multi multa. Attius apud Scriver. ——— *unde ignem mortalibus* ——— *Divisse cluet dolo' Prometheus* ——— *Clepsisse dolo, pœnasque Jovi* ——— *Fato expendisse supremo.* Quod Cicero Tusculan. quæst. 2. ita reddit: *Veniat Æschylus, non poëta tantum, Sed*

Artibus; atque animas formatæ infundere terræ!
Nunc genus in nobis reſtat mortale duobus;
Sic viſum Superis: hominumque exempla manemus.
Dixerat, & flebant. placuit cœleſte precari
Numen; & auxilium per ſacras quærere ſortes.
Nulla mora eſt; adeunt pariter Cephiſidas undas,
Ut nondum liquidas, ſic jam vada nota ſecantes.
Inde ubi libatos irroravêre liquores
Veſtibus & capiti; flectunt veſtigia ſanctæ
Ad delubra Deæ: quorum faſtigia turpi
Squallebant muſco; ſtabantque ſine ignibus aræ.

Ut

Pythagoras; ſic enim accepimus: quomodo fert apud eum Prometheus dolorem, quem accepit ob furtum Lemnium, unde ignis luceat mortalibus clam diviſus? eum Prometheus doctus clepſiſſe dolo, pœnaſque Jovi fato expendiſſe ſupremo. & quæ ſeqq. Adi Æſchil. Fab. 1. E'ξεύρων γραμμάτων συνθέσεις Προμηθεύς. Tzetz. Chiliad. 6. hiſtor. 82. περὶ τῦ Προμηθέως. ubi inter alia:

Ὡς τῦς ὁ προβυλόταθ' ὁ Προμηθεὺς ὑπάρχει.
Τὸν τὴν τὸν ὑγιρόζυλον λίγει δ' Ε'πιμηθία.

Adi & Heſiod. & alios. De Prometheo vincto invenies p. 413. vſ. 40.

366. *Exempla manemus.*] Exemplaria. *Comœdiam*, inquit Plinius lib. 7. Epiſt. *ad exemplum veteris Comœdia ſcriptam tam bene, ut eſſe quandoque poſſit exemplar.* Faro.

368. *Per ſacras ſortes.*] Per oracula & Deorum reſponſa. Turneb. lib. 5. c. 21.

369. *Cephiſidas undas.*] Cephiſus Bœotiæ fluv. Delphos præterfluens. Lucan. 3. lib. vſ. 177. *quos impiger ambit Fatidica Cephiſſos aqua.*

370. *Et nondum liquidas, ſed jam.*] Optimus Thuan. *Ut nondum.* unus Medic. *ſic jam.* Lege, quomodo ſibi quoque videri corrigendum eſſe ad me perſcripſit eruditiſſimus Gronovius, *Ut nondum liquidas, ſic jam vada nota ſecantes.* Heinſ.

Ut nondum liquidas.] Nondum puras, ſed limo turbidas. *Vada nota ſecantes.*] ſed jam alveos ſuos tenentes; neque enim ripis egrediebantur. *Secantes.*] Redi ad p. 430. v. 16. & 446. v. 18.

371. *Libatos.*] Sic Eurip. Jon. à v. 58.

Α'λλ' ὦ φοίβε Δελφοὶ θίμιτες,
Τὰς Κασταλίας ἀργυροσιδῆς
Βαίνετε δίνας καθαρᾶς δ' ὕδατος
Α'φυβρανάμενοι σώζετε ναὸς.
Στόμα τ' εὔφημον θεμιτεύετε ἀγυιᾶς.

Quod etiam Virgil. attingit 4. Æneid.

Dic corpus properet fluviali ſpargere lympha.

Liquores.] Aquæ vivæ, id eſt, fluentis & Themidi ſacræ aſpergine ſe luſtraverunt. *Farn. Inde ubi libatos, &c.*] Themidi ſacer erat ille amnis. Antiqui templa ingreſſuri, Deoſque precaturi, prius ſe aqua aſpergebant & lavabant.

374. *Pallebant muſco.*] Ita conſtanter libri veteres. Accedo tamen reponentibus *ſqualebant.* ſic *ſqualere ſitu*, & ſimilia. ſed apud Val. Flaccum lib. 1. v. 775.

Sordidus & multa pallens ferrugine taurus.

ubi tamen *ſqualens* pari modo cenſeo reponendum. *Heinſius.*

376. *Pavens*

Digitized by Google

Ut templi tetigêre gradus; procumbit uterque
Pronus humi, gelidoque pavens dedit oscula saxo.
Atque ita, Si precibus, dixerunt, numina justis
Victa remollescunt, si flectitur ira Deorum;
Dic, Themi, qua generis damnum reparabile nostri
Arte sit: & mersis fer opem, mitissima rebus.
Mota Dea est; sortemque dedit: Discedite templo;
Et velate caput; cinctasque resolvite vestes:
Ossaque post tergum magnæ jactate parentis.
Obstupuêre diu: rumpitque silentia voce
Pyrrha prior; jussisque Deæ parêre recusat:
Detque sibi veniam, pavido rogat ore: pavetque
Lædere jactatis maternas ossibus umbras.
Interea repetunt cæcis obscura latebris
Verba datæ sortis secum, inter seque volutant.
Inde Promethides placidis Epimethida dictis
Mulcet; &, Aut fallax, ait, est sollertia nobis:
Aut pia sunt, nullumque nefas oracula suadent.
Magna parens terra est: lapides in corpore terræ

Ossa

376. *Pavens dedit.*] Quasi præsente numine, horrore quodam perfusi & venerabundi. *Pont.*

381. *Sortemque dedit.*] Responsum oraculi; ut modo v. 368. *Discedite.*] Rem sacro atque ex more augurum. *Templo.*] *Templum* enim est locus augustis manu vel lituo designatus.

382. *Velate caput.*] *Velati capite* Deos adorabant humiles se & indignos confessi, aut veriti, ne quid mali ominis sacra interrumperet. Plutarch. Rom. quæst. 10. & Helenus 3. Æneid. *Purpureo velare comas adopertus amictu; Ne qua inter sanctos ignes in honore Deorum Hostilis facies occurrat & omina turbet.* Et quæ nos ibi. *Et velate caput.*] Virg. 4. Æneid. —*Tuque ipsa pia tege tempora vitta. Cinctasque resolvite vestes.*] Virg. 4. Æneid. de Didone. *Unum exuta pedem vinclis, in veste recincta*

Ipsam moriturae Deos. ubi Serv.

Cinctasque resolvite vestes.] Piaculum enim in sacrificio est, aliquid esse religatum. *Farnab. Velate.*] Operite ac tegite. *Resolvite.*] Discingite vestes vestras, quæ sunt cinctæ. *R.*

384. *Rumpitque silentia voce.*] Redi ad l. 1. Art. amat. vs. 329.

386. *Pavido rogat ore pavetque.*] *Timido ore* Arondelianus. unus Vossianus *timetque.* Opinor debere restitui,

Detque sibi veniam, timido rogat ore, paventi

Lædere jactatis maternas ossibus umbras. Heinsius.

387. *Umbras.*] Animas, quas lædi credebat antiquitas, illata cadaveribus aut tumulis injuria. *Farn.*

390. *Promethides.*] Deucalion Promethei filius. *Epimethida.*] Pyrrham, Epimethei filiam.

393. *Magna parens.*] Respexisse ingeniosissimum poëtam opinatur Muretus

Ossa reor dici : jacere hos post terga jubemur.
Conjugis augurio quamquam Titania mota est;
Spes tamen in dubio est. adeo cælestibus ambo
Diffidunt monitis sed quid tentare nocebit?
Descendunt; velantque caput, tunicasque recingunt;
Et jussos lapides sua post vestigia mittunt.
Saxa (quis hoc credat, nisi sit pro teste vetustas?)
Ponere duritiem cœpere, suumque rigorem;
Mollirique morâ, mollitaque ducere formam.
Mox, ubi creverunt, naturaque mitior illis
Contigit, ut quædam, sic non manifesta, videri
Forma potest hominis; sed uti de marmore cœpto
Non exacta satis, rudibusque simillima signis.
Quæ tamen ex illis aliquo pars humida succo,
Et terrena fuit, versa est in corporis usum.
Quod solidum est, flectique nequit, mutatur in ossa:
Quod modo vena fuit, sub eodem nomine mansit.
Inque brevi spatio, Superorum munere, saxa
Missa viri manibus faciem traxêre virilem:
Et de fœmineo reparata est fœmina jactu.
Inde genus durum sumus, experiensque laborum:

Et

10. lib. var. lect. 2. cap. ad historiam Rom. Liv. 1. lib. cum Regiis adolescentibus responsum esset, eum regnaturum Romæ, qui primus matri osculum tulisset: Brutus è navi descendens simulato casu terram osculatus est, &c. Vetus item Grammaticus, de eo qui ad lapidem offendisset, dixit, Τὴν ὀστοῦσιν ἐγχωμιάζεις πάλαι. Quæ etiam valet ad Hesiodi in venis terræ de aqua & metallis.

395 *Augurio quamquam.*] Interpretatione sancta, sana, felici. *Farn Titania.*] Pyrrha, Japeti Titanis neptis. R.

397. *Tentare nocebit.*] *Nocebit* meliores. pro *Discedunt* optimus Florentinus, primus Palatinus, & alii quatuor, *Descendunt.* è templis enim per gradus descendebatur. *Heinsius.*

405. *De marmore cœpto.*] *Cœpto* primus Palatinus, quod præstat. *Idem.*

406. *Non exacta satis.*] Exculta, perfecta. *Rudibus signis.*] Inelaboratis statuis. R.

411. *Superorum munere.*] *Munere* veteres quinque. & mox *faciem virilem* pro *virorum* unus meus & unus Mediolanensis. *Heins. Superorum munere.*] Diis faventibus & juvantibus.

414. *Genus durum.*] *Unde homines nati durum genus.* Virg. 1. Geor. atque hinc à λααὶ lapis dicti volunt λαοὶ Populos: ἐκ δὲ λίθων ἐγένοντο βροτοὶ, λαοὶ δὲ καλέονται. Supra de progenie nata è gigantum sanguine, *scires è sanguine natam.* Farn.

FAB.

Digitized by Google

Et documenta damus, qua simus origine nati.
Cætera diversis tellus animalia formis
Sponte suâ peperit; postquam vetus humor ab igne
Percaluit Solis; cœnumque, udæque paludes
Intumuêre æstu: fœcundaque semina rerum
Vivaci nutrita solo, ceu matris in alvo
Creverunt, faciemque aliquam cepêre morando.
Sic ubi deseruit madidos septemfluus agros
Nilus, & antiquo sua flumina reddidit alveo,
Æthereoque recens exarsit sidere limus;
Plurima cultores versis animalia glebis
Inveniunt, & in his quædam modo cœpta sub ipsum
Nascendi spatium: quædam imperfecta, suisque
Trunca vident numeris: & eodem in corpore sæpe
Altera

FAB. VIII. *Arg.* Cætera diversis, &c.] *Pest Cadysimon, edidit terra Pyson vastum serpentem, specie ignota mortalibus. Hunc Apollo sagittis interemit: & ne ejus abolesceret memoria, instituit ludos & certamina, quæ nunc in his ludis ostendit. unde etiam Apollo Pythius est appellatus, ipsique ludi Pythii.* Lactant.

416. *Animalia formis.*] Ex corruptione quidem nasci insecta, neque Academia negaverit neque Lycæum: quin & adstruit ipsa experientia. Animantia quædam ex terræ visceribus Solis agentis vi nasci, inter Ægyptiorum placita recenset Porphyrius: à quibus fortasse fabulæ huic, una cum ipsa similitudine *Nili* terram impregnantis, ansa, & fides historico Melæ hoc idem ex nostro referenti in Ægypto suâ. Omitto quæ addacit Plutarchus 5. l. 19. cap. de placitis philosophorum, & Convivial. quæst. 3. 2. lib. Sed quas ferat Avicenna? qui lib. de Diluviis asserit ex relicto cadaverum humanorum seminio à Sole animato, homines post immensas terrarum inundationes natos. *Farnaby.*

419. *Innumere æstu.*] Ut prægnantes fiant.

420. *Vivaci solo.*] Terra, vitam subministrante.

422. *Septemfluus Nilus.*] Exemplo declarat, reliqua animalia ex terra sponte fuisse orta; Nilus autem fluvius, singulis quibusque annis Ægyptum inundans, fœcundam non solum frumentorum, sed variorum quoque animalium eam reddit. Vide Plin lib 7. cap. Senec. Natural. lib. 3. cap. 25. Ælian. histor. animal lib. 10. cap. 44. *Septemfluus* idcircò dicitur, quod septem ostiis in mare erumpit. *R. Sic ubi deseruit.*] De Nili incremento & Natura videatur. Jo. Bap. Sfortia. *Farn.*

423. *Nilus.*] Redi ad amor. lib. 3. vs. 40.

424. *Sidere.*] Sole. *Farn.*

426. *Modo capta per ipsum.*] *Sub ipsum* rectius Bersmanni codex & excerpta Calandræ Vaticana, cum codice Leodicensi S. Jacobi, & postrema Naugerii editione. *Heinsius.*

428. *Trunca vident numeris.*] *Numeris* vere libri meliores nondum numeris omnibus absoluta. mox iidem *eodem in corpore.* Met. VII.

Utque hominis faciem maternâ sumit in alvo.

Digitized by Google

Altera pars vivit; rudis eſt pars altera tellus.
Quippe ubi temperiem ſumſere humorque calorque;
Concipiunt: & ab his oriuntur cuncta duobus,
Cumque ſit ignis aquæ pugnax; vapor humidus omnes
Res creat, & diſcors concordia fœtibus apta eſt.
Ergo ubi diluvio tellus lutulenta recenti
Solibus æthereis altoque recanduit æſtu; 435
Edidit innumeras ſpecies: partimque figuras
Rettulit antiquas; partim nova monſtra creavit.
Illa quidem nollet, ſed te quoque, maxime Python,
Tum genuit: populiſque novis, incognita ſerpens,
Terror eras. tantum ſpatii de monte tenebas. 440
Hunc Deus arcitenens, & nunquam talibus armis
Ante, niſi in damis capreiſque fugacibus, uſus,
Mille gravem telis, exhauſtâ pene pharetrâ,
Perdidit effuſo per vulnera nigra veneno.

Neve

Perque ſuos intus numeros componitur infans. Idem.

Numeris ſuis.] Amor. 2. v. 40. de numeris militaribus. p. 106. v. 24.

430. *Quippe ubi temperiem.*] Empedocleam ſimul litem & amicitiam reſpicere videtur. Qua de re vide quæ ad 25. v. ſupra. *Farn.*

437. *Nova monſtra.*] Nunquam antehac viſa, adeoque mira. Vide Ep. Heroid. 12. verſ. 13. Sic & Græci. Eurip. Herc. Fur. v. 965. Ὦ πατεῖ; τί πάσχομεν; τίς ὁ τρόπος ξυνάστασις; —— Τὰς δ' —— & monſtra dicuntur ἀτυχήματα: tanquam res novæ, & ſine more occurrentes.

438. *Illa quidem nollet.*] Gigantes Terra lubens & læta peperit, ut & progeniem ex gigantum ſanguine; Pythona non item, ſed invita. *Python.*] Ἀπὸ τοῦ πύθω, Exhalationis enim putredinem à Diluvio gravem Sol radiorum tanquam ſagittarum ictu attenuavit exſiccavitque. Alias mythologias vide apud Macrobium lib. 1. Saturn. c. 17. Nat. Comit. lib. 4. c. 19. Cœl. Rhodig. lib. 16, 19. c. Ant. Liberal. 28. cap. Τυφὼν ἐγένετο γῆς υἱὸς ἐξαίσιος δαίμων πρὸς ἰσχὺν, &c. *Farn.* Vide Franc. Luſign. Parerg. lib. 2. cap. 11.

439. *Incognite ſerpens.*] *Incognita.* Bernegger. Neap. & octo vel decem alii. appoſitè Lucanus libro VI.

——*hinc maxima ſerpens*
Deſcendit Python, Cyrrhæaque fluxit in antra.

qui hunc Naſonis locum videtur reſpexiſſe. ita & pro *Hunc* mox *Hanc* idem Neapolitanus & ſecundus Mediceus. ut & paulo poſt *perdomitam ſerpentem* vocat libro 11. fabula Ocyrhoes *diram ſerpentem* dixit. *Heinſius.*

441. *Deus arcitenens.*] Apollo ἑκατηβόλος.

443. *Mille gravem.*] Liber Zinzerlingi, *gravi telis*, ut epitheton ſit pharetræ, non draconis. *Pharetra gravis*, eſt plena, referta telis. *Pont.*

444. *Per vulnera nigra.*] Hypallage: Nigrum enim venenum vel ſanguinem venenatum, per vulnera effuſum intelligimus. *R.*

446. *In-*

Digitized by Google

Neve operis famam possit delere vetustas;
Instituit sacros celebri certamine ludos,
Pythia de domitae serpentis nomine dictos.
His juvenum quicunque manu, pedibusve, rotâve
Vicerat; esculeae capiebat frondis honorem.
Nondum laurus erat; longoque decentia crine
Tempora cingebat de qualibet arbore Phoebus.
Primus amor Phoebi Daphne Peneïa; quem non
Fors ignara dedit, sed saeva Cupidinis ira.
Delius hunc nuper victâ serpente superbus
Viderat adducto flectentem cornua nervo:
Quidque tibi, lascive puer, cum fortibus armis?
Dixerat: ista decent humeros gestamina nostros;
Qui dare certa ferae, dare vulnera possumus hosti.
Qui modo pestifero tot jugera ventre prementem
Stravimus innumeris tumidum Pythona sagittis.
Tu face nescio quos esto contentus amores

Irri-

446. *Instituit sacros.*] Vide & Scal. poët. lib. 1. cap. 23. A Diomede tamen Pausanias in Corinthiacis Pythia institutа scribit: ab Eurylocho Thessalo, Pindari interprete. *Certamine ludos.*] Pugillum, cursu pedestri & curuli, *Farnab. Instituit sacros.*] Sciendum apud Graecos nobiliora fuisse quatuor ludorum genera. Olympiacos, Pythios, Isthmios, Nemeaeos, de quibus Pausanias, lib. 2. c. 3. Natal. Com. lib. 5. c. 12. & 24. Scalig. Poët. lib. 1. cap. 23. *Pont.*

447. *Pythia perdomitae.*] Rectius *dedomita* meliores. pro *Hic* versu proximo Neapol. & secundus Mediceus cum codice Johannis Georgii Graevii viri doctissimi, *His. Heins.*

449. *Esculea frondis honorem.*] Coronam ex frondibus esculi confectam. Esculus enim arbor est glandifera, sic dicta, quod prisci ex illius fructu escam sumerent. *Re*

FAB. IX. *Arg.* Primus amor Phoebi Daphne Peneia, quem non, &c.] *Daphne Penei fluminis filia, omnium virginum, quae in Thessalia essent, speciosissima habebatur, adeo quidem ut deos pulchritudine sua caperet: Apollo cum eam conspexisset, forma ejus expalluit. Quam cum neque pollicitis, neque precibus vincere posset, vim ei inferre instituit: At illa cursu conspectum ejus effugere cupiens, patrem invocavit, ut virginitati sua, quam sibi permiserat, ferret auxilium. quam ille auditis precibus filia, Deorum ut vim effugeret, in laurum convertit.* Lact.

452. *Peneïa.*] Daphne fingitur Penei filia, quod laurus abunde nascatur in ripis Penei, qui fluvius è radicibus Pindi montis ortus, per tempe amoenissimum Thessaliae nemus labitur, infra 569. hodie *Salampria*, ut alii, *Pezin.* Ladonis autem filiam esse volunt Philostratus, Aphthonius, alii. *Farn.*

453. *Sors ignara.*] *Fors* cum melioribus. mox *victâ serpente* primus & secundus Medicei, Neap. Bernegger. Thuan. & duo alii. *Heinsius.*

461. *Nescio quos amores.*] Cum quodam contemptu haec dicitur; ac si di-

Irritare tuâ : nec laudes aſſere noſtras.
Filius huic Veneris; Figat tuus omnia, Phœbe;
Te meus arcus, ait : quantoque animalia cedunt
Cuncta tibi, tanto minor eſt tua gloria noſtrâ.
Dixit : & eliſo percuſſis aëre pennis
Impiger umbroſâ Parnaſi conſtitit arce:
Eque ſagittiferâ promſit duo tela pharetrâ
Diverſorum operum. fugat hoc, facit illud amorem.
Quod facit, auratum eſt, & cuſpide fulget acutâ:
Quod fugat, obtuſum eſt; & habet ſub arundine plumbum.
Hoc Deus in Nymphâ Peneïde fixit; at illo
Læſit Apollineas trajecta per oſſa medullas.
Protinus alter amat; fugit altera nomen amantis,
Silvarum latebris captivarumque ferarum
Exuviis gaudens, innuptæque æmula Phœbes.
Vitta coërcebat poſitos ſine lege capillos.
Multi illam petiêre : illa averſata petentes,
Impatiens experſque viri, nemorum avia luſtrat:
Nec quid Hymen, quid Amor, quid ſint connubia, curat.
Sæpe pater dixit : Generum mihi, filia, debes.
Sæpe pater dixit : Debes mihi, nata, nepotes.

Illa

ceret, leves, molles, atque viris negligendos. *R.*

462. *Aſſere.*] Arroga, vindica tibi.

465. *Cuncta Deo.*] *Deis* olim legebam. Nunc ſequor ſcripturam Berneggeriani codicis, quam Voſſianus unus, unus item Moreti prodiverſâ lectione agnoſcunt, *Cuncta tibi.* Silius libro XV.

——*mortalibus alti*
Quantum calicola, tantundem animalibus iſti
Præcellunt cunctis. Heinſius.

468. *Deque ſagittifera.*] *Eque* præſtantiores. *Parnaſi* etiam pro *Parnaſſi* conſtanter. *Idem.*

474. *Fugit altera.*] Fingitur Daphne Apollinem fugere, quod Laurus umbram & opaca loca amet.

477. *Vitta coërcebat.*] *Vitta* tegmen eſt capitis muliebre. Et alia virginum, alia matronarum. Vitta duntaxat fluentes capillos colligebat. *Sine lege.*] Sine ordine. *R.*

479. *Nemora avia.*] Rectius alii *nemorum avia*, ſic *nemorum ſecreta* non longe poſt, & *opaca nemorum* apud Statium Theb. primo, & Theb. XII. *arcana nemorum. nemora* tamen *avia* Lucretius quoque dixit non uno loco. *Heinſius.*

480. *Hymen.*] Nuptiæ. Vide quæ nos ad Senecæ Thebaid. v. 262. de Hymenæo. *Farn.*

483. *Te-*

Digitized by Google

Ille velut crimen tædas exoſa jugales,
Pulcra verecundo ſuffunditur ora rubore;
Inque patris blandis hærens cervice lacertis,
Da mihi perpetuâ, genitor cariſſime, dixit,
Virginitate frui: dedit hoc pater ante Dianæ.
Ille quidem obſequitur: ſed te decor iſte, quod optas,
Eſſe vetat; votoque tuo tua forma repugnat.
Phœbus amat; viſæque cupit connubia Daphnes:
Quæque cupit, ſperat: ſuaque illum oracula fallunt.
Utque leves ſtipulæ demtis adolentur ariſtis;
Ut facibus ſepes ardent, quas forte viator
Vel nimis admovit, vel jam ſub lucc reliquit;
Sic Deus in flammas abiit: ſic pectore toto
Uritur, & ſterilem ſperando nutrit amorem.
Spectat inornatos collo pendere capillos.
Et, Quid ſi comantur? ait. videt igne micantes
Sideribus ſimiles oculos. videt oſcula; quæ non
Eſt vidiſſe ſatis. laudat digitoſque, manuſque,

Brachia-

483. *Tædas exoſa.*] De facibus quæ in nuptiis præferebantur ſponſis vide quæ ad Senecæ Thebaida v. 263. & 507. Farn. *Tædas jugales.*] Nuptias. Novis enim nuptis quinque faces accenſæ præferebantur, ut Plutarchus ſcribit in problematis. R.

484. *Suffundens ora rubore.*] Repone *ſuffunditur* cum Bernegger. ſecundo Palat. primo Gronovii, vetuſtiore Erfurtano, & duobus aliis. multi ſunt in his Græciſmis poëtæ. *Heinſius.*

485. *Blandis lacertis.*] Pro ipſa blanda, per Hypallagen.

486. *Da mihi perpetua.*] Ipſa Diana apud Callimachum, Δός μοι παρθενίην αἰώνιον ἔπτα γυναῖκας. Conceſſit Jupiter, οἶσθα, τέκνον, ὅτι ἀθελήμος ἀπίξεις & Madii τινα μάστιγας τὴν παρθένον. eodem hymno in Dianam. *Farn.*

491. *Quæque cupit.*] Rectius primus Palat. Erfurt. & alii nonnulli, *Queque* videlicet connubia. *Quamque* quatuor non contemnendæ notæ. *Heinſius.*

492. *Stipulæ leves.*] Stipulæ ita incenſæ rationem & cauſam reddit Virgil. 1. Georg. 161. *Atque levem ſtipulam crepitantibus urere flammis. Sive inde occultus vires, &c.* Farn. *Adolentur.*] Comburuntur.

493. *Quas forte viator.*] Ita conſtanter libri veteres, nili quod in tribus *ſæpe.* Scribendum tamen,

——*quas nocte viator*
Vel nimis admovit.

ut *nocti* reſpondeat τῷ *ſub luce.* Heinſius. *Viator.*] Viatores ajunt noctu iter pergentes ferre ſecum faces, quas advenientc luce negligenter abjiciunt aliquando, unde ſepibus incendium. *Semuſtamque facem vigilata nocte viator.* Pont. Faſt. lib. 4. 164. verſ. *Farn.*

496. *Sterilem.*] Vanum, ex quo nullam voluptatem eſt habiturus.

Digitized by Google

Brachiaque, & nudos mediâ plus parte lacertos.
Si qua latent, meliora putat. fugit ocior aurâ
Illa levi: neque ad hæc revocantis verba resistit:
Nympha, precor, Penêi, mane: non insequor hostis.
Nympha, mane. sic agna lupum, sic cerva leonem,
Sic aquilam pennâ fugiunt trepidante columbæ;
Hostes quæque suos. amor est mihi causa sequendi.
Me miserum! ne prona cadas, indignave lædi
Crura secent sentes; & sim tibi causa doloris.
Aspera, qua properas, loca sunt. moderatius, oro,
Curre, fugamque inhibe: moderatius insequar ipse.
Cui placeas, inquire tamen. non incola montis,
Non ego sum pastor: non hîc armenta, gregesve
Horridus observo. nescis, temeraria, nescis
Quem fugias: ideoque fugis. mihi Delphica tellus,
Et Claros, & Tenedos, Patareæque regia servit.
Jupiter est genitor. per me, quod eritque, fuitque,
Est-

504. *Nympha, precor, Penêa, mane.*] *Penei* optimus Florent. & Neapolitanus. sic paulo ante, *Hoc Deus in Nympha Peneide fixit.* in Fastis lib. VI. *Dodoni* & *Cadmei* agnoscunt præstantiores libri pro *Dodona* & *Cadmeæ*. Nec dubito apud Horatium lib. I. Od. XXVI. *Pimplai dulcis* pro *Pimplea* reponi debere. sic & Epist. XVI. *Ledai* pro *Ledea* monui scribendum esse, & Epist. XVIII. *Sestiumella* pro *Sestia*. Heinsius.

505. *Sic agna.*] *Non ego te, tigris ut aspera Gætulusve leo frangere persequor.* Horat. I. lib. ode 23. *Farn.*

509. *Crura notent.*] *Secent* decem ex melioribus. ut in illo Virgiliano.

——*hirsuti secuerunt corpora sentes.*

&,

Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas.

hinc *rubum non aquam cruribus* Columella dixit libro X. loco depravato. qui sic emendandus,

Nec manibus mites ferulas, nec cruribus aquæ

Terga rubi spinisque ferat palliuron acutis.
Propert. lib. IV. Eleg. IV.

Rettulit hirsutis brachia sæpta rubis.
Tibullus tamen libro IV.

Candidaque humatis crura notare rubis.
Heinsius.

510. *Moderantius, oro, Curre.*] *Moderatius* cum castigatioribus membranis. neque aliter Ciofanus. alterum enim vix Latinum est. Epist. XV. III.

Parce precor, facilemque move moderatius aurem.

Et Amor. lib. II. Eleg. XVII.

——*Dum me moderatius urat.*

quibus locis pari modo peccabatur. *Idem.*

515. *Delphica tellus.*] Unde *Oracula Delphica* sunt dicta. *R.* Delphi urbs Phocidis in Achaia ad Parnassum, oraculo Apollinis clara.

516. *Claros.*] Opp. Ioniæ, ubi mons & locus Apollini sacer. *Tenedos.*] Insula maris Ægei. *Patareæque regia.*] Urbs Lyciæ, templo & oraculo Apollinis clara. *Farn.*

518. *Per*

Digitized by Google

Eſque, patet: per me concordant carmina nervis.
Certa quidem noſtra eſt: noſtrâ tamen una ſagittâ
Certior, in vacuo quæ vulnera pectore fecit.
Inventum medicina meum eſt; opiferque per orbem
Dicor; & herbarum ſubjecta potentia nobis.
Hei mihi, quod nullis amor eſt medicabilis herbis:
Nec proſunt domino, quæ proſunt omnibus, artes!
Plura locuturum timido Peneïa curſu
Fugit; cumque ipſo verba imperfecta reliquit:
Tum quoque viſa dicens; nudabant corpora venti,
Obviaque adverſas vibrabant flamina veſtes;
Et levis impexos retro dabat aura capillos:
Auctaque forma fugâ eſt. ſed enim non ſuſtinet ultra
Perdere blanditias juvenis Deus: utque movebat
Ipſe Amor, admiſſo ſequitur veſtigia paſſu.
Ut canis in vacuo leporem cum Gallicus arvo
Vidit; & hic prædam pedibus petit, ille ſalutem.
Alter inhæſuro ſimilis, jam jamque tenere
Sperat, & extento ſtringit veſtigia roſtro:
Alter in ambiguo eſt, an ſit deprenſus, & ipſis

Mor-

518. *Per me concordant.*] Hoc eſt, Muſices & harmoniæ ego ſum inventor.

519. *Certa quidem.*] Κείνῳ ἰθύτατον ἕλκος ἀνίκα, καὶ ἀνδρὸν θοίνῃ γε καὶ ἄγκυρα ἐστερήσατο καὶ δοιάς. Κείνα δὲ βροτοὶ, καὶ μάντιες. ἐκ δὲ κείνου φοίβη πάντοι δεδάασιν ἀνάκλητον βασιλῆα. Callimachus hymn. in Apollinem. *Farn. Certa quidem noſtra, &c.*] Se peritum quidem eſſe ſagittarium profitetur: ſed Cupidinem, à quo erat percuſſus, peritiorem eſſe ait. *R.*

520. *Vacuo pectore.*] Libero amoris affectu.

521. *Opiferque per orbem Dicor.*] *Opiferque* ſcribendum cum emendatis libris. hinc Apollo Παιήων & ἀοσσήτωρ apud Græcos. *Heinſ.*

522. *Herbarum.*] Quas in medicina potentes ſol è terra elicit.

525. *Rapido Peneïa curſu.*] *Timido* plerique veteres. & rectè,

——*pedibus timor addidit alas.*

Heinſius.

528. *Vibrabant.*] Ventilabant, agitabant.

529. *Impulſos capillos.*] *Impexos* tertius Mediceus & tres alii. mox meliores.

Auctaque forma fuga eſt. Heinſius.

531. *Utque monebat Ipſe Amor.*] *Movebat* primæ notæ Regius, unus Argent. & unus Leidenſis. probè.

Qui tamen inſequitur pennis adjutus Amoris
Ocyor eſt.

ut paulo poſt Noſter.

533. *Canis.*] *Leporemque læſum Gallici canis dente.* Martial. 3. lib. 47. Epigr. *Vacuo.*] Patente campo, in quo nullæ ſegeres, arbores nullæ. *Farn.*

537. *An ſit comprenſus.*] *Deprenſus* malo cum aliis. lib. VII.

Morſibus eripitur; tangentiaque ora relinquit.
Sic Deus, & virgo eſt: hic ſpe celer, illa timore.
Qui tamen inſequitur, pennis adjutus Amoris
Ocior eſt, requiemque negat: tergoque fugaci
Imminet; & crinem ſparſum cervicibus afflat.
Viribus abſumtis expalluit illa: citæque
Victa labore fugæ, ſpectans Peneïdas undas,
Fer, pater, inquit, opem; ſi flumina numen habetis.
[Qua nimium placui, tellus, aut hiſce, vel iſtam,
Quæ facit ut lædar, mutando perde figuram]
Vix prece finitâ, torpor gravis alligat artus:

Mollia

Et modo deprendi, modo ſe ſubducere ab ipſo
Vulnere viſa fera eſt,
Triſt. III.
Utque fugax avidis cervus deprenſus ab urſis.
ſic & alibi non ſemel. *Heinſius.*

541. *Tergoque fugacis.*] *Fugati* unus Leidenſis. Lege *fugaci*. atque ita Langermannianus à manu primâ lib. IX.
——fugientia terga ſagittâ
Trajicit.
Auctor Elegiæ in obitum Mæcenatis,
Militis Eoi fugientia terga ſecutus.
non *fugientis* quod nunc legitur. Vide Notas ad Epiſt. II. v. 93. *Idem. Tergoque fugaci imminet*] Virgil. 5 Æneid.
Ecce volat, calcemque terit jam calce Diores,
Incumbens humero.
Et 2. Æneid. —— *illum ardens infeſto vulnere Pyrrhus —— Inſequitur, jam jamque manu tenet, & premit haſta.*

546. *Qua nimium placui, Tellus, ait, hiſce.*] *Aut hiſce* rectius multi ex antiquis. Quidam hos duos verſus ſuperiori præponunt. veterrimus Palatinus hunc non agnoſcit. unus Gronovianus neutrum habet. & certe tollendi videntur; niſi legas ordine inverſo,
Qua facis ut lædar, Tellus, aut hiſce, vel iſtam
Quâ nimium placui, mutando perde figuram.
Sed ego Ovidianos eſſe non exiſtimo. *Heinſius.*

548. *Occupat artus.*] *Alligat* primus Baſileenſis, Langianus, & alter Regius. quæ placet ſcriptura, niſi quod *aggelat* reponi malim. id enim verbum paſſim in *alligat* depravatum nunc in uſu eſſe propemodum deſiit. ut in illo Lucani libro IV.
——tum frigidus artus
Alligat atque animum ſubducto robore torpor.
& Germanici Cæſaris de Capricorno,
Pigra miniſteria; & nauis tremor alligat artus.
ita enim vulgati libri ante Grotianam editionem, & ſcriptus codex Fuxeaneus, ſic *congelare* Val. Flaccus lib. III.
—— cen pectora nautis
Congelat hyberni vultus Jovis, agricoliſve,
Cum coit imbre minax.
perperam *umbra minax* nunc legitur. & *regelare*, quo verbo Columella ter quaterve eſt uſus Juvenalis Satyra VI.
timent pavidoque galantur
pectore.
Lucanus libr. VII.
——ſtat corde gelato
Attonitus.
libro IX.
—— vultuſque gelaſſent
Perſeos averſi.
pro riguiſſent. Claudianus libro II. in Eutropium.

Cor-

Mollia cinguntur tenui præcordia libro.
In frondem crines, in ramos brachia creſcunt:
Pes modo tam velox pigris radicibus hæret:
Ora cacumen obit: remanet nitor unus in illa.
Hanc quoque Phœbus amat: poſitâque in ſtipite dextrâ
Sentit adhuc trepidare novo ſub cortice pectus.
Complexuſque ſuis ramos, ut membra, lacertis,
Oſcula dat ligno: refugit tamen oſcula lignum.
Cui Deus, At conjux quoniam mea non potes eſſe,
Arbor eris certè, dixit, mea. ſemper habebunt
Te coma, te citharæ, te noſtræ, laure, pharêtræ.
Tu ducibus Latiis aderis, cum læta triumphum
Vox

Cerauna cana gelu mirantibus extulit undis
Rhenus & exſangues glacie timor alligat Istros.
ubi nihil mirandum, cum *gelu* præceſſerit. apud Valerium Flaccum quoque libro primo, *Serus feſſos ſopor alligat artus.* recte ſe habet. quomodo & Senecæ Hercule Furente,
Sopor indomitos alliget artus.
& in illo Lucani libro primo,
Diriguere metu: gelidos pavor alligat artus.
ita enim meliores libri. non *occupat.* Statius Theb. x.
——*ut quemque ligatum*
Obruerat tellure ſopor. Idem.

552. *Ora cacumen habent.*] *Obit* rectius in Berneggeriano Langiano, Cantabrigienſi, & pro diverſa lectione in primo Gronoviano. Alii nonnulli *habet*, verum proxime. lib. xi.
——*buxoque ſimillimus ora*
Pallor obit.
lib. ix.
——*frigidus artus,*
Dum loquor, horror obit.
ita enim ex veſtigiis veterum codicum videtur eſſe ſcribendum. ut & lib. vii.
——*calidus veſtigia pulvis obibat.*
Val. Flaccus lib. iii.
——*en frigidus orbes*
Purpureos jam ſomnus obit. Idem.

553. *Hanc quoque.*] Laurum Apollini (inquit Euſebius præpar. Euang. ii.) dedicarunt, quia ignea eſt, unde odio Dæmonibus, & ſi comburitur, plurimum ſonat, quod prædicendi virtutem ſignificat, &c. *Nam Phœbi Delphica laurus Terribili ſonitu flamma crepitante crematur.* Lucret. 6. lib. Divinationis ſymbolum eſſe voluit. Lycophronis Caſſandra, Δαφνῆς φόβην φοίβαζεν ἐκ λειμῶν ὅπα. *Vera cano, ſic uſque ſacras immoxia Lauros Veſcar.* Vates apud Tibullum 2. lib. eleg. 5. Vide quæ nos ad Senecæ Oedipum verſ. 16. Neque φυτὸν ſolum μαντικὸν, ſed αἰξ.κακὸν eſt. Cujus virtutes vide apud Matthiolum in Dioſcoridem i. lib. 90. cap. & Dodonæum. *Farn.*

559. *Te Citharæ.*] Hinc laureati in ſcena citharœdi.

560. *Tu ducibus latis aderis, cum lata triumphum*
Vox canet.]
Inconcinna repetitio. Scribe vel invitis priſcis exemplaribus,
Tu ducibus Latiis aderis.
certe in optimo Florentino *latis* à manu prima legebatur, in uno Moreti *lectis*, Heinſ. *Tu ducibus.*] Laurus, inquit Plinius l. 15. cap. 30. triumphis proprie dicatur, gratiſſima domibus janitrix Cæſarum

Vox canet; & longæ viſent Capitolia pompæ.
Poſtibus Auguſtis eadem fidiſſima cuſtos
Ante fores ſtabis; mediamque tuebere quercum.
Utque meum intonſis caput eſt juvenile capillis;
Tu quoque perpetuos ſemper gere frondis honores.
Finierat Pæan. factis modo laurea ramis
Annuit: utque caput, viſa eſt agitaſſe cacumen.
Eſt nemus Hæmoniæ, prærupta quod undique claudit
Silva:

ſarum Pontificumque. Quæ ſola & domos exornat & ante limina excubat. & infra. Romanis præcipuè lætitiæ victoriarumque nuncia additur literis, & militum lanceis piliſque. Ex his in gremio Jovis Opt. Max. deponitur, quoties lætitiam nova victoria attulit. Triſt. 4. lib. eleg. 1. *Læta triumphum.*] Triumphi pompam, acclamationes, jocorum licentiam, coronas, ſacrificia, ornatus, &c. lege apud Aſex. ab Alex. lib. 6. c. 6. *Farn.*

561. *Viſent longas Capitolia pompas.*] Malim cum duobus meis, & Scaligeri ac Jureti excerptis & Græviano codice, *longa pompa*, niſi præferendum *ducent pompas* cum Barberiniano. Ep. Medeæ.

——*pompam pater, inquit, Iäſon*
Ducet. Heinſ.

Longas pompas.] Captivorum ac rerum omnium pretioſarum in bello captarum, ſimulachrorum præterea urbium expugnatarum: hæc enim omnia in triumpho geſtabantur.

563. *Mediamque tuebere quercum.*] Hinc intelligunt nonnulli mediam inter duas lauros ante Imperatoris fores plantatam ſtetiſſe quercum: aliud tamen declarant Dionis hæc verba l. 53. καὶ γὰρ τό, τε τὰς δάφνας πρὸ τῶν βασιλείων αὐτῷ προτιθεσθαι, καὶ τὸ τὸν στέφανον τὸν δρυΐνον ὑπὸ αὐτῶν ἁρτᾶσθαι, τότε οἱ ἀεὶ καὶ ἀεὶ τὰς τε πολεμίους νικῶντι καὶ τὰς πολίτας σώζοντι ἐψηφίσθη. Vide & Ovid. Triſt. 3. lib. 1. eleg. & Val. Max. lib. 2. cap. 3.

564. *Intonſis caput.*] Apollo, quem eundem cum Baccho eſſe volunt, comatus fingitur & imberbis, quo radii Solis & virgo nunquam ſeneſcens ſignificatur. Heſychio eſt ἀκερσεκόμης. ὀξὺ δηλῶν Φοῖβον ἀπειθὲς, καθαρὸς ὢν παντὸς πάθους.

566. *Pæan.*] Apollo, παίων, ſagittis, id eſt, radiis feriens, vel παύων morbos ſedans. Ab acclamatione ἰὴ παιᾶν. Scal. Poët. lib. 23. cap. *Farn.*

FAB. X. *Arg.* Eſt nemus.] *Ità Inachi amnis filia, cum æquales ſuæ ſpecie præcederet, ab Jove adamata eſt, qui admotis precibus deſiderium explevit, & ne puella in Junonis iram incideret, à compreſſore in vaccam eſt transfigurata. cujus fallaciam Juno cum intellexiſſet, petit ea à Jove, ut velut munus ſibi daret vaccam, quia ſpecioſior erat cæteris armentis, quæ in Peloponneſo eſſent. Jupiter vero meſi negaſſet, proderet puellam, tribuit confeſtim. Junò autem ne amplius ejus pellex cum Jove concumberet, Argum Areſtoris filium centum oculos habentem ei præpoſuit. Quem Mercurius patris juſſu interemit, & à caſu ejus Argiphontes eſt cognominatus. Juno Argum quem ob cuſtodiam ille occiderat, in volucrem pavonem transformavit, & receptum in ſuam tutelam pennis inſignibus (quibus amiſſa lumina indicaret) ornavit.* Lactant.

568. *Eſt nemus Æmoniæ.*] Tempe, amœniſſimam Æmoniæ vallem deſcribit Poëta, quo commodus Iüs, Inachi amnis filiæ metamorphoſin in juvencam cum ſuperiore connectat. Nam juxta Tempe eſt ſpelunca Peneï fluvii, Daphnes patris, ad quem conſolandum omnes vicini amnes convenêrunt, præter

Digitized by Google

Sim: vocant Tempe. per quæ Penëus ab imo
Effusus Pindo ſpumoſis volvitur undis:
Dejectuque gravi tenues agitantia fumos
Nubila conducit, ſummaſque aſpergine ſilvas
Impluit; & ſonitu plus quàm vicina fatigat.
Hæc domus, hæc ſedes, hæc ſunt penetralia magni
Amnis: in hoc reſidens facto de cautibus antro,
Undis

ter Inachum, qui amiſſam filiam lugebat. Vide Ælian. Var. hiſt. l. 3. cap. 1. Plin. 4. cap. 8. *Æmonia.*] Theſſaliæ. *Æmonia* enim Theſſalia dicitur, ab Æmone Chloridi Pelaſgi filio, Theſſali autem patre.

569. *Per quæ Penëus.*] Quorum amœnitatem celebrant multi. Venuſtius nemo quam Ælianus, lib. 3. Var. hiſtor. cap. 1. Farn.

570. *Spumoſis undis.*] Non fertur placido curſu, ſed rapido; & ob ſaxa latentia undæ ſpumis incaneſcit. *Pont.*

571. *Dejectuque gravi.*] Vehementi, præcipiti lapſu.

572. *Summaſque aſpergine ſylvis Impluit.*] *Implet* Bernegger. pri. Ambroſ. Cantabrig. Thuan. aliique nonnulli. *Summaſque Sylvas Impluit* eleganter optimus Florentinus Sancti Marci, Neapol. ſecundus Mediceus, unus Moreti, tres quatuorve alii præterea, niſi quod in nonnullis *Impulit* mendoſè. ſic apud Val. Flaccum libri IV. initio,

Dixit & arcano redolentem nectare rorem
Depluit.

ut ſcribendum puto. *Detulit* nunc legitur. Propertius libro II. Eleg. XX.

Hæc tantum Niobe bis ſex ad buſta ſuperba
Sollicito lacrymæ depluit è ſtipylo.

in locus ille caſtigandus. *tantum lacrymæ* ut apud Maronem,

Hæc de concuſſa tantum pluit ilice glandis.

depluere in veteri libro Propertii extare Palmerius teſtatur. rectè. Errat autem Palmerius, qui *depluere* non alia opinatur ſignificatione ſumi, quam qua *de-grandinare* & *detonare* ſumitur. hoc eſt pro pluere deſinit. At Columella l. X. de Jove.

Inque ſinus matris violento depluit imbre.

ſed ut ad *impluere* redeamus, Prudentius libro II. contra Symmachum,

Velivolum ratibus mare finditur, impluit imber,
Aura volat tenuis, vegetatur mobilis aër.

ita ſcribo. *influit* nunc legitur. pari modo & *perpluere* habes apud Tibullum libro I. Eleg. X.

At nobis Pax alma veni, ſpicamque tenato
Perpluat & pomis candidus ante ſinus.

ubi *perfluat* male circumfertur in vulgatis codicibus. Prudentius de arboribus pomiferis Cathemerin. Hymno III.

Arbor onus tremefacta ſuum
Deciduo gravis imbre pluit.

ita & *glandes de ilice pluere* dicti paulo ante Maroni. *Heinſius.*

572. *Et ſonitu plus, &c.*] Non ſolum, inquit, vicini, ſed longè quoque ſtantes, ſtrepitum illius ſentiunt. *R.*

574. *Hæc domus, &c.*] Peneus hic habet ſedem ſuam, hic habitat. *Pont. Domus.*] Fontes ipſos appellant poëtæ domos numinum aquaticorum. Horat. ode 7. l. I. *Quam domus Albunea reſonantis.* Cyrene 4. Georg. Virg. *Sonitum thalami ſub flammis alti ſenſit.* mox verſ. 583. *Inachus imo reconditus antro Fletibus auget aquas.* ſupra vſ. 279. *aperire domos, &c.* Farn.

575. *In his reſidens.*] *In hoc* meliores. & *hæ ſedes* iidem paulo ante. *Heinſius*; *Facto de cautibus antro.*] Reſpicit ad illud Virgil. I. —— *Scopulis pendentibus an-*

Digitized by Google

Undis jura dabat, Nymphiſque colentibus undas
Conveniunt illuc popularia flumina primum;
Neſcia gratentur, conſolenturne parentem,
Populifer Sperchêos; & irrequietus Enipeus,
Apidanuſque ſenex, leniſque Amphryſos, & Æas.
Moxque amnes alii. qui, qua tulit impetus illos,
In mare deducunt feſſas erroribus undas.
Inachus unus abeſt: imoque reconditus antro
Fletibus auget aquas: natamque miſerrimus Iô
Luget, ut amiſſam. neſcit vitâne fruatur,
An ſit apud manes. ſed quam non invenit uſquam,
Eſſe putat nuſquam; atque animo pejora veretur.
Viderat à patrio redeuntem Jupiter lö

Flu-

antrum. ——*vivoque ſedilia ſaxo.* Quod ex Homer. Odyſſ. v. à vſ. 95. explicat Porphyrius, poſt ſententias & vitam Pythagoræ, ubi multa reperiuntur utilia.

576. *Nymphiſque colentibus.*] Nymphæ fluminum propriè dicuntur *Naiades.*

579. *Populifer Sperchius.*] *Spercheos* & *Amphryſos* Græca enunciatione libri meliores. Σπερχεῖος, Spercheus. Ἀλφειός, Alpheus. Πηνειός, Peneus, Δαρεῖος, Dareus; nam ita in antiquiſſimis Curtii exemplaribus Mediceæ & Voſſianæ bibliothecæ ſcribitur. hinc *ripa Spercheides* lib. 11. v. 250 & lib. v 1. v. 231. *Spercheides unda* apud Noſtrum ex fide veterum exemplarium: non *Sperchiades.* quod eſt in vulgatis. apud Virgilium quoque

Spercheoſque & virginibus bacchata Lacænis
Taygeta.

veterrimus ille codex Mediceus exhibebat. Apud Auſonium in Profeſſoribus carmine VIII. *Spercheus Grammaticus.* quomodo illic tam ſcripti quam editi libri agnoſcunt. Vide plura l. XII. v. 262. *Heinſ. Populifer Sperchêos.*] Populos arbores ferens. Sperchêos autem fluvius eſt Theſſaliæ, qui ex Pelio monte ortus in Maliacum labitur ſinum. Sic dictus, quod ſit velociſſimi curſus, à σπέρχειν, feſtinare. *Enipeus.*] Fluvius Theſſaliæ, ex Othy monte in Apidanum defluens.

580. *Apidanuſque.*] Qui eſt Theſſaliæ fluvius, quem idcirco Poëta *ſenem* appellat, quod tarde admodum fluat, donec Enipeum admittat. Vide Ælian. lib. 2. cap. 32. *Leniſque Amphryſos.*] Hic quoque fluvius eſt Theſſaliæ leniter fluens: juxta quem Admeti regis armenta pavit Apollo *Et Æas.*] Fluvius Epyri, juxta muros Dyrrachii labens. *R.*

582. *Erroribus.*] *Errores* vocat flexuoſos & obliquos eorum lapſus. Et *cum errare* undas dicat, non mirum, ſi eadem libertate *feſſas* dicat: nam qui errant in itineribus, fatigantur. *Pont.*

583 *Inachus unus abeſt.*] Inachus fluvius eſt Achaiæ, ab Inacho rege ſic dictus. Ejus filiam Io cum deprehendiſſet Jupiter ſpatiantem, compreſſit; ac ne id à Junone agnoſceretur, ipſam mutavit in juvencam. Mœrens itaque Inachus propter amiſſam filiam ſe domi continebat; ut & mœſti & lugentes ſolent, publicum vitantes *Iô*, accuſativus eſt Græcus, ab Iö, Iûs. *R.*

586. *An ſit apud manes.*] An ſit mortua.

588. *Patrio flumine.*] Ab Inacho Achaiæ fluvio. *Redeuntem Jupiter illam.*] *Jupiter Iô* nonnulli. *Heinſius.*

591. *Am-*

Digitized by Google

Famine: &, O virgo Jove digna, tuoque beatum
Nescio quem factura toro, pete, dixerat, umbras
Altorum nemorum, (& nemorum monstraverat umbras)
Dum calet, & medio Sol est altissimus orbe.
Quod si sola times latebras intrare ferarum;
Præside tuta Deo nemorum secreta subibis:
Nec de plebe Deo, sed qui cælestia magnâ
Sceptra manu teneo; sed qui vaga fulmina mitto.
Ne fuge me. fugiebat enim. jam pascua Lernæ,
Consitaque arboribus Lircæa reliquerat arva;
Cum Deus inductâ latas caligine terras
Occuluit, tenuitque fugam, rapuitque pudorem.
Interea medios Juno despexit in agros:
Et noctis faciem nebulas fecisse volûcres

Sub

591. *Aut horum aut horum nemorum & monstraverat umbras.*] Veterrimus Florentin. Neap. Thuan. & antiquissimæ schedæ Leodicenses,

Altorum nemorum, & nemorum monstraverat umbras.

quam lectionem Carolus Vivianus quoque ex pervetusto codice notavit, & ego vulgatæ præferendam esse censeo. secundus Palatinus mendose,

Dat horum nemorum aut horum, & monstraverat umbras. Forte,

Eia horum nemorum, & nemorum monstraverat umbras.

Altorum minus placet, cum *altissimus* versu proximo sequatur. similiter ea vox corrupta libro 11. v. 691. & lib. 111. posset & legi *solorum nemorum.* ut in illo Virgiliano lib. x1.

—juga longa petebat
Solorum nemorum. Heinsius.

593. *Latebras ferarum.*] Sylvas, in quibus occultantur *feræ. R.*

597. *Pascua Lernæ.*] Lerna palus est Argivorum in Peloponneso, in qua habitavit Hydra serpens ab Hercule interfecta.

598. *Lircæa reliquerat.*] *Lirceta liquerat* pri. Vatic. Val. Flaccus lib. 1v. in hac eadem fabula,

——dominam Lirceta tellus
Antraque deprensa tremuerunt conscia sylva. Heinsius.

Lyrcæa.] Lyrcæi montis etiam Stephanus meminit. à quo idem & Λύρκειον ὕδωρ appellari ait: cujus & Statius meminit, ubi ait: *Aret Lerna nocens, aret Lyrcæus & ingens Inachus, &c.* R. *Lyrcæa.*] Perperam legitur vulgo *Lycæa* cujus prima corripitur: quum Lyrceus etiam sit Arcadiæ mons ex quo Inachum fluere agnoscunt Geographi. Strabo 6. l. ἐνθένδε ἐς Ἄργος διὰ κώμας τεμοὺν ὄρος ὄρος Λυρκεῖς. Idem l. 8. Γεῖ δ' αὐτῆς πλησίον ὁ Ἰνάχις χαραδρώδης ποταμὸς ἔχων τὰς πηγὰς ἐκ Λυρκείᾳ τῇ κατὰ τὴν Κυνουρίαν ὄρος τῆς Ἀρκαδίας. Paus. in Corinthiacis, Λυγκαίαν opp. unica litera mutata dictam esse postea Lyrceam à Lyceo Abanthis notho, qui eam occupavit. Item Apollonius 1. lib. Stephanus, & Statius 4. lib. Al. *Dircæa.* Farn.

Sub nitido mirata die; non fluminis illas
Eſſe, nec humenti ſentit tellure remitti:
Atque ſuus conjux, ubi ſit, circumſpicit; ut quæ
Deprenſi toties jam noſſet furta mariti.
Quem poſtquam cælo non repperit; Aut ego fallor,
Aut ego lædor, ait. delapſaque ab æthere ſummo
Conſtitit in terris; nebulaſque recedere juſſit.
Conjugis adventum præſenſerat, inque nitentem
Inachidos vultus mutaverat ille juvencam.
Bos quoque formoſa eſt. Speciem Saturnia vaccæ,
Quanquam invita, probat: nec non & cujus, & unde,
Quove ſit armento, veri quaſi neſcia, quærit.
Jupiter è terrâ genitam mentitur, ut auctor
Deſinat inquiri. petit hanc Saturnia munus.
Quid faciat? crudele, ſuos addicere amores:
Non dare, ſuſpectum. pudor eſt, qui ſuadeat illinc;
Hinc diſſuadet amor. victus pudor eſſet amore:

Sed

603. *Non fluminis illas.*] Phyſici ajunt, nebulas aut à fluviis, aut à vaporibus terræ generari.

606 *Deprenſi furta mariti.*] De furtivo & rapto amplexu reperies in Epiſt. Leand. 18. vſ. 54. *Bene noſſit.*] *Jam noſſet* meliores *Heinſ.*

608. *Delapſaque ab æthere ſummo.*] Celeritatem notat venientis: tanquam quæ aliis delata: Virg. 1. Æn. *Ætheria quos lapſa plaga Jovis ales aperto —— Turbabat cælo* Item 4. Æneid *Vade, age, gnate, voca Zephyros, & labere pennis.*

610. *Nitentem juvencam.*] Præſtanti & nitido corpore. Horat. *Agna nitida.* Virg. *Equi nitentes. Tauri nitentes.* Phædr. 3. 7. verſ. 4. —— *unde ſic, quæſo, nites, —— Aut quo cibo feciſti tantum corporis?* Quia, nempe, perpaſtus erat: unde illa habitudo corporis, & color, & nitor. Plaut. Bacchid. 5. 2. v. 6. *At pol nitent, haud ſordidæ videntur ambæ.* i. e. Liberaliter vivunt, & corpus procurant: Unde corpulentiores atque habitiores. Epidic. 1. 1. v. 8. Qui Græcis dicuntur σιτευματίαι: quibus ὁ χυμὸς ἐμπλῶς πανταχῆ συνίσταται. Damoxen lib. 2. Contra dicitur Σκελετὸς, ἀνθρ@, καὶ ἀμφὶ σκέλη φέρων. Plat. Comic. l. 9. Junceus.

612. *Speciem.*] Pulchritudinem.

615. *E terra.*] Ignoto & obſcuro genere ortum, cujuſque ignorabantur parentes, eum veteres appellabant, Terræ filium. *Farn. E terra genitam.*] Lactant. lib. 2. c. 11. prolixè hæc omnia exequitur. Et lib. 1. c. 11. *Ignotis parentibus natos, terra filios nominemus.* Quod ibi per contemtum dicitur: ut in Virgil. *Terra omniparentis alumni:* Quomodo & Cicer. de Cn. Octavio. Et Perſ. Sat. 6. *Progenies terra.* Contra, quorum virtutem miramur, de cœlo cecidiſſe dicimus. Lactant. d. l. Quod & Cicero, *quaſi cælo delapſus.* Reperitur tamen in meliorem partem accipi. Pauſan. Arcadic. de Pelaſgo.

Αὐτόθεν πέλασγον ἐν ὑμνήσουσιν ἀοιδοὶ
Γαῖαν μέλαιναν ἀνθρώπων, ἵνα Θυτῶν γένος ἦεν.

620. *Se-*

Sed leve si munus sociæ generisque torique
Vacca negaretur; poterat non vacca videri.
Pellice donatâ, non protinus exuit omnem
Diva metum; timuitque Jovem, & fuit anxia furti,
Donec Aristoridæ servandam tradidit Argo.
Centum luminibus cinctum caput Argus habebat.
Inde suis vicibus capiebant bina quietem:
Cætera servabant, atque in statione manebant.
Constiterat quocunque modo; spectabat ad Iö:
Ante oculos Iö, quamvis aversus, habebat.
Luce sinit pasci: cum Sol tellure sub altâ est,
Claudit, & indigno circumdat vincula collo.
Frondibus arbuteis, & amarâ pascitur herbâ:
Proque toro, terræ non semper gramen habenti
Incubat infelix; limosaque flumina potat.
Illa etiam supplex Argo cum brachia vellet
Tendere; non habuit, quæ brachia tenderet Argo:
Conatoque queri mugitus edidit ore:

Per-

620. *Socia generisque torique.*] Nam Juno & soror esse, & uxor Jovis fingitur.

623. *Anxia furti.*] Ne Jupiter ad consuetudinem ejus rediret.

624. *Aristoridæ Argo.*] Lege *Arestoridæ*. Apollodorus lib. 11. de Argo, ὃν Ἀρεστορίδης μὲν Ἀπόλλων λέγει νίὸν, Ἀγελάου δὲ Ἰνάχου. Idem tamen alibi Agenoris filium facit. *Heinsius. Argo.*] Argus universæ mundi machinæ typus est, cujus caput cœli præ se fert imaginem, oculi stellarum, quæ inferiora respiciunt. Iö ergo, si terram capias, non minus ab Argo nocturno, vicibus alternis respicitur, quam à Cyclope diurno, id est, Sole. *Si vacca sit*, Lunam crescentem referunt cornua, nuptaque est Ovidii, cujus cornua pleno orbe coëuntia Solem referunt. Utrumque numinum loco Ægyptios, Persas, alios colisse notum est. Alias Mythologias seu Historiam, quæ Physicam, nec non Mores spectant, habet apud Natal. Comitem lib. 1. cap. 18. vide etiam Clarissimi Viri Joan. Seldeni 4. cap. Syntagmatis 1. de Diis Syris. *Farn.*

627. *In statione manebant.*] Hoc est, vigilabant. Translatio est à militibus sumpta, qui in statione tunc manere dicuntur, cum diligenter excubias agunt. R.

628. *Constiterat quocunque loco.*] Modò meliores. *Heinsius.*

632. *Frondibus arboreis.*] *Arbuteis* Berneggerianus aliquanto rectius. malim etiam *amara vescitur herba*, quam *pascitur*. quod *pasci* paulo ante præcesserit. Horatius libro 11. Sat. 111.

Ac potius foliis parcus vescatur amaris.

Idem.

637. *Et conata queri.*] Scribe cum primo Palatino, & uno meo *Conatoque queri*. Urbinas codex *Conatoque loqui* jam monui ad Epistolam Hypermnestræ. Græv ianus *Conataque queri*, Idem.

Pertimuitque ſonos: propriâque exterrita voce eſt.
Venit & ad ripas, ubi ludere ſæpe ſolebat,
Inachidas ripas: novaque ut conſpexit in undâ
Cornua, pertimuit, ſeque externata refugit.
Naïdes ignorant, ignorat & Inachus ipſe,
Quæ ſit. illa patrem ſequitur, ſequiturque ſorores:
Et patitur tangi, ſeque admirantibus offert.
Decerptas ſenior porrexerat Inachus herbas;
Illa manus lambit, patriiſque dat oſcula palmis;
Nec retinet lacrymas: &, ſi modo verba ſequantur,
Oret opem; nomenque ſuum, caſuſque loquatur.
Littera pro verbis, quam pes in pulvere ducit,
Corporis indicium mutati triſte peregit.
Me miſerum! exclamat pater Inachus: inque gementis
Cornibus, & niveæ pendens cervice juvencæ,
Me miſerum! ingeminat. tune es quæſita per omnes,
Nata, mihi terras? tu non inventa reperta

Lu-

639. *Venit & ad ripas ubi ludere ſæpe ſolebat*
Inachidas ripas.] *Venit & ad patrias* editiones nonnullæ & ſcripti complures. unus Baſil. *Venerat ad ripas.* Puto,
Venerat ut patrias, ubi ludere ſæpe ſolebat,
Inachis ad ripas.
Vide Notas libro II. v. 630. Idem.

642. *Seſeque exterrita fugit.*] Rectius in multis, *ſeque externata refugit. exterrita* jam præceſſerat. lib. XI.
Externata fugam fruſtra tentabat.
In Ibin,
Externati Solis equi.
& infra lib. II. *Conſternantur equi* de Phaëthonte. ita enim meliora exemplaria. *Idem.*

647. *Verba ſuperſint.*] *Sequantur* iidem. Met. XI.
Lingua tacet; nec vox tentataque verba ſequuntur.
apud Maronem libro XII.
——*non corpore nota*
Sufficiunt vires, nec vox aut verba ſequuntur.
Statius Theb. XI.
—— *nec verba diu tentata ſequuntur.*
Idem.

653. *Ingeminat.*] Exclamationem illam *ô me miſerum!* duplicat.

654. *Tu non inventa reperta es. Luctus eras levior.*] Nugantur Grammatici, qui ex hoc loco contendunt inter *reperire* & *invenire* differentiam eſſe. Quicquid obniuntur libri veteres, meo periculo ſcribe,
tu non inventa repertâ
Luctus eras levior.
idque poſtea Parænum in Lexico Critico jam vidiſſe deprehendi. Tu cum nondum inventa eſſes luctus levior eras, quam nunc es inventa. *Heinſ. Inventa reperta es.*] Neque hic locum habet elegantia Laur. Vallæ lib. 3. cap. 1. Neque illa duorum ludi magiſtrorum lis apud Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 21. ſuper differentia verborum *Invenio* & *Reperio*. Elegantior mihi olim ſuboluit ſenſus, ex illis

Luctus eras levior. retices: nec mutua noſtris
Dicta refers. alto tantum ſuſpiria prodis
Pectore: quodque unum potes, ad mea verba remugis.
At tibi ego ignarus thalamos tædaſque parabam:
Speſque fuit generi mihi prima, ſecunda nepotum.
De grege nunc tibi vir, nunc de grege natus habendus.
Nec finire licet tantos mihi morte dolores:
Sed nocet eſſe Deum. præcluſaque janua leti
Æternum noſtros luctus extendit in ævum.
Talia mœrenti ſtellatus ſubmovet Argus,
Ereptamque patri diverſa in paſcua natam
Abſtrahit. ipſe procul montis ſublime cacumen
Occupat: unde ſedens partes ſpeculetur in omnes.
Nec Superûm rector mala tanta Phoronidos ultra
Ferre poteſt: natumque vocat; quem lucida partu
Pleïas enixa eſt: letoque det, imperat, Argum.
Parva mora eſt, alas pedibus, virgamque potenti

Som-

Illa Ceneris verbis, ubi innotuiſſet illi de ſilia à Plutone rapta; *Et quæſita diu tandem mihi nata, reperta eſt: Si reperire vocas amittere cernis: aut ſi Scire ubi ſit reperire vocas*, 5. l. infra vſ. 514. Quaſi dicat Inachus, *Tu inventa, non es inventa mihi: quam puellam me inventurum ſperabam deſiderabamque, ecce vaccam invenio. Itaque tui deſiderata luctus erat levior, quam ita formâ mutatâ inventa.* Quam conjecturam meam poſtea ab aliis confirmatam reperi. *Farn.*

656. *Suſpiria ducis.*] *Prodis* unus Mediceus, unus Baſileenſis, & unus meus. *Ducere* jam præceſſerat paulo ante. *Heinſ.*

660. *Et de grege*] *nunc de grege* nonnulli veteres, ut legibus metricis conſtitam. Mox puto ſcribendum, *ſed nocet eſſe Deo, non Deum.* Vide Notas in Elegiam de Nuce v. 107. *Idem.*

664. *Talia mœrenti ſtellatus ſubmovet Argus.*] *Mœrenti* longe elegantius Mureti & octo alii. *Talia mœrenti natam ſubmovet.* In nonnullis, *dicenti, querenti, miranti.* & ſimilia. ſed perperam. Silius libro XVII.

Talia dum mœret, diverſis flatibus acta
In geminum ruit unda latus. Idem.

Stellatus Argus] Quod ejus oculi ad ſimilitudinem ſtellarum micarent.

666. *Ipſe procul.*] Prope. Nam in propinquum montem aſcenderat, unde ſedens in omnes partes ſpectaret. Sic Virgil. Ecloga 8. *Serta procul tantum capiti delapſa.* Pont.

667. *Partes ſpeculatur in omnes.*] *Speculetur* malim. atque ita in uno Mediceo à manu primâ extabat. *Heinſius.*

FAB. XI. *Arg.* Nec ſuperûm. &c.] *Juppiter mittit Mercurium habitu paſtoris ad Argum interficiendum.* Lactant.

668. *Phoronidos.*] Phoronei neptis. Phoroneus Inachi pater fuit.

670. *Pleïas enixa eſt.*] Maja, una ex ſeptem Atlantis filiabus *Pleïadum pulcherrima. Lethoque.*] Unde nomen illi Ἀγγιφώνης. *Farn.*

671. *Alas pedibus.*] Hoc eſt, talaria alata; quæ idcirco Mercurio attribuun-

Somniferam ſumſiſſe manu, tegimenque capillis.
Hæc ubi diſpoſuit, patriâ Jove natus ab arce
Deſilit in terras. illic tegimenque removit,
Et poſuit pennas: tantummodo virga retenta eſt.
Hac agit, ut paſtor, per devia rura capellas,
Dum venit, abductas: & ſtructis cantat avenis.
Voce novæ captus cuſtos Junonius artis,
Quiſquis es, hoc poteras mecum conſidere ſaxo,
Argus ait: neque enim pecori fœcundior ullo
Herba loco eſt: aptamque vides paſtoribus umbram.
Sedit Atlantiades, & euntem multa loquendo
Detinuit ſermone diem: junctiſque canendo
Vincere arundinibus ſervantia lumina tentat.
Ille tamen pugnat molles evincere ſomnos:
Et, quamvis ſopor eſt oculorum parte receptus;

Parte

ſtur, quod planetarum omnium ſit velociſſimus. *Virgam ſomniferam.*] Caduceum dicit: de quo Virg. 4. Æneid.

Tum virgam capit: hac animas ille evocat orco,
Pallentes, alias ſub triſtia Tartara mittit:
Dat ſomnos, adimitque, & lumina morte reſignat. R.

672. *Tegmenque capillis.*] Petaſum & pileum, quem cauſiam dicunt. *Alas pedibus.*] Epiſt. Parid. 16. vſ. 68.

673. *Hac ubi diſpoſuit.*] Ubi ſe his inſtruxit & ornavit. *Pont.*

677. *Dum venit, abductas.*] *Abductas* ſcribendum vel invitis libris, quod furaciſſimo Deo convenient. lib. 11.

Incuſtodita Pylios memorantur in agros
Proceſſiſſe boves. videt has Atlantide Majâ
Natus, & arte ſuâ ſilvis occultat abactas.

Pro *venit* etiam multi veterum *veit* vel *vehit.* Puto, *Dumque agit abductas*, ut cum ſequenti verſu hæc conſtruantur. Scriptum primo fuerat eliſo τῷ *a*, *Dumque git abducta.* Inde *Dum veit* poſtea factum. ſic libro 1v.

——obſcurum timido pede fugit in antrum:
Dumque fugit, tergo velamina lapſa relinquit. Heinſius.

Structis cantat.] Fiſtula, ex ſeptem diſparibus avenis in alæ formam creſcentibus compacta: ſic lib. 2. v. 191. de alis Dædaleis: *ſic ruſtica quondam Fiſtula diſparibus paulatim ſurgit avenis.* Farn.

678. *Nova artis.*] Tibiæ, noviter à Mercurio inventæ.

679. *Hoc poteris mecum conſidere ſaxo.*] *Poteras* cum melioribus. primus Moretti & ſex ſeptemve alii *requieſcere ſaxo*, ut apud Maronem Eclog. 1.

Hic tamen hanc mecum poteras requieſcere noctem.

ita enim legit Aruſianus Meſſius in Elocutionum libello necdum edito, quem nos Neapoli aliquando deſcripſimus. Vulgati *hæc poteris requieſcere nocte*, Tibullus libro 111. Eleg. v11.

Quam vellem longas tecum requieſcere noctes! Heinſ.

684. *Servantia lumina.*] Oculos obſervantes atque cuſtodientes vaccam R. *Vincere.*] Sopire fiſtulæ cantu vigiles Argi oculos. *Farn.*

Fab.

Parte tamen vigilat. quærit quoque, namque reperta
Fistula nuper erat, qua sit ratione reperta.
Tum Deus, Arcadiæ gelidis in montibus, inquit,
Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas.
Naïas una fuit. Nymphæ Syringa vocabant.
Non semel & Satyros eluserat illa sequentes,
Et quoscunque Deos umbrosave silva, feraxve
Rus habet. Ortygiam studiis ipsâque colebat
Virginitate Deam. ritu quoque cincta Dianæ
Falleret: & credi posset Latonia, si non
Corneus huic arcus, si non foret aureus illi.
Sic quoque fallebat. redeuntem colle Lyceo
Pan videt, pinuque caput præcinctus acutâ,
Talia verba refert. restabat verba referre;
Et precibus spretis fugisse per avia Nympham;
Donec arenosi placitum Ladonis ad amnem

Ve-

FAB. XII. *Argi.* Tum Deus Arcadiæ, &c.] *Consuevit hic refert inquisitionis Argi de fistula: & tam concinne fabulam fabulæ connexit Poëta, ut cum multas simul describat transfigurationes, minimè tamen à proposito discedat. Exponit enim quemadmodum Syrinx Nympha Ladonis fluvii filia, ardenter à Pane Deo amata; & ne virginitatem amitteret, in arundinem apud Ladonem fluvium fuerit commutata, ex qua Pan ad mitigandos amoris ardores sibi fistulam composuerit: unde Virg. Pan primus calamos cera conjungere plures Instituit.* R.

690 *Inter Hamadryadas.*] De his Gyrald. Syntagm. 4. Natal. lib. 5. cap. 11. *Hamadryadas.*] Nymphas arborum, quæ cum arboribus nascuntur una & intereunt: ex ἅμα & δρῦς. *Nonacrinas.*] Arcadicas. Nonacris mons est Arcadiæ cum urbe cognomine.

693. *Et quoscunque deos.*] Sylvanos, Faunos ac Fauas, ait: hos namque sylvarum ac nemorum Deos antiquitas putabat. R.

694. *Ortygiam.*] Dianam, natam in Delo insula quæ & Ortygia, à copia coturnicum. F. *Ipsamque colebat Virginitate Deam.*] *Ipsaque* castigationes libri. Heinsius.

696. *Latonia.*] Diana, Latonæ filia.

699. *Pan*] Pastorum ac nemorum Deus. *Pinuque caput.*] Corona è pinu, quæ propria Panos arbor.

700. *Talia verba refert.*] Quæ hic sequebantur, *tibi nubere Nympha volentis Votis cede Dei*, ejicienda esse, quod minime sint Latina. & præcipuam hujus narrationis venustatem subvertant, jam alii monuere. quibus nos subscripsimus, fidem & auctoritatem optimorum codicum secuti. pro *plura referre* etiam *verba* reposuimus ex iisdem libris. malim præterea *referri*, si per scripta exemplaria liceat. Heinsius. *Restabat.*] Restabat ut reliquam fabulam pertexeret: spreviſſe scil. nympham illius preces, fugisse, orasse nymphas ut mutari posset, mutatam fuisse. Farn.

702. *Placidum Ladonis ad amnem.*] *Citum Ladonem* Noster l. 11. Fast. vocat, & lib. Fast. v. *rapacem.* quomodo igitur *placidum?* recte unus Mediceus & unus Caroli Strozz. *Placitum amnem.* Vide

Venerit: hîc illi curſum impedientibus undis,
Ut ſe mutarent, liquidas oraſſe ſorores;
Panaque, cum prenſam ſibi jam Syringa putaret,
Corpore pro Nymphæ calamos tenuiſſe paluſtres:
Dumque ibi ſuſpirat, motos in arundine ventos
Effeciſſe ſonum tenuem, ſimilemque querenti:
Arte nova vociſque Deum dulcedine captum,
Hoc mihi concilium tecum, dixiſſe, manebit:
Atque ita diſparibus calamis compagine ceræ
Inter ſe junctis nomen tenuiſſe puellæ.
Talia dicturus vidit Cyllenius omnes
Succubuiſſe oculos, adopertaque lumina ſomno.
Supprimit extemplo vocem: firmatque ſoporem,
Languida permulcens medicatâ lumina virga.
Nec mora: falcato nutantem vulnerat enſe,
Qua collo confine caput: ſaxoque cruentum
Dejicit; & maculat præruptam ſanguine cautem.
Arge, jaces: quodque in tot lumina lumen habebas

Ex-

Notas Faſt. III. verſ. 652. Niſi *patrium* forte ſcripſit Noſter, ut Ladonis filiam, Syringa faciat. *Heinſ. Ladonis.*] Anſam fabulæ dedit natura fluvii, quem Dionyſius vocat, Ευκίλεμον ποταμὸν καὶ ἀϋσιφωνον Λαδῶνα. Σύριγξ Græce ſignificat fiſtulam paſtoritiam à συρίζω ſibilo. Lucretius lib. 5. *& Zephyri cava per calamorum ſibila primum Agreſtes docuere*, &c. Illa inventa retulit Pana in numerum Deorum; ſed de plebe. Natal. Comes 5. lib. 6. c. legatur & Franciſci Baconi de Sapientia veterum, 6. cap. *Pan ſive Natura.* Farn.

703. *Venerat.*] *Venerit* cum Florentino Sancti Marci, primo Mediceo, primo Palatino, & tribus aliis. Deinde Cantabrigienſis optimus, *hic illi curſum impedientibus undis* eleganter. non *illam. illa* ſecundus Mediceus proxime verum. *Heinſius.*

707. *Dumque ibi ſuſpirat.*] Ibi in calamo ſuſpirat Syrinx. Vel potius Pan, ob amiſſam Nympham.

710. *Hoc mihi colloquium.*] *Conſilium* plerique veteres. Scribe *concilium* cum Lovanienſi libro. quam lectionem in duobus veterrimis exemplaribus Ciofanus quoque non inelegantem monet extare. Nonnulli ex noſtris *concilium. Hoc mihi concilium tecum manebit*; hoc mecum conciliabit. conciliis contrarium diſcidium. Lucret. lib. 11. *Conciliis & diſcidiis exercita crebris.* Vide Notas ad v. 703. Remedii Amoris. *Heinſ.*

712. *Nomen tenuiſſe.*] Græci namque fiſtulam Syringa vocant ab ipſa puella.

718. *Qua collo confine.*] Qua caput conjungitur cum collo.

719. *Præruptam rupem.*] Duriuſculum hoc. quare *cautem* cum primo Moreti præferam. vel, *molem* cum Patricii Junii codice. ut apud Lucanum libro VI. *Conſpexere præruptæ in caute ſedentem.* Heinſius.

720. *Arge jaces.*] Virg. 10. Æn. *Iſtic nunc, metuende, jace.* Hom. Iliad. χ. v. 386. Κεῖται

Extinctum eſt: centumque oculos nox occupat una.
Excipit hos, volucriſque ſuæ Saturnia pennis
Collocat; & gemmis caudam ſtellantibus implet.
Protinus exarſit, nec tempora diſtulit iræ,
Horriferamque oculis animoque objecit Erinnyn
Pellicis Argolicæ, ſtimuloſque in pectora cæcos
Condidit, & profugam per totum terruit orbem.
Ultimus immenſo reſtabas, Nile, labori.
Quem ſimul ac tetigit, poſitiſque in margine ripæ
Procubuit genibus, reſupinoque ardua collo,
Quos potuit, ſolos tollens ad ſidera vultus,
Et gemitu, & lacrymis, & luctiſono mugitu
Cum Jove viſa queri eſt, finemque orare malorum.
Conjugis ille ſuæ complexus colla lacertis,
Finiat ut pœnas tandem, rogat: Inque futurum
Pone metus inquit, nunquam tibi cauſſa doloris
Hæc erit: & Stygias jubet hoc audire paludes.

Ut

Κύπτας πὰρ νίσσοι νίκης ἀλαυσθ', ἄδικα θ', Πάτροκλ'. & alibi. De iis, qui ferro pereunt, qui non ſua morte defunguntur. Cui contrarium ſtare, incolumem eſſe. Virgil. 2. Æneid.

Dum ſtabat regno incolumis.

725. *Erinnyn.*] Furoris æſtrum. *Hoc quondam monſtro horribiles exercuit iras Inachia Juno peſtem meditata juvenca.* Virgil. 3. Georg. *Farn.*

726. *Pellicis Argolicæ.*] Ἰὼς Inachi Argivorum fluvii filiæ. *In pectore condidit.*] *In pectora* rectius liber Joannis Stii. *Heinſ.*

727. *Profugam per totum terruit orbem.*] Propert. 2. Eleg. 33.

Tu certe Jovis occultis in amoribus, Io, Senſiſti multas quid ſit inire vias.

Apollodor. Plutarch. in lib. de malig. Herod. Moſch. Idyll. 2. à verſ. 44. De æſtro ejus, & tabani ſtimulo, Æſchyl. τῆς τῶν Ἱκετίδ. v. 308.

Jac. Τί οὖν ἔτευξεν ἄλλο δυσπότμῳ βοΐ;

Κορ. Βουλάτην μύωπα κεντητήριον Οἶστρον καλοῦσιν αὐτὸν οἱ Νείλε πίλας.

βασ. Τοι γὰρ νιν ἐκ τῆς ἴλαδεν μαστρὸ δρόμου.

728. *Nile.*] A Phœnicibus raptam ex Argis 16 ſcribit Herodotus in Clio per initium libri, & ab iis in Ægyptum deportatam. Ibi ajunt, cum Ægyptios multa nova inventa docuiſſet, Apiregi nupſiſſe. *F.*

733. *Luctiſono mugitu,*] Plurimi veteres *multiſono.* Forte pro *mutiſono.* hinc *muta animalia*, & *vox muta*, pro inconditâ voce. ſic lib. XIV. de Sociis Ulyſſis in porcos mutatis,

——*pro verbis edere mutum Murmur.*

ita libri nonnulli. ut & paulo poſt,

Et lapides viſi mugitus edere mutos.

non *rancum murmur* & *mugitus rancos* cum vulgatis. præcedenti quoque verſu *tollens* non *tendens* meliores. *Heinſ.*

737. *Stygias.*] Vide, quæ ad 189. v. ſupra. *Farn.*

Ut lenita Dea eſt, vultus capit illa priores:
Fitque quod ante fuit. fugiunt è corpore ſetæ:
Cornua decreſcunt: fit luminis arctior orbis.
Contrahitur rictus: redeunt humerique manuſque:
Ungulaque in quinos dilapſa abſumitur ungues.
De bove nil ſupereſt, formæ niſi candor, in illa:
Officioque pedum Nymphe contenta duorum
Erigitur: metuitque loqui; ne more juvencæ
Mugiat: & timidè verba intermiſſa retentat.
Nunc Dea linigerâ colitur celeberrima turbâ.
Huic Epaphus magni genitus de ſemine tandem
Creditur eſſe Jovis: perque urbes juncta parenti
Templa tenet. fuit huic animis æqualis & annis
Sole ſatus Phaëthon, quem quondam magna loquentem,
Nec ſibi cedentem, Phœboque parente ſuperbum,
Non tulit Inachides, Matrique, ait, omnia demens
Credis; & es tumidus genitoris imagine falſi.
Erubuit Phaëthon, iramque pudore repreſſit:
Et tulit ad Clymenen Epaphi convicia matrem.
Quoque magis doleas, genitrix, ait: ille ego liber,
Ille ferox tacui. pudet hæc opprobria nobis.

Et

747. *Nunc Dea linigera, &c.*] Nunc, inquit, Iō pro Dea Iſide colitur ab Ægyptiis lineas veſtes geſtantibus. Iſidis namque ſacerdotes lineis veſtibus utebantur. Iſidem verò Ægyptii Lunam eſſe putant, ut Oſiridem Solem. Vide Diodorum. ℟. *Niligena turba.*] Rectius nonnulli *linigerâ*. ut jam monuimus Artis Amat. lib. plurimi *lanigera*. mendoſe. mox pro *Hinc Epaphus* malim *Huic* cum uno Rogerii Twiſdeni, viri ſplendidiſſimi. *Heinſ.*

748. *Epaphus.*] Herodotus in Euterpe Apin Græca lingua Epaphum eſſe ait, & in Thalia; Eſt autem hic Apis, idemque Epaphus, è vacca genitus, &c. *Farn.*

752. *Nec ſibi cedentem.*] Quia Phœbo patre Deo natus eſſet, æque ac Epaphus. Verum non æque magno deo, ut ille: nam quid Jove majus haberur? Cedere ergò Phaëthon Epapho debuiſſet hac in parte. Sed Phaëthonti animos augebat, quod avum haberet Jovem, & Epaphus de avo gloriari non poterat: nam Saturni nullum jam nomen erat. *Pont.*

753. *Inachid.*] Epaphus, Inachi nepos.

756. *Ad Clymenen.*] Quæ fertur Nympha fuiſſe Oceani, & Tethyos filia, ex qua Apollo ſuſtulit Phaëthontem. ℟. *Tulit.*] More puerorum, qui offenſi ab æqualibus, rem ad parentes deferunt, & ab iis vindictam petunt. *Pont.*

757. *En ego liber.*] *Ille ego liber* longe efficacius libri veruſtiores. quod alii jam monuerunt. *Heinſ.*

761. *Eda*

Digitized by Google

Et dici potuiſſe, & non potuiſſe refelli.
At tu, ſi modo ſum cæleſti ſtirpe creatus,
Ede notam tanti generis: meque aſſere cælo.
Dixit; & implicuit materno brachia collo.
Perque ſuum, Meropiſque caput, tædaſque ſororum,
Traderet oravit veri ſibi ſigna parentis.
Ambiguum, Clymene precibus Phaëthontis, an irâ
Mota magis dicti ſibi criminis; utraque cælo
Brachia porrexit: ſpectanſque ad lumina Solis,
Per jubar hoc, inquit, radiis inſigne coruſcis,
Nate, tibi juro, quod nos auditque videtque;
Hoc te, quem ſpectas, hoc te, qui temperat orbem,
Sole ſatum. ſi ficta loquor, neget ipſe videndum
Se mihi; ſitque oculis lux iſta noviſſima noſtris.
Nec longus patrios labor eſt tibi noſſe penates:
Unde oritur, terræ domus eſt contermina noſtræ.
Si modo fert animus; gradere: & ſcitabere ab ipſo.
Emicat extemplo lætus poſt talia matris
Dicta ſuæ Phaëthon, & concipit æthera mente.
Æthiopaſque ſuos, poſitoſque ſub ignibus Indos
Sidereis, tranſit, patrioſque adit impiger ortus.

761. *Ede notam.*] *Probe* Grævianus. de qua locutione libro VI. non longe ab initio adeantur notæ. ubi *prodere fœtum pro edere* vetuſtæ membranæ. *Idem.*

769. *Nos auditque videtque.*] Redi ad *Ep. Met. 12. vſ. 78. Per genus & numen cuncta videntis avi.*

771. *Neget ille videndum.*] *Ipſe* meliores. *Heinſius.*

776. *Emicat.*] Exilit. Nam *emicare* cum ſubſiliente corpore lætitiam notat. *Emicat.*] Virgil. ——*Juvenum manus emicat ardens* ——*Litus in Heſperium.* & alibi.

Digitized by Google



Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER II.

ARGUMENTUM.

Phœbus aliquando Phaëthonti Apollinem, ut falsum ac supposititium patrem, objecisset; ille currus Solaris imperium ad diem unum à patre in pignus veræ stirpis petiit. Quo impetrato, terra ab eo tota accenditur, & interalia nigrescunt Æthiopes. Phaëthontem deinde fulmine percussum diu lugent sorores, & una cognatus Cygnus; illæ in arbores, hic in cygnum mutatur. Tum Jupiter lustrato terrarum orbe, ac pristino vigori restituto, in Callistonem incidit, eamque sumpta Dianæ forma stupravit. Ob id irata Juno, Callistonem in ursam convertit: quam postea Arcas filius transfixurus fuerat, nisi utrumque Jupiter inter sidera retulisset. Qua de re cum apud Oceanum Juno conquesta esset, in cœlum vellera fuit humeris pavonum, qui nuper variegati fuerant: sicut & corvus nuper ex albo niger erat redditus, cum Cornicis monitis, quæ illi tum fuisse in cornicem, tum Nyctimenes in noctuam mutationem explicarat, non obtemperasset, sed audacter Coronidis adulterium ad Apollinem detulisset. Ejus deinde filio, Æsculapio, cum futura prædiceret Ocyroë, in aquam ira divina vertitur. Tum Chiron pater, Apollinis auxilium frustra invocavit: quod ille jam inde Elide pastor factus, aliud ageret, neglectis etiam bubus. Id quod Mercurio illos furandi occasionem dedit. quos deinde, Batti, cum is solus esset furti conscius, perfidia se commutando deprehensa, in indicem lapidem eum convertit. Inde in Atticam ingressus, Herse, Cecropis filia, potitur. Cui dum invidet soror Aglauros, in saxum obrigescit. Postea Jupiter, cum ipsum boves Agenoris ad litus advertere jussisset, sumpta tauri specie, Europam per mare in Cretam transvexit.

REgia Solis erat sublimibus alta columnis,
Clara micante auro flammasq; imitante pyropo:
Cujus ebur nitidum fastigia summa tenebat:
Ar-

1. *Regia Solis erat.*] Volunt nonnulli poëtam intendisse digitum ad Augusti Templum cum porticu & bibliotheca magnifice extructum in parte Palatii. Alii, habuisse eum ante oculos regiam Latini à Virgilio descriptam 7. Æneid. Ego certe credo Poëtam, quo fuit ingenio, in mentem suam tantum tinxisse calamum, atque inde cum Phaëthonte suo *concepisse æthera mente*. Nisi forte in manibus habuerit Euripidis Phaëthonta qui nobis interiit, cujus meminit Athenæus 11. lib. & cujus à Longino, dum exempla poëticæ phantasiæ adfert, specimen citatur, inibique præcepta Phœbi Phaëthontem suum monentis institutentisque, infra ad vs. 54. & 133. *F.*

2. *Micanti auro.*

Argenti bifores radiabant lumine valvæ.
Materiem ſuperabat opus, nam Mulciber illic
Æquora cælarat medias cingentia terras,
Terrarumque orbem, cælumque, quod imminet orbi
Cæruleos habet unda Deos; Tritona canorum,
Proteaque ambiguum, balænarumque prementem
Ægæona ſuis immania terga lacertis,
Doridaque, & natas: quarum pars nare videntur,
Pars in mole ſedens virides ſiccare capillos;
Piſce vehi quædam. facies non omnibus una,
Nec diverſa tamen: qualem decet eſſe ſororum.
Terra viros, urbeſque gerit, ſilvaſque, feraſque,
Fluminaque, & nymphas, & cætera numina ruris.
Hæc ſuper impoſita eſt cæli fulgentis imago:
Signaque ſex foribus dextris, totidemque ſiniſtris.
Quo ſimul acclivo Clymeneïa limite proles
Venit, & intravit dubitati tecta parentis;
Protinus ad patrios ſua fert veſtigia vultus:

Con

2. *Micante auro.*] Micare, per intervalla lucere, & ſe movere. Proprie; *Mica auri.* Lucret. lib. 1. Enn. incert. loc. *Omnia tumendo mari videas fervente micari* pro moveri *Auro.*] Lege Senecam hos verſus citantem; epiſt. 115. *Farn. Pyrope.*] Gemma radiante inſtar carbunculi. Neque enim placet de ære coronario: quod Plinius lib. 34. c. 8. ſcribit *auri certis ſcrupulis mixtum praetenuis pyropi bractea igneſcere.* Farn.

3. *Faſtigia ſumma tegebat.*] *Tenebat* plerique veteres, & recte, ut & *lumine* verſu proximo pro *limine.* Vide Notas Faſtor. l. III. vſ. 219. Met. XI. vſ. 257. *Heinſ.*

5. *Opus.*] Tum artificium, tum argumentum. *Materia non cedit opus.* Martial. 8. 51. *Farn.*

7. *Quod imminet orbi.*] Nomine orbis hic cape, aërem, terram, aquam, quorum velut tectum quoddam eſt cœlum. *Pont.*

8. *Tritona canorum.*] Triton enim tibicen Neptuni. *Tritona.*] V. 333. l. 1. *F*

9. *Proteus.*] Amor. 2. Eleg. 15. vſ. 1c de Art. Am. 1. vſ. 761.

10. *Ægæona.*] Ἐγκέλαδον θεὸν, Deu marinum, Heſychio, quem tame eundem cum Briareo facit Hom. Il. & Virg. 10. Æneid. *Farn.*

11. *Doridaque.*] Doris Nympha fuit Oceani & Tethyos filia ac Nereï uxor ex qua maxima Nympharum multitud eſt nata, quas Nereidas de patris nomin vocant. *R. Pars nare videntur.*] Quatuc *videntur.* Heinſ.

12. *Mole ſedens.*] Scopulo. lib. 1 vſ. 924. Glaucus de ſe; *Nunc in me ſedens moderabar arundine limum.* Farn.

16. *Fluminaque & Nymphas.*] *Nymphaſque* Gryph. editio. Lege *Fl minaque Nymphaſque.* Naſoniano mor *Heinſ.*

18. *Signaque.*] Sedebat itaque Pho bus in Æquatore, hic inde Zodiaci gnis diviſis, Septentrionalibus ad de tram: Auſtralibus ad ſiniſtram. *Far*

24. *Cla*

Digitized by Google

Conſiſtitque procul. neque enim propiora ferebat.
Lumina. purpureâ velatus veſte ſedebat
In ſolio Phœbus claris lucente ſmaragdis.
A dextra, lævâque Dies, & Menſis, & Annus,
Sæculaque, & poſitæ ſpatiis æqualibus Horæ:
Verque novum ſtabat cinctum florente coronâ:
Stabat nuda Æſtas, & ſpicea ſerta gerebat.
Stabat & Autumnus calcatis ſordidus uvis.
Et glacialis Hyems canos hirſuta capillos.
Inde loco medius, rerum novitate paventem
Sol oculis juvenem quibus aſpicit omnia, vidit.
Quæque viæ tibi cauſſa? quid hac, ait, arce petiſti,
Progenies, Phaëthon, haud inficianda parenti?
Ille refert, O lux immenſi publica mundi,
Phœbe pater, ſi das hujus mihi nominis uſum,
Nec falsâ Clymene culpam ſub imagine celat;
Pignora da, genitor; per quæ tua vera propago
Credar & hunc animis errorem detrahe noſtris.
Dixerat. at genitor circum caput omne micantes
Depoſuit radios; propiuſque accedere juſſit:
Amplexuque dato, Nec tu meus eſſe negari
Dignus es; & Clymene veros, ait, edidit ortus.
Quoque minus dubites; quodvis pete munus: ut illud
Me tribuente feras. promiſſis teſtis adeſto
Dis juranda palus, oculis incognita noſtris.

Vix

24. *Claris ſmaragdis.*] *Clarâ ſmaragdo* Thuan. Barberin. aliique nonnulli. *Heinſius.*

26. *Horæ.*] Solis miniſtræ, cœli janitrices, πυλωροὶ τοῦ οὐρανοῦ. Homer. Il. ε. πύλαι μύκον οὐρανὸς, ἃς ἔχον ὧραι, &c. F.

31. *Inde loco medius.*] Medio in loco ille reſidens. *Pont. Inde loco medius.*] Virgil. 5. Æneid.

Circus erat, quo ſe multis cum millibus Heros
Conſeſſu medium tulit. & alibi.

Rerum novitate.] Mira omnia, quæ nova, & nunquam viſa. Adi Epiſtol. Heroid. 12. vſ. 13. Plaut. Moſtellar. 1. 4. vſ. 31. utrumque conjungit: Num mirum aut novum quippiam facit: quod & Græcis uſurpatum. 1. Metam. vſ. 437.

37. *Nec falſa imagine.*] Falſa imago eſt falſum nomen patris, ſub quo illa celare poteſt crimen ſuum. *Pont. Falſa ſub imagine.*] Ep. Heroid. 17. vſ. 45.

45. *Et illud Me tribuente feras.*] *Ut feras* meliores. & mox *currus regat* non *pavis.* Heinſius.

46. *Diis juranda.*] Ὅρκος μέγιστος Ὀρκωμοσία δυνατὸς τοῖς μακάρεσσι θεοῖς.

Vix bene defierat: currus rogat ille paternos,
Inque diem alipedum jus & moderamen equorum.
Pœnituit juraſſe patrem. qui terque quaterque
Concutiens illuſtre caput, Temeraria, dixit,
Vox mea facta tuâ eſt. utinam promiſſa liceret
Non dare! confiteor ſolum hoc tibi, nate, negarem.
Diſſuadere licet. non eſt tua tuta voluntas.
Magna petis, Phaëthon; & quæ nec viribus iſtis
Munera conveniant, nec tam puerilibus annis.
Sors tua mortalis: non eſt mortale quod optas.
Plus etiam, quam quod Superis contingere fas ſit,
Neſcius affectas, placeat ſibi quiſque licebit;
Non tamen ignifero quiſquam conſiſtere in axe
Me valet excepto. vaſti quoque rector Olympi,
Qui fera terribili jaculatur fulmina dextra,
Non agat hos currus. & quid Jove majus habemus?
Ardua prima via eſt: & qua vix mane recentes
Enitantur equi: medio eſt altiſſima cœlo;
Unde mare & terras ipſi mihi ſæpe videre
Fit

Θυέστειον. Homer. in hymno Apollinis. Θοὸν μίγαν ὄρκον. Heſiod. Theog. Ὁρκαμόσσας ἀσθίτους ὕδρας. Lycophron. rationem vide apud utriuſque commentatorem Io. & Iſ. Tzetzen. Reddidimus & nos ad vſ. 712. Hercul. Furent. Senecæ. Vide & Clariſſ. Fr. Baconi Sapientiam Veterum. 5. cap. *Styx ſive Fœdera.* vide infra lib. 3. vſ. 291. *Farn.*

50. *Temeraria.*] Temeritas mei promiſſi ceſſit in temerariam tuam petitionem. *Farn.*

51. *Utinam promiſſa liceret.*] Atqui non licet, ſicut ipſe infrà confitetur: *Ne dubita, dabitur, Stygias juravimus undas.* Pont.

54. *Et quæ non viribus iſtis Munera conveniunt.*] *Nec conveniant* cum meliorib. *Heinſ. Quæ nec viribus.*] Ex Phaëthonte Euripides, cujus meminit Athenæus 11. lib. videntur deſumpti verſus iſti; Μὰ Στύγα ἰσὸν παλίντονον ἀκτῖνος ὄμμα. Μισῶ ἀναξῖας τὰν δίφρον, ἱλαόσυν μὰ μαθὼν, quos citat Clemens Alexand. 3. lib. παιδαγωγῶ, 2. cap. *Farn.*

57. *Plus etiam.*] Verſ. 190. infra. *F. Contingere poſſit.*] *Fas ſit* præſtare opinor, quod in nonnullis extat. Multi *fas eſt*, Puto tamen *par eſt*, aut *par ſit*. ſic Lucretius frequenter. ut lib. IV.

Stultitiaque ibi ſe damnet, tribuiſſe quod illi
Plus videat, quam mortali concedere par eſt. Heinſius.

58. *Affectas.*] Amor. 1. Eleg. 1. v. 14.

62. *Quid Jove majus habetur.*] Meliores *habemus.* in Triſtibus,

Majus apud Trojam ſorti quid habemus Achille?

Iidem *agat* pro *aget currus.* Heinſius.

64. *Enitantur equi.*] *Enitantur.* cum Cantabrigienſi optimo. *Idem.*

66. *Si*

Fit timor, & pavida trepidat formidine pectus.
Ultima prona via est; & eget moderamine certo.
Tunc etiam, quæ me subjectis excipit undis,
Ne ferar in præceps, Tethys solet ipsa vereri.
Adde, quod assiduâ rapitur vertigine cœlum;
Sideraque alta trahit, celerique volumine torquet.
Nitor in adversum: nec me, qui cætera, vincit
Impetus: & rapido contrarius evehor orbi.
Finge datos currus. quid agas? poterisne rotatis
Obvius ire polis, ne te citus auferat axis?
Forsitan & lucos illic urbesque Deorum
Concipias animo: delubraque ditia donis
Esse. per insidias iter est, formasque ferarum.
Utque viam teneas, nulloque errore traharis;
Per tamen adversi gradieris cornua Tauri,

Hæmo-

66. *Si timor, & trepidat.*] *Fit* & *trepidat* verustiores. quomodo & Seneca libro de providentia agnoscit. *Idem. Timor.*] Infra ad v. 179. *Farn.*

67. *Ultima prona via.*] Ascensus propter acclivitatem laboriosus; medium propter altitudinem terribile; descensus propter casum, plena metus sunt. *Pont. Prona via.*] Ep. Heroid. 18. vs. 121.

68. *Quæ me subjectis.*] Lucret. 4. lib. *In pelago nautis ex undis ortus, in undas Sol sic ex undis occidere & condere lumen, &c.*

70. *Vertigine.*] Revolutione & conversione. *Vertigine.*] Motu violento, qua primum Mobile orbes subjectos ab ortu ad occasum, inde per Antipodum Horizontem ad ortum nostrum 24. horarum spatio incitatissima conversione rapit, super polos mundi. *Farn.*

71. *Volumine.*] A Volvendo. Virgil. 5. De serpente. *Septem ingens gyros, septena volumina traxit.* Quod & agmen vocat. Item 2. Æneid.

——finemque immensa volumine terga.

Tergum.] Convertit. Sidera namque sua cum cœlo vertuntur: Planetæ vero contrà cœli motum nituntur; ne infra:

72. *Nitor in adversum.*] Cœlum namque ab Oriente in Occidentem volvitur, secumque trahit & Solem & reliquos planetas. Sol verò cum allis planetis suo ac naturali motu, contrà cœli conversionem nititur, hoc est, cum quodam nisu & conatu movetur. *Nec me.*] Neque me sub Ecliptica linea manentem moratur illa primi Mobilis impetuosa rotatio; sicut devlant cæteri planetæ retrogradi; citius aut tardius moventes, propter Apsides. *Farn.*

74. *Quid ages.*] *Agas* Thuan. Cantabrig. secundus Palat. & sex alii. *Heins.*

75. *Citus axis.*] Celerrima illa rotatio cœli, quam hic *citum axem* nominat. Alioqui *axis* est linea recta, per centrum sphæræ ad illius circumferentiam transiens, circa quam sphæra ipsa volvitur. *Pont.*

76. *Urbesque deorum.*] *Domesque* duo Medicei & unus Ambrosianus cum uno Thuaneo. *Heins.*

78. *Esse.*] Unus Moreti *Ecce.* unus Palat. *Ire.* quatuor alii *Isse. Iter est ire*, pro eundum. *Idem.*

80. *Adversi tauri.*] Oppositi. namversus Orientem spectat Taurus.

Hæmonioſque arcus, violentique ora Leonis,
Sævaque circuitu curvantem brachia longo
Scorpion, atque aliter curvantem brachia Cancrum.
Nec tibi quadrupedes animoſos ignibus illis
Quos in pectore habent, quos ore & naribus efflant,
In promtu regere eſt, vix me patiuntur, ut acres
Iocaluêre animi; cervixque repugnat habenis.
At tu, funeſti ne ſim tibi muneris auctor,
Nate, cave: dum reſque ſinit, tua corrige vota.
Scilicet, ut noſtro genitum te ſanguine credas,
Pignora certa petis. do pignora certa timendo:
Et patrio pater eſſe metu probor. aſpice vultus
Ecce meos: utinamque oculos in pectora poſſes
Inſerere, & patrias intus deprendere curas!
Denique quidquid habet dives circumſpice mundus:
Eque tot ac tantis cœli terræque mariſque
Poſce bonis aliquid: nullam patiere repulſam.
Deprecor hoc unum; quod vero nomine pœna,
Non honor eſt. pœnam, Phaëthon, pro munere poſcis.
Quid mea colla tenes blandis, ignare, lacertis?
Ne dubita, dabitur (Stygias juravimus undas)
Quodcunque optaris: ſed tu ſapientius opta.
Finierat monitus. dictis tamen ille repugnat:
Propoſitumque tenet: flagratque cupidine currûs.
Ergo,

81. *Æmonioſque arcus.*] Sagittarium. Enumerat autem Phœbus figna Zodiaci terribiliora aſpectu, quo facilius ab improba cupiditate, regendi currum Solis, filium deterreat. *R. Æmonioſque.*] Sagittarium, ex Chirone Theſſalo. Vexat ſe hic Scal. 7. Hypercrit. quod annuum Solis laborem poëta ad unius diei penſum exigat. Sed neque imperitus rerum harum Ovidius. Specioſe, non exacte locatum inducit Solem, quo juvenem deterreat.

82. *Longo.*] Duorum quippe ſignorum pene ſpatium occupat, in Libram porrectus.

83. *Aliter.*] Contra quam Scorpius: hic ſcilicet oceaſum verſus, ille orientem ſpectat.

85. *Naribus.*] *Cum primum alto ſe gurgite tollunt Solis equi, ineumque elatis naribus efflant.* Virg. 12. Æneid. *Faro.*

86. *Ubi incaluere.*] *Ut incaluere multi.* Heinſius.

93. *In pectore.*] Meliores *in pectora.* & mox *Equa tot.* pro *Deque.* Idem.

94. *Inſerere.* Immittere.

104. *Propoſitumque premit.*] *Tunc undecim libri veteres rectè. ſi quid video.* lib. 1. Artis Amat.

Lectorum ſpera, propoſitumque tuæ.

Cer-

Ego, qua licuit genitor cunctatus, ad altos
Deducit juvenem Vulcania munera currus.
Aureus axis erat, temo aureus, aurea ſummæ
Curvatura rotæ; radiorum argenteus ordo.
Per juga chryſolithi, poſitæque ex ordine gemmæ,
Clara repercuſſo reddebant lumina Phœbo.
Dumque ea magnanimus Phaëthon miratur, opuſque
Perſpicit: ecce vigil rutilo patefecit ab ortu
Purpureas Aurora fores, & plena roſarum
Atria. diffugiunt ſtellæ: quarum agmina cogit
Luci-

Cornelius Nepos vit. Eumenis, *Itaque hoc propoſitum tenuit.* lib. x. Metam. Noſter,

Propoſitique tenax, quodcunque ſit, erat ex ipſi
Indocet.

Ita Horatius quoque *Juſtum & tenacem propoſiti virum* dixit. *Idem. Propoſitumque tenax.*] Vide, inquit Seneca lib. de Providencia, quam alte deſcendere debeat virtus: ſcies illi non per lecura vadendum eſſe. *Ardua prima via eſt, & qua vix, &c.* Hæc cum audiſſet ille generoſus adoleſcens: Placet, inquit, via. aſcendo. Eſt tanti per iſta ire caſuro. Non deſinit tamen pater acrem animum metu territare. *Vtique vicina teneas, nulloque errore traharis; Per tamen adverſi, &c.* Poſt hæc ait) *Finge datos currus.* His, inquit juvenis, quibus me deterreri putas, incitor: libet illic ſtare, ubi ipſe Sol trepidat: Humilis & inertis eſt, tuta ſectari: per alta virtus it. *Farn.*

105. *Qua licuit.*] Quatenus, & quouſque potuit.

106. *Vulcania.*] Ex officina Vulcani.

107. *Aureus.*] Non eſt cur diſertiſſimo poëtæ lites intendat Diomedes Grammaticus affectati decoris & nimii cultus: ſi ad principem poëtarum Virg. attendat, lumen orationi ab hac eadem repetitione ſæpius conciliantem, Æneid. lib. 4. 5. 7. 11. & 12. Nec raro Homerum idem facitrantem. Lege Senecæ epiſtol. 115. quia ratione hos inducat verſus. *Farn. Aureus.*] Non ſine ratione videtur poëta voculam eam *aureus* repetere. Quocunque enim oculos verteres, aurum occurrebat: Neque id novum. Virgil. 4. Æneid. ——*oſtroque inſignis & auro. Aurea purpureum ſubnectit fibula veſtem. Quoi Pharetra ex auro, crines nodantur in aurum.* Quod ex Homer. Nihil niſi aurum in oculis erat.

109. *Per juga*] Etiam pro equis jugalibus. Virgil. 5.——*auriga immiſſis undantia lora*——*Concuſſere jugis.* Hoc autem loco videtur Ovid. per juga intelligere ipſam currus ſellam: uti in navibus tranſtra: ζυγὰ. Virg. 6. *Inde alias animas, quæ per juga longa ſedebant.*

110. *Repercuſſo.*] Radiis Solaribus ad leve & ſolidum corpus refractis. *Farn. Repercuſſo Phœbo.*] Epiſt. Leand. 18. v. 77.

112. *Nitido ortu.*] *Rutilo* primus Mediceus & tres alii cum Norico. *Heinſius.*

113. *Et plena roſarum.*] Nam antiquitas Auroræ roſas dicavit. *R. Roſarum.*] Aurora Græcis poëtis eſt ῥοδοδάκτυλος, ῥοδοπήχυς, ῥοδόπηλος, ῥοδόχρως. *Farn.*

114. *Diffugiunt.*] Evàneſcunt ſcilicet languidæ, à Solis majore luce minores obſcuratæ. *Farn. Diffugiunt ſtellæ.*] Ex ſententia vulgi. Neque enim ſtellæ diffugere poſſunt, quum ſint fixæ, ſed adveniente aurora fulgere deſinunt. *Ogil*

Digitized by Google

Lucifer, & cœli ſtatione noviſſimus exit.
At pater ut terras, mundumque rubeſcere vidit,
Cornuaque extremæ velut evaneſcere Lunæ;
Jungere equos Titan velocibus imperat Horis.
Juſſa Deæ celeres peragunt: ignemque vomentes
Ambroſiæ ſucco ſaturos præſepibus altis
Quadrupedes ducunt; adduntque ſonantia fræna.
Tum pater ora ſui ſacro medicamine nati
Contigit; & rapidæ fecit patientia flammæ.
Impoſuitque comæ radios: præſagaque luctûs
Pectore ſollicito repetens ſuſpiria, dixit:
Si potes hîc ſaltem monitis parere paternis;
Parce, puer, ſtimulis; & fortius utere loris.
Sponte ſua properant. labor eſt inhibere volentes:
Nec

Lucifer.] Congregat, & ante ſe agit. *Lucifer* enim Græce ἑωσφόρος dicitur, ultimus eſt, qui deſinit fulgere Sole oriente: ptiuſque incipit lucere illo occidente, & tunc Heſperus vocatur. *R.*

115. *Cœli ſtatione exit.*] Venuſta tranſlatio à ſtationariis. Mortalibus enim ſopitis, ſidera, quaſi in ſtatione excubant, & ſervant. Idem non minus venuſtè de Argi oculis. l. præced. v. 626. *Inde ſuis vicibus capiebant bina quietem —— Cætera ſervabant, atque in ſtatione manebant. Noviſſimus.*] Veneris ſtella, quam terræ propiorem ſerius luſtrat Sol quam fixas ſtellas. *Farn.*

116. *Tum pater.*] In optimo Florentino & Neap. eraſa vetus lectio. *At pater* Thuan. & ſex alii. *Qua pater* primus Palatinus, excerpta Theatinorum Romana, & quinque alii. *Qua petere* Langianus. *pater* vix locum hîc habet, cum mox ſequatur, *Tum pater.* Forte, *Ut pariter terras mundumque rubeſcere vidit Titan* nimirum, quod mox ſubjungitur. *Heinſ.*

118. *Velocibus imperat Horis.*] Horæ autem ideo Solis equorum curam habere finguntur, quod ex curſu Solis oriantur, ſeu potius menſurentur & diſtinguantur. *Horis.*] Supra ad v. 26. *Farn.*

120. *Ambroſiæ ſucco.*] Herba ſuaviſſima, qua dii veſcuntur, quaque immortales efficiuntur. Simul etiam eo alludere videtur, quod Sol medicaminum inventor & auctor. *R. Ambroſiæ.*] *Axe ſub Heſperio ſunt paſcua Solis equorum, Ambroſiam pro gramine habent.* lib. 4.

122. *Medicamine.*] Cui inerat virtus ἀλεξίπυρος vel ἀντίπυρος. *Farn.*

124. *Radios.*] Coronam radios emittentem, quam ipſe geſtare conſuevit.

126. *His ſaltem monitis parere parentis*] *Paternis* Bernegger. Thuan. & quatuor alii. Scribe,

Si potes hic ſaltem monitis parere paternis. Heinſ.

128. *Inhibere volantes.*] *Volentes* plurimi veterum. ſic apud Virgilium l. III. Georg.

Ipſa autem macie tenuant armenta volentes.

Ita præſtantiſſimus liber Mediceus. Sic Silius & Statius ſæpe. *Properent* etiam unus meus. *Idem.*

196. Nec

Nec tibi directos placeat via quinque per arcus.
Sextus in obliquum est lato curvamine limes.
Zonarumque trium contentus fine, polumque
Effugito australem, junctamque aquilonibus Arcton.
Hac sit iter: manifesta rotæ vestigia cernes.
Utque ferant æquos & cœlum & terra calores,
Nec preme, nec summum molire per æthera currum.
Altius egressus cœlestia tecta cremabis;
Inferius terras: medio tutissimus ibis.
Neu te dexterior tortum declinet in anguem,
Neve sinisterior pressam rota ducat ad aram:
Inter utrumque tene. Fortunæ cætera mando;
Quæ juvet, & melius, quam tu tibi, consulat opto.
Dum loquor; Hesperio positas in littore metas
Humida nox tetigit. non est mora libera nobis:
Poscimur. effulget tenebris Aurora fugatis.

Corri-

129. *Nec tibi.*] Non eundum recte per 5. circulos parallelos: sed per Zodiacum, qui Æquatorem oblique intersecans Tropicum Cancri à dextra, Arcticum versus, attingit; Tropicum Capricorni à sinistra, ad Antarcticum. *Farn. Arcus.*] Circulos, qui & Zonæ dicuntur. Cœlum enim in quinque circulos æqualiter à se distantes divisum est: arcticum, antarcticum, tropicum cancri, tropicum capricorni, æquinoctialem: quorum æquinoctialis est medius. Zodiacus autem obliquus est circulus, qui æquinoctialem secat, & ad tropicum cancri & capricornum usque pervenit. *R.*

130. *Sextus in obliquum.*] Periphrasis est Zodiaci.

131. *Polumque Effugit Australem.*] *Effugito* est reponendum ex primo & secundo Palatino, primo Basileensi, & tribus. Mox *Hac sit iter* Noricus. *Hac fit.* Heins.

133. *Hac fit iter.*] Longinus περὶ ὕψους laudans Phantasiam Euripidis ista desumta ex Phaëthonte ipsius. Τῷ γὰρ Φαέθοντι παραδιδὰς τὰς ἡνίας ὁ ἥλιος, Ἴλαος ἴθι, &c. Phaëthonti habenas tradens Sol, impelle non in Lybicum ætherem incidens, &c. sed ito supra septem Pleiadas cursum tenens. *Farn.*

138. *Tortum declinet.*] Qui flexu sinuoso labitur anguis *Circum, perque duas in morem fluminis Arctos.* Virg. 1. Georg. *Declinet ad anguem.*] *In anguem* Twisdeni codex alter. *Heins.*

139. *Aram.*] Sidus Australe, constans 7. stellis, non longè à cauda Scorpii. Latus autem mundi Australinum, depressius: Boreale, nobis sublime. *Farn.*

142. *Hesperio litore.*] Atlantico: quo cum nox pervenit, relinquat terras necesse est.

143. *Non est mora libera.*] Non est integrum nobis morari. *Non est mora libera nobis.*] Fortasse respicit ad illud Virg. 12. Æneid. —*neque enim Turno mora libera mortis.*

144. *Et fulget.*] *Effulget* recte primus Gronovianus pro diversâ lectione. posset & *en fulget* legi. *Heinsius.*



Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER II.

ARGUMENTUM.

Quum aliquando Phaëthonti Apollinem, ut falsum ac suppositititium patrem, objecisset; ille currus Solaris imperium ad diem unum à patre in pignus veræ stirpis petiit. Quo impetrato, terra ab eo tota accenditur, & inter cætera nigrescunt Æthiopes. Phaëthontem deinde fulmine percussum dum lugent sorores, & una cognatus Cygnus; illæ in arbores, hic in cygnum mutatur. Tum Jupiter lustrato terrarum orbe, ac pristino vigori restituto, in Callistonem incidit, eamque sumpta Dianæ forma stupravit. Ob idirata Juno, Callistonem in ursam convertit: quam posteà Arcas filius transfixurus fuerat, nisi utrumque Jupiter inter sidera retulisset. Qua de re cum apud Oceanum Juno conquesta esset, in cœlum velata fuit humeris pavonum, qui nuper variegati fuerant: sicut & corvus nuper ex albo niger erat redditus, cum Cornicis monitis, quæ illi suam fauxin cornicem, tum Nyctimenes in noctuam mutationem explicarat, non obtemperasset, sed audacter Coronidis adulterium ad Apollinem detulisset. Ejus deinde filio, Æsculapio, cum futura prædiceret Ocyroë, in aquam ira divina vertitur. Tum Chiron pater, Apollinis auxilium frustra invocavit: quod ille jam inde Elide pastor factus, aliud ageret, neglectis etiam bubus. Id quod Mercurio illos furandi occasionem dedit. qui deinde, Batti, cum is solus esset furti conscius, perfidia se commutando deprehensa, in indicem lapidem eum convertit. Inde in Atticam ingressus, Herse, Cecropis filia, potitur. Cui dum invidet soror Aglauros, in saxum obrigescit. Postea Jupiter, cum ipsum boves Agenoris ad litus advertere jussisset, sumpta tauri specie, Europam per mare in Cretam transvexit.

REgia Solis erat sublimibus alta columnis,
Clara micante auro flammasq; imitante pyropo:
Cujus ebur nitidum fastigia summa tenebat:
Ar-

1. *Regia solis erat.*] Volunt nonnulli poëtam intendisse digitum ad Augusti Templum cum porticu & bibliotheca magnifice extructum in parte Palatii. Alii, habuisse eum ante oculos regiam Latini à Virgilio descriptam 7. Æneid. Ego certe credo Poëtam, quo fuit ingenio, in mentem sum tantum tinxisse calamum, atque inde cum Phaëthonte suo *concepisse æthera mente*. Nisi forte in manibus habuerit Euripidis Phaëthonta qui nobis interiit, cujus meminit Athenæus 11. lib. & cujus à Longino, dum exempla poëticæ phantasiæ adfert, specimen citatur, inibique præcepta Phœbi Phaëthontem suum monentis instituentisque, infra ad vs. 54. & 133. F.

2. *Mican-*

Argenti bifores radiabant lumine valvæ.
Materiem ſuperabat opus, nam Mulciber illic
Æquora cælarat medias cingentia terras,
Terrarumque orbem, cælumque, quod imminet orbi.
Cæruleos habet unda Deos; Tritona canorum,
Proteaque ambiguum, balænarumque prementem
Ægæona ſuis immania terga lacertis,
Doridaque, & natas: quarum pars nare videntur,
Pars in mole ſedens virides ſiccare capillos;
Piſce vehi quædam. facies non omnibus una,
Nec diverſa tamen: qualem decet eſſe ſororum.
Terra viros, urbeſque gerit, ſilvaſque, feraſque,
Fluminaque, & nymphas, & cætera numina ruris.
Hæc ſuper impoſita eſt cæli fulgentis imago:
Signaque ſex foribus dextris, totidemque ſiniſtris.
Quo ſimul acclivo Clymeneïa limite proles
Venit, & intravit dubitati tecta parentis;
Protinus ad patrios ſua fert veſtigia vultus:

Con-

2. *Micante auro.*] Micare, per intervalla lucere, & ſe movere. Proprie; *Mica auri.* Lucret. lib. 1. Enn. incert. loc. *Omnia tumendo mari videas ferventa micari* pro moveri *Auro.*] Lege Senecam hos verſus citantem; epiſt. 115. *Farn. Pyropo.*] Gemma radiante inſtar carbunculi. Neque enim placet de ære coronario: quod Plinius lib. 34. c. 8. ſcribit *auri certis ſcrupulis mixtum praetenui pyropi bracteæ igneſcere.* Farn.

3. *Faſtigia ſumma tegebat.*] *Tenebat* plerique veteres, & rectè, ut & *lumine* verſu proximo pro *limine.* Vide Notas Faſtor. l. III. vſ. 219. Met. XI. vſ. 257. *Heinſ.*

5. *Opus.*] Tum artificium, tum argumentum. *Materia non cedit opus.* Martial. 8. 51. *Farn.*

7. *Quod imminet orbi.*] Nomine orbis hic cape, aërem, terram, aquam, quorum velut tectum quoddam eſt cœlum. *Pont.*

8. *Tritona canorum.*] Triton enim tibicen Neptuni. *Tritona.*] V. 333. l. 1. *F.*

9. *Proteus.*] Amor. 2. Eleg. 15. vſ. 10. de Art. Am. 1. vſ. 761.

10. *Ægæona.*] Ἐγκέλαδον θεὸν, Deum marinum, Heſychio, quem tamen eundem cum Briareo facit Hom. Il. a. & Virg. 10. Æneid. *Farn.*

11. *Doridaque.*] Dotis Nympha fuit, Oceani & Tethyos filia ac Nereï uxor, ex qua maxima Nympharum multitudo eſt nata, quas Nereidas de patris nomine vocant. *R. Pars nare videntur.*] Quatuor *videntur.* Heinſ.

12. *Mole ſedens.*] Scopulo. lib. 13. vſ. 924. Glaucus de ſe; *Nunc in mole ſedens moderabar arundine linum.* Farn.

16. *Fluminaque & Nymphas.*] *Et Nymphaſque* Gryph. editio. Lege *Fluminaque Nymphaſque.* Naſoniano more, *Heinſ.*

18. *Signaque.*] Sedebat itaque Phœbus in Æquatore, hic inde Zodiaci ſignis diviſis, Septentrionalibus ad dextram: Auſtralibus ad ſiniſtram. *Farn.*

24. *Claris*

Conſtitit que procul. neque enim propiora ferebat.
Lumina. purpureâ velatus veſte ſedebat
In ſolio Phœbus claris lucente ſmaragdis.
A dextra, lævâque Dies, & Menſis, & Annus,
Sæculaque, & poſitæ ſpatiis æqualibus Horæ:
Verque novum ſtabat cinctum florente coronâ:
Stabat nuda Æſtas, & ſpicea ſerta gerebat.
Stabat & Autumnus calcatis ſordidus uvis.
Et glacialis Hyems canos hirſuta capillos.
Inde loco medius, rerum novitate paventem
Sol oculis juvenem quibus aſpicit omnia, vidit.
Quæque viæ tibi cauſſa? quid hac, ait, arce petiſti,
Progenies, Phaëthon, haud inficianda parenti?
Ille refert, O lux immenſi publica mundi,
Phœbe pater, ſi das hujus mihi nominis uſum,
Nec falsâ Clymene culpam ſub imagine celat;
Pignora da, genitor; per quæ tua vera propago
Credar & hunc animis errorem detrahe noſtris.
Dixerat. at genitor circum caput omne micantes
Depoſuit radios; propiuſque accedere juſſit:
Amplexuque dato, Nec tu meus eſſe negari
Dignus es; & Clymene veros, ait, edidit ortus.
Quoque minus dubites; quodvis pete munus: ut illud
Me tribuente feras. promiſſis teſtis adeſto
Dis juranda palus, oculis incognita noſtris.

Vix

24. *Claris ſmaragdis.*] *Clarâ ſmaragdo* Thuan. Barberin. aliique nonnulli. *Heinſius.*

26. *Horæ.*] Solis miniſtræ, cœli janitrices, πυλαροι τε ὡρων. Homer. Il. ε. πύλαι μύκον ὡρων, ἃς ἶχον ὧραι, &c. F.

31. *Inde loco medius.*] Medio in loco illo reſidens. *Pont. Inde loco medius.*] Virgil. 5. Æneid.

Circum cætæ, quos ſe multis cum millibus Heros
Conſeſſu medium tulit. & alibi.

Rerum novitate.] Mira omnia, quæ nova, & nunquam viſa. Adi Epiſtol. Heroid. 12. vſ. 13. Plaut. Moſtellar. 1. 4. vſ. 31. utrumque conjungit: Num mirum aut novum quippiam facit: quod & Græcis uſurpatum. 1. Metam. vſ. 437.

37. *Nec falſa imagine.*] Falſa imago eſt falſum nomen patris, ſub quo illa celare poteſt crimen ſuum. *Pont. Falſa ſub imagine.*] Ep. Heroid. 17. vſ. 45.

45. *Et illud Me tribuente feres.*] *Vis feras* meliores. & mox *currus rogat* non *petis.* Heinſius.

46. *Diis juranda.*] Ὁ ὅτι μέγιστος Ὅρκος θεοῖς ἅπασι τὸ πίλαι μεμαρτυρῆσθαι.

Vix bene deſierat: currus rogat ille paternos,
Inque diem alipedum jus & moderamen equorum.
Pœnituit juraſſe patrem. qui terque quaterque
Concutiens illuſtre caput, Temeraria, dixit,
Vox mea facta tuâ eſt. utinam promiſſa liceret
Non dare! confiteor ſolum hoc tibi, nate, negarem.
Diſſuadere licet. non eſt tua tuta voluntas.
Magna petis, Phaëthon; & quæ nec viribus iſtis
Munera conveniant, nec tam puerilibus annis.
Sors tua mortalis: non eſt mortale quod optas.
Plus etiam, quam quod Superis contingere fas ſit,
Neſcius affectas, placeat ſibi quiſque licebit;
Non tamen ignifero quiſquam conſiſtere in axe
Me valet excepto. vaſti quoque rector Olympi,
Qui fera terribili jaculatur fulmina dextra,
Non agat hos currus. & quid Jove majus habemus?
Ardua prima via eſt: & qua vix mane recentes
Enitantur equi: medio eſt altiſſima cœlo;
Unde mare & terras ipſi mihi ſæpe videre
Fit

Δυοῖσιν. Homer. in hymno Apollinis. Θεῶν μέγαν ὅρκον. Heſiod. Theog. Ὀρκωμότας ἀσθίτους ἴδρας. Lycophron. rationem vide apud utriuſque commentatorem Io. & Iſ. Tzetzen. Reddidimus & nos ad vſ. 712. Hercul. Furent. Senecæ. Vide & Clariſſ. Fr. Baconi Sapientiam Veterum. 5. cap. *Styx ſive Fœdera.* vide infra lib. 3. vſ. 291. *Farn.*

50. *Temeraria.*] Temeritas mei promiſſi ceſſit in temerariam tuam petitionem. *Farn.*

51. *Utinam promiſſa liceret.*] Atqui non licet, ſicut ipſe infrà confitetur: *Ne dubita, dabitur, Stygias juravimus undas.* Pont.

54. *Et quæ non viribus iſtis Munera conveniunt.*] *Nec conveniant* cum meliorib. *Heinſ. Quæ nec viribus.*] Ex Phaëthonte Euripides, cujus meminit Athenæus 11. lib. videntur deſumpti verſus iſti; Μὴ Στύγιος ἵππων παῖδων ἅπτεσθ' ἀθ. Μηδὲ ἀναβῆς τὸν ἅρμον, ἀλαίνειν μὴ μαθὼν, quos citat Clemens Alexand. 3. lib. παιδαγωγῶ, 2. cap. *Farn.*

57. *Plus etiam.*] Verſ. 190. infra. *F. Contingere poſſit.*] *Fas ſit* præſture opinor, quod in nonnullis extat. Multi *fas eſt*, Puto tamen *par eſt*, aut *par ſit.* ſic Lucretius frequenter. ut lib. IV.

Stultitiaque ibi ſe damnet, tribuiſſe quod illi
Plus videat, quam mortali concedere par eſt. Heinſius.

58. *Affectas.*] Amor. 1. Eleg. 1. v. 14.

62. *Quid Jove majus habetur.*] Meliores *habemus.* in Triſtibus,

Majus apud Trojam forti quid habemus Achille?

Iidem *agat* pro *aget currus.* Heinſius.

64. *Enitantur equi.*] *Enitantur.* cum Cantabrigienſi optimo. *Idem.*

66. *Si*

Digitized by Google

Fit timor, & pavida trepidat formidine pectus.
Ultima prona via est; & eget moderamine certo.
Tunc etiam, quæ me subjectis excipit undis,
Ne ferar in præceps, Tethys solet ipsa vereri.
Adde, quod assiduâ rapitur vertigine cœlum;
Sideraque alta trahit, celerique volumine torquet.
Nitor in adversum: nec me, qui cætera, vincit
Impetus: & rapido contrarius evehor orbi.
Finge datos currus. quid agas? poterisne rotatis
Obvius ire polis, ne te citus auferat axis?
Forsitan & lucos illic urbesque Deorum
Concipias animo: delubraque ditia donis
Esse. per insidias iter est, formasque ferarum.
Utque viam teneas, nulloque errore traharis;
Per tamen adversi gradieris cornua Tauri,

Hæmo-

66. *Si timor, & trepides.*] *Fit* & *trepidat* veriùs. quomodo & Seneca libro de providentia agnoscit. *Idem. Timor.*] Infra ad v. 179. *Farn.*

67. *Ultima prona via.*] Ascensus propter acclivitatem laboriosus; medium propter altitudinem terribile; descensus propter casum, plena metus sunt. *Pont. Prona via.*] Ep. Heroid. 18. vs. 121.

68. *Quæ me subjectis.*] Lucret. 4. lib. *In pelago nautis ex undis ortus, in undas del se ut videantur obire & condere lumen, &c.*

70. *Vertigine.*] Revolutione & conversione. *Vertigine.*] Motu violento, quo primum Mobile orbes subjectos ab ortu ad occasum, inde per Antipodum Horizontem ad ortum nostrum 24. horarum spatio incitatissima conversione rapit, super polos mundi. *Farn.*

71. *Volumine.*] A Volvendo. Virgil. 5. De serpente. *Septem ingens gyros, septena volumina traxit.* Quod & agmen vocat. item 2. Æneid.

——sinuatque immensa volumine terga.
Torque.] Convertit. Sidera namque sic mi cum cœlo vertuntur: Planetæ vero contrà cœli motum nituntur: unde infert:

Ibm. II.

72. *Nitor in adversum.*] Cœlum namque ab Oriente in Occidentem volvitur, secumque trahit & Solem & reliquos planetas. Sol verò cum allis planetis suo ac naturali motu, contrà cœli conversionem nititur, hoc est, cum quodam nisu & conatu movetur. *Nec me.*] Neque me sub Ecliptica linea manentem moratur illa primi Mobilis impetuosa rotatio; sicut deviant cæteri planetæ retrogradi; citius aut tardius moventes, propter Apsides. *Farn.*

74. *Quid ages.*] *Agas* Thuan. Cantabrig. secundus Palat. & sex alii. *Heins.*

75. *Citus axis.*] Celerrima illa rotatio cœli, quam hic *citum axem* nominat. Alioqui *axis* est linea recta, per centrum sphæræ ad illius circumferentiam transiens, circa quam sphæra ipsa volvitur. *Pont.*

76. *Urbesque deorum.*] *Domosque* duo Medicei & unus Ambrosianus cum uno Thuaneo. *Heins.*

78. *Esse.*] Unus Moreti *Ecce.* unus Palat. *Ire.* quatuor alii *Isse. Iter est ire*, pro eundum. *Idem.*

80. *Adversi tauri.*] Oppositi. nam versus Orientem spectat Taurus.

Hæmonioſque arcus, violentique ora Leonis,
Sævaque circuitu curvantem brachia longo
Scorpion, atque aliter curvantem brachia Cancrum.
Nec tibi quadrupedes animoſos ignibus illis
Quos in pectore habent, quos ore & naribus efflant, 8
In promtu regere eſt, vix me patiuntur, ut acres
Iocaluêre animi; cervixque repugnat habenis.
At tu, funeſti ne ſim tibi muneris auctor,
Nate, cave: dum reſque ſinit, tua corrige vota.
Scilicet, ut noſtro genitum te ſanguine credas, 9
Pignora certa petis. do pignora certa timendo:
Et patrio pater eſſe metu probor. aſpice vultus
Ecce meos: utinamque oculos in pectora poſſes
Inſerere, & patrias intus deprendere curas!
Denique quidquid habet dives circumſpice mundus: 9
Eque tot ac tantis cœli terræque mariſque
Poſce bonis aliquid: nullam patiere repulſam.
Deprecor hoc unum; quod vero nomine pœna,
Non honor eſt. pœnam, Phaëthon, pro munere poſci
Quid mea colla tenes blandis, ignare, lacertis? 10
Ne dubita, dabitur (Stygias juravimus undas)
Quodcunque optaris: ſed tu ſapientius opta.
Finierat monitus. dictis tamen ille repugnat:
Propoſitumque tenet: flagratque cupidine currûs.

Ergo

81. *Æmonioſque arcus.*] Sagittarium. Enumerat autem Phœbus ſigna Zodiaci terribiliora aſpectu, quo facilius ab improba cupiditate, regendi currum Solis, filium deterreat. *R. Æmonioſque.*] Sagittarium, ex Chirone Theſſalo. Vexat ſe hic Scal. 7. Hypercrit. quod anuum Solis laborem poëta ad unius diei penſum exigat. Sed neque imperitus rerum harum Ovidius. Speciose, non exacte locatum inducit Solem, quo juvenem deterreat.

82. *Longo.*] Duorum quippe ſignorum pene ſpatium occupat, in Libram porrectus.

83. *Aliter.*] Contra quam Scorpius hic ſcilicet oceaſum verſus, ille oriem tem ſpectat.

85. *Naribus.*] *Cum primum altos ſignis de tollunt Solis equi, lucemque elatis naribus efflant.* Virg. 12. Æneid. Farn.

86. *Ubi incaluere.*] *Ut incaluere mi ti. Heinſius.*

93. *In pectore.*] Meliores *in pectore* & mox *Equos tot.* pro *Dequos.* Idem.

94. *Inſerere.* Immittere.

104. *Propoſitumque premit.*] *Tenet* m decim libri veteres recte. ſi quid v deo. lib. 1. Artis Amat.

Lectorem ſpera, propoſitumque tenet.

Co

Ergo, qua licuit genitor cunctatus, ad altos
Deducit juvenem Vulcania munera currus.
Aureus axis erat, temo aureus, aurea ſummæ
Curvatura rotæ; radiorum argenteus ordo.
Per juga chryſolithi, poſitæque ex ordine gemmæ,
Clara repercuſſo reddebant lumina Phœbo.
Dumque ea magnanimus Phaëthon miratur, opuſque
Perſpicit: ecce vigil rutilo patefecit ab ortu
Purpureas Aurora fores, & plena roſarum
Atria. diffugiunt ſtellæ: quarum agmina cogit

Luci-

Cornelius Nepos vitâ Eumenis, *Itaque hoc propoſitum tenuit.* lib. x. Metam. Noſter,

Propoſitique tenax, quodcunque ſit, erat ex ipſi
Indocat.

Ita Horatius quoque *Juſtum & tenacem propoſiti virum* dixit. *Idem. Propoſitumque tenax.*] Vide, inquit Seneca lib. de Providencia, quam alte deſcendere debeat virtus: ſcies illi non per ſecura vadendum eſſe. *Ardua prima via eſt, & qua vix, &c.* Hæc cum audiſſet ille generoſus adoleſcens: Placet, inquit, via. aſcendo. Eſt tanti per iſta ire caſuro. Non deſinit tamen pater acrem animum metu territare. *Neque vitam teneas, nulloque errore trahatis; Per tamen adverſi, &c.* Poſt hæc ait; *Finge datos currus.* His, inquit juvenis, quibus me deterreri putas, incitor: liber illic ſtare, ubi ipſe Sol trepidat: Humilis & inertis eſt, tuta ſectari: per alta virtus it. *Farn.*

105. *Qua licuit.*] Quatenus, & quouſque potuit

106. *Vulcania.*] Ex officina Vulcani.

107. *Aureus.*] Non eſt cur diſertiſſimo poëtæ Item intendat Diomedes Grammaticus affectati decoris & nimii cultus: ſi ad principem poëtarum Virg. mendax, nomen orationi ab hac eadem repetitione ſæpius conciliantem, Æneid. lib. 4. 5. 7. 11. & 12. Necraro homerum idem factitantem. Lege Senecæ epiſtol. 115. quis ratione hos inducat verſus. *Farn. Aureus.*] Non ſine ratione videtur poëta voculam eam *aureus* repetere. Quocunque enim oculos verteres, aurum occurrebat: Neque id novum. Virgil. 4. Æneid. —— *oſtroque inſignis & auro. Aurea purpureum ſubnectit fibula veſtem. Quoi Pharetra ex auro, crines nodantur in aurum.* Quod ex Homer. Nihil niſi aurum in oculis erat.

109. *Per juga*] Etiam pro equis jugalibus. Virgil. 5. —— *auriga immiſſis undantia lora* —— *Concuſſere jugis.* Hoc autem loco videtur Ovid. per juga intelligere ipſam currus ſellam: uti in navibus tranſtra: ζυγὰ. Virg. 6. *Inde alias animas, quæ per juga longa ſedebant.*

110. *Repercuſſo.*] Radiis Solaribus ad leve & ſolidum corpus refractis. *Farn. Repercuſſo Phœbo.*] Epiſt. Leand. 18. v. 77.

112. *Nitido ortu.*] *Rutilo* primus Mediceus & tres alii cum Norico. *Heinſius.*

113. *Et plena roſarum.*] Nam antiquitas Auroræ roſas dicavit. *R. Roſarum.*] Aurora Græcis poëtis eſt ῥοδοδάκτυλος, ῥοδοπάχυς, ῥοδόπηλος, ῥοδόχρους. *Farn.*

114. *Diffugiunt.*] Evaneſcunt ſcilicet languidæ, à Solis majore luce minores obſcuratæ. *Farn. Diffugiunt ſtellæ.*] Ex ſententia vulgi. Neque enim ſtellæ diffugere poſſunt, quum ſint fixæ, ſed adveniente aurora fulgere deſinunt. *Cogit*

Lucifer, & cœli ſtatione noviſſimus exit.
At pater ut terras, mundumque rubeſcere vidit,
Cornuaque extremæ velut evaneſcere Lunæ;
Jungere equos Titan velocibus imperat Horis.
Juſſa Deæ celeres peragunt: ignemque vomentes
Ambroſiæ ſucco ſaturos præſepibus altis
Quadrupedes ducunt; adduntque ſonantia fræna.
Tum pater ora ſui ſacro medicamine nati
Contigit; & rapidæ fecit patientia flammæ.
Impoſuitque comæ radios: præſagaque luctûs
Pectore ſollicito repetens ſuſpiria, dixit:
Si potes hîc ſaltem monitis parere paternis;
Parce, puer, ſtimulis; & fortius utere loris.
Sponte ſua properant. labor eſt inhibere volentes:
Nec

Lucifer.] Congregat, & ante ſe agit. *Lucifer* enim Græce ἑωσφόρος dicitur, ultimus eſt, qui deſinit fulgere Sole oriente: priuſque incipit lucere illo occidente, & tunc Heſperus vocatur. R.

115. *Cœli ſtatione exit.*] Venuſtâ tranſlatio à ſtationariis. Mortalibus enim ſopitis, ſidera, quaſi in ſtatione excubant, & ſervant. Idem non minus venuſtè de Argi oculis. l. præced. v. 626. *Inde ſuis vicibus capiebant bina quietem —— Cætera ſervabant, atque in ſtatione manebant. Noviſſimus.*] Veneris ſtella, quam terræ propiorem ſerius luſtrat Sol quam fixas ſtellas. *Farn.*

116. *Tum pater.*] In optimo Florentino & Neap. eraſa vetus lectio. *At pater* Thuan. & ſex alii. *Dua pater* primus Palatinus, excerpta Theatinorum Romana, & quinque alii. *Dua petere* Langianus. *pater* vix locum hîc habet, cum mox ſequatur, *Tum pater.* Forte, *Ut pariter terras mundumque rubeſcere vidit Titan* nimirum, quod mox ſubjungitur. *Heinſ.*

118. *Velocibus imperat Horis.*] Horæ autem ideo Solis equorum curam habere finguntur, quod ex curſu Solis orian-

tur, ſeu potius menſurentur & diſtinguantur. *Horis.*] Supra ad v. 26. *Farn.*

120. *Ambroſia ſucco.*] Herba ſuaviſſima, qua dii veſcuntur, quaque immortales efficiuntur. Simul etiam eo alludere videtur, quod Sol medicaminum inventor & auctor. R. *Ambroſia.*] *Axe ſub Heſperio ſunt paſcua Solis equorum, Ambroſiam pro gramine habent.* lib. 4.

122. *Medicamine.*] Cui inerat virtus ἀλεξίτυρος vel ἀντίτυρος. *Farn.*

124. *Radios.*] Coronam radios emittentem, quam ipſe geſtare conſuevit.

126. *His ſaltem monitis parere parentis*] *Paternis* Bernegger. Thuan. & quatuor alii. Scribe,

Si potes hic ſaltem monitis parere paternis. Heinſ.

128. *Inhibere volantes.*] *Volentes* plurimi veterum. ſic apud Virgilium l. III. Georg.

Ipſa autem macie tenuant armenta volentes.

Ita præſtantiſſimus liber Mediceus. Sic Silius & Statius ſæpe. *Properus* etiam unus meus. *Idem.*

196. *Nec*

Nec tibi directos placeat via quinque per arcus.
Sextus in obliquum est lato curvamine limes.
Zonarumque trium contentus fine, polumque
Effugito australem, junctamque aquilonibus Arcton.
Hac sit iter: manifesta rotæ vestigia cernes.
Utque ferant æquos & cœlum & terra calores,
Nec preme, nec summum molire per æthera currum.
Altius egressus cœlestia tecta cremabis;
Inferius terras: medio tutissimus ibis.
Neu te dexterior tortum declinet in anguem,
Neve sinisterior pressam rota ducat ad aram:
Inter utrumque tene. Fortunæ cætera mando;
Quæ juvet, & melius, quam tu tibi, consulat opto.
Dum loquor; Hesperio positas in littore metas
Humida nox tetigit. non est mora libera nobis:
Poscimur. effulget tenebris Aurora fugatis.

Corri-

129. *Nec tibi.*] Non eundum recte per 5. circulos parallelos: sed per Zodiacum, qui Æquatorem oblique intersecans Tropicum Cancri à dextra, Arcticum vertice, attingit; Tropicum Capricorni à sinistra, ad Antarcticum. *Farn. Arcus.*] Circulos, qui & Zonæ dicuntur. Cœlum enim in quinque circulos æqualiter à se distantes divisum est: arcticum, antarcticum, tropicum cancri, tropicum capricorni, æquinoctialem: quorum æquinoctialis est medius. Zodiacus autem obliquus est circulus, qui æquinoctialem secat, & ad tropicum cancri & capricornum usque pervenit. *R.*

130. *Sextus in obliquum.*] Periphrasis ex Zodiaci.

132. *Polumque Effugit Australem.*] *Effugito* est reponendum ex primo & secundo Palatino, primo Basileensi, & sex tribus. Mox *Hac sit iter* Noricus. *Hac sit iter.*] Longinus apud Dionem laudans Phantasiam Euripidis ista sumta ex Phaëthonte ipsius. Τῷ γὰρ Φαέθοντι παραδιδοὺς τὰς ἡνίας ὁ ἥλιος, Ἴλαε δὴ, &c. Phaëthonti habenas tradens Sol, impelle non in Lybicum ætherem incidens, &c. sed ito supra septem Pleiadas cursum tenens. *Farn.*

138. *Tortum declinet.*] Qui flexu sinuoso labitur anguis *Circum, perque duas in morem fluminis Arctos.* Virg. 1. Georg. *Declinet ad anguem.*] *In anguem* Twisdeni codex alter. *Heins.*

139. *Aram.*] Sidus Australe, constans 7. stellis, non longè à cauda Scorpii. Latus autem mundi Australinum, depressius: Boreale, nobis sublime. *Farn.*

142. *Hesperio litore.*] Atlantico: quo cum nox pervenit, relinquat terras necesse est.

143. *Non est mora libera.*] Non est integrum nobis morari. *Non est mora libera nobis.*] Fortasse respicit ad illud Virg. 12. Æneid. —*neque enim Turno mora libera mortis.*

144. *Et fulget.*] *Effulget* recte primus Gronovianus pro diversâ lectione. posset & *en fulget* legi. *Heinsius.*

Corripe lora manu: vel, ſi mutabile pectus
Eſt tibi, conſiliis, non curribus, utere noſtris:
Dum potes; & ſolidis etiamnum ſedibus adſtas;
Dumque male optatos nondum premis inſcius axes.
Quæ tutus ſpectes, ſine me dare lumina terris.
Occupat ille levem juvenili corpore currum:
Statque ſuper; manibuſque datas contingere habenas
Gaudet; & invito grates agit inde parenti.
Interea volucres Pyroëis, & Eöus, & Æthon,
Solis equi, quartuſque Phlegon, hinnitibus auras
Flammiferis implent, pedibuſque repagula pulſant.
Quæ poſtquam Tethys, fatorum ignara nepotis,
Reppulit; & facta eſt immenſi copia mundi;
Corripuêre viam, pedibuſque per aëra motis
Obſtantes findunt nebulas, penniſque levati
Prætereunt ortos îſdem de partibus Euros.
Sed leve pondus erat; nec quod cognoſcere poſſent
Solis

147. *Solidis ſedibus.*] Quibus fidenter, & ſine periculo inſiſtat. Sic Virgil. 7. Æneid. ——— *jam ſidere terra. Etiamnum.*] Sic optimus Thuanecus. *Heinſ.*

150. *Occupat.*] Τοσαῦτ' ἀκούσας ἅμαξαν ἵππας, κρίσας δὲ πλευρὰν πίπτοφόρον ὀχήματον, μεθῆκεν. Longinus ex Euripide, ſupr. 133. v. F. *Occupat.*] Celeritatem notat. Virgil. 6. *Occupat Æneas aditum cuſtode ſepulto* ——— *Evadit que celer ripam. Juvenili corpore.* Levi & juvenili impetu. Redi ad Ep. Leandr. 18. v. 35.

153. *Pyroëis, Eous, & Æthon.*] Et *Eous* Cantabrig. & quatuor alii. quomodo & Scholiaſtes Statii manu veterrima exaratus. Vaticanæ bibliothecæ agnoſcit. *Heinſ.*

155. *Repagula.*] Obſtacula. Alludit ad carceres, è quibus in certaminibus emittebantur. R. *Repagula pulſant.*] Βαλίδας, ὕσπληγγα, carceres. *Farnab.*

156. *Tethys.*] Oceani uxor & Clymenes mater, apud quam Sol pernoctare creditur.

157. *Immenſi copia cæli.*] *Mundi* cum pleriſque. recte. ſic *mania mundi* apud Lucretium ſæpe pro cœlo. Græcis quoque κόσμος καὶ οὐρανὸς ejuſdem non raro ſignificationis. atque ita poëtæ Latini paſſim. *Heinſ.*

158. *Corripuere viam.*] Velocitatem currere cœperunt. *Per æra.*] Αἱ δ' ἵπλαντ' ἰπ' αἰθέρ' πτύχας. Longinus, ut modo. *Farn.*

159. *Obſtantes ſcindunt nebulas.*] Primus Regius & unus Thuan. *findunt*, ſic lib. IV.

Et celeri ſiſſum præpes per inane volatu, quomodo ex veſtigiis veterum librorum ſcribendum. *Heinſius.*

165. *Sic onere inſuto vacuus dat in æra ſaltus.*] *In æra* nonnulli ex melioribus. deinde *onere* quoque *aſſuto* Florentinus Sancti Marci, primus Vaticanus, Cantabrig. ſecundus Palat. Urbin, & duo aut tres alii. *onere aſſuto vacuus ſaltus* eleganter dicuntur, nili mavis reponi, *onere aſſuto vacuus dat ſaltum curru.* Idem.

166. *Sus-*

Digitized by Google

Solis equi: solitâque jugum gravitate carebat.
Utque labant curvæ justo sine pondere naves,
Parque mare instabiles nimiâ levitate feruntur;
Sic onere assueto vacuos dat in aëra saltus,
Succutiturque altè; similisque est currus inani.
Quod simul ac censere; ruunt, tritumque relinquunt
Quadrijugi spatium: nec, quo prius, ordine currunt.
Ipse pavet; nec qua commissas flectat habenas,
Nec scit qua sit iter: nec, si sciat, imperet illis.
Tum primum radiis gelidi caluêre Triones,
Et vetito frustra tentarunt æquore tingi.
Quæque polo posita est glaciali proxima serpens,
Frigore pigra prius, nec formidabilis ulli;
Incaluit: sumsitque novas fervoribus iras.
Te quoque turbatum memorant fugisse, Boöte;
Quamvis tardus eras, & te tua plaustra tenebant.
Ut verò summo despexit ab æthere terras
Infelix Phaëthon, penitus penitusque patentes;
Palluit, & subito genua intremuêre timore:
Suntque oculis tenebræ per tantum lumen obortæ.
Et jam mallet equos nunquam tetigisse paternos:

Jam-

166. *Succutiturque.*] Sursum valdè quatitur.

168. *Quadrijuges.*] Meliores *Quadrijugi.* Heins. *Quadrijugi.*] Quatuor equi uno jugo alligati.

171. *Triones.*] Ἄμαξα ἐλάσσων. Ursa minor, constans ex 27. stellis, quarum septem lucidiores plaustri formam referunt.

172. *Vetito.*] Anachronismus Prolepticus; si fabulam advertas, qua Juno pellicem Calisto cum filio in astra relata indignata, hoc ab Oceano impetrabit infra v. 530. si veritatem, quia polo tertio vicina hæc astra, Helice & Cynosura, *Farn. Et vetito æquore.*] Quia nunquam occidunt. Hinc Virgil. *Cirrus neque duas in morem fluminis Arctos. Arctos Oceani metuentes æquore tingi &c.*

177. *Tardus.*] Utpote polo vicinior, adeoque ambitus illi minor. *Farn.*

179. *Penitus penitusque jacentes.*] *Patentes* Sancti Marci Florentinus, Thuan. Cantabrig. secundus Pal. sec. Mediceus. & duo alii. Fest. IV.

Proxima cum veniet terras visura patentes
Memnonis in rosseis lutea mater equis.

Nihil tamen muto. Adi Noras lib. VIII. v. 749. *Heins. Penitus penitusque.*] Hoc est, valde depressas ac longe à se remotas. nam geminatum illud adverbium, immensum illud intervallum significat inter cœlum & terras.

181. *Tenebræ.*] Vertigo caligans offusa est oculis & animo in media luce, imo in tanta. Ἐμφασις ἐξώμματος, *Farn.*

Jamque agnoſſe genus piget, & valuiſſe rogando:
Jam Meropis dici cupiens; ita fertur, ut acta
Præcipiti pinus Boreâ, cui victa remiſit
Fræna ſuus rector, quam Dîs votiſque reliquit.
Quid faciat? multum cœli poſt terga relictum:
Ante oculos plus eſt. animo metitur utrumque.
Et modo, quos illi fato contingere non eſt,
Proſpicit occaſus: interdum reſpicit ortus.
Quidque agat ignarus, ſtupet: & nec fræna remittit,
Nec retinere valet: nec nomina novit equorum.
Sparſa quoque in vario paſſim miracula cœlo,
Vaſtarumque videt trepidus ſimulacra ferarum.
Eſt locus, in geminos ubi brachia concavat arcus
Scorpios; & caudâ flexiſque utrinque lacertis.

Porri-

183. *Jam cognoſſe.*] Meliores *Jamque agnoſſe.* Heinſ.

184. *Jam Meropis dici, &c.*] Filius ſubintelligatur: Merops enim Clymenes fuit maritus. quanquam *Meropes*, homines dicantur apud Homerum, quod diviſas habeant voces; qua in ſignificatione hic quoque accipi poteſt: ac ſi diceret, cupiens jam hominis filius, magis quam Dei, appellari. *R.*

185. *Remiſit fræna.*] Tranſlat. à navibus ad currum. Vice verſa à curribus ad naves Virgil. 5. Fræna autem & habenæ ut equo, ſic navi competunt: Homer. Odyſſ. δ. vſ. 709. —— αἰθ' ἁλὸς ἵππους —— Ἀνεφάσι γίγνεσθαι. Et Odyſſ. ν. v. 81. Ἠΐ δ' ὡς τ' ἐν πεδίῳ τετράοροι ἄρσενες ἵπποι —— Πάντες ἅμ' ὁρμηθέντες ὑπὸ πληγῆσιν ἰμάσθλης —— Τῷσ' αἰσίμεναι, βίμφα πρήσσουσι κέλευθον. Ὣς ἄρα τῆς πρύμνη μετάειρετο —— &c. Quod Virgil. egregiè imitatur. 5. Æneid, & 6. *Claſſica immittit habenas.* Quod & Senecæ placuit Med. vſ. 3 —— *novam fræna dare doctiſti ratem.* ubi vide Delr. & Doctiſſ. Gronov. Æſchyl. Prometh. Αὐτόπτοις ὑφηνιοχοῦσι ἅρμασι. Plaut. Rud. 1. 5. vſ. 19.

Nempe equo ligneo per vias cæruleas
Eſtis vecta. Etiam de fontibus & aquis. *Fluminibus veſtris totas immittite habenas,* 1. Metam. vſ. 280. —— *ac fontibus ora relaxant, & defrenato volvuntur in æquora curſu.* vſ. 282. ibid.

187. *Multum cœli poſt terga relictum.*] *Relicti* ſi per libros veteres liceat. Certe unus meus *relinqui.* Regius unus *relinquit.* Heinſ.

189. *Quos illi fatum contingere non eſt.*] Diu eſt quod *fato* vidi legendum, ut Græciſmus ſit ἐπὶ τοῖς, non licet. eam poſtea lectionem ab optimo Bernegge riano confirmatam deprehendi. ſic lib. IX. ex veſtigiis veterum librorum ſcribo vſ. 385.

Et quoniam fato non eſt incumbere vobis.

Plura de hoc loquendi modo congeſſimus lib. 11. Artis Amatoriæ, non longe ab initio. *Idem.*

196. *Scorpius.*] *Scorpios* meliores. *Idem. Scorpius.*] Signum Zodiaci conſtans ſtell. 21. duorum pene ſignorum ſpatia occupans. chelæ ſiquidem Libram conſtituere videntur; ſcorpium vero ipſum cauda recurva deſignat. *Fava.*

197. &

Digitized by Google

Porrigit in ſpatium ſignorum membra duorum.
Hunc puer ut nigri madidum ſudore veneni
Vulnera curvatâ minitantem cuſpide vidit;
Mentis inops, gelida formidine lora remiſit.
Quæ poſtquam ſummum tetigere jacentia tergum,
Exſpatiantur equi: nulloque inhibente per auras
Ignotæ regionis eunt; quaque impetus egit,
Hac ſine lege ruunt: altoque ſub æthere fixis
Incurſant ſtellis, rapiuntque per avia currum.
Et modo ſumma petunt, modo per decliva, viaſque
Præcipites ſpatio terræ propiore feruntur.
Inferiuſque ſuis fraternos currere Luna
Admiratur equos: ambuſtaque nubila fumant.
Corripitur flammis, ut quæque altiſſima, tellus;
Fiſſaque agit rimas, & ſuccis aret ademtis.
Pabula canéſcunt: cum frondibus uritur arbos:
Materiamque ſuo præbet ſeges arida damno.
Parva queror. magnæ pereunt cum mœnibus urbes:
Cumque ſuis totas populis incendia gentes
In cinerem vertunt. ſilvæ cum montibus ardent.
Ardet Athos, Tauruſque Cilix, & Tmolus, & Oete;
Et nunc ſicca, prius celeberrima fontibus, Ide;
Virgineuſque Helicon, & nondum Oeagrius Hæmos.
Ardet

197. *In ſpatium duorum, &c.*] Alterum namque brachiis; alterum cauda facit. Vide Virgil. lib. 1. Georg. v. 33. *Que locus Erigonen, &c.* R.

198. *Madidum.*] A caloris vicinia ſudantem, ſtillantem, ſævientem. *Farn.*

201. *Summo ſenſere jacentia tergo.*] Alii *tetigere.* nempe reponendum *ſummum tetigere tergum* ex Neapolitano & Urbinati. *Heinſius.*

205. *Avia currum.*] Avia *cum Phaëthon rapax vis Solis equorum Æthere raptat toto.* Lucret. 5. lib.

206. *Per declive.*] *Decliva* ſcripti. Vide Notas Faſt. III. v. 13. & mox *ambuſtaque nubila* non *combuſtaque* melius. *Heinſius.*

217. *Athos.*] Mons eſt Macedoniæ altiſſimus. *Tauruſque, &c.*] Taurus Ciliciæ mons eſt. *Tmolus.*] Fl. & mons Phrygiæ: Melle, vino & croco abundans. *Oete.*] Mons Theſſaliæ, Herculis morte, rogo & ſepulchro nobilis. R.

218. *Et tum ſicca.*] *Nunc ſicca* Urbin. & tres alii. *Heinſius. Celeberrima.*] Quam inde πολυπίδακα appellat Homerus. Sunt qui leg. *celeberrima ſontibus.* Farn. *Ida.*] Mons Phrygiæ celeberrimus.

219. *Nondum.*] Nondum infamis morte Orphei qui filius erat Oeagri, de quo vid. lib. 11. v. 1. *Farn. Virgineuſque Helicon.*] Mons Bœotiæ eſt Helicon; quem ideo *Virgineum* appellat, quia Muſis

Ardet in immenſum geminatis ignibus Ætne,
Parnaſuſque biceps, & Eryx, & Cynthus, & Othrys,
Et tandem Rhodope nivibus caritura, Mimaſque,
Dindymaque, & Mycale, natuſque ad ſacra Cithæron.
Nec proſunt Scythiæ ſua frigora: Caucaſus ardet,
Oſſaque cum Pindo, majorque ambobus Olympus:
Aëriæque Alpes, & nubifer Apenninus.
Tunc vero Phaëthon cunctis è partibus orbem
Aſpicit accenſum: nec tantos ſuſtinet æſtus:
Ferventeſque auras, velut è fornace profundâ,
Ore trahit: currusque ſuos candeſcere ſentit.
Et neque jam cineres ejectatamque favillam
Ferre poteſt: calidoque involvitur undique fumo.
Quoque eat, aut ubi ſit, piceâ caligine tectus
Neſcit; & arbitrio volucrum raptatur equorum.
Sanguine tum credunt in corpora ſumma vocato,
Æthiopum populos nigrum traxiſſe colorem.

Tum

ſis eſt conſecratus. *Hæmos.*] Hæmos, mons Thraciæ altiſſimus; in quo Orpheus Oeagrii fluvii filius dicitur à Mænadibus fuiſſe diſcerptus, à quo etiam *Oeagrius* fuit appellatus. *Hæmus.*] *Hæmos* Barberinus. ut alibi. pro *Ætna* etiam *Ætne* meliores. *Heinſ.*

220. *Geminatis.*] Nativis ſuis lib. 15. v. 340. atque his incendii Phaëthontæi. *Farn.*

221. *Parnaſſuſque.*] Verſ. 316. lib. 1. *Farn. Parnaſſuſque biceps.*] Mons Phocidis in duos vertices diviſus. *Eryx.*] Mons Siciliæ Veneri ſacer. unde & *Erycina* dicitur. *Et Cynthus.*] Mons Deli, unde Cynthius Apollo vocatur. *Othrys.*] Mons Theſſaliæ.

222. *Mimaſque.*] Mons eſt minoris Aſiæ, haud longe diſtans à Colophone; perperuis nivibus obrutus, à Nimante gigante denominatus *Rhodope.*] Mons Thraciæ nivoſus. *R.*

223. *Dindyma.*] Mons Phrygiæ matri deorum ſacer. *Mycale.*] Mons & urbs Cariæ. *Natuſque.*] Bacchatus jugis *Vbi audito ſtimulant Trieterica Baccho Orgia, nocturnuſque vocat clamoribus Cithæron.* Virgil. 4. Æn. vid. & Noſtrum ſub exitu lib. 3.

224. *Scythia*] Scythia regio eſt ad Septentrionem frigidiſſima. *Caucaſus.* Mons Scythiæ Promethei relegationem notiſſimus.

225. *Oſſaque cum Pindo.*] Montes Theſſaliæ altiſſimi. *Olympus.*] Verticem illius accolæ *cælum* vocant. Unde & factum, ut Poëtæ *Olympum* pro cœlo ponant. *R.*

226. *Nubifer.*] Vertice ſe attollens inter Apenninus ad auras. Virgil. 12 Æn. *Farn. Apenninus.*] Mons eſt longiſſimus Italiam dividens.

230. *Candeſcere.*] Igneſcere & in flammari.

235. *Sanguine.*] Inter Metamorphoſeis numerare licet plurimas cauſas naturales ad fabulas detortas transferri *Farn.*

237. *Tum*

Digitized by Google

Tum facta est Libye raptis humoribus æstu
Arida; tum Nymphæ passis fonteſque lacuſque
Defevere comis. queritur Bœotia Dircen,
Argos Amymonen, Ephyre Perenidas undas.
Nec ſortita loco diſtantes flumina ripas
Tuta manent: mediis Tanaïs fumavit in undis,
Peneüſque ſenex, Theutrantêuſque Caïcus,
Et celer Iſmenos, cum Phocaïco Erymantho,
Arſuruſque iterum Xanthus, flavuſque Lycormas,
Quique recurvatis ludit Mæandros in undis;
Mygdoniuſque Melas, & Tænarius Eurotas.
Arſit & Euphrates Babylonius, arſit Orontes.

Ther-

237. *Tum facta est Libye.*] Regio Africæ aridiſſima, ſic dicta, quod λείπειν ὑετὸς quod deſicit pluvia, ut Servius ſcribit. *Raptis.*] Exſiccatis, ereptis. *R.*

239. *Queritur Bœotia Dircen.*] *Queritur* optimus Florentin. Urbin. & decem aut duodecim alii. *Heinſius. Bœotia Dircen.*] Dirce, fons eſt notiſſimus Bœotiæ, à Dirce, uxore Lyci in eum converſa. *R.*

240. *Ephyre.*] Corinthus. *Farn. Argos Amymonem.*] Amymone fons eſt apud Argos, ab Amymone Danaï Argivorum regis filia, in hunc converſa. *Perenidas.*] Pirene fons eſt Acroçorynthi, quæ urbs prius Ephyre fuit appellata. Sic dictus à Pirene muliere, in quem ob ſterum, quo filiorum morte affecta eſt, fingitur fuiſſe converſa. *R.*

241. *Nec ſortita loco.*] Non ſolum fontes examere, ſed etiam amnes latiſſimi hunc exſiccati *R.*

242. *Tanaïs.*] Fluvius eſt Scythiæ maximus, Europam ab Aſia dividens.

243. *Peneüſque ſenex.*] *Peneoſque* & non *Mæandros* pro *Mæander*, & *Alpheos* pro *Alpheus* caſtigatiores, & *Tanarius Eurus*, non *Tanarenus*. Ταναρὶς Græcis. *Alpheos* quoque apud Senecam *Medei*, & bis Thyeſte ſcriptum in optimis membranis extat. *Heinſius. Peneüſque ſenex.*] Fluvius Theſſaliæ. *Theutrantêuſque.*] Caycus fluvius eſt Myſiæ, Teuthrantiam irrigans regionem: unde & *Theuthrantens* cognominatur. *Theuthrantia* autem urbs Myſiæ, à Teuthrante, qui ex Auge Telephum ſuſcepit; appellata. *R.*

244. *Et celer Iſmenos.*] Fluvius Bœotiæ, ab Iſmeno Pelagi filio denominatus. *Cum Phocaïco Erymantho.*] Erymanthus Phocidis eſt fluvius & Arcadiæ mons.

245. *Arſuruſque iterum Xanthus.*] Fluvius eſt Trojæ. *Lycormas.*] Hic *Euenus* poſtea ab Eueno, qui ſe in eum præcipitavit, fuit appellatus. *R. Arſuruſque.*] Trojano nempe bello, ubi Vulcani vi arſit & exaruit Xanthus. Il. φ. ὁ δ' ὲς ποταμὸν τρίψε φλόγα παμφανόωσαν, &c. *Flavuſque.*] Flavas volvens arenas Lycormas Æoliæ fluv.

246. *Mæandros.*] Fluv. Phrygiæ ſinuoſis flexibus prolapſus (600. ut numerant gyris) in fontem ſuum multoties referri videtur. *Farn.*

247. *Mygdoniuſque Melas.*] Fluvius eſt Mygdoniæ, qui oves nigras efficere dicitur: unde & nomen accepit. *Tanarens.*] *Eurotas*, Laconiæ fluv. *Farn.*

248. *Euphrates.*] Fluvius majoris Armeniæ maximus, qui Babylonem in duas dividens partes, in mare Rubrum deſcendit. *Orontes.*] Fluvius Syriæ ex Lybano monte decurrens; qui *Typhon* prius dictus eſt, à Typhone gigante illic fulminat

Thermodonque citus, Gangeſque, & Phaſis, & Iſter
Æſtuat Alpheos: ripæ Sperchеïdes ardent:
Quodque ſuo Tagus amne vehit, fluit ignibus aurum
Et, quæ Mæonias celebrarant carmine ripas,
Flumineæ volucres medio caluere Cäyſtro.
Nilus in extremum fugit perterritus orbem,
Occuluitque caput, quod adhuc latet. oſtia ſeptem
Pulverulenta vacant ſeptem ſine flumine valles.
Fors eadem Iſmarios Hebrum cum Strymone ſiccat,
Heſperioſque amnes, Rhenum, Rhodanumque, Padumque,
Cuique fuit rerum promiſſa potentia, Tybrin.
Diſſilit omne ſolum; penetratque in Tartara rimis
Lumen, & infernum terret cum conjuge Regem.
Et mare contrahitur: ſiccæque eſt campus arenæ,
Quod modo pontus erat. quoſque altùm texerat æquor,
Exſiſtunt montes, & ſparſas Cycladas augent.

Ima

minato. Orontis autem nomen accepit ab eo, qui omnium primus illum ponte junxit.

549. *Thermodoonque citus.*] Scribe *Thermodonque*, ut eſt in nonnullis antiquis. Θερμιδῶν. nam Θερμοδὼν legi carminis hexametri repugnat. *Heinſius. Thermodoonque citus.*] Fluvius Scythiæ, juxtà quem Amazones olim habitavere: is olim Araxes quoque dictus. *Ganges.*] Fluvius eſt Indiæ notiſſimus. *Phaſis.*] fluvius Colchorum, unde Phaſiani ſunt dicti. *Iſter.*] Fluv. Pannoniæ, qui & *Danubius* dicitur.

250. *Alpheus.*] Fluvius Elidis juxta Piſam urbem decurrens, qui aſorptus à terra ſubter mare in fontem Arethuſam apud Syracuſas influit. Vide Virgil. 3. Æneid. *Ripa Sperchеides.*] Sperchii fluvii Theſſaliæ velociſſimi, qui in Moliacum exit ſinum. *Ripa Sperchiades ardent.*] *Sperchеides* conſtanter in vetuſtioribus. & recte. vide quæ notavi ſupra ad lib. 1. v. 579. *Heinſ.*

251. *Tagus.*] Fluvius Hiſpaniæ, aureas vehens arenas, quæ tunc incendio liqueſcebant.

252. *Et qui Mæonias.*] Lydiæ fluviorum. Nam Lydia à Mæone fluvio, Mæonia fuit appellata. *Celebrabant carmine ripas.*] *Celebrarant*, vel *celebrarunt* in melioribus. *Heinſ.*

253. *Cayſtro.*] Cayſter fluvius eſt Aſiæ; præter Aſiam paludem labens. Virgil. 1. Georg. *Quæ Aſia circum Dulcibus in pratis rimantur ſtagna Cayſtri. Flumineæ volucres.*] Cygni flumina incolentes. *R.*

257. *Hebrum.*] *Hebron* pro diversâ lectione veterrimus Neapolitanus. & *Tybrin* Regius primæ notæ. *Heinſ.*

258. *Heſperioſque amnes.*] Occidentales. Nam Rhenus fluvius eſt, Galliam à Germania dividens. Rhodanus vero Galliæ fluvius: Padus, Italiæ, qui etiam Eridanus vocatur.

264. *Exſiſtunt montes.*] *Exiliunt* in uno Leidenſi, & uno Ciofani. ſed τὸ *Diſſilit* Præceſſerat. alius Leidenſis *Emergunt*. In nonnullis *Apparent*. Silius libro primo.

Her-

Digitized by Google

lma petunt piſces : nec ſe ſuper æquora curvi
Tollere conſuetas audent delphines in auras.
Corpora phocarum ſummò reſupina profundo
Exanimata natant. ipſum quoque Nerea fama eſt,
Doridaque, & natas, tepidis latuiſſe ſub antris.
Ter Neptunus aquis cum torvo brachia vultu
Exſerere auſus erat : ter non tulit aëris æſtus.
Alma tamen Tellus, ut erat circumdata ponto,
Inter aquas pelagi, contractos undique fontes,
Qui ſe condiderant in opacæ viſcera matris;
Suſtulit omniferos collo tenus arida vultus :
Oppoſuitque manum fronti : magnoque tremore
Omnia concutiens paullum ſubſedit; & infra,
Quàm ſolet eſſe, fuit : ſiccâque ita voce locuta eſt:

Si

Herculei ponto cæpere exiſtere colles.

Heinſius. *Exiſtunt montes.*] Apparent, ac extra aquas ſtant. *Sparſas.*] Unde & σποράδες dictæ. Virgil. 3. Æneid. *Sparſaſque per æquor Cycladas, & crebris legimus freta conſita terris.* Cyclades vero quod κύκλῳ, id eſt, circulum inter ſe formant. *Farn.*

268. *Exanimata jacent.*] *Natant* melius & mox *tepidis antris* pro *undis*, nec dubita, quin verè. *Heinſius.*

269. *Doridaque.*] Oceani & Tethyos filium, Nerei uxorem, matrem Nymphārum marinarum. *Farn.*

271. *Æris ignes.*] *Æſtus* quatuor antiqui. mox pro *contractoſque* in melioribus *contractos.* ut aquas pelagi innuat conſtare ex fontibus undique contractis. *Heinſ.*

273. *Contractos fontes.*] Ex omni loco congregatos atque coactos; ob nimium enim æſtum, fontes omnes in ima terræ, tanquam in gremium matris, refugerant, ne penitus exſiccarentur.

274. *In opaca viſcera matris.*] Ad fontes hic reſtringitur *matris* nomen, quos tum tanquam mater ex utero videtur fundere. *Pont.*

275. *Suſtulit omniferos vultus.*] *Omnium* ex ſcriptis **Giphanius** indice Lucretiano. & ſic Langianus. *oppreſſos* Florentinus S. Marci. Thuaneus *omniparens.* ut *terra omniparens* Lucretio non ſemel dicta. παμμήτωρ. ſic *omniparens olimpus* Virgilio, & apud Val. Flaccum, *omnitenens Sol.* duo alii *omniferos.* forte *omniparos vultus.* ſic *gemellipara Diva* Met. VI. *frugipari fœtus.* apud Lucretium initio lib. VI. quomodo illic optimi duo Voſſiani codices. & *floriparum ver* Auſonio in Idyllis. tres veteres, *horriferos.* an *herbiferos*, vel, *herbiparos?* ſic *herbiferi colles* initio lib. XIV. Zulichemianus *amniferos.* primus & ſecundus Palatinus cum ptimo Vaticano, Neap. aliiſque nonnullis *igniferos.* Cogitabam aliquando *auctiferos vultus.* ut Ciceroni,

Jupiter auctiferas luſtravit lumine terras.

Heinſius. *Omniferos.*] Omnia ferentes & producentes. *Omniferos vultus*] Hinc & Græcis παμμήτωρ dicitur. & Virg. 6. Æneid. *Terra omniparens. Collo tenus.*] Uſque ad collum. *Suſtulit.*] Videtur poëta reſpexiſſe ad locum Pauſaniæ in Atticis Ἔστι δὲ καὶ γῆς ἄγαλμα ἱκέσιον ἐστῶσαι τὸν Δία. Eſt apud Athenienſes ſimulachrum terræ Jovi ſupplicantis ut è cœlo imbrem demitteret.

278. *Sacraque ita vocelocuta eſt.*] Sicque

Si placet hoc, meruique, quid ô tua fulmina ceſſant,
Summe Deûm? liceat perituræ viribus ignis,
Igne perire tuo; clademque auctore levare.
Vix equidem fauces hæc ipſa in verba reſolvo.
(Preſſerat ora vapor.) toſtos en aſpice crines?
Inque oculis tantum, tantum ſuper ora favillæ.
Hoſne mihi fructus, hunc fertilitatis honorem
Officiique refers; quod adunci vulnera aratri,
Raſtrorumque fero, totoque exerceor anno?
Quod pecori frondes, alimentaque mitia fruges
Humano generi, vobis quod thura miniſtro?
Sed tamen exitium fac me meruiſſe: quid undæ,
Quid meruit frater? cur illi tradita ſorte
Æquora decreſcunt, & ab æthere longius abſunt?
Quod ſi nec fratris, nec te mea gratia tangit;
At cæli miſerere tui. circumſpice utrumque;
Fumat uterque polus: quos ſi vitiaverit ignis,
Atria veſtra ruent. Atlas en ipſe laborat:

Vix-

eaque Urbinas & unus Ciofani. elegan-ter. *Heinſius.*

281. *Igne tuo.*] Tuo fulmine. *Autore.*] Jove potius quam Phaëthonte. *Farn.*

284. *Inque oculis ſummum: volitant ſuper ora favilla.*] Minus hic denuo ſcriptorum exemplarium diſſenſus, quem accuratius piget recenſere. Vetuſtiores tamen,

Inque oculis tantum, tantum ſuper ora favilla.

quod placeret, niſi meminiſſem Tὸ *ora* mox præceſſiſſe. nonnulli,

Inque oculis tantum, volitant ſuper ora favilla.

vel, *volitantque per ora.* unus meus,

Inque oculis ſumi tantum. ſuper ora favilla,

ſcribe,

Inque oculis ſumi tantum, tantumque favilla.

Tὸ *tantum* neglexerat repetere librarius, ſolemni errore, ut alibi monuimus. hinc verſui fulciendo tot lectiones enatæ. *H.*

288. *Alimentaque.*] Prodiga rerum omnium quæ ad victum mortalium, & ad cultum Deorum pertinent. *Farn.*

289. *Vobis quoque thura miniſtro.*] *Quod thura* omnino concinnius in uno Patavino. *Heinſius.*

294. *Circumſpice utrimque.*] *Utrumque* meliores, nempe polum. & *vitiaverit* pro *violaverit.* Idem. *Utrumque.*] Plato in Timæo fabulam refert ad montanarum regionum incendia. In Phædone ad affectuum incontinentiam. Ita Clemens Alex. Stromat. 5. Lucianus in Aſtrologia, ad Solis curſum à Phaëthonte deprehenſum, ſed imperfecte relictum. Tertullianus ad conflagrationem Sodomæ. Ramires ad Heliam in curru igneo raptum. Pentecontarch. 26. Alii ad temeraria Principum juvenum imperia. *Farn.*

296. *Atlas laborat.*] Atlas mons Mauritaniæ, qui cœlum ideo ſuſtinere dicitur; quod Atlas qui in illum monſtrum fertur tranſmutatus, primus omnium aſtro-

Visque ſuis humeris candentem ſuſtinet axem.
Si freta, ſi terræ pereunt, ſi regia cœli;
In chaos antiquum confundimur. eripe flammis,
Si quid adhuc ſupereſt: & rerum conſule ſummæ.
Dixerat hæc Tellus: neque enim tolerare vaporem
Ulterius potuit, nec dicere plura: ſuumque
Rettulit os in ſe, propioraque manibus antra.
At pater omnipotens Superos teſtatus, & ipſum,
Qui dederat currus, niſi opem ferat, omnia fato
Interitura gravi; ſummam petit arduus arcem;
Unde ſolet latis nubes inducere terris:
Unde movet tonitrus, vibrataque fulmina jactat.
Sed neque, quas poſſet terris inducere, nubes
Tunc habuit: nec, quos cælo dimitteret, imbres.
Intonat: & dextrâ libratum fulmen ab aure
Miſit in aurigam: pariterque animâque rotiſque
Expulit, & ſævis compeſcuit ignibus ignes.

Con-

Aſtrologica ſcrutari cœperit. Vide Rhodigin. l. 7. c. 12. Vitruv. lib. 6. cap. 10. *Atlas.*] Elegantem Atlantis deſcriptionem habemus 4. Æneid.

——*jamque volans apicem & latera ardua cernit*
Atlantis duri, cœlum qui vertice fulcit:
Atlantis, cinctum aſſidue cui nubibus atris
Piniferum caput, & vento pulſatur & imbri.
Nix humeros infuſa tegit: tum flumina mento
Præcipitant ſenis, & glacie riget horrida barba.

305. *Propioraque manibus antra.*] Hoc eſt, ſpeluncæ inferis propiores.

306. *Summam petit arcem.*] Cum ſit altiſſimum in natura cœlum, eſt tamen in ipſo aliquid altius illo; *verticem* cœli vocat Virgil. *Pont.*

307. *Unde.*] Ex qua arce. *Inducere.*] Immittere: inde περωνηφόρος Ζεὺς, adinogus Jupiter. *Pont.*

310. *Dimitteret imbres.*] *Dimitteret* ſcripti. *Heinſius.*

311. *Intonat.*] Utcunque neget Lucretius lib. 6. *Fulmina gignier è craſſis altoque putandum eſt Nubibus extructis. Nam cœlo nulla ſereno, Nec leviter denſis mixtantur nubibus unquam. Hic tamen emicuit cœlo tacitum ſine nubibus ullis Fulmen.* Lucan. 1. &, *Dieſpiter per puerum tonantes egit equos volucremque currum.* Horat. Ode. 34. lib. 1. *Fern. Dextra ab aure.*] Geſtum tela mittentium exprimit. *Dextra libratum fulmen ab aure.*] Reſpexit poëta ad Virgil. 9. Æneid. *Ecce, aliud ſummo telum librabat ab aure.* Ubi Servius. *Duobus modis tela manibus emittuntur, vel ab aure, vel à latere.*

312. *In aurigam.*] Phaëthontem, currus Solis aurigam.

313. *Compeſcuit ignibus ignes.*] Ὀξύμωρον. Ignis ignem potius auget: verum flamma valentior, minus valentem oppreſſit; ſicut infirmiora à robuſtioribus in natura ſubiguntur in eodem genere. *P.*

314. *Con-*

Conſternantur equi : & ſaltu in contraria facto
Colla jugo excutiunt, abruptaque lora relinquunt.
Illic fræna jacent, illic temone revulſus
Axis; in hac radii fractarum parte rotarum:
Sparſaque ſunt latè laceri veſtigia currûs.
At Phaëthon, rutilos flammâ populante capillos,
Volvitur in præceps, longoque per aëra tractu
Fertur; ut interdum de cælo ſtella ſereno,
Etſi non cecidit, potuit cecidiſſe videri.
Quem procul à patriâ diverſo maximus orbe
Excipit Eridanus : ſpumantiaque abluit ora.
Naïades Heſperiæ trifidâ fumantia flammâ.
Corpora dant tumulo: ſignantque hoc carmine ſaxum.
Hic

314. *Conſternantur equi.*] *Conſternantur* cum antiquioribus. Vide Notas l. I. v. 641. & *ſaltu facto* non *verſo*. & verſu proximo *Colla jugo excutiunt*, non *eripiunt*. Heinſius.

315. *Excutiunt.*] Ita Mss. elegantius per Hypallagen, quam quod vulgo legitur, *eripiunt*. Farn.

320. *Volvitur in præceps.*] In caput cadit.

323. *Quem procul à patria.*] Longè enim Italia Paduſque ab Æthiopia diſtant. *R.*

324. *Eridanus.*] Fluvius Italiæ, qui alio nomine Padus dicitur. *Excipit.*] Longè quippe ab Æthiopia diſtat Eridanus Italiæ fluv. max. Ἔνθ' ἀπὸ δὴ λιμνῆς τυτθὸς πρὸς κίρκα κέραυνὸς, Ἡμιδαὲς φαέθων πίσυρ ἄρματα ἰκέλοιο. Apollonius 4. lib. Arg. *Farn. Fumantiaque abluit ora.*] *Fumantia corpora* denuo habes verſu proximo. quare *Spumantia ora* cum primo Mediceo reſcribatur, ut de equis intelligamus lib. VI.

——*dum certum flectit in orbem*
Quadrupedes curſus, ſpumantiaque ora coërcet.

lib. VIII.

——*ſtratis inſignia pictis*
Terga premebat equi, ſpumantiaque ora regebat,

Virgil. lib. XII.

——*ſpumantia dextrâ*
Ora citatorum dextrâ contorſit equorum.

certe Noricus *ſpumantia flammea corpora* verſu proximo agnoſcit. *Heinſ.*

FAB. II. & III. *Arg.* Naïades Heſperiæ, &c.] *Sorores Phaëthontis, Phaëthuſa, Lampetie, & Phœbe, caſum fratris deflentes deorum miſericordia in arbores populeas mutatæ ſunt.* Lact.

325. *Naïades Heſperia.*] Nymphæ Italicæ ac Occidentales. *Trifida flamma.*] Fulmine, quod ita pingebatur. Ut enim tridens Neptuno; ſic trifidum fulmen attribuitur Jovi. A triplici poteſtate ſic pictum volunt : ferit enim, penetrat, & adurit. *R.*

326. *Signant quoque carmine ſaxum.*] *Signantque hoc carmine ſaxum* cum duobus Leidenſibus. alii multi ex melioribus *ſignant quoque ſaxum*. proxime verum. lib. VIII.

Affuſaque jacent tumulo, ſignataque ſaxo
Nomina complexa lacrymas in nomina fundunt.

ſic & *aquas nomine ſignare*. Triſt. I. El. II. v. 90. Lucanus libro VIII. de Pompeji buſto,

Interea parvo ſignemus littora ſaxo.

Heinſ. *Carmine.*] Epitaphio, eoque rite concepto, inſcriptoque. Situs enim eſt, qui

Vir ſatus eſt Phaëthon, currus auriga paterni:
Quem ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis.
Nam pater obductos luctu miſerabilis ægro
Condiderat vultus: &, ſi modo credimus, unum
Ille diem ſine Sole ferunt. incendia lumen
Præbebant; aliquiſque malo fuit uſus in illo.
At Clymene poſtquam dixit, quæcunque fuerunt
In tantis dicenda malis; lugubris & amens,
Et laniata ſinus totum percenſuit orbem:
Examineſque artus primò, mox oſſa requirens,
Repperit oſſa tamen peregrinâ condita ripâ.
Incubuitque loco: nomenque in marmore lectum
Perfudit lacrymis, & aperto pectore fovit.
Nec minus Heliades fletus, &, inania morti
Munera, dant lacrymas: & cæſæ pectora palmis
Non auditurum miſeras Phaëthonta querelas
Nocte dièque vocant: adſternunturque ſepulcro.
Luna quater junctis implerat cornibus orbem:
Illæ more ſuo (nam morem fecerat uſus)
Plan-

qui combuſtus & tumulatus. Cicer. 2. fin. de legibus. *Farn. Signant carmine ſaxum.*] Cippo & ſepulchri ſaxo epitaphium inſcribunt.

328. *Quem ſi non tenuit.*] Huc alludit Seneca, cap. 21. de vita beata. Qui hoc facere proponet, volet, tentabit, ad Deos iter faciet. nàm ille, etiamſi non tenuerit, magnis tamen excidet auſis. *Farn.*

329. *At pater obductos.*] *Nam pater* conſtitores. & recte. ſequitur enim, *At Clymene.* ſic libro VI. *Nam pater Amphion.* & I. 4. *Nam pater occiderat.* plurimi alii hoc etiam alludunt, in quibus *Jam pater.* Heinſius.

335. *Peruenſit.*] Peragravit totum terrarum orbem.

340. *Nec minus Heliades lugent.*] Elegia ſcribendum cum Urbinati, tertio Mediceo, primo Palatino, utroque Hamburgenſi, priori Erfurtano, & aliis undecim. *Heinſius. Heliades.*] Solis filiæ, ἀπὸ τῦ ἡλίυ, à Sole: quæ etiam à fratre *Phaëthontiades* appellatæ fuerunt. Earum nomina ſunt Phaëtuſa, Lampetia, Phœbe. Quæ cum fratrem per quatuor menſes aſſiduè flevisſent, tandem Jovis miſeratione, in populos, vel ut alii volunt, in alnos mutatæ ſunt. Lachrymæ verò ipſarum, in ſuccina ſeu electra converſæ fuere. *R.* Phaëtontis ſorores. trium hic mentio. Jo. Tzetzes 137. Chil. 4. nominat 5. Hyginus 154 fab. nominat ſeptem. *Inania.*] Sic Virgil. 6. Æneid. *Animæque nepotis His ſaltem accumulem donis, & fungar inani Munere.* & Æneid. 11. *Exanimumque mæſti vano comitamur honore. Non auditurum ſcilicet miſeras Phaëthontis querelas Nocte dieque vocant.* Farn.

344. *Luna quater junctis, &c.*] Quatuor menſes tranſierant. Tranſit ad Metamorphoſin Heliadum.

Plangorem dederant. è quîs Phaëthuſa ſororum
Maxima, cum vellet terræ procumbere, queſta eſt
Diriguiſſe pedes: ad quam conata venire
Candida Lampetie; ſubitâ radice retenta eſt.
Tertia cum crinem manibus laniare pararet; 350
Avellit frondes. hæc ſtipite crura teneri,
Illa dolet fieri longos ſua brachia ramos.
Dumque ea mirantur; complectitur inguina cortex:
Perque gradus uterum, pectuſque, humeroſque, manuſque
Ambit: & exſtabant tantum ora vocantia matrem. 355
Quid faciat mater? niſi, quo trahat impetus illam,
Huc eat, atque illuc? &, dum licet, oſcula jungat?
Non ſatis eſt. truncis avellere corpora tentat;
Et teneros manibus ramos abrumpere: at inde
Sanguineæ manant, tanquam de vulnere, guttæ. 360
Parce, precor, mater, quæcunque eſt ſaucia, clamat:
Parce, precor: noſtrum laniatur in arbore corpus.
Jamque vale, cortex in verba noviſſima venit.
Inde fluunt lacrymæ: ſtillataque ſole rigeſcunt
De ramis electra novis: quæ lucidus amnis 365
Excipit, & nuribus mittit geſtanda Latinis.

Adfui

346. *E quis Phaëthuſa.*] Phaëthontis ſorores alii in αἰγείρους, populos nigras, alii in alnos mutatas fuiſſe fabulantur. Virg. 6. Ecloga 10. Tzetzes 137. Chiliad. 4. *Farn.*

356. *Niſi quo trahit.*] *Trahat* meliores. *Heinſius.*

359. *Ramos abrumpit.*] *Abrumpere* rectius Urbinas, Barberinianus, & unus Moreti. *Idem.*

362. *Parce precor.*] *Quid miſerum Æneas laceras: jam parce ſepulto: Parce pias ſcelerare manus, &c.* Polydorus apud Virgilium 3. Æneid.

363. *In verba noviſſima.*] Hoc eſt, cortex os obducens verba Heliadum ultima occupavit.

364. *Inde fluunt.*] Rem naturalem ut ſolet, fabulæ accommodat. Quan vero arboris eſſe lacrymam volunt, Plin lib. 37. cap. 2. & 3. Solin. cap. 23. Am broſius hexaëm. lib. 2. cap. 15. bitumi nis eſſe genus aſſerit Dalecampius ad cap. 37. lib. Plin. in Septentrionalium litorum tractu, è terra ſcaturiens, moll quidem ſed maris fluctibus & tempori diuturnitate durescere. lege etiam Lu cianum περὶ ἠλέκτρου. Farn.

365. *Electra.*] Nomen inditum vide tur à Sole, qui Homero ἠλέκτωρ. Ho mer. Il. 3. τεύχεσι παμφαάοντ ἠλέκτο ἐβήσατο. Farn.

366. *Nuribus Latinis.*] Italis mulie ribus.

Fai

Adfuit huic monſtro proles Stheneleïa Cycnus,
Qui tibi materno quamvis à ſanguine junctus,
Mente tamen, Phaëthon, propior fuit. ille relicto
(Nam Ligurum populos, & magnas rexerat urbes)
Imperio ripas virides amnemque querelis
Eridanum implêrat, ſilvamque ſororibus auctam:
Cum vox eſt tenuata viro: canæque capillos
Diſſimulant plumæ: collumque à pectore longum
Porrigitur, digitoſque ligat junctura rubentes:
Penna latus vestit; tenet os ſine acumine roſtrum:
Fit nova Cycnus avis. nec ſe cæloque Jovique
Credit, ut injuſtè miſſi memor ignis ab illo.
Stagna colit, patuloſque lacus: ignemque peroſus.
Quæ colat, elegit contraria flumina flammis.
Squallidus interea genitor Phaëthontis, & expers
Ipſe ſui decoris, qualis, cum defecit orbem,
Eſſe ſolet: lucemque odit, ſeque ipſe, diemque:
Dat-

FAB. IV. *Arg.* Adfuit, &c.] *Cygnus Sthenelis filius materno genere Phaëthonti proximus, cum Liguriam incoleret, & in ripa Eridani amnis, quem quidam Padum vocant, vidiſſet corpus Phaëthontis à ſororibus ejus ablatum, pari calamitate eſt conſumtus. prius enim juſſo deflendo propinqui moriuntur. Deorum voluntate in volucrem Cygnum abiit, qui peroſus cæleſtem ignem, proinde ac flammas quibus infenſeſcerat, eſt fugatus.* Lact.

367. *Affuit huic monſtro.*] Cygnus Sthenelis filius, rex Liguriæ, Phaëthonti & ſanguine materno & ſummâ benevolentiâ devinctus, cum relicta Liguria, ad Padi ripas veniſſet, multumque amici caſum deflevisset, in avem ſui nominis fuit commutatus.

370. *Ligurum populos.*] Liguria Italiæ ipſo eſt, inter amnes Varum & Macram ſita, Thuſciæ contermina, cujus caput Luna eſt.

374. *Collumque à pectore longo.*] *Longum rectus alii. mox pro Penna latus vestit, alii ex præſtantioribus veſtit.* Virgilius in Cir,

Marmoreum volucri veſtivit tegmine corpus. Heinſ.

377. *Cycnus avis.*] Cygnum Ligurum regem in Muſicis claruiſſe refert Pauſanias in Atticis: ſed in avem mutatum minime fide dignum videri, uti nec ipſam avem mortis ſuæ præſciam eſſe. lege Lucian. περὶ τῆ ὀλέκρυ καὶ τῶν κύκνων. *Nec ſe cæloque, Stagna.*] Naturalem caulam transfert ad fab. *Farnabius.*

382. *Cum defecit orbi.*] *Orbem* recte Florentinus S. Marci, & unus ex meis, cum priore Hamburgenſi. alii *orbe* magno numero. Adi Notas Amor. lib. I. Eleg. VIII. v. 93. apud Tibullum quoque libro III. Eleg. IV. videtur ſcribendum de ſomno, *ſollicitas deficit ille domos, ante domos* nunc circumfertur. & apud Silium l. X. v. 192. *non haſta virosnon deficit enſis*, cum contra mentem ejus *viro* nunc legatur. *Heinſius. Cum defecit.*] Ubi deliquium & Eclipſin patitur, opaci Lunæ corporis interjectu obſcuratus, neque tamen ſimul totum deficit orbem, ſed partem.

Datque animum in luctus; & luctibus adjicit iram:
Officiumque negat mundo. Satis, inquit, ab ævi
Sors mea principiis fuit irrequieta: pigetque
Actorum sine fine mihi, sine honore, laborum.
Quilibet alter agat portantes lumina currus.
Si nemo est, omnesque Dei non posse fatentur;
Ipse agat: ut saltem, dum nostras tentat habenas,
Orbatura patres aliquando fulmina ponat.
Tum sciet, ignipedum vires expertus equorum,
Non meruisse necem, qui non bene rexerit illos.
Talia dicentem circumstant omnia Solem
Numina: neve velit tenebras inducere rebus,
Supplice voce rogant. missos quoque Jupiter ignes
Excusat, precibusque minas regaliter addit.
[Colligit amentes, & adhuc terrore paventes,
Phœbus equos: stimuloque domans & verbere sævit
Sævit enim, natumque objectat, & imputat illis.]
At pater omnipotens ingentia mœnia cæli

Cir

385. *Officiumque negat.*] Malim *negans.* Heinsius *Officiumque.*] Agendi currum, cujus beneficio illustratur orbis. *Farn.*

392. *Ignipedum equorum.*] *Ignipedes equi* nescio an recte dicantur. quare fuit cum *anipedem* rescribi debere censerem quale mendum & ex Martiali sustulimus Notis ad Epist. VI. vs. 32. Sed Statius initio Thebaïdos de Phœbo,

——*ignipedum frenator equorum.*

Prudentius tamen libro I. contra Symmachum v. 350. de Solis equis.

Cernunt ora senex barbatus & oscula figit
Cruribus anipedum, si fas est credere, equorum.

quomodo illic constanter editi ac scripti codices. nisi quod *aripedum* in nonnullis. quanquam illic de Solis statua agitur aenea. Vide Notas ad Epist. VI. vs. 32. quidam tamen scripti meliores, quos inter Florentinus S. Marci, Neap. Thuan. Bernegg. *igniferum.* Heinsius.

397. *Precibusque.*] Juno infra 4. lib.

472. vers. *Imperium, promissa, preces co*
fundit in unum Farn.

398. *Colligit amentes.*] Mihi trici
horum versuum fides nonnihil est s
spectat, tertii imprimis. pro *dolens* al
Regius *domans*, duo alii *furens.* Heins

FAB. V. & VI. *Arg.* At pater omn
potens] *Jupiter cum reliquias torrent*
ignis persequeretur, ut laborantibus op
ferret mortalibus, cum circa Nonacrin
montem Arcadiæ, ubi genitus existimat
vagaretur, in Callistûs Lycaonis filia s
dit amorem. Cui cum preces de explend
desiderii sui admovisset, frustratusque v
suas intellexisset, astu eum subiit: in D
na namque sexum se trajecit, ac sagitt
ornatus pharetra, sagittisque velut Di
occurrit, ac veste pariter posita virgo
vem experta est. Neque ideo à Junone
marum delictum remissum est. Nam
festim pellicatu ejus incensa, ut amp
pulchritudine conjugem caperet, in ur
eam transfiguravit, qua à Jove cum
eade filio, quem ex ea habet, inter sydera
hab

Digitized by Google

Crevit: &, ne quid labefactum viribus ignis
Corruat, explorat. quæ poſtquam firma, ſuique
Roboris eſſe videt: terras, hominumque labores
Perſpicit. Arcadiæ tamen eſt impenſior illi
Cura ſuæ. fonteſque, & nondum audentia labi
Flumina reſtituit. dat terræ gramina, frondes
Arboribus; laſſatque jubet revireſcere ſilvas.
Dum redit, itque frequens; in virgine Nonacrinâ
Hæſit: & accepti caluêre ſub oſſibus ignes.
Non erat hujus opus lanam mollire trahendo;
Nec poſitu variare comas. ubi fibula veſtem,
Vitta coërcuerat neglectos alba capillos,
Et modo leve manu jaculum, modo ſumpſerat arcum;
Miles erat Phœbes: nec Mænalon attigit ulla
Gratior hac Triviæ. ſed nulla potentia longa eſt.

Ul-

locatur, à Græcis autem Helice, à noſtris Septentrio nuncupatur, & a Tethy & Oceano ab Junone iram inter cætera ſidera ſignare non ſinuntur. Lact.

405. *Arcadiæ ſuæ.*] A ſe amatæ. Sive *propter Majam*, quæ in Cyllene, ipſius Arcadiæ monte Mercurium peperit. Sive ad illud Poëta alludit, quod Arcades non minus quam Cretenſes apud ſe natum eſſe Jovem contendunt. *Sua.*] Ubi natus eſt. Namque Cretenſes ortum ſibi Jovis vindicantes, pro mendacibus rejicit Callimachus 1. hymn. Εν σὶ σε ἱερῆες Κρῆτες τύπτον, &c. tradit idem Euſtathius in Arcadicis.

406. *Audentia labi flumina.*] *Audax* in *labi* unus Voſſianus, ſic apud Horatium,

——*audax omnia perpeti fallax Jupiti gentes.*

& apud Senecam Hercule Furenti,

Audaxque ire vias irremeabiles.

& *audax ſcandere ſinibus* Statio Thebaidos lib. 11. *Heinſ.*

409. *In virgine Nonacrina.*] Virginem Nonacrinam, appellat Calliſtonem Lycaonis filiam, quam cum vidiſſet Jupiter, ita excellenti ejus pulchritudine captus eſt, ut cum blanditiis ea potiri non poſſet, ſe finxerit Dianam, cujus Calliſto fidiſſima comes erat. Hac igitur arte compreſſa ab Jove, cum Arcadem peperiſſet, in urſam ab Junone, ne iterum Jovi placeret, converſa eſt. Eam vero cum filius Arcas jam adultus in venatione ferire vellet, miſeratione Jovis ambo in ſydera fuere tranſlata, ac juxtà polum, qui ab ipſis Arcticus fuit cognominatus, collocati. *Nonacrina.*] Nonacris & urbs & mons eſt Arcadiæ, unde Nonacrinus derivatur, & pro *Arcadio* per Synecdoch. ponitur.

412. *Variare comas.*] Variis coloribus ornare, id quod laſcivæ virgines maximè facere ſolent. *Ubi fibula veſtem.*] Cui in multis veterum. alii non pauci *ſed*, novem *hunc*. nil muto. *Heinſius.*

413. *Vitta.*] Tegmen capitis, quo mulieres continent capillos. *Neglectos.*] Impexos, inornatos.

415. *Miles erat Phœbes.*] Dianæ. *Mænalon.*] Mons Arcadiæ celebertimus, & urbs clariſſima à Mænalo Lycaonis filio condita. *Manalon.*] Montem Arcadiæ.

416. *Triviæ.*] Dianæ, quæ tres ſortitur vias ſub Zodiaco, ſecundùm longi-

Ulterius medio ſpatium Sol altus habebat;
Cum ſubit illa nemus, quod nulla ceciderat ætas.
Exuit hîc humero pharetram, lentoſque retendit
Arcus: inque ſolo, quod texerat herba, jacebat:
Et pictam poſitâ pharetram cervice premebat.
Jupiter ut vidit feſſam, & cuſtode vacantem;
Hoc certe conjux furtum mea neſciet, inquit:
Aut ſi reſcierit; ſunt ô, ſunt jurgia tanti.
Protinus induitur faciem cultumque Dianæ:
Atque ait, O comitum virgo pars una mearum,
In quibus es venata jugis? de ceſpite virgo
Se levat: &, Salve numen, me judice, dixit,
Audiat ipſe licet, majus Jove. ridet, & audit;
Et ſibi præferri ſe gaudet; & oſcula jungit;
Nec moderata ſatis, nec ſic à virgine danda.
Qua venata foret ſilvâ narrare parantem
Impedit amplexu: nec ſe ſine crimine prodit.
Illa quidem contra, quantum modo fœmina poſſit,
(Aſpiceres utinam, Saturnia, mitior eſſes!)
Illa quidem pugnat: ſed quæ ſuperare puella,
Quiſve Jovem poterat? ſuperum petit æthera victor

Ju-

---

pudinem, latitudinem, altitudinem; motu ſcilicet proprio nec non violento, ab Ecliptica devio, & Apſidalium. Excentrico, in *ἔκκεντρος* & *κύκλος*. Sed vide quæ nos ad Hippolytum Senecæ v. 411. quibus adde quæ habet Athenæus lib. 7. cap. 21. *Farn.*

417. *Ulterius ſpatium.*] Meridiem jam præterriſſe ſignificat. *R.*

419. *Exuit hîc humero pharetram.*] Itetum videtur ad Virgil. 5. Æneid. Poëta ſpicere.

Hæc fatus, duplicem ex humeris rejecit amictum,
Et magnos membrorum artus, magna oſſa, lacertoſque
Exuit, atque ingens medio conſiſtit arena.

Ubi tamen Tò exuere ad Tò nudare etiam inclinat. *Exuit.*] Depoſuit. *Retendit.*] Remittit, laxat arcum.

424. *Sunt ô ſunt jurgia tanti.*] *Sunt ô tua jurgia tanti*, Bernegg. duo alii. *ſua jurgia.* in qua locutione multus eſt Noſter. *Heinſ.*

425. *Cultum.*] Habitum & ornatum Dianæ.

427. *Ceſpite virgo.*] Solo quod texerat herba, modo v. 421.

433. *Se ſine crimine.*] Et vi virgini illata ſe prodit. *Farn.*

435. (*Aſpiceret utinam Saturnia.*] Hæc per parentheſin Junoni à Poëta dicuntur in Calliſtus defenſionem. *R.*

437. *Superûm petit æthera victor.*] *Superum petit æthera.* Silius libro VIII.

Hanc poſtquam in triſtes Italum Saturnia pugnas
Hortata eſt, celeri ſuperum petit æthera curru. Heinſ.

Victor.] Voti compos. *Farn.*

431. *Cu-*

Jupiter : huic odio nemus eſt, & conſcia ſilva.
Unde, pedem referens, pæne eſt oblita pharêtram
Tollere cum telis, &, quem ſuſpenderat, arcum.
Ecce, ſuo comitata choro Dictynna per altum
Mænalon ingrediens, & cæde ſuperba ferarum,
Aſpicit hanc, viſamque vocat : clamata refugit;
Et timuit primò, ne Jupiter eſſet in illâ.
Sed poſtquam pariter Nymphas incedere vidit;
Senſit abeſſe dolos : numerumque acceſſit ad harum.
Heu quam difficile eſt, crimen non prodere vultu!
Vix oculos attollit humo : nec, ut ante ſolebat,
Juncta Deæ lateri, nec toto eſt agmine prima:
Sed ſilet; & læſi dat ſigna rubore pudoris.
Et (niſi quod virgo eſt) poterat ſentire Diana
Mille notis culpam. Nymphæ ſenſiſſe feruntur.
Orbe reſurgebant Lunaria cornua nono;
Cum Dea venatrix, fraternis languida flammis,
Nacta nemus gelidum : de quo cum murmure labens
Ibat, & attritas verſabat rivus arenas.
Ut loca laudavit; ſummas pede contigit undas.
His quoque laudatis, Procul eſt, ait, arbiter omnis:
Nuda ſuperfuſis tingamus corpora lymphis.
Parrhaſis erubuit. cunctæ velamina ponunt:
Una

438. *Conſcia ſylva.*] Stupri ab Jove illati.

441. *Dictynna.*]Diana. ἀπὸ τῶν δικτύων, à retibus quibus uſa venatrix Dea. Aliis, quod nomen hoc ſibi aſſumere dignata eſt Diana in honorem & memoriam Britomartis comitis ſuæ, quæ Minoën ex amore inſequentem cum fugeret, ſe in mare præcipitavit. Cretes poſtea, dira paſſaste peſte, oraculo moniti virginis cadaver retibus è mari extraxere, atque Dianæ templum ſub Dictynnæ nomine ejusdem dicavere. Diodor. 6. lib. paulo aliter hanc fab. in Corinthiacis. Aliis Dictynna eſt luna, ἀπὸ τῆ δρόμου τῆς σελήνης. Aliter etiam Anton. Liberalis ex Nicandro, Βριτόμαρτις. Farn.

446. *Numerumque acceſſit ad harum.*] *Numeroſque* Florentinus S. Marci, ſic in Amoribus,

Auxiſti numeros culte Tibulle pios.

Vide Notas ad Epiſt. VIII. v. 24. *Heinſ.*

453. *Orbe nono.*] Nono menſe.

454. *Cum Dea venatu.*] *Venatrix* rectius in nonnullis antiquis. Minucius Octavio, *Diana eſt interim alte ſuccincta venatrix.* hinc Ἄρτεμις ὀρτυγία. Heinſ. *Fraternis languida, &c.*] Defeſſa fervoribus Solis ſui fratris.

459. *Tingamus corpora.*] Opinor Naſonem ſcripſiſſe *tingamur*, quales Græciſmos in deliciis is paſſim habet. *Heinſius.*

460. *Parrhaſis.*] Calliſto Arcadica

Una moras quærit. dubitanti veſtis ademta eſt:
Qua poſitâ nudo patuit cum corpore crimen.
Attonitæ, manibuſque uterum celare volenti,
I procul hinc, dixit, nec ſacros pollue fontes,
Cynthia: deque ſuo juſſit ſecedere cœtu.
Senſerat hoc olim magni matrona Tonantis:
Diſtuleratque graves in idonea tempora pœnas.
Cauſſa moræ nulla eſt: & jam puer Arcas (idipſum
Indoluit Juno) fuerat de pellice natus.
Quo ſimul obvertit ſævam cum lumine mentem;
Scilicet hoc unum reſtabat, adultera, dixit,
Ut fœcunda fores: fieretque injuria partu
Nota: Joviſque mei teſtatum dedecus eſſet.
Haud impune feres: adimam tibi nempe figuram;
Qua tibi, quaque places noſtro, importuna, marito.
Dixit: &, adversâ prenſis à fronte capillis,
Stravit humi pronam. tendebat brachia ſupplex:
Brachia cœperunt nigris horreſcere villis,
Curvarique manus, & aduncos creſcere in ungues,

Offi-

eſt autem Parrhaſia regio Arcadiæ, ubi mons & ſylva cognomines, quam à Parrhaſo Lycaonis filio nomen habere tradit Stephanus.

464. *Sacros.*] Fontes, quibus perennis erat ſcaturigo, numen habere credebantur.

465. *Cynthia*] Diana, à Cyntho Deli monte, ubi nata. *Farn.*

466. *Senſerat hoc olim, &c.*] Jam pridem de hoc furto Jovis cognoverat Juno: Sed ultionem in tempus aliud rejecerat.

468. *Arcas*] Videatur Germanicus Cæſar interpres Phænomenon Arati, & Natalis Comes 9. lib. cap. 9. *Farn.*

469. *De pellice.*] De Calliſtone.

470. *Quo ſimul obvertit.*] Poſtquam inquit, convertit & oculos & animum in Arcadem è Calliſtone natum, excandeſcere cœpit. *Quo*] In quem puerum.

471. *Hoc etiam reſtabat adultera dixit.*] *Hoc unum* multi, alter Regius, *hoc unum reſtabat adultera, nobis?* nam *Tò dixè* mox denuo ſequitur. deinde *adimam tibi nempe* pro *namque* meliores. *Heinſ.*

476. *Adversâ prenſis à fronte capillis.*] Plerique veteres *arreptam* vel *adverſam.* Florentinus S. Marci, *averſam.* duo alii ex melioribus *averſa.* Lego *arreptis adverſa fronte capillis.* lib. IV.

Hujus ut arreptum laniabat vertice crinem.

niſi mavis *arrepta prenſis à fronte capillis,* ut lib. IX.

——*prenſamque ipſis dea ſæva capillis Traxit.*

Idem.

478. *Brachia.*] Calliſto, ut habet Palæphatus, venatrix erat. illa ingreſſa aliquando urſæ cubile, interfecta eſt ab urſa, quæ mox egreſſa, à Calliſtûs comitatu in urſam mutata credebatur. Sed vide Pauſaniam 4. lib. 8. Hyginum l. 2. c. 1. Commentatorem in Arati Phœnomena. *Farn.*

482. *Nova*

Officioque pedum fungi : laudataque quondam
Ora jovi, lato fieri deformia rictu.
Neve preces animos, & verba ſuperflua flectant;
Poſſe loqui eripitur. vox iracunda, minaxque,
Plenaque terroris rauco de gutture fertur.
Mens antiqua tamen factâ quoque manſit in ursâ.
Aſſiduoque ſuos gemitu teſtata dolores,
Qualeſcunque manus ad cælum & ſidera tollit:
Ingratumque Jovem, nequeat cum dicere, ſentit.
Ah quoties, ſolâ non auſa quieſcere ſilvâ,
Ante domum, quondamque ſuis erravit in agris!
Ah quoties per ſaxa canum latratibus acta eſt!
Venatrixque metu venantum territa fugit!
Sæpe feris latuit viſis; oblita quid eſſet:
Urſaque conſpectos in montibus horruit urſos:
Pertimuitque lupos; quamvis pater eſſet in illis.
Ecce Lycaoniæ proles ignara parenti
Arcas adeſt, ter quinque ferè natalibus actis.
Dumque feras ſequitur; dum ſaltus eligit aptos,
Nexilibuſque plagis ſilvas Erymanthidas ambit;
Incidit in matrem. quæ reſtitit Arcade viſo;

Et

482. *Neve preces animos & verba preſſa flectant.*] Non video quid inter *preces* & *verba* interſit *precantia*. Quare ceuſeo ſcribendum,

Neve truces animos per verba precantia flectat.

flectere feros animos dixit ſimiliter Noſter Epiſtola Phædræ. in Cataleſtis Pithæi & Ratione Tabulæ,

Flectit truces animos; ut verè ludere poſſis.

perperam *Flectit* illic legitur. in uno tamen meo *verba ſuperflua dicat*. Forte, *verba ſuperflua docent*. Heinſius.

489. *Sola ſylva*] Deſerta & ab homi-nibus non habitata.

493. *Oblita quid eſſet.*] Oblita, ſe eſſe urſam, ac feram.

495. *Pater eſſet in illis.*] Lycaonem cum Calliſtonis patrem in lupum fuiſſe converſum, lib. I. narravit poëta. R. Lycaon ſcilic. in urſum mutatus, ut l. I. *Farn.*

497. *Ter quinque ferens natalibus annos.*] *Fere natalibus actis* prior Erfurtanus, Cantabrig. Langermann. & Calandræ excerpta. quod probum eſt. idque in ſuis Conſtantius Fanenſis quoque invenerat. paulo ante cum eodem Langermanniano, Barberino, & duobus aliis *parenti* pro *parentes* reſcribendum. lib. VII.

Jamque aderat Theſeus proles ignara parenti. Heinſ.

Ter quinque ferens, &c.] Hoc eſt, annos quindecim natus.

499. *Erymanthidas.*] Arcadicas. Erymanthus quippe Arcadiæ mons eſt, apro ab Hercule cæſo celebris. *Farn.*

Et cognoſcenti ſimilis fuit. ille refugit:
Immotoſque oculos in ſe ſine fine tenentem
Neſcius extimuit: propiuſque accedere aventi
Vulnifico fuerat fixurus pectora telo:
Arcuit omnipotens: pariterque ipſoſque nefaſque
Suſtulit; & celeri raptos per inania vento
Impoſuit cœlo, vicinaque ſidera fecit:
Intumuit Juno, poſtquam inter ſidera pellex
Fulſit: & ad canam deſcendit in æquora Tethyn,
Oceanumque ſenem; quorum reverentia movit
Sæpe Deos: cauſſamque viæ ſcitantibus infit:
Quæritis æthereis quare regina Deorum
Sedibus huc adſim? pro me tenet altera cælum.
Mentiar, obſcurum niſi nox cum fecerit orbem,
Nuper honoratas ſummo mea vulnera cælo
Videritis ſtellas illic, ubi Circulus axem
Ultimus extremum ſpatioque breviſſimus ambit.

Eſt

503. *Propiuſque accedere fugit.*] *Accedere aventi* bene Cantabrig. ſecundus Palat. primus Mediceus, Urbin. prior. Erfur. & ſex alii. ut cum ſequentibus hæc cohæreant. verbum id Lucretio familiare. apud Horatium lib. II. Sat. VI.

——— *urbis aventes*
Munia nocturni ſubrepere. Heinſius.

506. *Inania.*] Immenſum vacuum Lucr. I. lib. per ſpatium aërium, quod inane videtur. *Farn.*

509. *Canam.*] Spumis, nec non ætate, ut quæ omnium rerum, imo ipſorum Deorum mater, οἰκειότατα θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν. unde & iis reverentia. Hom. Il. Ξ. Farn. *Ad canam Thetyn.*] Thetys Cœli & Veſtæ filia fuiſſe dicitur, uxor Oceani ac Junonis nutrix, multorumque Deorum mater. Et ſæpe pro mari accipitur. R.

510. *Quorum reverentia.*] Oceanus & Thetys magno in honore ſunt apud omnes Deos, quia antiquiſſimi. Alter Deorum parens: altera mater ſive nutrix. Vide Natal. lib. 8. cap. 1. R.

513. *Sedibus hic adſim.*] *Huc adſim* rectius nonnulli cum interrogationis notâ. mox *Mentiar* probe Lovanienſis liber, pro *Mentior.* vide de hac locutione, quæ infra libro III. v. 271. notamus. *Heinſ.*

516. *Circulus.*] Circulus Arcticus. vide quæ ad 45. vſ. I. lib. *Farn. Illic ubi circulus axem.*] Hoc eſt, ad polum ſeptentrionalem, ubi eſt ultimus ac breviſſimus circulus.

517. *Spatioque breviſſimus ambit.*] *Exit* Berneggerianus, Rottendorphii, Thyſii codices, & fragmentum Cantabrig. venuſte. cum quarto caſu Virgilius etiam poſuit non ſemel. Statius Theb. VI.

——— *venientem cludit & exit*
Sponte ruens.

& lib. II.

——— *æthera tarda*
Lucifer exit equo.

Ibid.

——— *Achelous Echinadas exit.*

Fulgentius Aſtronomico, *metam Sol eminus exit*, ſic & alii paſſim. *Heinſius.*

518. *Eſt*

Digitized by Google

Eſt verò, cur quis Junonem lædere nolit,
Offenſamque tremat; quæ proſim ſola nocendo?
En ego quantum egi! quam vaſta potentia noſtra eſt!
Eſſe hominem vetui: facta eſt Dea. ſic ego pœnas
Sontibus impono: ſic eſt mea magna poteſtas.
Vindicet antiquam faciem, vultuſque ferinos
Detrahat; Argolicâ quod in ante Phoronide fecit.
Cur non & pulsâ ducat Junone, meoque
Collocet in thalamo, ſocerumque Lycaëna ſumat?
At vos ſi læſæ contemtus tangit alumnæ,
Gurgite cæruleo ſeptem prohibete Triones:
Sideraque in cælo ſtupri mercede recepta
Pellite: ne puro tingatur in æquore pellex.
Di maris annuerant. habili Saturnia curru

In-

518. *Eſt vero.*] Multi veterum *Eſt aliquid. Puteus*, *Eſtne aliquid.* Florentinus S. Marci *Eſt vero quis qui.* Forte, *Eſtne ergo quis qui.* mox *proſim* rectius quam *proſumo* Rottendorph. *Heinſ.*

520. *O ego quantum egi.*] *Ecce ego* tres antiqui. unus Mediceus *Ergo.* unus Patavinus *En ego.* Forte *Eia ego.* vel *Euge ego.* niſi quod tres alii *En ego.* recte, ni fallor. ἐφυπτικῶς. Idem. *O ego quantum qi.* Ironicè.

522. *Sontibus.*] Nocentibus, pellicibuſque meis.

523. *Vindicet antiquam faciem.*] Reſtituat illi formam priorem, ſicut & reſtituit ſuam Io nepti Phoronei è vacca in mulierem reſtitutæ. 740. vſ. lib. I. *Farn.*

524. *Quod in ante Phoronide.*] Quod nunc in Phoronide, id eſt, in Io Phoronidis nepte; quæ cum in vaccam Junonis metu fuiſſet converſa; humanæ tandem formæ à Jove fuit reſtituta.

526. *Socerumque Lycaona ſumit.*] *Sumat* plerique veteres. & tum ſcribatur cum. quinque *collocet* pro *collocat.* & *ducat* pro *ducit* cum tribus aliis. *Heinſ.*

527. *Tangit.*] Commovet. *Alumna.*] Nam Juno à Thety fuit educata. R. Ita Juno, Iliad. ξ. Οἳ μ' ἐν σοφίῃσι δόμοισιν ὑπέτροφον ἠδ' ἀνίπαλλον, Δεξάμενοι P'eiac, ὅτε, &c. ratione Phyſica, quod ex aqua rarefacta & attenuata gignitur ac nutritur aër, cujus regionem infimam ſtatuunt Junonem. *Farn.*

528. *Gurgite.*] Ad fabulam traducit cauſam naturalem, quod ſidera polo nobis elevato vicina non ſubeant horizontem, qui poëtis & vulgo *mare.* Idem. *Septem triones.*] Majorem urſam cum Arctophylace, vel potius cum minore urſa.

529. *Sideraque in cælum.*] Optime *cælo* egregius Thuanæ bibliothecæ codex, cum ſecundo Mediceo, Neapolitano, Urbinati, & duobus aliis. eſt autem per appoſitionem dictum, *cælum ſtupri merces.* Pont. lib. III. Eleg. III.

Pro quibus exilium miſero mihi reddita merces.

Plurimus eſt in hoc loquendi modo Noſter. Adi Notas Epiſt. VI. vſ. 146. *Heinſ.*

FAB. VII. *Argum.* Di maris annuerant.] *Corvus volucris initio candidis pennis plumatus fuit, ſed quia Coronidem Coronei filiam indicaverat Apollini in adulterio morari, illaque propter acerbiſſimum indicium, flagrantis Dei ſagittis confixa fuit:*

Ingreditur liquidum pavonibus aëra pictis:
Tam nuper pictis cæso pavonibus Argo;
Quam tu nuper eras, cum candidus ante fuisses,
Corve loquax, subito nigrantes versus in alas.
Nam fuit hæc quondam niveis argentea pennis
Ales, ut æquaret totas sine labe columbas:
Nec servaturis vigili Capitolia voce
Cederet anseribus, nec amanti flumina cycno.
Lingua fuit damno: linguâ faciente loquaci,
Qui color albus erat, nunc est contrarius albo.
Pulcrior in totâ, quam Lariſſæa Coronis,

Non

fuit: ex eo ille niger ex candido factus. Ex Coronide autem & apolline nascitur Æsculapius, quem pater exciso utero matris, cum ea rogo esset imposita, abstulit. Is ad Chironem centaurum à patre in Pelium delatus est montem, ut ab eo incrementum simulque scientiam acciperet medendi. Lact.

531. *Dii maris annuerant.*] Oceanus & Thetys nutu promiserant se prohibituros ne Septentriones in mare descendant. *Habili Saturnia curru.*) Scribe *agili.* quicquid membranæ veteres dissentiunt. Ponticis,

Esseda nos agili sive tulere rota.

levem currum sæpe alibi dixit. Seneca Medea,

Video Trivia currus agiles.

Hæc jam scripseram typographo traditurus, cum in codice membraneo Græcii nostri *agili curru* exaratum offendi. *Heinsius.*

532. *Pavonibus pictis.*] Quidam *junctis* non male. *Idem. Pavonibus*] Quorum caudas gemmis stellantibus ex Argii oculis ornarat Juno l. 1. v. 723. Picti vero pavones proprie trahunt currum Junonis, propter variegatam & multicolorem aëris naturam: qua de causa & Iris eidem nuncia & ministra est. *Farn.*

533. *Tam nuper.*] Repetitio παρὰ προσδοκίαν ad connexionem seq. fabulæ *Farn.*

534. *Quam tu nuper eras,*] Corvus initio fuit candidus, sed quum ejus indicio Apollo cognovisset Coronida amicam cum alio quodam juvene rem habere, eamque sagittis interfecisset, puerumque Æsculapium exciso utero extraxisset, pœnitentia ductus, corvum indicem sibi aliquid præmii sperantem, ex albo nigrum fecit.

537. *Sine labe.*] Præter communem notionem etiam significat ruinam, cladem, calamitatem. Ennius loc. inc.

——Metuo legionibus labem.

Et Virgil. 2. Æneid.

Hæc mihi prima mali labes.

538. *Nec servaturis.*] Allusum ad historiam, quæ habetur apud Livium 5. l. Gallos per noctis silentia ad summum Capitolii obsessi adscendisse, ita ut non custodes solum fallerent, sed & canes: anseres tamen clangore & strepitu alarum excitasse M. Manlium, dein alios, qui Gallos præcipites deturbarunt. *Farn. Servaturis capitolia anseribus.*] Ex Virgil. 8. Æneid

Atque hic auratis volitans argentea anser
Porticibus, Gallos in limine adesse canebat.

FAB. VIII. & IX. *Arg.* Pulchrior in tota quam Lariſſæa Coronis, &c.] *Coronis Coronei filia refert corvo, ne indicium Apollini faceret. cum enim Minerva Erichthonium Vulcani filium, ex eo quod ex complexu ipsius in terram ceciderat na-*

tum

Non fuit Hæmoniâ. placuit tibi, Delphice, certè,
Dum vel casta fuit, vel inobservata. sed ales
Sensit adulterium Phœbeïus: utque latentem
Detegeret culpam non exorabilis index,
Ad dominum tendebat iter: quem garrula motis
Consequitur pennis, scitetur ut omnia, cornix.
Auditâque viæ causâ, Non utile carpis,
Inquit, iter: ne sperne meæ præsagia linguæ.
Quid fuerim, quid simque, vide; meritumque require:
Invenies nocuisse fidem. nam tempore quodam
Pallas Erichthonium, prolem sine matre creatam,
Clauserat Actæo textâ de vimine cistâ:
Virginibusque tribus gemino de Cecrope natis
Hanc legem dederat, sua ne secreta viderent.

Abdita

cum Vulcani filium sustulisset, & comitibus suis Pandroso. Herse, Aglauroque Cecropis filiabus, cistella inclusum, ustodiendum tradidisset, monuisseque ne quis omnino quod intus esset inspiceret, Coronis suprædicta, nobilissima virginum, cum à cæteris cistulam laxatam & inspectam ibi draconem reperisset, divulgavit. Quamobrem Deus illam à se alienavit, quæ cum in solitudine in littore oblectaretur, Neptunus prædo ea conspecta Venere eius incaluit: cui cum vim afferret, ab eadem Dea propter virginitatem tenaciter custoditam in avem cornicem conversa est, ita tamen ut à templis deæ submoveretur. Lact.

542. *Larissæa.*] Ex Lariſſa Theſſaliæ urbe, Achillis patria. *Farn. Larissæa Coronis.*] Duæ fuerunt Coronides, quarum altera ab Apolline, altera à Neptuno fuit adamata.

543. *Æmonia.*] Theſſalia.

544. *Ales Phœbeius.*] Corvus propter auguria, vaticinia & præſagia Apollini facer. *Farn.*

551. *Quid fuerim.*] Comes namque fui Minervæ. *Quid sim.*] Nunc à comitatu Minervæ repulſa contemnor.

553. *Pallas.*] De ortu Erichthonii è semine Vulcani, vim Minervæ parantis, literam effuso obſignati, & tribus virginibus Cecropidis commendati, vide Lactantium l. 1. de falſa religione c. 17. Antigonum ἱστορίων παραδόξων συναγωγὴν. Pauſaniam in Atticis. Nomen illi fecerunt ἔριδος cum Minerva, & χθὼν unde ſatus. Natal. Com. 4. lib. 5. cap. & 9. lib. 11. cap. *Farn.*

554. *Actæo.*] Attico.

555. *Gemino de Cecrope.*] Cecrops idcirco geminus ac biformis dicitur, quod ex parte homo, ex parte ſerpens fuiſſe perhibetur. Demoſthenes ideo hoc fictum dicit, quod & prudentia in conſiliis ſumma eſſet; & in rebus agendis, viribus ac audacia uteretur. Unde & Athenienſes Cecropidæ vocantur. Ei tres fuerunt filiæ, Pandroſos, Herſe, Agraulos: vel ut alii leg. Aglauros. *Ex Gemino.*] Cecrops διφυὴς dictus, vel, quia ex Sai urbe Ægypti advena Athenis primus regnavit, utriuſque linguæ: vel quia primus marem fœminæ matrimonio junxit, ut autor eſt Juſtin. l. 2. Tzetzes in Lycophronem. *Farn.*

556. *Servandam dederat, sic inconfessa quid esset.*] *Servandum* probe meliores, præterea nonnulli, *sed non confessa.* Bernegger. *tamen inconfessa.* duo *nec eis confessa.* alii *sed enim inconfessa.* cæterum à

Priore

Abdita fronde levi densâ ſpeculabar ab ulmo,
Quid facerent. commiſſa duæ ſine fraude tuentur,
Pandroſos atque Herſe. timidas vocat una ſorores
Aglauros: nodoſque manu diducit. at intus
Infantemque vident, apporrectumque draconem.
Acta Deæ refero. pro quo mihi gratia talis
Redditur, ut dicar tutelâ pulſa Minervæ;
Et ponar poſt noctis avem. mea pœna volûcres
Admonuiſſe poteſt; ne voce pericula quærant.
At puto non ultro nec quicquam tale rogantem
Me petiit. ipsâ licet hoc à Pallade quæras:
Quamvis irata eſt: non hoc irata negabit.
Nam me Phocaïcâ clarus tellure Coroneus
(Nota loquor) genuit. fueramque ego regia virgo:
Divitibuſque procis (ne me contemne) petebar.
Forma mihi nocuit. nam dum per littora lentis
Paſſibus, ut ſoleo, ſummâ ſpatiarer arenâ,
Vidit, & incaluit pelagi Deus: utque precando

Tem

priore Regio, priore Erfurtano, & aliis duobus abeſt hic verſus. & eſt profecto tollendus, quod adſtruunt primus vaticanus, Urbinas, & ſex alii, in quibus verſu proximo *Hanc legem dederat*, pro *Et legem dederat*, ſcriptum occurrit. Si verſum hunc admittis, proxime legendum, *Et legem addiderat*, ne quem offendat otioſa repetitio τὸ *dederat*. ſed præſtat omnino deleri verſum, quem dixi. *Heinſ.*

558. *Duæ ſine.*] Antigonus ἱστορῶν παραδόξων συναγωγῆ refert Agraulon (ſic enim nominat Aglauron) & Pandroſon ciſtam aperuiſſe, & conſpexiſſe circa Erichthonium duos ſerpentes. quod negant alii. *Farn.*

561. *Nodoſque manu diducit.*] *Deducit* veteres plerique. an *ſeducit?* mox *ac ſatus non &*, Junianus. *Heinſ.*

562. *Acta Dea refero.*] Geſta à Cecropis filiabus Minervæ nuncio.

563. *Ut dicar.*] Cornicem ob garrulitatem averſatur prudentiæ Dea. In Minervæ templis luciſque taro, Atheni omnino non adſpiciur. Plin. 10. lib. 12 cap.

564. *Noctis avem.*] Noctuam quæ Mi nervæ ſacra, quia noctivida in tenebr perſpicit, ales noctis quæ Euphrone di cta, namque ἐν νυκτὶ βυκᾷ. ut & prope oculos cæſios qui illi cum Minerva com munes, quæ & ipſa γλαυκῶπις. Quin frequens eſt Athenis urbi Minerv *Farn.*

568. *Me petiit. ipsâ licet hoc ex Pall de quæras.*] Hic denuo Mirifice turba libri veteres. piget diverſas lectione adſcribere, quod conſtet vulgatam e incorruptam. Non potuerunt nimir ferre produci proſtremam in *petiit* ſyll bam inſciti librarii. hoc errori anſa dedit. Atqui nihil magis uſitatum op mis poëtis eſſe, atque adeo Naſoni ip jam ſupra oſtendimus l. 1. vſ. 114. *Hei*

569. *Nam me Phocaïca.*] Phocis gio eſt Græciæ, finitima Atticæ: un *Phocæus* deducitur.

579. *I*

Digitized by Google

Tempora cum blandis abſumſit inania verbis;
Vim parat, & ſequitur. fugio, denſumque relinquo
Litus, & in molli nequicquam laſſor arenâ.
Inde Deos, hominesque voco: nec contigit ullum
Vox mea mortalem. mota eſt pro virgine virgo,
Auxiliumque tulit. tendebam brachia cælo:
Brachia cœperunt levibus nigreſcere pennis.
Rejicere ex humeris veſtem molibar; at illa
Pluma erat; inque cutem radices egerat imas.
Plangere nuda meis conabar pectora palmis:
Sed neque jam palmas, nec pectora nuda gerebam.
Currebam: nec, ut ante, pedes retinebat arena:
Et ſummâ tollebar humo. mox acta per auras
Evehor, & data ſum comes inculpata Minervæ.
Quid tamen hoc prodeſt, ſi diro facta volucris
Crimine Nyctimene noſtro ſucceſſit honori?
An, quæ per totam res eſt notiſſima Lesbon,
Non audita tibi eſt? patrium temeraſſe cubile
Nyctimenen? avis illa quidem: ſed conſcia culpæ
Conſpectum lucemque fugit, tenebriſque pudorem
Celat; & à cunctis expellitur æthere toto.
Talia dicenti, Tibi, ait, revocamina, corvus,
Sint precor iſta malo. nos vanum ſpernimus omen.

Nec

379. *Pro Virgine Virgo*] Pallas, pertinax gaudens virginitate.

383. *Inque cutem radices fixerat imas.*] *Ejus* meliores magno numero. quod magis Latinum. Remed. Amor.

Et malo radicem altius arbor agit.
Heinſius.

388. *Sed ſummâ.*] Malim *Et* cum Aldeliano. *Idem.*

390. *Nyctimene.*] Nyctei regis Lesbi filia, quæ patris amore capta, incesti pœnas dedit, in nocturnam mutata, hinc infausta, ab avibus, interdiu ſi prodeat, arcetur. *Farn.*

392. *Per totam Lesbon.*] Inſula eſt Ægæi maris, à conditore ſic denominata.

397. *Hos vanum ſpernimus omen.*] Sapientes viri & Heroës etiam antiquitus omina vana ſpreverunt. Hectos apud Homer. Iliad. μ. vſ. 243. Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. Quem verſiculum Sil. Ital. lib. 5. ſic reddidit: —— *ſed magnus in hoſtem*
—— *Augur adeſt enſis, pulcramque & milite dignum* —— *Auſpicium Latio quod in armis dextera præſtat.* Cicero quoque verſ. Homer. hunc repetit in Epiſt. 3. lib. 2. ad Attic. item in Cat. M. de Senect. de Q. Maximo dicit: *qui augur cum eſſet, auſum fuiſſe eloqui, optimis auſpiciis ea geri, quæ pro Reipublica ſalute gererentur; quæ contra remp. fierent, contra auſpicia fieri.* Apud Lucan. lib. 9. vox digna Catone auditur: —— *me non era-*

cula

Nec cœptum dimittit iter: dominoque jacentem
Cum juvene Hæmonio vidisse Coronida narrat.
Laurea delapsa est audito crimine amantis:
Et pariter vultusque Deo, plectrumque, colorque
Excidit. utque animus tumidâ fervebat ab irâ;
Arma assueta capit: flexumque à cornibus arcum
Tendit: & illa suo toties cum pectore juncta
Indevitato trajecit pectora telo.
Icta dedit gemitum, tractoque à vulnere ferro,
Candida Puniceo perfudit membra cruore:
Et dixit, Potui pœnas tibi, Phœbe, dedisse;
Sed peperisse prius. duo nunc moriemur in unâ.
Hactenus; & pariter vitam cum sanguine fudit.
Corpus inane animæ frigus letale secutum est.
Pœnitet heu serò pœnæ crudelis amantem:
Seque, quod audierit, quod sic exarserit, odit:
Odit avem, per quam crimen caussamque dolendi
Scire coactus erat: nervumque, arcumque, manumque
Odit; cumque manu temeraria tela sagittas.
Collapsamque fovet: serâque ope vincere fata
Nititur; & medicas exercet inaniter artes.
Quæ postquam frustra tentata, rogumque parari
Sensit, & arsuros supremis ignibus artus;

Tum

cula certum——Sed mors certa facit; pavido, fortique cadendum est.——Hoc fatis est dixisse Jovem. ἀρίστη μαντις ἀϊσυλία. Eurip. Helen.

598. *Domineque.*] Apollini.

599. *Cum juvene.*] Thessalio, scilicet Isthye. R.

603. *Arma assueta capit.*] *Rapit* Mediceus unus ex melioribus, quod impetum indignantis animi pulchre exprimit. lib. v.

——quos ille tetenderat arcus
Arripit.

Artis lib. III.

——juveniliter arcum
Corripit. Heinsius.

609. *Duo nunc moriemur.*] Et ego & infans in utero conceptus.

614. *Odit avem.*] Corvum. *Crimen.*] Coronidis concubitum cum Æmonio juvene.

615. *Nec non arcumque manumque.*] *Nervumque arcumque* Urbinas, & pro diversâ lectione Cantabrigiensis. sed nihil necesse. *Heinsius.*

619. *Rogumque parari vidit.*] *Sensit* Scholiastes Statii lib. VI. Theb. & mox pro *Ora licet lacrymis, Ora decet* idem Scholiastes: quod Basileensis unus confirmat. in Fastis lib. IV.

——neque enim lacrymare decorum est. Idem.

625. *Dex-*

Tum vero gemitus (neque enim cæleſtia tingi
Ora decet lacrymis) alto de corde petitos
Edidit. haud aliter, quam cum ſpectante juvencâ
Lactentis vituli, dextrâ libratus ab aure,
Tempora diſcuſſit claro cava malleus ictu
Ut tamen ingratos in pectora fudit odores:
Et dedit amplexus injuſtaque juſta peregit,
Non tulit in cineres labi ſua Phœbus eoſdem
Semina: ſed natum flammis uteroque parentis
Eripuit; geminique tulit Chironis in antrum.
Sperantemque ſibi non falſæ præmia linguæ
Inter aves albas vetuit conſidere corvum.
Semifer interea divinæ ſtirpis alumno.

Lætus

625. *Dextra libratus ab aure.*] Reſpicit poëta ad Virgil. 5. Æneid.

Dixit, & adverſi contra ſtetit ora juvenci,
Qui donum aſtabat pugna: duroſque reducta
Libravit dextra media inter cornua cæſtus
Ardua &c. & alibi, quod paulo ante habuimus.

627. *Ingratos odores.*] Virg. *Ingrato ceneri*, Munus flebile, & triſte miniſterium.

628. *Injuſtaque.*] Quorum ſe ingratum injuſtumque damnabat autorem. Jacobus Bonomienſis interpretatur parvas exemporales exequias. Legitque, *exiguaque juſta.* minus recte. eſt enim ἐξαίφνης juſta injuſta. Vide Jo. Ger. Voſſium 5. lib. Inſtit. Rhetor. F.

629. *Natum.*] Æſculapium.

630. *Geminique.*] Ἀθρόον' μίγνυς ἀνθρώποις. ἴσον τε κάτω μίρσι, &c. Jo. Tzetzes Chil. 94. lib. 7. ut qui ſatus fuerat à Saturno in forma equi ex Philyra. Chirurgia quippe, quam & primi exercebant medici, non ad homines ſolum, ſed ad jumenta ſe extendebat, eranteque idem medici, chirurgi, veterinarii. Centaurus erat, ſed juſtus, artis medicæ, equeſtris, venatoriæ peritiſſimus, nec non Aſtronomiæ & Muſicæ. *Farn. Chironis.*] Qui Chiron *geminus* dicitur. Nam ex parte anteriori homo, ex poſteriore equus videbatur.

632. *Conſiſtere corvum.*] *Conſidere* Neapolitanus & Mediceus ſecundus. ut jam libro 1. v. 307. diximus. & ſic forte legendum libro XI.

Nec tamen hac profugum conſidere Pelea terra
Fata ſinunt.

ut apud Virgil.

Vultis & his mecum pariter conſidere regnis.

&,

Non venit in mentem, quorum conſederis arvis?

Propertius,

——*licet Atracias conſederis oris.* Heinſ.

FAB. X. *Arg.* Semifer interea, &c.] *Ocyrhoë Chironis & Carſtæ filia, contemptis patris artibus, veſania futura præcinuit. Infantique Æſculapio prædixit, quod medicina mortuos ad ſuperos educturus eſſet, & ab avo fulminis ictum experturus, patrem quoque Chironem fagittis cruciandum, cupidumque mortis, ex Deo in mortalium numerum venturum. Qua cum eſſet elocuta, in equæ ceſſit figuram; ne adverſantibus fatis plura ederet, quam prædicta Apollinis ſinerent.* Lact.

Lætus erat; miſtoque oneri gaudebat honore.
Ecce venit rutilis humeros protecta capillis
Filia Centauri: quam quondam Nympha Chariclo,
Fluminis in rapidi ripis enixa, vocavit
Ocyrhoën. non hæc artes contenta paternas
Edidiciſſe fuit: fatorum arcana canebat.
Ergo ubi fatidicos concepit mente furores,
Incaluitque Deo, quem clauſum pectore habebat;
Aſpicit infantem; Totique ſalutifer orbi
Creſce puer, dixit: tibi ſe mortalia ſæpe
Corpora debebunt: animas tibi reddere ademtas
Fas erit. idque ſemel Dîs indignantibus auſus,
Poſſ

633. *Samifer.*] Chiron ſemiferus. *Divina ſtirpis alumno.*] Æſculapio Apollinis filio. *R.*

635. *Ecce venit rutilis, &c.*] Ocyrhoë Chironis ex nympha quadam Caici fluvii filia, quum fatorum arcana reſeraret, Jovis ira in equam fuit converſa.

636. *Nympha Chariclo.*] Ita Politianus & Naugerius ex Pindaro & Scholiaſte Apollonii. Antea legebatur *Cayci*, quod in pleriſque ſcriptis extat, idque miror Viviano arriſiſſe. *Chariclo* decem noſtri ex melioribus. quod & alii ante nós in ſuis exemplaribus invenerant, unde exigua mutatione *Chariclo* nata. ſecundus Palat. *Charipto.* quintus *Cariſto. Cariſta* Cantabrig. Alia Chariclo Callimachi & Apollodori, quæ Tireſiam ex Everе peperit. *Heinſius.*

637. *Fluminis in rapidi ripis enixa.*] Cenſeo ſcribendum *Fluminis in patrii ripis*, ut fluminis filiam fuiſſe deſignet. ſic lib. IX.

Hic tibi dum ſequitur patriæ curvamina ripæ
Cognita Cyanee.

Propertius lib. I. Eleg. II.

Eveni patriis filia littoribus.

Horatius Od. XX. lib. I. *paterni fluminis ripas* Tybrin vocat. Noſter Met. I.

Veneras & patrias, ubi ludere ſæpe ſolebat,
Inachis ad ripas:

Adi Notas lib. I. vſ. 702. *Idem.*

638. *Ocyrhoën.*] Quæ fuit nympha Oceani & Thetyos filia ſic dicta ab ὠκὺς *celer*, & ῥοὴ, fluxus: eſt enim velox fluvius. *R. Artes paternas.*] Medicinam Aſtronomiam, Muſicam. *Farn.*

640. *Vaticinos furores.*] *Faticinos* cum melioribus, niſi quod *Tὸ fatidicos* Urſinatis libri magis artidet. quia *cane* præceſſit. *Heinſius.*

641. *Incaluitque Deo.*] Spiritu divino. *Deo.*] E'νθουσιασμῷ affiatu divino, quæ vide quæ nos ad 6. lib. Æneid. Vid. & ad Lucan. 5. lib. vſ. 80. *Farn.*

642. *Totique ſalutifer orbi.*] Æſculapius enim adeo præſtans in Medicina fuit, ut etiam Hippolytum ab inferis vocaverit; propter quod à Jove fulmine fuit exſtinctus, ac poſtea Deus effectus. *R.*

645. *Diis.*] Plutone ſcilicet querente, & Jove indignante, Hippolytum æquis diſceptum reſtitui ab Æſculapio in vitam poſſe. *Ipſe repertorem medicinæ talis & artis Fulmine Phœbigenam Stygias detruſit ad undas.* Virgil. 7. Æn. Æſculapius & ipſe non ſine flagitio Apollinis natus, quid fecit aliud divinis honoribus dignum, niſi quod ſanavit Hippolytum? mortem ſane habuit priorem, quod à Deo meruit fulmine. Lactant. I. lib. de falſa relig. 10.

648

Posse dare hoc iterum flammâ prohibebere avitâ:
Eque Deo corpus fies exsangue: Deusque,
Qui modo corpus eras: & bis tua fata novabis.
Tu quoque, care pater, non jam mortalis, & ævis
Omnibus ut maneas, nascendi lege creatus;
Posse mori cupies tum, cum cruciabere diræ
Sanguine serpentis per saucia membra recepto.
Teque ex æterno patientem numina mortis
Efficient; tripliceſque Deæ tua fila resolvent.
Restabat fatis aliquid: suspirat ab imis
Pectoribus, lacrymæque genis labuntur obortæ:
Atque ita, Prævertunt, inquit, me fata; vetorque
Plura loqui; vocisque meæ præcluditur usus.
Non fuerant artes tanti, quæ numinis iram
Contraxère mihi. mallem nescisse futura.

Jam

648. *Et his tua.*] Primò è matris monetis mero raptus; secundò, ubi à fulminis conflagratione revivificens divinitatem consecutus es. *Fara.*

649. *Tu quoque chare pater.*] Patri quoque Chironi Ocyrhoë exitum prædicit. Nam Chiron non tantum Centaurorum justissimus, sed & cæteros homines justitia dicitur superasse. quum Herculem hospitio suscepisset, sagittasque hydræ sanguine tinctas manibus tractaret, una earum è manibus lapsa, pedem ipsius percussit, ipsumque tantis doloribus affecit, ut nono die miseratione deorum in astra fuerit sublatus. *R. Mox immortalis.*] *Non jam mortalis* castigationes. *Heinsius.*

652. *Sanguine serpentis.*] Hydræ, quæ cum centum capita haberet, ab Hercule sua interfecta, ejus sanguine Herculis sagittæ tinctæ insanabilia vulnera infecerant.

654. *Tripliceſque Deæ tua fila resolvent.*] Aker Regius *revolvent.* sic τὰ τρίφυσιν τὸν ἀτρακτον Luciani ἀναστρέφουσιν. Propertius lib. IV. El. VII.

Jure ego fatorum nulli revolubile stamen.
Tergeminumque canem; sic mihi molle sonet.

ita scribendi isti versus. nam vulgati *revocabile carmen*, & *Tergeminusque canis.* vetusti codices, *revolubile carmen.* Silius lib. II. de Penelope.

Fallacis toties revoluto stamine telæ.

Statius Theb. VII.

——*immites scis nulla revolvere Parcas*
Stamina.

Seneca Hercule Furenti,

Dura peragunt pensa sorores.
Nec sua retro fila revolvunt.

retexere dixit Noster Met. X.

Eurydices, oro, properata retexite fila.

non ut in vulgatis legitur, *fata. revero* in Fastis. de quo verbo vide quæ notamus Epicedio Drusi. VS. 444. *iterata pensa sororum* Statio Theb. VIII. Lucano, *repetita sororum fila.* Hoc tamen Nasonis loco à vulgata lectione non est temerè recedendum. ut *fila resolvent*, pro secabunt, dixerit. *Heins.*

657. *Atque ita prævertunt me.*] Occupant & impediunt. Nam in fatis erat, ut verteretur in equam. *R. Prævertunt. inquit, mea fata.*] *Me, inquit, mea fata.* plerique veteres sex, *prævertunt, inquit. me fata.* recte. *Heins.*

Digitized by Google

Jam mihi ſubduci facies humana videtur:
Jam cibus herba placet: jam latis currere campis
Impetus eſt in equam, cognataque corpora vertor.
Tota tamen quare? pater eſt mihi nempe biformis.
Talia dicenti pars eſt extrema querelæ
Intellecta parum: confuſaque verba fuêre.
Mox nec verba quidem, nec equæ ſonus ille videtur;
Sed ſimulantis equam: parvoque in tempore certos
Edidit hinnitus: & brachia movit in herbas.
Tum digiti coëunt & quinos alligat ungues
Perpetuo cornu levis ungula: creſcit & oris,
Et colli ſpatium: longæ pars maxima pallæ
Cauda fit. utque vagi crines per collæ jacebant,
In dextras abiêre jubas: pariterque novata eſt
Et vox & facies. nomen quoque monſtra dedere.
Flebat, opemque tuam fruſtra Philyreïus heros,
Delphice, poſcebat. ſed nec reſcindere magni

Juſſa

663. *Cognataque pectora.*] *Corpora* ex melioribus. mox pro *conſuſaque verba fuerunt*, primus Palat. & ſex aut ſeptem alii, *fuere*. Placebat aliquando *feruntur*. ut ſupra hoc libro,

——*vox iracunda, minaxque,*
Plenaque terroris vanco de gutture, fertur. Heinſius.

675. *Nomen quoque.*] Εὐίππη jam dicta, qua prius Ocyrhoë. Julius Pollux l. 4. Εὐίππη ἡ Χείρωνος, ὑπαλλαττομένη εἰς ἵππον παρ' Εὐριπίδῃ. Vide Jan. Parrhaſ. Epiſt. 7. *Monſtra dederunt.*] *Dedere* denuo meliores. Præcedenti verſu poſt *novata*, Τὸ *eſt* multi codices non agnoſcunt. Lege *novata*. Heinſius.

FAB. XL. *Arg.* Flebat, opemque tuam, &c.] *Mutationem Batti in lapidem indicem, ſuperiori fabulæ poëta annectit. Nam Apollo, quum ob pulſatos interfectoſque Cyclopas, quod Jovi fulmen contra Æſculapium ſuppeditaſſent, divinitate privatus, Admeti regis Theſſaliæ armenta in paſtorali habitu paſceret; Mercurius boves qua longius forte proceſſerant, furto abactas in ſylva occultavit. Battoque cuidam equarum cuſtodi, a quo unus viſus fuerat, mandavit, ne cuiquam illud furtum indicaret: quod quidem ut libentius faceret, vaccam ei pulcherrimam dono dedit. Battus verò ei pollicitus eſt, ſe nunquam alicui vaccas illas indicaturum: & lapidem proximum ibi, celerius quam ſe quicquam indicaturum. Mercurius, ut hominis experiretur fidem, ſuſcepta alia figura ad eum paulo poſt rediit, rogans an vaccas quaſdam illac tranſeuntes vidiſſet; pollicenſque ſi indicaret ſe vaccam cum tauro daturum. Quod cum accepiſſet Battus, ſub quo monte boves paſcerentur indicavit: quam ob perfidiam eum Mercurius in lapidem, qui* Index *dicitur, commutavit.*

676. *Philireïus heros.*] **Chiron, Philyræ ex Saturno filius.** *Farn.*

677. *Nam nec reſcindere magni.*] **Alii** *jam nec*, vel *nec jam.* quatuor *ſed nec*, quod arridet. *Heinſ. Reſcindere.*] **Mutare, rumpere.**

679. *Etiam,*

Jussa Jovis poteras: nec, si rescindere posses,
Tunc aderas. Elin Messeniaque arva colebas.
Illud erat tempus, quo te pastoria pellis
Texit; onusque fuit baculum silvestre sinistræ:
Alterius, dispar septenis fistula cannis.
Dumque amor est curæ, dum te tua fistula mulcet;
Incustoditæ Pylios memorantur in agros
Processisse boves. videt has Atlantide Majâ
Natus; & arte suâ silvis occultat abactas.
Senserat hoc furtum nemo, nisi notus in illo
Rure senex. Battum vicinia tota vocabant.

Divitis

679. *Elin.*] Urbs Peloponnesi est Elis, ab Eleo Tantali filio sic appellata: Vel ut alii, ab Eleo Neptuni filio. Altera est Atticæ; tertia Hispaniæ. *Messeniaque arva*] Messena & regio, & urbs fuit Peloponnesi, Pylo propinqua, juxtà quam Amphryses labitur. Est & Messenæ urbs Siciliæ, unde Messenius derivatur.

681. *Onusque fuit baculus sivestris olivæ.*] *Baculum silvestre sinistræ* Florentinus S. Marci, & secundus Palatinus, quod & Politianus in ora codicis sui ex veteri libro notarat; teste Carolo Virano. & ego in excerptis optimi codicis Leodiensis inveni. neque aliam lectionem sensus admittit. hinc fit, ut in nonnullis exemplaribus minus castigatis ab interpolatrici manu scriptum occurrat, *onusque fuit dextra silvestris olivæ*. vel, *onus dextra baculus sivestris olivæ*. in nonnullis codicibus erasa vetus est scriptura. Vulgatam certe lectionem si tueamur, non est cui respondeat Tò *alterius*. quod de dextrâ intelligendum. Tam *baculum* quam *baculus* dicebatur optimis scriptoribus. infra hoc ipso libro idem optimus Florentinus S. Marci, quo vetustiorem non vidi,

——*baculumque capit, quod spinea totum*
Vincula cingebant.

ubi quem in vulgatis. lib. xv. de Æsculapio,

——*baculumque tenens agreste sinistrâ.*

quod mire confirmat nostram lectionem. Silius lib. VIII.

Pastorale Deo baculum, pelliſque sinistrum
Velat grata latus tenera de corpore dama.

Nec dubito, quin libro primo Fast. pari modo sit scribendum,

Tum deus incumbens baculo, quod dextra gerebat.

etsi manu exarati codices pro vulgata stant. *Heinsius.*

683. *Septenis fistula cannis.*] Vetustiores *è septem cannis*. Idem.

685. *Atlantide Majæ Natus.*] *Atlantide matre* prior Regius, opt. Thuan. Bernegger. Cantabrig. & primus Gronovii. ut Tὸ *Maja* ex Glossemate irrepserit. *Idem.*

686. *Arte sua.*] Furto scilicet gratuito, utique canit Horat. 10. Ode lib. 1. *joco*so. quem locum huic consonum lege. *Abactas.*] Buculas 12. boves 100. taurumque armenti virum abegisse Mercurium refert Ant. Liberalis Metam. 23. *Farn.*

687. *Natus in illo Rure.*] Libri veteres *notus*. recte, nam *natus* præcesserat. *Heinsius.*

688. *Battum vicinia tota vocabat.*] Alii *vicina huic rura vocabant*, vel *vicinia rura vocabant*. Florentinus S. Marci, *vicinaque tota vocabant*. Codex Urbinas, quar-

Divitis hic ſaltus herboſaque paſcua Nelei,
Nobiliumque greges cuſtos ſervabat equarum.
Hunc timuit, blandâque manu ſeduxit: &, Eia,
Quisquis es, hoſpes, ait, ſi forte armenta requiret
Hæc aliquis, vidiſſe nega. neu gratia facto
Nulla rependatur; nitidam cape præmia vaccam.
Et dedit. acceptâ voces has reddidit hoſpes:
Tutus eas. lapis iſte prius tua furta loquatur.
Et lapidem oſtendit. ſimulat Jove natus abire.
Mox redit: &, verſa pariter cum voce figura,
Ruſtice, vidiſti ſi quas hoc limite, dixit,
Ire boves; fer opem: furtoque ſilentia deme.
Juncta ſuo pretium dabitur tibi fœmina tauro.
At ſenior, poſtquam merces geminata, Sub illis
Montibus, inquit, erunt. & erant ſub montibus illis.

Ri-

quartus Palat. & decem alii, *vicinia tota vocabant.* optime. Vide omnino Notas lib. III. Faſt. v. vſ. 181. & quæ Remed. Amor. obſervamus vſ. 164. Virgil. Georg. lib. II.

Non eadem arboribus pendent vindemia noſtris.

Ita longe veruſtiſſimus Mediceus liber. ſic apud Phædrum *concurſant familia.* quod perperam mutavit Rigaltius. Auſonius Periocha Iliad. III.

Argivos ſua quemque acies in bella ſequantur.

Conſule doctiſſimum Gronovium de Pecunia veteri. p. 169. *Idem.*

689. *Neleï.*] Pater Neſtoris fuit Neleus, rex Pyli. *R.*

690. *Nobilimque.*] Palmis in certaminibus Virgil. I. Georg. *Eliadum palmas Epeiros equarum.* Farn.

691. *Hunc timuit; blandaque manu ſeduxit, & illi, Quiſquis es, hoſpes ait.*] *Hunc* & *illi* male cohærent, cum de eodem Batto agatur. Quare cenſeo reponendam vocem ſæpe alibi corruptam, *& eia, Quiſquis es, hoſpes, ait.* quam conjecturam confirmat, quod præceſſerat, *blandâque manu ſeduxit.* certe unus Mediceus, *ſeducit & ait.* Adi Notas lib. I. v. 591. Horat. Sat. I. I. I.

——*eia.*
Quid ſtatis? nolunt. atqui licet eſſe beatis.

& lib. II. Sat. VI.

——*eia.*
Ne prior officio quiſquam reſpondeat, urge. Heinſ.

696. *Tua furta loquetur.*] *Loquatur* rectius nonnulli codices. *Idem.*

699. *Limite.*] Pylios à Meſſeniis diſterminante. *Farn.*

700. *Furtoque.*] Furtum indica.

701 *Juncta ſuo pariter dabitur tibi fœmina tauro.*] *Pretium dabitur tibi fœmina* optimus Thuaneus. rectè. ſupra dixerat ſimili locutione, *nitidam cape præmia vaccam.* Plenus eſt horum noſter. Ep. Paridis,

Di facerent, pretium magni certaminis eſſes.
Helenæ,

Judicii pretium qua data dicar ego.

Adi, quæ notamus, epiſt. VI. v. 146. *Heinſius.*

703. *Montibus, inquit, erunt, & erant ſub montibus illis.*] *Erant* utroque loco libri veteres. niſi quod Florentinus S. Marci, Neapolitanus, primus Vatic.

Riſit Atlantiades: &, Me mihi, perfide, prodis?
Me mihi prodis? ait. perjuraque pectora vertit
In durum ſilicem; qui nunc quoque dicitur Index:
Inque nihil merito vetus eſt infamia ſaxo.
Hinc ſe ſuſtulerat paribus caducifer alis:
Munychioſque volans agros, gratamque Minervæ
Deſpectabat humum, cultique arbuſta Lycæi.
Illâ forte die caſtæ de more puellæ
Vertice ſuppoſito feſtas in Palladis arces
Pura coronatis portabant ſacra caniſtris.

Inde

Vatic. ſecundus Palat. & quatuor alii, *Monitus, inquit, erunt, & erant.* veriſſime. quomodo in Obſervationibus jam vidi reſtituendum ſagaciſſimus Grotius noſter. *Idem. Et erant.*] Alluſum volunt ad Battum quendam ineptum poëtam, qui in verſibus ſuis eadem identidem iterare ſolebat. Battum eadem verba ſitubanter repetentem deridet itidem Mercurius. vide Eraſmi adag. βαττολογία & βαττιαρίζειν. *Farn.*

706. *Index.*] Utrum viæ & millium? an utique metallorum? Lapis Lydius, Heraclius, index βάσανος. Ant. Liberalis dict. 23. Metamorph. Ἔρμης δὲ χαλκέας ὅτε διχόμυθος ἦν, ἐρώτησιν αὐτὸν τῷ ῥάβδῳ καὶ μιτρίδιλον εἰς πῦρον, &c. λέγεται δὲ καὶ ὁ τόπος παρώνυμον ἔχειν τὴν σκωπίαν Βάττου. *Farn. Index.*] Lapis, quo utimur ad aurum argentumque probandum. R.

FAB. XII. *Arg.* Hinc ſe ſuſtulerat paribus Caducifer alis, &c.] *Athenis virgines per ſolennes ſacrificium in caniſtris Minervæ ferunt pigmenta, inter quas à Mercurio eminens ſpecie conſpecta eſt Herſe Cecropis filia. Itaque aggreſſus ſororem ejus Aglauron, precantiſque ut ſe Herſæ ſororis ſuæ jungeret: ac illa cum pro miniſterio aurum eum popoſciſſet, Minerva gravior offenſa eſt avaritiæ ejus, & quod ciſtulam etiam traditam ſororibus ejus cuſtodiendam adverſum ſuum preditum aperuiſſet. Invidiæ noviſſimæ imperavit, & eam ſororis Herſæ ſucceſſibus exacerbavit: diuque cruciatam ſaxo mutavit.* Lact.

709. *Munychioſque.*] Munychia namque promontorium eſt Pyræei portus Atticæ à Munycho dicta illa porticus, quia illic ædificavit templum Munychiæ Dianæ. Vide Joh. Scoppam lib. 1. cap. 35. Tom. 1. Critic. *Gratam Minervæ.*] Periphraſis eſt Atticæ terræ, quæ Minervæ gratiſſima. Q. *Munychioſque.*] Atticos, juxta Athenas inter Piræeum & Sunium. λέγει ἢ Μουνυχίᾳ χωρίον ἐστίν, &c. Strabo 9. lib. & Pauſan. in Atticis.

710. *Lycæi.*] Locus amœnus prope Athenas à Lycio Pandionis filio nomen habens, ubi Athenienſes deinde, operis præfecto Pericle, condiderunt gymnaſium. fuſtra ſunt qui vel Lycæum Arcadicum aut Corinthiacum hic ſomniant. *Farn. Culti Lycæi.*] Exculti Ariſtotelicis diſputationibus. Nam Lycæum eſt gymnaſium Athenis, in quo deambulans Ariſtoteles de Philoſophia diſſerebat. A Lyco Pandionis filio ſic dictus ille locus. R.

711. *Illa forte.*] In celeberrimo Palladis feſto, cui hinc nomen πανηγύρεως, virgines nobiles ac nubiles caniſtra ferebant Deæ, in quibus inerant ea quæ ad Panathenæorum & aliarum pompam ſacra pertinebant. Suidas —— *ut Attica virgo Cum ſacris Cereris,* Horat. Serm. 8. lib. 2. Nec non Cereris Theſmophoriis aliiſque Orgiis, ſuæ κανηφόροι.

713. *Pura coronatis portabant ſacra*

Inde revertentes Deus aſpicit ales : iterque
Non agit in rectum ; ſed in orbem curvat eundem.
Utvolucris viſis rapidiſſima milüus extis,
Dum timet, & denſi circumſtant ſacra miniſtri,
Flectitur in gyrum ; nec longius audet abire :
Spemque ſuam motis avidus circumvolat alis.
Sic ſuper Actæas agilis Cyllenius arces
Inclinat curſus : & eaſdem circinat auras.
Quanto ſplendidior, quam cætera ſidera, fulget
Lucifer ; & quanto te, Lucifer, aurea Phœbe ;
Tanto virginibus præſtantior omnibus Herſe
Ibat : eratque decus pompæ, comitumque ſuarum.
Obſtupuit formâ Jove natus : & æthere pendens
Non ſecus exarſit, quam cum balearica plumbum
Funda jacit. volat illud, & incandeſcit eundo ;

Et

caniſtris.] Alii *Thura.* perperam. ut & *Plura* nonnulli & *Pulchra.* *Tecta* Conſtantius Fanenſis ex veteri codice. alter codicum Rogerii Twiſden, *Septa.* elegánter. ſic lib. IV. ſub finem, ex veteri codice,

Eſſe locum ſolida ſeptum munimine molis.

hinc *ſepes portarum* pro ſepto. Triſt. I. Eleg. I. vſ. 81. Adi illic notas. ſic *claſſem aggeribus ſeptam*, & *feram venantum corona ſeptam*, & *ſeptam armis Didonem*, & *feram penna formidine ſeptam* Virgilius dixit. eidem Æneas *nube ſeptus*, & *aëre ſeptus* Jaſon Valerio Flacco, & *ſeptus in arctò leo* eidem Flacco. *H. Coronatis.*] Corollis floreis redimita hæc caniſtra potius crediderim, quam eſſe ad marginem uſque plena, quod de poculis dicitur. *Farn. Coronatis caniſtris &c.*] *Canephoria* ea ſacra vocata ſunt, atque hinc ipſæ etiam virgines illæ nobiliores, *καννόφοροι* dicebantur. Natal. lib. 3. cap. 18. & lib. 5. cap. 13. *R.*

714. *Deus ales.*] Mercurius citus. Omnium enim planetarum celerrime ſuum conficit curſum.

715. *Sed in orbem curvat eundem.*] In orbem ideo volaſſe dicitur, ut diutius aſpectu Herſes amatæ frueretur. *R.*

716. *Milvius*] *Milvus* meliores. jam dictum Amor. II. Eleg. VI. vſ. 34. *H.*

719. *Spemque ſuam.*] Exta victimarum, quam prædam ſperat, & cui inhiat, *Pont.*

720. *Super Actæas arces.*] Athenienſes.

721. *Inclinat curſus.*] Convertit volatus. *Circinat.*] Circundat, & in gyrum volat.

723. *Quanto, quam Lucifer, aurea Phœbe.*] *Quantote, Lucifer*, Bernegger. prior Regius, & duo Medicei. placet. *Heinſius.*

727. *Balearica funda.*] *Balearia* primus Vatican. Urbin. Neapol. aliique plurimi. quomodo & codices variant. lib. IV. vſ. 709. *Heinſ. Balearica, &c.*] Qua Balearium inſularum incolæ maximè utuntur. Baleares autem inſulæ ſunt duæ, Hiſpaniæ adjacentes, quarum incolæ optimi ſunt funditores. *Plumbum.*] Plumbeum pilam. *R. Balearica.*] Balearium inſulæ ſub Hiſpania, hodie *Majorca* & *Minorca.* incolæ olim peritiſſimi funditores. *Farn.*

728. *Incandeſcit.*] Motu ſcilicet & attri-

Digitized by Google

Et quos non habuit, sub nubibus invenit, ignes.
Vertit iter; cæloque petit diversa relicto:
Nec se dissimulat: tanta est fiducia formæ.
Quæ quamquam justa est; cura tamen adjuvat illam:
Permulcetque comas, chlamydemque, ut pendeat aptè,
Collocat: ut limbus, totumque appareat aurum:
Ut teres in dextrâ, qua somnos ducit & arcet,
Virga sit: ut tersis niteant talaria plantis.
Pars secreta domûs ebore & testudine cultos
Tres habuit thalamos. quorum tu, Pandrosо, dextrum,
Aglauros lævum, medium possederat Herse.
Quæ tenuit lævum; venientem prima notavit
Mercurium: nomenque Dei scitarier ausa est,
Et causam adventûs. cui sic respondit Atlantis
Pleïonesque nepos: Ego sum, qui jussa per auras
Verba patris porto. pater est mihi Jupiter ipse:
Nec fingam caussas. tu tantum fida sorori
Esse velis, prolisque meæ matertera dici.
Herse caussa viæ. faveas oramus amanti.
Adspicit hunc oculis isdem, quibus abdita nuper
Viderat Aglauros flavæ secreta Minervæ:
Proque ministerio magni sibi ponderis aurum
Postulat. interea tectis excedere cogit.
Vertit ad hanc torvi Dea bellica luminis orbem,

Et

mixtione aëris ineandescit & liquefit. *incandescit eandem.*] Virgil. 4.

Liquescit.

731. *Permulcet comas.*] Pectit capillos.

736. *Talaria*] Redi ad pag. 613. v. 644.

737. *Ebore & testudine cultos.*] Ex præstantioribus nonnulli *comtos*. sic *comtæ aere ac vitro parietes* Boëtio lib. 1. Consol. Philos. Vulgata tamen lectio non est temere sollicitanda. Statius Theb. VI.

—*variâ formidine cultum*
Tollis in æthra nefas.

Ubi agit de Gorgoneo capite. *Heinsius.*

739. *Aglauros.*] Quia Πάνδροσος. atque Ἔρση nomen à rore habere videntur; sunt qui Ἀγραυλὸν etiam ab agris dici volunt, quasi agrestis & immitis. certe Antigonus *ἱστορίαν παραδοξων συναγωγῆ* habet Ἀγραυλὸν, non Ἀγλαυρὸν. respice v. 561. quæ nos ad illum.

743. *Qui jussa.*] Διάκτορος, κήρυξ, internuncius Deorum. Mercurius, inquit Arnobius, quasi quidam Medicurrius dictus est: quod inter loquentes duos media currat & reciprocetur oratio, &c. 3. lib. adversus gentes. *Pont.*

752. *Luminis orbes.*] *Orbum* meliores. *Heinsius:*

Et tanto penitus traxit ſuſpiria motu,
Ut pariter pectus, poſitamque in pectore forti
Ægida concuteret. ſubit, hanc arcana profanâ
Detexiſſe manu tum, cum ſine matre creatam
Lemnicolæ ſtirpem contra data fœdera vidit:
Et gratamque Deo fore jam, gratamque ſorori:
Et ditem ſumto, quod avara popoſcerit, auro.
Protinus Invidiæ nigro ſquallentia tabo
Tecta petit. domus eſt imis in vallibus antri
Abdita, ſole carens, non ulli pervia vento;
Triſtis, & ignavi pleniſſima frigoris; & quæ
Igne vacet ſemper, caligine ſemper abundet.
Huc ubi pervenit belli metuenda virago;
Conſtitit ante domum, (neque enim ſuccedere tectis

Fa

755. *Ægida.*] Scutum ſeu loricam Jovi & Palladi propriam, τῆς αἰγὸς, capræ vel potius ſquammoſo draconis corio confectam, in qua Meduſæ caput, homines in lapides convertens, lib. 5. v. 180. *Subit.*] Palladi in mentem venit. *Arcana.*] Supra v. 554. *Farn. Hanc.*] Aglauron.

757. *Lemniacam ſtirpem.*] *Lemnicolæ* Florentinus S. Marci, Thuan. Cantabrig. Neapol. & prior Erfurtanus. *Heinſ. Lemnicolæ Stirpem.*] Erichtonium filium Vulcani, qui in Lemnum inſulam è cœlo cecidit. *R.*

758. *Ingratamque Deo fore jam ingratamque ſorori.*] Cantabrigienſis, aliique duodecim, ut hiatus relinquatur, *Tò jam* tollunt. Florent. S. Marci, primus Palat. excerpta Theat. tertius Mediceus, Arond. & prior Hamburg.

Et gratamque deo fore jam, gratamque ſorori.

quod ſequor ſenſu poſtulante, niſi mavis,

Jam gratamque Deo fore, jam gratamque ſorori.

cujus lectionis veſtigia extant in Urbinati, Bernegger. ſecundo Palat. & uno Caroli Strozzæ. ſed ſincerior altera ſcriptura. *Heinſ.*

759. *Popoſcerat.*] *Popoſcerit* cum uno Baſileenſi. *Idem.*

760. *Invidia tecta.*] Plaut. Capteiv. 3. 4. *Eſt miſerorum aut malevolentum ſua atque invideant bonis.* Pindar. Pyth. I —— πρόσθεν γὰρ οἰκτραμὸν —— φθόνῳ χαλεπὸ χορὸν κύτα γεύεται. Theocrit. Idyll. 11.

761. *Imis in vallibus hujus.*] *Vallibus antri* præſtantiores. *Heinſ.*

765. *Bello metuenda virago.*] Bel optimus Thuan. Urbin. Bernegger. fecundus Palatin. primus Bononienſis alter Rogerii Twiſden, Zulichemianus & alter Hamburgenſis. recte. tres al *bellis.* Claudianus VI. Conſ. Honorii ex antiquo codice,

——*gladiique tremendum*
Gorgite fideret ſubterluit Oroma.

Martialis lib. VI. Ep. LXIV.

——*naſique timendum*
Omnia crudelis lanius per compita pa tat.

ſic veterrimum exemplar Thuanex bibliothecæ. nam vulgata *naſique. me interrita lati* Met. X. *Idem.*

766. *Neque enim ſuccederet, &c.*] He eſt. Palladi, ut quæ eſt Dea, non licet li vidiæ domum ingredi. *R.*

771. *Su*

Fs habet) & poſtes extremâ cuſpide pulſat.
Concuſſæ patuere fores. vidit intus edentem
Vipereas carnes, vitiorum alimenta ſuorum,
Invidiam : viſaque oculos avertit. at illa
Surgit humo pigrâ : ſemeſarumque relinquit
Corpora ſerpentum : paſſuque incedit inerti.
Utque Deam vidit formaque armiſque decoram;
Ingemuit : vultumque ima ad ſuſpiria duxit.
Pallor in ore ſedet : macies in corpore toto:
Nuſquam recta acies : livent rubigine dentes:
Pectora felle virent : lingua eſt ſuffuſa veneno.
Riſus abeſt; niſi quem viſi movêre dolores.
Nec fruitur ſomno, vigilacibus excita curis:
Sed videt ingratos, intabeſcitque videndo,
Succeſſus hominum : carpitque & carpitur unà.
Suppliciumque ſuum eſt. quamvis tamen oderat illam;
Talibus adfata eſt breviter Tritonia dictis:
Infice tabe tuâ natarum Cecropis unam.

Sic

771. *Surgit humo pigre.*] *Pigrâ* melior. *Heinſ.*

774. *Vultumque Dea ad ſuſpiria duxit.*] *Vultumque ima*, primus Medic. pumus Vatic. Benegger. Florent. Cantabr. aliique multi ex præſtantioribus. quæ lectio Viviano quoque arridebat, *idem. Vultumque dea ad ſuſpiria, &c.*] Ad vultum Deæ ſuſpiria traxit. Quum enim vultum Deæ vidiſſet hilarem, formoſam ac decoram, invidia & dolore affecta, ſuſpiravit. *R.*

778. *Niſi quem.*] Nam alienis malis tanquam ſuis bonis lætatur, paſcitque ſe ἐπιχαιρεκακίᾳ. ἐπιχαιρεκακίαν.

779. *Vigilacibus excita curis.*] Florentinus S. Marci, Thuan. Benegger. Cantabrigienſis, prior Erfurt. & prior Hamburgenſis. quomodo & Politianus a ſuo codice notarat Viviano teſte. ſic apud Propertium lib. IV. Eleg. VII.

Jamne tibi excideram vigilacis tecta ſalutro.

Ubi veteres. *vigilaces canes* Columellæ lib. VII. Auſonio in Ephemeridibus, *vigilax hirundo.* Cajus L. XVIII. D. de ædil. edict. *Si conſtantem, aut laborioſum, aut curacem, aut vigilacem eſſe affirmaverit.* Vide Notas Amor. lib. II. Eleg. VI. vſ. 23. *Heinſ.*

780. *Intabeſcit.*] Liquitur, paulatim conſumitur. Quod Plautus explicat in Mercat. I. 1. *Cor meum guttatim contabeſcit, cor miſerum meum, quaſi in aquam indideris ſalem.* Eurip. Androm. τάκεσθαι ὡς πυτίνα πιδακόεσσα λίβαι.

781. *Carpitur.*] Ὁ φθόνος ἰσῦ κάκιστον. ἔχει δέ τι καλὸν ἐν ἀνθρ. Τέχνα γὰρ φθονερῶν ὄμματα καὶ πραδίαν. *Farn.*

783. *Tritonia.*] Vel à Τριτὼ, quod lingua Cretum *caput* ſignificat; eo quod ex capite Jovis nata ſit. *R.* Vel à palude Tritone Libyæ, juxta quam nata eſt, ubi *Stagni quieta Vultus vidit aqua poſtquam in margine plantas, Et ſe dilecta Tritonida dixit ab unda*, Lucan. 9. lib. 352. vſ. *Farn.*

788. *Mor-*

Sic opus eſt. Aglauros ea eſt. haud plura locuta
Fugit; & impreſſa tellurem reppulit haſtâ.
Illa Deam obliquo fugientem lumine cernens;
Murmura parva dedit; ſucceſſurumque Minervæ
Indoluit: baculumque capit; quod ſpinea totum
Vincula cingebant: adopertaque nubibus atris,
Quacunque ingreditur, florentia proterit arva,
Exuritque herbas, & ſumma cacumina carpit:
Afflatuque ſuo populos, urbeſque, domoſque
Polluit: & tandem Tritonida conſpicit arcem;
Ingeniis, opibuſque, & feſtâ pace virentem:
Vixque tenet lacrymas; quia nil lacrymabile cernit.

Se

788. *Murmura parva dedit.*] Malim *rauca*, nam tertius Thuani *pauca*, tres aut quatuor alii *prava*. forte pro *rava*. Adi Feſtum in ea voce. Noſter lib. XIV. *pro verbis edere raucum murmur. lib.* XIII.

——*miſſum rauco cum murmure ſaxum.*
Morſibus inſequitur.

Triſt. III. Eleg. X.

Et raucum Getico murmur in ore fuit.

mox pro *ſucceſſurumque Minervæ Indoluit*, Vivianus ex ſuis *ſucceſſu namque*, quomodo primus Mediceus & alii nonnulli ex noſtris. quidam ex præſtantioribus *ſucceſſibus atque* vel *ſucceſſibus uſque*. prior Regius, *ſucceſſus namque*. Florentinus S. Marci, *ſucceſſum utique* vel *utrique*. Videlicet *ſucceſſumque* pro *ſucceſſurumque* erat exaratum facili obvioque errore. hinc tot diverſarum lectionum monſtra propagata ſunt. Arguè doluit ſucceſſurum Minervæ mandatum de Pandroſo invidiæ tabo inficiendâ. Neque aliter pro diverſa lectione veterrimus primæ notæ Palat. *Heinſ.*

789. *Quem ſpinea tortum Vincula cingebant*] Jam ſupra monuimus ex Florentino S. Marci *quod* eſſe ſcribendum *totum* etiam, non *tortum* præſtantiores conſtanter. Tò *vincula* ſemper habui ſuſpectum. in ſecundo Mediceo pro diverſa lectione *cingula*. Forte,

——*quod ſpinea totum*
Ungula cingebat.

ut ipſas ſpinas vocet ungulas ſpineas ſimilitudine. *hamatas* videlicet *ſentes* quas mox dicet. & ſane *ungula* erat tormenti genus, quo carnifices utebantur, *fulcantes ungula* dictæ in Cod. d Malefic. L. Etſi. *biſulca* Prudentio *tri* 509. Hymno primo,

Illa virgas & ſecures & biſulcas ungula
Ultro ſortis expetebat.

& alibi non ſemel. Similis diverſitas e apud eundem Paſſione Romani v. 110 ubi alii codices *ungulis*, alii *vinculis* Idem.

792. *Exuritque.*] Urentibus oculis fa cinat, *Utrique videndo. Summa.*] Re ſpicit tum naturam invidiæ, quæ ſumm petit, & peſtilenti afflatu, *Cui ſubmin ſumma vaporat.* Lucr. 5. lib. tum hiſto rias duas: Tarquinii Superbi ſumma pa paverum capita baculo decutientis i horto coram nuntio miſſo ſibi à filio Sexto qui ſimplices Gabios fefellerat Liv. lib. 1. Necnon Thraſybuli ſupere minentes ſpicas coram Periandri nun cio demetentis. Laërt. 1. lib. quod Pe riandrum feciſſe coram Thraſybuli nuncio refert Ariſtot. 3. Politicorum *Farn. Summa papavera carpit.*] Sic vet ſtiores. alii *cacumina*. & mox pro *Ingeniis que opibuſque*, alii *Ingeniis opibus.* mo liores *Ingeniis opibuſque.* Heinſius.

794. *Tritonida*] Athenas arribus, ſtr diis, & pace florentes. *Farn.*

797. Si

Sed poſtquam thalamos intravit Cecrope natæ;
Juſſa facit: pectuſque manu ferrugine tinctâ
Tangit: & hamatis præcordia ſentibus implet.
Inſpiratque nocens virus: piceumque per oſſa
Diffipat, & medio ſpargit pulmone venenum.
Neve mali ſpatium cauſſæ per latius errent;
Germanam ante oculos, fortunatumque ſororis
Conjugium, pulcrâque Deum ſub imagine ponit:
Cunctaque magna facit. quibus irritata, dolore
Cecropis occulto mordetur: & anxia nocte,
Anxia luce gemit; lentâque miſerrima tabe
Liquitur, ut glacies incerto ſaucia ſole:
Feliciſque bonis non ſecius uritur Herſes;

Quam

797. *Sed poſtquam, &c.*] Supra narravit, regiam habuiſſe tres thalamos, ebore & teſtudine cultos; quorum dexter Pandroſi, lævus Aglauri; medius Herſes fuerit. Relictis itaque aliis, ſiniſtrum ingreditur Invidia, effectum datura quod ſibi Pallas mandaverat. *Pont. Cecrop.*] Aglauri. *Farn.*

798. *Ferrugine.*] Invidia quæ ut rubigo ferrum, animum exedit. *Farn. Ferrugine.*] Nigricante manu, quaſi ferrugine imbuta. Ferri rubigo vocatur *ferrugo*] *Ferrugine.*] Colorem obſcurum & ſubnigrum hic intelligit: ſic Poëta Metamorph. 15. *Carulus, at cultum ferrugine Lucifer auras* ——— *ſparſus erat.* Statius, *Ferrugineæ frenis. Ferrugineum nemus.* κυανέην. Argon. 1. *Viridem ferrugine barbam.* Statius. Plautus in Milite, 4. 4. *Camſiam habens ferrugineam: Pallabam ferrugineam.* Virgil. 6. *Cymbam ferrugineam* vocat. De *Ferrugine ære* vide Servium.

802. *Neve mali cauſæ.*] Ne cauſæ doloris longius abſint efficit, ut felicitatem ſoris ſemper ante oculos cum maximo dolore & cruciatu habere videatur.

805. *Cunctaque.*] Objecti ſpeciem ampliat, quo gravius irritetur doleatque. *Farn.*

806. *Cecropis.*] Aglauros, Cecropis filia. *Mordetur.*] Cruciatur.

808. *Liquitur.*] Liqueſcit, atque ut nix ad Solem conſumitur. *Incerto.*] Vibrante radios modo remiſſiores, modo validiores. *Farn.*

809. *Feliciſque bonis aliter non uritur Herſes.*] *Non lenius* plerique veteres. quidam *non leviùs.* quatuor *non aliter.* primus Baſil. *non lentius.* Omnino ſcribendum *non ſecius.* ut apud Virgilium,

Interea toto non ſecius æëre ningit.

& libro VII.

Fulius ardentes haud ſecius æquore campi
Exercebat equos.

ubi *ſegnius* plurimi veteres. & lib. IX. ex optimis membranis,

——*inſtat non ſecius, ac rorat enſem*
Fulmineum.

Silius libro VI.

At circumfuſi non ſecius undique dextram
Prenſare.

Noſter lib. VII. ex veſtigiis veterum librorum,

Copula detrahitur canibus, quos illa ſequentes
Effugit, & volucri non ſecius alite ludit.

lib. X. ex antiquis libris,

quæ quanquam Scythicâ non ſecius ire ſagitta
Aonio viſa eſt juveni.

utroque loco *ſegnius* nunc legitur. ut & lib. VIII.

Quam cum ſpinoſis ignis ſupponitur herbis; 81
Quæ neque dant flammas, lenique tepore cremantur
Sæpe mori voluit; ne quicquam tale videret:
Sæpe velut crimen rigido narrare parenti.
Denique in adverſo venientem limine ſedit
Excluſura Deum. cui blandimenta, preceſque, 81
Verbaque jactanti mitiſſima, Deſine, dixit:
Hinc ego me non ſum niſi te motura repulſo.
Stemus, ait, pacto, velox Cyllenius, iſto:
Cælataſque fores virgâ patefecit. at illi
Surgere conanti partes quaſcunque ſedendo 82
Flectimur, ignavâ nequeunt gravitate moveri.

Ill

lib. VIII.

Ira feri mota eſt: nec fulmine ſecius ardſit libro XI.

——— *trepidant haud ſecius omnes,*
Quam ſolet urbs, aliis mœrum ſodientibus extra.

ita enim corrigo. Uſitatus Æmilio Probo loquendi modus niſi quod in vita Datamæ male etiamnum *nihilo ſegnius* pro *ſecius* legitur. etiam apud Val. Flaccum lib. III.

——— *non ſecius ille*
Occupat arva furens.

ſegnis ſcribebant librarii pro *ſecius*. hinc promanavit error quanquam *ſecius* haud raro in veterrimis membranis exaratum occurrat. Prudentius libro II. contra Symmachum,

——— *nec fluctus ſecius hoſti*
Obſequitur, quam cum licita fert tranſtra carina.

& Hamartig.

——— *nec ſecius aurea dona*
Juſſorum dirimente chao.

Columella lib. III. cap. IV. *Id enim quaſi caput & columen eſt impenſarum, quoniam in eo conſiſtit, melius an ſegnius terra mandaverit paterfamilias pecuniam.* ita veterrimus liber. non *ſegnius*. Heinſ.

811. *Lenique tepore cremantur.*] *Vapore* duo veteres. ut apud Maronem Æneïd. V. ——— *lenemque carinæ*
Eſt vapor. Heinſius.

813. *Sæpe velut crimen rig. &c.*] Qua in concubinatum Herſe Mercurio ſeda re pararet; etimen hoc ad Cecropem pa rentem deferre, ſororemque accuſar decernit Aglauros. Moroſum ſenem *rigidum* vocat. *Pont.*

816. *Jactanti.*] Fruſtra dicenti. *De fine.*] Me precibus & blandis verbis ſol licitare. *Farn.*

819. *Cælataſque fores.*] Quidam co dices *Cæleſtique*. *Æratas* putabam olim ſcribendum, quanquam haud ignaru æreas virorum principum fores opet cælaro inſignes fuiſſe. Noſter lib. I Faſtorum,

Excipe arata juvenum Collatia porta.

Claudianus tamen,

Cælataſque fores mediiſque volantia ſi gna
Nubibus. Heinſius.

820. *Partes quaſcunque ſedendo Flecti mus.*] *Flectitur* plerique veteres. Se *Flectimur* verè primus Vaticanus fami liari poëtis Græciſmo. Prudea. Pſy chomach.

Nequicquam loris auriga comamq madentem
Pulvere ſordatur.

ex veruſtiſſimo codice Puteaneo. *ſord* hunni eſt in vulgatis. Mox ex iiſde membranis,

Jam loculos ditata fidem ſpectabat inan nona *fidei* cum libris editis. *Idem.*

822. Pu

Illa quidem recto pugnat ſe attollere trunco:
Sed genuum junctura riget, friguſque per ungues
Labitur; & pallent amiſſo ſanguine venæ.
Utque malum latè ſolet immedicabile cancer
Serpere, & illæſas vitiatis addere partes;
Sic letalis hyems paulatim in pectora venit:
Vitaleſque vias, & reſpiramina clauſit.
Nec conata loqui eſt; nec, ſi conata fuiſſet,
Vocis haberet iter. ſaxum jam colla tenebat;
Oraque duruerant: ſignumque exſangue ſedebat.
Nec lapis albus erat. ſua mens infecerat illam.
Has ubi verborum pœnas mentiſque profanæ
Cepit Atlantiades; dictas à Pallade terras
Linquit, & ingreditur jactatis æthera pennis.
Sevocat hunc genitor; nec cauſſam faſſus amoris,
Fide miniſter, ait, juſſorum nate meorum,
Pelle

822. *Pugnat ſe tollere.*] *Se attollere* meliores mox pro *per ungues*, nonnulli *artus*. ut Epiſtola Hyperm.

——*friguſque perambulat artus.*

ſed nil mutà. Lucretius, lib. III.

In pedibus primum digitos livaſcere & ungues, (*artus*
Inde pedes & crura mori: poſt inde per ire
Alios tractim gelidi veſtigia lethi.

Idem. *Recto trunco.*] Erecto pectore. *Pugnat recte.*] Contendit exurgere & ſe erigere. *Farn.*

823. *Riget.*] Rigida ac dura facta.

827. *Letalis hyems.*] Mortiferum frigus.

828. *Reſpiramina.*] Pulmonis reſpirationes.

831. *Signum exangue.*] Statua ſine ſanguine. In ſtatuam namque lapideam Aglauros fuit converſa. *Oraque.*] Pauſanias in Atticis ſcribit, Minervæ interdicto, ne depoſitam ciſtam curioſe inſpiceremus, paruiſſe quidem Pandroſon: reliquas ſorores ciſtam reſignaſſe, viſoque Erichthonio, furiis agitatas ex præcipitiis locos ſe miſiſſe. Quod de una earum intimaſſe videtur Noſter in Diris in Ibin. *Livida ſe ſcopulis ut virgo miſit ab altis.* *Dixerat invito quæ mala verba Deo.* Farn.

FAB. XIII. *Arg.* Has ubi verborum pœnas, mentiſque profanæ, Cepit Atlantiades, &c.] *Cum Mercurius juſſu patris in Phœnicem tranſgreſſus eſſet, ut armenta illius regionis ad littus compelleret, Jupiter in taurum converſus, cum ſe juvencis Agenoris regis immiſcuiſſet, & in amorem ſui ſpatiantes in arena virgines conſiſtere coëgiſſet, paulatim ſingulas alludens, noviſſime Europam Agenoris filiam, cujus amore compulſus averterat figuram, inſidentem ſibi tergo per mare in inſulam Cretam detulit, ibique concubitu ejus potitus eſt.* Lact.

836. *Sevocat hunc genitor.*] Jupiter; Europæ Agenoris phœnicum regis filiæ amore captus, Mercurio ab Attica redeunti mandat, ut ſe quamprimum in Phœniciam conferat, regiſque armenta ad littus compellat, ibi namque cum aliis virginibus Europam ſpatiari viderat. Id verò quum effeciſſet Mercurius, omni depoſita majeſtate, Jupiter in taurum ſe convertit, cujus dorſum poſt multas blanditias Europa aſcendere auſa, in Cretam per mare ab Jove eſt advecta. *Sevocat.*] Seorſum vocat.

838. *Sub-*

Digitized by Google

Pelle moram, ſolitoque celer delabere curſu:
Quæque tuam matrem tellus à parte ſiniſtrâ
Suſpicit, (indigenæ Sidonida nomine dicunt)
Hanc pete: quodque procul montano gramine paſci
Armentum regale vides; ad littora verte.
Dixit: & expulſi jamdudum monte juvenci
Littora juſſa petunt: ubi magni filia regis
Ludere virginibus Tyriis comitata ſolebat.
Non bene conveniunt, nec in unâ ſede morantur,
Majeſtas & amor. ſceptri gravitate relictâ,
Ille pater rectorque Deûm; cui dextra triſulcis
Ignibus armata eſt, qui nutu concutit orbem;
Induitur tauri faciem: miſtuſque juvencis
Mugit, & in teneris formoſus obambulat herbis.
Quippe color nivis eſt; quam nec veſtigia duri
Calcavêre pedis, nec ſolvit aquaticus Auſter.
Colla toris extant: armis palearia pendent:
Cornua parva quidem; ſed quæ contendere poſſis
Facta manu, purâque magis perlucida gemmâ.
Nullæ

838. *Subitoque celer delabere curſu.*] *Solitoque* meliores. *Heinſius.*

839. *Tuam matrem tellus.*] Periphraſis eſt Phœniciæ, quæ à parte ſiniſtra Septentrionem verſus, ſubjicitur Pleiadibus, quarum una eſt Maja, Mercurii mater. *R. Siniſtra.*] Hæret hic interpretibus aqua, quibus ſummæ dividuæ ortæ, Qui fieri poſſit, ut Phœnices ſuſpiciant Pleïades ſiniſtras? Quas credo ita componi poſſe. Primum non hoc diſertim dicit poëta, Phœniciam ſuſpicere Pleïades à ſiniſtra. Verum Amphibolia eſt. Namque & tellus Sidonis à ſiniſtra ſita poterat etiam ſuſpicere Pleïdas. Deinde pro imaginaria & relativa cœli ſitus ratione, varie à variis gentibus conſiderata. Græcis quippe antica pars Septentrio, Romanis Meridies, ſita tamen ut, licet anteriori corporis parte ad Auſtrum verſi eſſent, faciem tamen verſus Orientem flecterent. Ubi demonſtrat Ant. Delrius in curis ſecundis ad Thyeſten Senecæ vſ. 697. Sic poſitis Phœnicia ſiniſtra erit conſtellationi Pleïadum; Contra converſis, Pleïades ſiniſtræ erunt ratione ſitus Phœniciæ. *Farn.*

845. *Virginibus Tyriis.*] Tyrus à Tytio Phœnicis filio dicta, & inſula & urbs eſt Phœniciæ Sidoni vicina.

852. *Quam nec veſtigia.*] *Et non calcata candidiora nive.* 2. de Ponto. *Farn.*

854. *Toris.*] Pulpis. *Exſtant.*] Eminent. *Palearia.*] Pelles craſſiores ab armis colloque boum dependentes.

855. *Cornua parva quidem.*] Atqui alta cornua & ſpatioſa laudantur in tauro. vide quæ ad vſ. 20. libri proximi mox dicemus. Quare reſigno *Cornua vara*, ut monui Amor. 1. Eleg. 11. hoc eſt, quod Palladius lib. IV. cap. XI. de bobus. *Cornibus robuſtis, ac ſine curvatura prævitate limatis.* Heinſ.

857. *Nec*

Nullæ in fronte minæ; nec formidabile lumen,
Pacem vultus habet. miratur Agenore nata,
Quod tam formoſus, quod prælia nulla minetur.
Sed, quamvis mitem, metuit contingere primò.
Mox adit: & flores ad candida porrigit ora.
Gaudet amans: &, dum veniat ſperata voluptas,
Oſcula dat manibus. vix ah, vix cætera differt.
Et nunc alludit, viridique exſultat in herbâ:
Nunc latus in fulvis niveum deponit arenis.
Paulatimque metu demto, modo pectora præbet
Virgineâ plaudenda manu; modo cornua ſertis
Impedienda novis. auſa eſt quoque regia virgo,
Neſcia quem premeret, tergo conſidere tauri.
Cum Deus à terrâ, ſiccoque à littore, ſenſim
Falſa pedum primis veſtigia ponit in undis.
Inde abit ulterius, mediique per æquora ponti
Fert prædam. pavet hæc: littuſque ablata relictum
Reſpicit: & dextrâ cornum tenet; altera dorſo
Impoſita eſt: tremulæ ſinuantur flamine veſtes.

857. *Nec formid.*] Nec oculi truces. F.

858. *Agenore.*] Europa. Herodotus ipſo in hiſtoriæ ſuæ limine refert Græcos quoſdam, Cretenſes poſtea nominat, raptam Io ulturos, navigaſſe in Phœniciam, inde inter alias Europam regis Agenoris filiam rapuiſſe. Navis inſigne Taurus, vel, ut alii ferunt, dux prædonum Taurus, anſam dederunt fabulæ Europæ à Jove tauro raptæ. ſed vide Cleriſſ. Seldeni Syntagma de Diis Syris 2. cap. 15. *Farn.*

863. *Vix jam vix cætera differt.*] *Vix* ab plerique præſtantiores. pri. Vatic. & duo alii *vix & vix.* ſecundus Mediceus *vix vix & cætera.* Lege, *vix vixque & cætera differt.* Faſt. l. 1.

Vix ea Evandri vixque retenta manu. Heinſius.

866. *Nunc pectora præbet.*] *Modo pectora* iidem præſtantiores. *Idem.*

867. *Virgineæ plaudenda manu.*] Ita Mediceus. Cæteri maxima ex parte *palpanda.* quomodo apud Prudentium περὶ στεφ. Hymno Hippolyti,

Non ſtabulis blandive manu palpata magiſtri,
Ignara inſueto ſubdere colla jugo.

quod Viviano tamen & Gebhardo nollem artiſiſſet. ſic *plaudere equos*, manibus mulcere paſſim apud auctores. *Id.*

868. *Impedienda.*] Liganda, ornanda.

869. *Neſcia quem*] Virg. 1. Æneid. *Gremio fovet inſcia Dido Inſideat quantus miſero Deus.* Farn.

870. *Tum Deus.*] Meliores *Cum Deus.* & mox *primis in undis* non *primo*: & *cornum tenet* cum Priſciano primus Mediceus pro *cornu*, ut & Calandræ excerpta. *Heinſius.*

871. *Falſa pedum.*] *Quaque ſuper pontum ſimulato vecta juvenco, Virginea tenuit cornua falſa manu.* Eleg. 2. 1. Amorum. lege Moſchi Idyllion 2. Anacreontis Europam, Horat. 3. lib. 27. Oden. *Farn.*



Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER III.

ARGUMENTUM.

Hic *Agenor Cadmum jubet filiam amissam investigare. Quod dum ille facit, è dentibus draconis occisi, in terra satis, enascuntur homines: cum quibus ille deinde Thebas condidit. Huic primum valde luctuosa fuit nepotis Actæonis in cervum mutati dilaceratio: quamvis Junoni grata fuerit, quæ Semelen pellicem oderat. Ideoque ad ipsam sub facie Beroës nutricis accedens, mortem illi procuravit. Paulo post Jupiter cum Junone disputans, utra Venus esset suavior, Tiresiam adhibet arbitrum, quandoquidem sexum utrumque fuerat expertus. Is lata contra Junonem sententia, ab illa quidem visu privatus, à Jove autem vaticinandi scientiam consecutus est. Primum autem ejus oraculum in Narcisso comprobatum fuit: qui cum puellas omnes, inter quas & Echo pra amoris impatientia in vocem fuerat conversa, contempsisset; sui ipsius denique amore contabescens, in florem mutatus est. Pentheus tamen vatem hunc irridebat, quanquam & ipsi vera pradixerat. Nam cum Bacchi celebrarentur Orgia, ille famulum quendam sacrorum, postquam nautas in pisces fuisse transformatos ab eo intellexerat, in vincula conjecit: & inde à Bacchis fuit discerptus. id quod magnam apud omnes fidem sacris conciliavit.*

IAmque Deus posità fallacis imagine tauri,
Se confessus erat; Dictæaque rura tenebat.
Cum pater ignarus Cadmo perquirere raptam
Im-

FAB. 1. *Arg.* Jamque &c.] *Agenor rapta Europa, Fratres ejus ad requirendam sororem dimisit, ita ut nisi eam reperissent ad se ne reverterentur. Cilix itaque dimissus petit regiones, novissimè constituit Ciliciam. Nec minus Phœnix à nomine Phœnicem. Cadmus verò desperata spe visendi parentis, Apollinis oraculum ingreditur, sciscitans in quibus partibus orbis consisteret. Accepta itaque sorte ut vaccam quæ sacratam quæ Lunæ signum in latere haberet, ageret, & ubi fessa procubuisset in staturet urbem; parens præcepto in eam terram devenit, quæ postea à bove* Bœotia *dicta. Hic cum ad fontem Martis socios aquatum misisset, & postea etiam ipse illuc iviisset, ut vidit à dracone socios consumptos, serpentem interfecit, & dentes ejus Minerva monitu humi sparsit, ex quibus armatorum multitudo progignitur, qua inter se domestico bello confligit, ita ut ex ea quinque relinquerentur, qui Minerva voluntate creandi populi, qui Thebis considerent, principes essent, quorum nomina hæc produntur fuisse: Echion, Udæus, Chthonius, Pelorus, Hyperenor. Hi Cadmo socii condendæ urbis additi sunt.* Raph.

2. *Dictæaque.*] Cretam Insulam in qua Dicte mons. *Farn. Se confessus erat.*] Se manifestarat Jovem esse. *R.*

3. *Cum pater.*] Agenor. ut quidam, ut alii Phœnix. *Idem. Ignarus.*] Ignorans

Imperat: & pœnam, si non invenerit, addit
Exsilium, facto pius & sceleratus eodem.
Orbe perérrato (quis enim deprendere possit
Furta Jovis?) profugus patriamque iramque parentis
Vitat Agenorides; Phœbique oracula supplex
Consulit: &, quæ sit tellus habitanda, requirit.
Bos tibi, Phœbus ait, solis occurret in arvis,
Nullum passa jugum, curvique immunis aratri.
Hac duce carpe vias, &, qua requieverit herbâ,
Mœnia fac condas: Bœotiaque illa vocato.
Vix bene Castalio Cadmus descenderat antro:
Incustoditam lentè videt ire juvencam,
Nullum servitii signum cervice gerentem.
Subsequitur, pressoque legit vestigia gressu;
Auctoremque viæ Phœbum taciturnus adorat.
Jam vada Cephisi, Panopesque evaserat arva:
Bos stetit; &, tollens spatiosam cornibus altis
Ad cœlum frontem, mugitibus impulit auras.

Atque

à quo rapta esset, *raptam tamen perquirere Cadmo, &c. Cadmo.*] Nec soli Cadmo: namque idem mandavit filiis, Phœnici, qui in Africam profectus, ibi manebat, à quo Afri Pœni; & Cilici, à quo Cilices. Hygin. 178. fab. Thasum filium ab Agenore missum addit Natal. Com. 8. lib. 23. cap. *Farn.*

10. *Solis occurret.*] Non habitatis, desertis.

11. *Passa jugum.*] Vaccis non secus ac bobus & tauris ad culturam agri utebantur prisci. *Farn. Immunis.*] Expers, quæ nunquam traxerit aratrum, ἀζυγὲς.

13. *Mœnia fac condas.*] *Ponas* secundus Palat. Noster in Fastis IV.

—— *ambigitur mœnia ponas uter.*

atque ita alibi passim. Silius Italicus initio libri I.

Tum pretio mercata locos nova mœnia ponit. Heins.

Bœotiaque.] Ἀπὸ τῆς βοὸς regionem dici volunt, alii à Bœoto Neptuni & Arnes filio. Thebas vero urbem à Θήβη, quam Syra lingua bovem & vaccam significare volunt.

14. *Castalio.*] Castalius quidem fons & mons est Phocidis inter Delphos & Parnassum, è cujus vicinia Delphicum oraculum hic intelligi vult. Cadmus, inquit Apollodorus lib. 3. Delphos de Europa Deum scisciturus contendit. Deus illi de Europa quærere interdixit? sed bove viæ duce, &c. Nonnus 4. Διελθὼν ἀστυγέτοις μεσόμφαλον ἄρεα Πυθῶ. & mox, Κασταλίης παφλαζε ῥοὴ μεσόθεον ὕδωρ. *Farn.*

17. *Presso gressu.*] Represso & tardo, ne anteiret; sequitur vaccam.

18. *Cephisi.*] Fl. Bœotiæ. *Panopesque.*] Urbis Phocidos.

20. *Speciosam cornibus altis frontem.*] *Spatiosam* libri veteres magno numero. sic ὑψίκερως βοῦς Moschus in Europa, ὑψίκερως Ζηνὸς Nonnus, ubi agit de Jove in taurum mutato. *Heins.*

27. Et

Atque ita, reſpiciens comites ſua terga ſequentes,
Procubuit, tenerâque latus ſubmiſit in herbâ.
Cadmus agit grates, peregrinæque oſcula terræ
Figit: & ignotos montes agroſque ſalutat.
Sacra Jovi facturus erat: jubet ire miniſtros,
Et petere è vivis libandas fontibus undas.
Silva vetus ſtabat, nullâ violata ſecuri.
Eſt ſpecus in medio virgis ac vimine denſus,
Efficiens humilem lapidum compagibus arcum;
Uberibus fœcundus aquis. hoc conditus antro
Martius anguis erat, criſtis præſignis & auro.
Igne micant oculi; corpus tumet omne veneno:
Treſque vibrant linguæ: triplici ſtant ordine dentes.
Quem poſtquam Tyriâ lucum de gente profecti
In-

27. *Et petere è vivis.*] Abeſſe à ſacrificiis aqua non poteſt.

29. *Et ſpecus in medio.*] Alii rectius *Eſt.* mox *pro ubi conditus antro*, malim *in cum* Neapolitano. niſi ſcribas *cui credidit antro.* Idem.

32. *Martius anguis.*] Marti ſacer, ὁ ἔχων ἐν Θήβαις Κάδμου, ὃν Εὐρώπην δεξάμενος ἀφίκετο, Πίνδαρος, Ἀμφιτρύωνος ἐγκώμιον ἰόντα. Apollon. 3. Argonaut. Fontem hunc Aretuſen Marti fuiſſe ſacrum teſtatur Pauſanias in Bœoticis. Euripidi fons hic Dircæ eſt. *Martius anguis.*] Hujus ſerpentis, item fontis, etiam Pauſanias meminit in Bœoticis. Ipſe autem ſerpens, quem hic *Martium* appellat Ovidius, ab aliis proprio nomine *Dercyllus* dicitur. ut eſt videre in comment. Euripidis in Phœniſſis. *Mic.*

34. *Treſque micant linguæ.*] Otioſa & ingrata repetitio eſt *micant*, quare amplector quod marginem Gryphianæ, Mycillianæ, ac Berſmannianæ editionum occupavit, haud dubie ex veteri libro depromptum, *Treſque vibrant linguæ* Statius lib. v. Theb. de ſerpente Archemori,

Livida ſax oculis: tumidi ſtat in ore veneni
Spuma virens: ter lingua vibrat.

Virgil. Æneid. 11.

Sibila lambebant linguis vibrantibus ora,

ubi Servius: *vibrantibus, mobilibus. Quia nullum animal tantâ celeritate linguam movet. adeo ut triplicem habere videatur, cum una ſit.* Val. Flaccus lib. 1.

—— *tantoque ſilet poſſeſſa draconi*
Vellera, multifidas Regis quem filia linguas
Vibrantem ex adytis cantu dapibuſque vocabat.

lingua vibrante minantem ſerpentem Lucretius dixit lib. 111. neque aliter paſſim poëtæ, quod pluribus exemplis adſtrui poſſet, & confirmari, ſi in re protrita juvaret nunc moras nectere, aut exſpatiari. Primam in *vibrare* ſyllabam Catullus quoque corripit. *Heinſius.*

35. *Quem poſtquam.*] Reſpexiſſe volunt Ovidium ad ſerpentem illum miræ magnitudinis, qui apud Bagradum fluv. Africæ Atilii Reguli exercitum uſum amnis prohibuit, multis militibus correptis eliſiſque, de quo Plinius lib. 8. cap. 14. A. Gellius 6. l. 4. c. Silius 6. lib. Oroſius 4. lib. cap. 8. alii. Mihi potius videtur imitatus Euripidem in Phœniſſis, ubi Cadmi ipſius & ſerpentis habe-

Infausto tetigere gradu; demissaque in undas
Urna dedit sonitum; longo caput extulit antro
Cæruleus serpens; horrendaque sibila misit.
Effluxere urnæ manibus: sanguisque relinquit
Corpus, & attonitos subitus tremor occupat artus.
Ille volubilibus squamosos nexibus orbes
Torquet, & immensos saltu sinuatur in arcus:
Ac mediâ plus parte leves erectus in auras
Despicit omne nemus: tantoque est corpore, quanto,
Si totum spectes, geminas qui separat Arctos.
Nec mora: Phœnicas (sive illi tela parabant,
Sive fugam; sive ipse timor prohibebat utrumque)
Occupat; hos morsu, longis complexibus illos:
Hos necat afflatos funesti tabe veneni.
Fecerat exiguas jam Sol altissimus umbras:
Quæ mora sit sociis miratur Agenore natus,
Vestigatque viros. tegimen derepta leoni
Pellis

tur certamen. Lege Nonnum sub exitu lib. 4. hoc idem referentem. *Farn.*

39. *Effluxere unda manibus.*] *Urna* longè elegantius pro diversa lectione Neapolitanus, unus Mediceus. & unus Gronovianus. sic alibi *Lora fluunt manibus.* Heinsius.

41. *Nexibus.*] Nodis. *Orbes.*] Spiras, quas serpentes cauda efficiunt.

42. *Immenso saltu.*] Rectius *immensos in arcus* primus Vatic. Florent. aliique nonnulli at Zulichemianus, *immen,os altus sinuatur in arcus.* unus Medic. *immensos corpus sinuatur in arcus*, non inconcinno Græcismo. *Heinsius.*

44. *Tantoque est corpore.*] Tam magnus inquit erat ille serpens, quantus est is qui inter duas ursas in cœlo spectatur. Est autem tantus ut fluvius esse videatur. Ut Virg. scribit.

45. *Geminas Arctos.*] *Geminam Arcton* Arondelianus. *Heins. Geminas Arctos.*] Duas & similes ursas. R. *Geminas*] Post tot notas Emphaticas, serpentis caput efferentis ex longo antro, torquentis orbes, sinuati in arcus, erecti in auras, despicientis omne nemus, quibus magnitudinem illius conjici voluit, Hyperbolicè tandem comparat illum constellationi illius serpentis, *Qui flexus sinuoso elabitur anguis circum perque duas, in morem fluminis, Arctos.* Virg. 1. Georg. *Farn.*

49. *Hos necat afflatu funesta, hos tabe veneni.*] Alii *hos funesta.* multi Tè *hos* non agnoscunt. Bernegg. secundus Palat. & tres alii, *afflati funesta tabe veneni.* recte. nisi quod *afflatos* vel *afflati veneni* malim. *afflatos* certe unus Mediceus. alius *afflatus funesti veneni.* Silius libro VI. in simili descriptione,

——*tracta fœda gravitate per auras*
Ac tale afflatus volucres. Heinsius.

Funesta tabe veneni.] Mortifera veneni sanie. R.

52. *Vestigat.*] Per vestigia inquirit. R. *Tegimen derepta leoni.*] Spolium leonium virtutis est hieroglyphicum. Aliarum quoque generosarum animantium exuvias ac pelles, virtutis puta alumnos

ac

Pellis erat : telum ſplendenti lancea ferro,
Et jaculum ; teloque animus præſtantior omni.
Ut nemus intravit, letataque corpora vidit,
Victoremque ſupra ſpatioſi corporis hoſtem
Triſtia ſanguineâ lambentem vulnera linguâ ;
Aut ultor veſtræ, fidiſſima corpora, mortis,
Aut comes, inquit, ero. dixit : dextrâque molarem
Suſtu-

55

x fatalſires ſeſe oſtentantes, antiqui heroës geſtabant. *Pons. Tegimen direpta leonis.*] *Derepta leoni* præſtantiores. ſimiliter lib. xv. ex antiquis codicibus ſcribendum,

——*derepta bicorni*
Terga capro.

Virgilius Æn. xi. ex veterrimo Mediceo.

——*ſpolia occiſis derepta Latinis*
Conjiciunt igni.

erepta dixit eodem libro,

Cui pellis latos humeros erepta juvenco
Pugnatori operit.

& Statius Theb. iv.

Quatuor indomitis Capaneus erepta juvencis
Terga ſuperque rigens injectum molibus æra
Verſat onus.

idem libro primo,

Tergora deripiunt coſſis.

quæ illic vera eſt ſcriptura. ut & l. iii.

——*littore funem*
Deripere.

Silius libro x. ex optimis membranis,

Fractaque conſtitit parmarum tegmina, & ore
Corripiebant derepta ferro ſpumantia frena.

libro eodem,

——*ire ocyus arma*
Deripite, ô pubes, templis.

non *Deripite.* libro xi.

——*præda & captiva legentur*
Corpora, dereptaque viris ſub Marte cruento
Exuvia.

ex optimis membranis. ut & l. xii.

Antiquum decus & derepta monilia collo.

ſic ſcribe & apud Val. Flaccum l. vi.

Interdum blanda derepta monilia diva
contrectat.

& apud Horatium libro iii. Od. v.

——*arma militibus ſine cæde derepta.*

& *amphoram deripere horreo* libro iii. Od. xxviii. & lib. iv. Od. xv. *ſigna derepta Parthorum poſtibus.* & *cœlo deripere ſidera* Epod. v. quod *devocare* dixit Epod. xvii. ibidem, *polo Lunam deripere.* Noſter lib. vi. de Marſya,

Clamante cutis eſt ſummos derepta per artus.

& in Ibide,

Nudaque dereptâ pateant tua viſcera pelle,
Ut Phrygium cujus nomina flumen habet.

Vide Notas Amor. lib. v. Eleg. v. vſ. 13. & Met. xv. v. 304. ſic *pignus dereptum lacertis* apud Horatium lib. i. Od. ix. ex antiquis codicibus. Noſter lib. vi. ex membranis,

——*velamina Procne*
Deripit ex humeris. Heinſius.

55. *Lethataque.*] Letho data. *Farn.*

56. *Spatioſi corporis hoſtem.*] Aut *tergoris* hic legendum, aut paulo poſt *fidiſſima pectora*, pro *corpora*. quod malim. ne delicatas aures merito offendat inconcinna iteratio ejuſdem vocis. *Heinſius. Spatioſi tergoris.*] Vaſtiſſimi : Et de Remed. Amor. *Spatioſum taurum* dixit. Spatium enim pro magnitudine & craſſitudine ponitur ; quod frequens eſt Latinis auctoribus. Hinc apud Juvenal. *Spatium admirabile rhombi.* Cujus locutionis nomine, tam graves pœnas viro dure docto non debuit. Vide & vſ. ſequent. 95. *Salmaſ.* R.

59. *Molarem.*] Saxum quidem ingens,

Sustulit; & magnum magno conamine misit.
Illius impulsu cum turribus ardua celsis
Mœnia mota forent. serpens sine vulnere mansit.
Loricæque modo squamis defensus, & atræ
Duritia pellis, validos cute reppulit ictus.
At non duritiâ jaculum quoque vincit eâdem;
Quod medio lentæ fixum curvamine spinæ
Constitit; & toto descendit in ilia ferro.
Ille dolore ferox caput in sua terga retorsit:
Vulneraque aspexit, fixumque hastile momordit.
Idque, ubi vi multâ partem labefecit in omnem,
Vix tergo eripuit. ferrum tamen ossibus hæret.
Tum vero; postquam solitas accessit ad iras
Plaga recens, plenis tumuerunt guttura venis:
Spumaque pestiferos circumfluit albida rictus:
Terraque rasa sonat squamis; quique halitus exit
Ore niger Stygio, vitiatas inficit auras.
Ipse modo immensum spiris facientibus orbem

Cin-

sed hyperbolice molarem dixit lapidem. Μάρμαρον ὐρυδλαν& ἰύτροχον ὗρον ἁρπασε Γ'σατο χειζων κραναὸν ξίλο&. Nonn. Dionys. 4. *Farn. Molarem.*] Antiqui Heroës consumtis gladiis finguntur ad grandia confugere saxa, quibus hostem obterebant. Id quod ubique in Homero. σεῦε τυπείντι μύλῃ. Lycophr. Ennius annal. 15 *occumbunt molteis letum ferroque lapique.* Quod tamen Plautus improbat in Rud. 3. 6 *Quid ego, quasi canem, hominem insectarer lapidibus.*

60. *Magnum magno conamine misit.*] Non male duodecim scripti, *& magno conamine misit in hostem*, nisi quod Τὸ *hostem* paulo ante præcesserat. *Heins.*

64. *Atra duritia pellis.*] Forte *hirta.* ut *hirta dumis saxa* apud Horatium, & *hirta sepes* apud Columellam. *Idem.*

65. *Vicit.*] Repulit. Tunc enim jacula vinci dicuntur, cum repelluntur.

66. *Lenta spina.*] Flexibilis dorsi.

67. *Totum descendit in ilia ferrum.*] Repone *toto ferro* ex Langermanniano & Urbinati, quod in suis quoque invenerat Constantius Fanensis. *Heinsius.*

69 *Fixumque.*] More canum. αἱ τοῖς λίθοις οἷς ἂν βάλθωσι χαλεπαίνουσι, τὸ βάλλοντ& ἔχ' ἀπτόμενοι. Plato de Republ. 5. *Farn.*

70. *Labefecit.*] Labare fecit.

71. *Ossibus hæsit.*] Præstantiores *hæret.* Heins.

77. *Ipse modo.*] Quod ad mores attinet, lege mythologiam fab. Cadmi apud Deltrium in Senecæ Oedipoden. v. 747. Quoad historiam, Palæphatus lib. 1. refert Cadmum interfecisse Draconta regem Thebanorum, Martis filium; Draconis autem filios cum amicis contra Cadmum insurrexisse; qui tamen omnes viribus inferiores superati ab eo sunt. postquam discordiæ dissensionisque semina inter illos sparsisset Sed & legatur Claud. Minos comment. ad Alciati emblem. 18. vide quæ infra ad vs. 113. *Farn.*

78. *Lon-*

Cingitur: interdum longâ trabe rectior exit.
Impete nunc vasto, ceu concitus imbribus amnis,
Fertur, & obstantes proturbat pectore silvas.
Cedit Agenorides paulum: spolioque leonis
Sustinet incursus; instantiaque ora retardat
Cuspide prætentâ. furit ille, & inania duro
Vulnera dat ferro: figitque in acumine dentes.
Jamque venenifero sanguis manare palato
Cœperat; & virides aspergine tinxerat herbas:
Sed leve vulnus erat: quia se retrahebat ab ictu;
Læsaque colla dabat retro; plagamque sedere
Cedendo arcebat, nec longius ire sinebat,
Donec Agenorides conjectum in gutture ferrum
Usque sequens pressit: dum retro quercus eunti
Obstitit; & fixa est pariter cum robore cervix.
Pondere serpentis curvata est arbor, & imæ
Parte flagellari gemuit sua robora caudæ.
Dum spatium victor victi considerat hostis;
Vox subitò audita est: (neque erat cognoscere promtum
Unde; sed audita est) Quid, Agenore nate, peremtum

Ser-

78. *Longa trabe rectior adstat.*] *Exstat* plenique. Urbinas & Thysianus *exit.* elegantèr. hoc est, quod supra dixerat,

——*immensos saltu sinuatur in arcus,*
Ac media plus parte leves erectus in auras

Despicit omne nemus.

Statius Theb. VI.

——*sic grandibus altè*
Insurgens humeris hominem super improbus exit Heinsius.

79. *Impete.*] Pro impetu, metri causa.

80 *Perturbat pectore silvas.*] *Proturbat* cum optimis. *Heins. Fertur.*] Ruit. *Prorumpit.*] Prosternit.

83. *Cuspide prætenta.*] Objecto jaculi ferro. *R. Inania.*] Supra ad v. 69 *Farn.*

84. *Fegitque in acumine dentes.*] *Franciscus* nervosius in secundo Palatino. sic apud Persium, *geminum fregit in illis.* hoc est, attrivit. & apud Lucanum lib. x.

Et frangit rabidum præmorso carcere dentem.

de fera caveæ inclusa. *Heins. In acumine.*] In cuspide.

88. *Dabat retro.*] Trahebat retro. *Plagamque sedere.*] Hoc est, cedendo plagam in corpus descendere non permittebat. *R. Plagamque.*] Recessu sibi cavebat ne plaga altius descenderet. *Farn.*

90. *Conjectum in gutture ferrum.*] *Gutture* veteres. *Heinsius.*

92. *Cum robore.*] Cum quercus stipite.

95. *Victor.*] Cadmea utique victoria etiam victoribus infelix & damnosa. Καδμεία νίκη, inquit Suidas, λέγεται ἐπὶ τῶν κακῶς νικώντων, &c. ὅτι Κάδμῳ ἄνελὼν τὸν τὰν ἀρείαν κρήνην τηροῦντα ἐφύτευσεν. Ἄζεις ὅστις ἦτα. *Farn.*

Serpentem ſpectas? & tu ſpectabere ſerpens.
Ille diu pavidus, pariter cum mente colorem
Perdiderat; gelidoque comæ terrore rigebant.
Ecce viri fautrix ſuperas delapſa per auras
Pallas adeſt: motæque jubet ſupponere terræ
Vipereos dentes populi incrementa futuri.
Paret: &, ut preſſo ſulcum patefecit aratro,
Spargit humi juſſos mortalia ſemina dentes.
Inde (fide majus) glebæ cœpêre moveri:
Primaque de ſulcis acies apparuit haſtæ.
Tegmina mox capitum picto nutantia cono:
Mox humeri pectuſque, onerataque brachia telis
Exiſtunt: creſcitque ſeges clypeata virorum.
Sic, ubi tolluntur feſtis aulæa theatris,
Surgere ſigna ſolent; primumque oſtendere vultum;
Cætera paulatim: placidoque educta tenore
Tota patent; imoque pedes in margine ponunt.

Ter-

98. *Et tu ſpectabere*] Regno pulſus ab Amphione & Zetho ad Illyrios tranſiit, ubi ipſe cum uxore Hermione in ſerpentes tranſmutati ſunt lib. 4. vſ. 565. Euripides in Bacchis. *Farn.*

99. *Cum voce colorem*] *Cum mente* potiores. minimum refert. *Heinſ.*

101. *Ecce viri fautrix.*] Repentinum Palladis adventum illa particula *ecce* ſignificat. Ac Ovidius quidem Palladis juſſu dentes ſerpentis à Cadmo ait fuiſſe ſeminatos: Lyſimachus verò, Martem jubente, narrat ſeminatos fuiſſe Pherecydes autem ſcribit Martem ac Palladem ſerpentis illius dentes in duas partes æquales diviſiſſe, alteramque Cadmo, alteram Æëtæ tradidiſſe, Cadmumque illos ſeminaſſe, ex quibus homines armati ſint nati. ℟. *Motæque.*] Aratæ, vomere proſciſſæ.

103. *Incrementa.*] Τέκνων ὀθνεοφόνων, Eurip. in Phœniſſis. ſarciendo ſuorum damno. *Farn.*

104. *Paret, & impreſſo.*] Scribe, *& ut preſſo.* quod caſtigationes agnoſcunt. habes tamen apud Silium libro 111. *impreſſo tellurem vertere aratro.* quomodo ille alibi quoque. *Heinſ.*

105. *Mortalia ſemina.*] Hominum ſemina non frugum. Nam homines armati ex illis dentibus orti fingunturs. ℟. *Spargit.*] Ὁ μὲν Ἀονίοιιν ἐπεσπείρας σὺν ὀδοῦσιν Κάδμος Ἀγηνορίδης γαμβρὸν ἐσέσατο λαὸν Ἄρεος ἀμείνονες· ὅσσι ὑπὸ δουρὶ λίκοντο. Apollon. 3. lib. vſ. 1184. partem tamen dentium miſſam ad Æëten. vide lib. 7. vſ. 122. *Farn.*

108. *Tegmina mox capitum.*] Periphraſis eſt galearum. *Picto cono.*] Criſta picta variis pennarum coloribus.

111. *Aulæa.*] Ab aula Attali regis, ubi primum inventa ſunt, fuere vocata. *Feſtis theatris.*] In quibus ludi ac dies feſti celebrantur. Theatra autem, cum ludi fiebant, aulæis ornabantur. *Tolluntur.*] Surgunt, ubi evolvuntur aulæa parietibus affigenda. *Farn.*

112. *Primumque oſtendere vultus.*] *Vultum* Neapolitanus, & ſecundus Medicens. *Heinſ.*

115. *Ter-*

Digitized by Google

Territus hoſte novo Cadmus capere arma parabat:
Ne cape, de populo, quem terra creaverat, unus
Exclamat; nec te civilibus inſere bellis.
Atque ita terrigenis rigido de fratribus unum
Cominus enſe ferit: jaculo cadit eminus ipſe.
Hic quoque, qui leto dederat, non longius illo
Vivit, & exſpirat, modo quas acceperat, auras.
Exemploque pari furit omnis turba: ſuoque
Marte cadunt ſubiti per mutua vulnera fratres.
Jamque brevis ſpatium vitæ ſortita juventus
Sanguineam trepido plangebant pectore matrem;
Quinque ſuperſtitibus: quorum fuit unus Echion.

Is

115. *Territus.*] Cadmus ubi armatos viros è terra exoriri conſpexit, lapides inter eos conjecit: Tum ii à ſe invicem ferirì ſe exiſtimantes mutuam inter ſe pugnam inierunt. Apollodorus 3. l. ex Pherecyde. *Hi*, ut tradunt Mythologi, quum proximarum eſſent regionum, adverſus Cadmum ſubito conſtiterunt, ac propter repentinos quaſi de terra ortos conflictus, ex omni parte confluentes vocabantur Sparti, à σπείρω. *Farn.*

122. *Sinaque.*] Cadmus fertur ex Phœnicia adveniſſe primus literas in Græciam, Græcam characteribus expreſſiſſe linguam, ac rebus dediſſe notas. Herodotus in Terpſichore. Diodorus 4. lib. & lib. 6. cap. de Rhodo. Hygin. 277. c. Polydorus Virgilius 1. lib. 6 cap. alii. Eraſmus ſerpentinos dentes interpretatur literas, quibus digladiantur inter ſe, conficiuntque ſe invicem ſeditioſi è literatis. lege Barpt. Auali carmen in typograph. Lugdun. & quæ habet Claud. Minos ad Alciati Emblem. 185. interiiſſe ſc. conſonas mutua cæde, quinque vocalibus ſuperſtitibus. literas dici Cadmi filias notum eſt. *Farn.*

123. *Subiti fratres.*] Subito nati.

125. *Trepido plangebant pectore matrem.*] *Trepido pectore* Urbinas & decem alii. hoc eſt trepidanti. quod τῷ *plangebant* convenientius lib. VIII.

Pectora tangebam trepido ſalientia motu.

lib. XI. ut ſcribendum cenſeo,

Plangitur & trepido conſtringit vincula motu

lib. IV.

——*tremebunda videt pulſare cruentum*
Membra ſolum.

& lib. I.

Sentit adhuc trepidare novo ſub cortice pectus.

ſic *trepida vena* libro VII. de quibus videndæ notæ noſtræ ad v. 557. *Heinſius.*

Plangebant.] Percutiebant. Nam cadentes terram feriunt. *Plangebant pectore matrem.*] Honeſtè ceciderunt, non in fuga deprenſi: πρηνεῖς, non ὕπτιοι. Id quod Noſter à Virg. 9. Æn. —— *Collapſa ruunt immania membra. Dat tellus gemitum, & clypeum ſuperintonat ingens, &c.* Virgil. ex Homero. Iliad. v. vſ. 181. ἔξ πίπτον, ὑμφὶ δὲ οἱ βράχε τεύχεα ποικίλα χαλκῷ.

126. *Quinque ſuperſtitibus.*] Omnes namque viri illi armati mutuis vulneribus ceciderunt, præter hos quinque, Udæum, Chthonium, Pelorem, Hyperenorem, & Echionem: quos quidem Cadmus ſocios urbis condendæ habuit. Hi verò etiam σπαρτοὶ, hoc eſt ſeminati, fuerunt appellati. vide commentaria in Phœniſſ. Euripid.

129. *Si-*

Is ſua jecit humi monitu Tritonidis arma;
Fraternæque fidem pacis petiitque deditque.
Hos operis comites habuit Sidonius hoſpes;
Cum poſuit juſſam Phœbêis ſortibus urbem.
Jam ſtabant Thebæ: poteras jam, Cadme, videri
Exſilio felix: ſoceri tibi Marſque Venuſque
Contigerant. huc adde genus de conjuge tantâ,
Tot natos, nataſque, & pignora cara nepotes.
Hos quoque jam juvenes. ſed ſcilicet ultima ſemper
Exſpectanda dies homini: dicique beatus
Ante obitum nemo ſupremaque funera debet.

Prim

129. *Sidonius hoſpes.*] Cadmus Phœnix. Nam Sidon urbs eſt Phœniciæ.

130. *Juſſam urbem.*] Thebas Bœotias. *Phœbeis ſortibus.*] Apollinis oraculis. R. FAB. II. *Arg.*] Jam ſtabant Thebæ, poteras jam Cadme videri, &c.] *Diana cum in valle Gargaphia æſtivo tempore fatigata ex aſſidua venatione, ſe ad fontem perlueret, Actæon Ariſtæi & Autonoës filius eundem locum petens, ad refrigerandum ſe, & canes quos exercuerat, feras perſequens in conſpectum Deæ incidit; qui ne eam rem eloqui poſſet, habitus ejus in cervum ab ea converſus eſt, ita ut pro fera laceratus à ſuis canibus ſit.* Lact.

131. *Jam ſtabant Thebæ.*] Hæc idcirco narrantur, ut Actæonis in cervum transformatio concinnius cum ſuperiore fabula jungatur. Thebæ autem fuerunt appellatæ, vel à Theba, quæ lingua Syra *bovem* ſignificat; vel à Thebe Ægypti urbe ampliſſima, unde Agenorem Cadmi patrem cum Phœnice fratre veniſſe, & apud Tyrum & Sidonem regnaſſe, autor eſt Euſebius.

132. *Exilio felix.*] *Exilii* ex ſuis Naugerius. quod & mihi arrideret, niſi noſtri omnes miro conſenſu vulgatam ſcripturam tuerentur. l. v.

Feliceſque vocat pariter ſtudiique locique Mnemonidas.

ita & Virgilius non ſemel. *Heinſ. Soceri tibi Marſque Venuſque.*] Uxorem namque Hermionem duxit Cadmus, Martis Veneriſque filiam. *Marſque.*] Diodor tamen lib. 6. ſcribit, Cadmum duxiſ Harmoniam (quam alii vocant Hermi nem) uxorem Jaſii, non ut Græci fab lantur, Martis ſororem, aut filiam. N ptias à diis celebratas & dotatas. *Fa*

133. *De conjuge tanta.*] Quanta Hermione Martis & Veneris filia, qua Statius multa in Thebaidos libr ſecundo.

134. *Tot natos.*] Filias quatuor, Ino Semelen, Agaven, Autonoën; filiu unum, Podonum: alii, Polydorum. *Ne potes.*] Ex Ino, quæ nupſit Athamanti Melicertam & Learchum, ex Semel & Jove, Bacchum; ex Agave & Echio ne, Pentheum; ex Autonoë & Ariſtæ Actæona.

135. *Ultima.*] Sententiam hanc So lonis ad Crœſum, lege in Herodoti Cli copioſe relatum. χρὴ δὲ ἕκαστ' εἰδέναι ὁκ ἔσον βροτῶν, πρὶν ἂν θανόντ' τ τελευτὴν ἴδῃς ὅπως ἐμπέσῃ πρᾶσσ ἔξω κάτω. Eurip. Andromach. Plinius l. c. 40. idem habet Sophocles in Oedi po tyranno, alii complures. *Farn. Ultima ſemper exſpectanda dies homini.*] St Liv dec. 1. lib. 9. *Multos præclaros rect ac duces nil niſi longa vita vertenti prab fortuna.* Vide etiam quæ Cicero de Pom pejo, Academ. quæſt. Solon ad Crœſum apud Plutarchum. δεῖ δὲ εἰς τελευτὴν ὁρᾶν ἑκάστου τὸν βίον, ἐν ᾧ μόνῳ τὸν ὑπαρξίαν, τέλειον εὐδαίμονα νομίζομεν.

139. *Alia*

Prima nepos inter tot res tibi, Cadme, ſecundas
Cauſſa fuit luctûs, alienaque cornua fronti
Addita, voſque canes ſatiatæ ſanguine herili.
At bene ſi quæras; Fortunæ crimen in illo,
Non ſcelus invenies. quod enim ſcelus error habebat?
Non erat, infectus variarum cæde ferarum:
Jamque dies rerum medias contraxerat umbras;
Et Sol ex æquo metâ diſtabat utrâque;
Cum juvenis placido per devia luſtra vagantes
Participes operum compellat Hyantius ore:

Lina

139. *Alienaque.* ? Bellui nonnullis, non homini propria. Horat. 1. l. 3. Od. Pennis non homini datis. Farn.

140. *Canes ſatiati ſanguine herili.*] *Sanata* Neapol. primus, Vatic. ſecundus, Pal. ſec. Medic. prior, Erfurtanus & tres alii. ſic apud Horatium ſemper, idque ad exemplum Græcorum, apud quos κύων ſæpe femininо genere ponitur, maxime cum de venatu agitur, ita Homerus Odyſſ. υ.

Ὡς ἢ κύνες ἀμφιπένονται περὶ σταθμοῖσι μήλων
Ἀνδρὸς ἐγχειρησάντος ὑλάει.

Neque aliter Pollux, ubi varios canes recenſet. & κύνων Κρῆσσα Æliano Hiſt. Anim. lib. III. cap. II. Sophocles Ajace, Oppianus κυνηγετικῶν libris, atque alii paſſim. Ennio *venatica velox.*

— *animoſque in pectore latrat,*
Ut ſolita eſt, quando vinclis venatica velox
Aera ſilet.

in ſcribendum. ſic *canis Gortynia* Vario, Lucretio *canes montivaga. canis taciturna* Gratio. Noſtro l. IV. Faſt. ſub finem *Obſcena exta canis.* quomodo & apud Virgilium lib. I. Georg. veterrimus Mediceus,

Obſcenaque canes importunaque volucres.

& lib. VI. Æn.

— *rabida venantis Iülî*
Commovere canes.

Seneca Hippol.

Meſſæque domini membra veſtigant canes.

Rutilius Itinerario,

Atque olidum doctas noſſe cubile canes.

Noſter Met. VII. ex optimo codice Ambroſiano,

Copula detrahitur canibus, quas illa ſequentes
Effugit.

Pont. lib. II. El. II. ex ſcriptis probioris notæ,

Qua fugit infeſtas territa cerva canes.

Prudentius l. II. contra Symmachum,

Sordida ſus noſtro amne natat, noſtra intrat & ipſas
Aura canes.

ſic veterrimus codex. Noſter denuo in Ibide ex antiquis libris.

Et ſcindant avida perfida corda canes.

lib. VII. Met. *Echidnaam canem* vocat Cerberum. lib. XI. ex antiquis itidem libris *Sollicitas canes.* & lib. XIV. ex veteri codice,

— *timatque*
Ora proterva canum: ſed quas fugit, attrahit ima. Heinſius.

144. *Jamque dies medius.*] *Medias* ſecundus Pal. *Idem.*

145. *Utraque.*] Oriente & occidente.

147. *Hyantius.*] Bœotius. Bœotos Hyantas antiquitus dixere, inquit Plin. lib. 3. c. 7. *Farn. Hyantius.*] Thebanus: Hyantes enim populi ſunt Bœotiæ, qui & *Hyantii* appellantur. Hyantia etiam urbs eſt Locrorum, unde *Hyantius* derivatur. R.

148. *Li-*

Lina madent, comites, ferrumque cruore ferarum:
Fortunæque dies habuit ſatis. altera lucem
Cum croceis invecta rotis Aurora reducet;
Propoſitum repetamus opus. nunc Phœbus utrâque
Diſtat idem terrâ; finditque vaporibus arva.
Siſtite opus præſens: nodoſaque tollite lina.
Juſſa viri faciunt, intermittuntque laborem.
Vallis erat piceis & acutâ denſa cupreſſu;
Nomine Gargaphie, ſuccinctæ ſacra Dianæ:
Cujus in extremo eſt antrum nemorale receſſu,
Arte laboratum nullâ: ſimulaverat artem
Ingenio Natura ſuo. nam pumice vivo
Et levibus tophis nativum duxerat arcum.
Fons ſonat à dextra tenui perlucidus undâ,
Margine gramineo patulos incinctus hiatus.
Hîc Dea ſilvarum venatu feſſa ſolebat
Virgineos artus liquido perfundere rore.
Quo poſtquam ſubiit; Nympharum tradidit uni
Armigeræ jaculum, pharetramque, arcuſque retento
Altera depoſitæ ſubjecit brachia pallæ.
Vincla duæ pedibus demunt. nam doctior illis

Iſme

148. *Lina.*] Retia ex lino. Farn.

150. *Croceis.*] H'ὼς ῥοδόπηχυς.

151. *Repetamus opus.*] *Repetamus* nonnulli. ſic lib. III. Artis,

——*ſed repetamus opus.*

Heinſius.

152. *Diſtat idem.*] *Spatium* ſubaudiatur. Ut intelligamus Solem ab utraque terra æquali ſpatio diſtare, atque abeſſe ab oriente & occidente, per quod ſignificat meridiem eſſe.

155. *Vallis.*] Fontis Gargaphiæ in hac valle meminerunt Herodotus in Calliope, & Pauſanias in Bœoticis, obſtructum ſcil. fuiſſe à Perſis in bello Perſico, mox à Platæenſibus reſtitutum.

157. *Nemorale.*] Nemoribus tectum.

159. *Pumice vivo.*] Naturali. Pumex autem lapis eſt levis, cavernoſus, poliendis rebus accommodatus.

160. *Et levibus tophis.*] Tophus lap eſt cavernoſus. *Duxerat.*] Effecerat. *Et levibus.*] Supra, *Efficiens humilem lap duxo compagibus arcum.* VI. 30.

161. *Patulos ſuccinctus hiatus.*] Inci ctus meliores. rectè. nam *ſuccincta Di na* præceſſerat. *Heinſ.*

162. *Margine.*] *Viridi qua margi claudoret undas Herba, nec ingenium va Lavent marmora tophum.* Juvenal. 3. Su *Succinctus.*] Circundatus. *Patulos hi tus.*] Patentes ripas. hiare enim vide tur ripæ, ut fluvii alveum efficiant.

166. *Retentos.*] Remiſſum arcum laxatum. Calliſto lib. 2. vſ. 420. Exu *hic humero pharetram, lentoſque retend Arcus.* Farn.

168. *Vincla.*] Cothurnos. Venus hi bitu venatricis aſſumpto. Æneid. 1. Pu *puroque alte ſuras vincire cothurno.*

169. *Iſmen*

Ismenis Crocale, sparsos per colla capillos
Colligit in nodum; quamvis erat ipsa solutis.
Excipiunt laticem Nepheleque, Hyaleque, Rhanisque,
Et Pscas, & Phiale; funduntque capacibus urnis.
Dumque ibi perluitur solita Titania lympha;
Ecce nepos Cadmi dilatâ parte laborum
[Per nemus ignotum non certis passibus errans]
Pervenit in lucum: sic illum fata ferebant.
Qui simul intravit rorantia fontibus antra;
Sicut erant, viso nudæ sua pectora Nymphæ
Percussêre viro: subitisque ululatibus omne
Implevêre nemus: circumfusæque Dianam
Corporibus texêre suis. tamen altior illis
Ipsa Dea est, colloque tenus supereminet omnes.
Qui color infectis adversi Solis ab ictu
Nubibus esse solet, aut purpureæ Auroræ:
Is fuit in vultu visæ sine veste Dianæ.
Quæ quanquam comitum turbâ stipata suarum;
In latus obliquum tamen adstitit: oraque retro
Flexit: & ut vellet promptas habuisse sagittas;
Quas habuit, sic hausit aquas: vultumque virilem
Perfudit: spargensque comas ultricibus undis,

Addi-

169. *Ismenis.*] Ismeni fluv. filia. ex re' adjecta nomina de Græco. κροκάλη calculus est litoralis, vel in imo fontis. *Far.*

171. *Excipiunt Laticem Nepheque.*] Nepheque Berlmannus ἀπὸ τῆ νέφους. Sed recte vetustiores magno numero *Nepheque*. Heinsius. *Laticem.*] Aquam, à latendo, quod in terræ venis lateat. *R. Nipheque.*] Quasi lotrix, à νίπτω. *Hyaleque.*] Pellucida, ab ὕαλος, vitrum. *Rhanisque.*] A ῥαίνω, aspergo.

172. *Pscas.*] A ψεκὰς, guttula roris. *Phiale.*] Quæ quasi è φιάλη aut capaci urna perfundat Dominam.

173. *Titania.*] Diana Titanii progenies, ut Sol Titan. *Fars.* Quæ eadem est cum Luna putatur, quæ quidem ut Sol *Titan*, sic *Titania Titanisque* interdum à poëtis vocatur.

174. *Ecce nepos Cadmi.*] Actæon.

175. *Per nemus ignotum.*] Hic versus in Florentino primæ notæ, Neapolitano, ac Mediceo secundo manu recentiori margini erat adscriptus. qui proinde suspectus est habendus. *Heins.*

177. *Rorantia.*] Madentia. *R.*

183. *Qui color.*] Pudicitiæ tenerum florem, & expressum; Verecundiæ tincturam comparat Iridis rubori & Auroræ. quæ φύσει τις αἰδοῦς, παθος μᾶλλον ἢ ἕξις, &c. Arist. Ethic. 4. cap. 9. Suffusus à corde per arterias spiritalis sanguis, ad phantasiam sublatus, inde cerebri frigiditate repercussus decor-

sum

Addidit hæc cladis prænuntia verba futuræ:
Nunc tibi me posito visam velamine narres,
Si poteris narrare, licet. nec plura minata,
Dat sparso capiti vivacis cornua cervi:
Dat spatium collo: summasque cacuminat aures:
Cum pedibusque manus, cum longis brachia mutat
Cruribus: & velat maculoso vellere corpus.
Additus & pavor est. fugit Autoneïus heros:
Et se tam celerem cursu miratur in ipso.
[Ut vero solitis sua cornua vidit in undis.]
Me miserum! dicturus erat: vox nulla secuta est.
Ingemuit; vox illa fuit; lacrymæque per ora
Non sua fluxerunt. mens tantum pristina mansit.
Quid faciat? repetatne domum regalia tecta?
An lateat silvis? timor hoc, pudor impedit illud.
Dum dubitat; videre canes: primusque Melampus,

Ich-

sum fertur & per ora diffunditur. Vide Macrob. Sat. lib. 7. cap. 11. *Farn. Infectis.*] Tinctis.

192. *Visam.*] Actæonis transmutati causa, inquit, Diodorus lib. 5. traditur à nonnullis, quod Dianæ concubitum, quum venaretur in montibus, adpetierit. Euripides, quod se illi Actæon prætulerit venandi arte. Juno apud Lucianum illi scopticè exprobrat deformitatem. visam scilicet ab Actæone veritam, ne adolescens ipsius turpitudinem, αἰσχος, evulgaret, immisisse illi canes. Dialog. Junonis & Latonæ. *Farn.*

193. *Nec plura minata.*] Alii *locuta*, unus Moreti & Leidensis *morata*. venuste. Virg. Æn. v. —— *nec plura moratus.*

Tum læva taurum tenet.

Lucretius libro v.

——— *neque te promissis plura moraber.*

Val. Flaccus. l. iv. —— *nec plura moratus,*

Ingentes humeros spatiosaque pectoris ossa.

Corippus Africanus libro iii.

—— *non plura moratus*

Augustus nutu tolli sublime ferentem

Imperat.

Lucanus libro ii.

Sed quid plura moror?

Virgil. Æn. iii.

——— *dextramque haud multa moratus*

Dat juveni. Heinsius.

194. *Vivacis cervi.*] Diu viventis. ad quadringentos namque annos cervi vivere dicuntur. (Vide Plin. lib. octavo, capite trigesimo secundo.) *R. Vivacis*] Τετρακοράνου. *Et quater egreditur cornicis fecula cervus.* Auson. de ætat.

200. *Ut vero vultus & cornua vidit in unda.* Versum hunc frigidum & insulsum meo tolle periculo, quanquam scriptis, quotquot vidi, membranis tenaciter inhærentem, nisi quod in uno Leidensi,

Ut vero solitis sua cornua vidit in undis,

aliquanto rectius legebatur. *Heinsius.*

204. *Donum & regalia tecta.*] Auser Τὸ & ex auctoritate Arondeliani, primi Moreti, & aliorum quatuor. nihil familiarius his locutionibus apud Nostrum. *Idem.*

206. *Melampus.*] Canum aliis nomina Græca indidit à forma; aliis à natura, aut colore; aliis à sexu & genere; laudat etiam à patria. peccavit tamen ali-

Ichnobateſque ſagax latratu ſigna dedere;
Gnoſſius Ichnobates, Spartana gente Melampus.
Inde ruunt alii rapida velocius aura.
Pamphagus, & Dorceus, & Oribaſus; Arcades omnes:
Nebrophonoſque valens, & trux cum Lælape Theron,
Et pedibus Pterelas, & naribus utilis Agre,
Hylæuſque fero nuper percuſſus ab apro,
Deque lupo concepta Nape, pecudeſque ſecuta
Pœmenis, & natis comitata Harpyja duobus,
Et ſubſtricta gerens Sicyonius ilia Ladon:
Et Dromas, & Canace, Stictequeque, & Tigris, & Alce,
Et niveis Leucon, & villis Asbolus atris,

Præ-

aliquantulum contra præcepta Σηριωτικὰ. Neque enim longis nominibus appellandi ſunt, inquit Columella 12. cap. lib. 8. de re ruſtica, quo celerius quiſque vocatus audiat. quod à Xenophonte habuit lib. de venatione. τὰ δ' ὀνόματ' αὐτοῖς τοιοῦτα ἐρεῖσθαι, ἵνα ἐναργέστατα ᾖ, &c. *Farn.*

207. *Ichnobateſque ſagax.*] Ichnobates dicitur per veſtigia vadens.

208. *Gnoſſius.*] Cretenſis. *Spartana.*] Laconica, Cretenſes autem & Laconici canes aptiſſimi ſunt venationibus. *R.*

210. *Pamphagus.*] Omnia comedens. *Dorceus.*] Acute videns. *Oribaſus.*] Montes aſcendens.

211. *Nebrophonoſque valens.*] Hinnulos, hoc eſt, cervorum catulos, interficiens. *Trux Theron.*] Terribilis aſpectu. *Lælape.*] A velocitate atque impetu ſic eſt appellata.

212. *Et pedibus Pterelas.*] Alatus ſive alis impulſus. *Agre.*] Venatio interpretatur ἄγρα. *R. Naribus utilis.*] Mirè ſagax, & ob id feris deprehendendis utilis. *Pœm. Canis naribus utilis.*] *Naribus acris.* Metam. 7. Virgil. 7. Æneid. —— *Canum noto nares contingit odore.* Idem. Sylv. Senec. Thyeſth. 1. 3. v. 49. —— *& longo ſagax* —— *Loro tenetur Umber, aſperſo vias* —— *Scrutatur ore, dum pavor latro ſuem* —— *Odore ſentit & geſtus ferax.* Quod videtur ex Ennio deſumtum & Lucretio. —— *Ululatque ibi acute. Gannitu vocis adulat.*

213. *Hylæuſque ferox.*] Scribe *fero apro*, quicquid ſcripti codices pro vulgata lectione certant. lib. 111. Amor.

Et ferus in ſylvis farra metebat aper.

feroces apros etiam alibi vocat. Cæterum videtur alluſiſſe ad Hylæum illum, qui cum Anceo ab apro Calydonio eſt interfectus teſte Apollodoro. *Heinſ. Hylæus.*] Sylveſtris.

214. *Nape.*] Quod in ſaltibus verſaretur.

215. *Pœmenis.*] Paſtoralis. *Harpyia.*] Rapax, & Harpyiarum ſimilis, quæ ſunt rapaciſſimæ.

216. *Subſtricta ilia.*] Virgil. *Brevis alvus. Sicyonius Ladon.*] A fluvio Arcadiæ nomen ſumſit hic canis. Vel etiam à λάζομαι, quod capio ſignificat.

217. *Et Dromas.*] Currens. *Canache.*] Καναχὴ ſtrepitum ſignificat, unde nomen cani fuit inditum, quod ejus latratu omnia reſonarent. *Stricteque.*] Hæc à colorum varietate nomen ſumſit. Nam στίκτη diſtincta variis maculis dici poteſt, ἀπὸ τῦ στίζειν, id eſt, à diſtinguendo. *Tigris.*] Tigridi ſimilis, quæ eſt fera velociſſima. *Et Alce.*] Similis Alcæ, feræ perniciſſimæ: ἀλκὴ etiam robur, potentiaque dicitur. (quæ etymologia proximior ac verior videtur.)

218. *Leucon.*] Albus à colore. *Et vil-*

Prævaliduſque Lacon, & curſu fortis Aëllo,
Et Thous, & Cyprio velox cum fratre Lyciſce: 22
Et nigram medio frontem diſtinctus ab albo
Harpalos & Melaneus, hirſutaque corpore Lachne:
Et patre Dictæo, ſed matre Laconide nati,
Labros, & Agriodos, & acutæ vocis Hylactor:
Quoſque referre mora eſt. ea turba cupidine prædæ 22
Per rupes, ſcopuloſque, adituque carentia ſaxa,
Qua via difficilis, quaque eſt via nulla, feruntur.
Ille fugit, per quæ fuerat loca ſæpe ſecutus.
Heu famulos fugit ipſe ſuos! clamare libebat,
[Actæon ego ſum: dominum cognoſcite veſtrum.] 2
Verba animo deſunt: reſonat latratibus æther.
Prima Melanchætes in tergo vulnera fecit:
Proxima Theridamas; Oreſitrophus hæſit in armo.
Tardius exierant; ſed per compendia montis
Anticipata via eſt. dominum retinentibus illis 23
Cætera turba coït, confertque in corpore dentes.
Jam loca vulneribus deſunt. gemit ille, ſonumque,

E

lis Aſbolus atris.] Hoc eſt, pilis nigris. *Asbolus* autem à colore eſt dictus, ἀσβόλη enim fuliginem ſignificat, eo quod nigris villis ac fuliginoſis eſſet.

219. *Lacon.*] A patria, quod Laconicus.

Aëllo.] A procella, quod impetuoſus.

220. *Thous.*] Velox dicitur & impetuoſus. *Lyciſce.*] Canis ex lupo nata *Lyciſca* dicitur, quaſi parva lupa.

221. *Harpalos.*] Rapax. *Melaneus.*] Niger. *Hirſutaque corpore Lachne.*] Verbum de verbo expreſſit. *Lachne* enim villorum denſitas vocatur.

223. *Dictæo.*] Cretenſi.

224. *Labros.*] Hoc quoque nomen eani conveniens eſt, vehemens enim impetuos uſque transfertur.

227. *Quaque eſt difficilis.*] Sec. Palat. *Qua via difficilis.* malo etiam *feruntur* cum duobus, pro *ſequuntur.* quod *ſecutus* verſu proximo mox occurrat. *Heinſ.*

229. *Heu famulos fugit ille ſuos. ſi ipſe* cum melioribus. Sequens autem verſus *Actæon ego ſum*, non magis Naſonis quam meus. Agnoſcunt tamen libri teres. Eo ſublato omnia erunt concniora. *Idem.*

232. *Melanchætes.*] Jubam & pi habens nigros.

233. *Theridamas.*] Feras doma *Oreſitrophus.*] In montibus nutrit

234. *Compendia montis.*] Cui com rium, *diſpendia ſylvæ.* Lucan. 8. *Fall veſtigia ſylvæ.* Virgil. 9.

235. *Præcipitata via eſt.*] *Anti* veterrimus Florentinus S. Marci, ſe dus Mediceus, & quatuor alii. ex ſuis etiam Vivianus. neque alite tyches Grammaticus agnoſcit. St Theb. VI.

Speravit flexa circum compendia m Interimus dictis Phœbeius augur ha Anticipaſſe viam.

uſus eſt verbo etiam præter alie cretius. *Heinſ. Præcipitata via eſt.*] cipiti curſu peracta. *Te*

24

Et, ſi non hominis, quem non tamen edere poſſit
Cervus, habet: mœſtiſque replet juga nota querelis:
Et genibus ſupplex pronis ſimiliſque roganti,
Circumfert tacitos, tanquam ſua brachia, vultus.
At comites rapidum ſolitis latratibus agmen
Ignari inſtigant, oculiſque Actæona quærunt;
Et velut abſentem certatim Actæona clamant.
Ad nomen caput ille refert: ut abeſſe queruntur,
Nec capere oblatæ ſegnem ſpectacula prædæ.
Vellet abeſſe quidem; ſed adeſt: velletque videre,
Non etiam ſentire, canum fera facta ſuorum,
Undique circumſtant: merſiſque in corpore roſtris
Dilacerant falſi dominum ſub imagine cervi.

[Nec

240. *Et genibus ſupplex pronis.*] *Poſitis* unus Bononienſis pro diverſa lectione. quod placet. *ponere genu* elegans & Latinum, de quo ad Claudianum. *Heinſius.*

242. *Solitis latratibus agmen.*] *Latratibus* vetuſtiores maximæ ex parte. clamore & horrendo latratu canino exultante. Virgil. Georg. III.

Aque voluntaris pulſos ſilveſtribus apros
Latrantum turbidus agens.

Quidam clamoribus. alioquin *hortatibus* non poſſet. quomodo Epiſt. IV.

Hortari cultores per juga ſumma canes.

& Rect. II.

Hortatusque canes rigidæ ſuccincta Diana.

Homero in Odyſſea κυνῶν κύνας eſt. *meos canes* dixit Propertius libro II. Eleg. XII. ſed in Virgilii loco de ipſis canibus quæ ſunt intelligi latratus, de quibus illic ſignum. *Idem. Agmen.*] Canum multitudinem.

245. *Et abeſſe queruntur.*] Scribe *ut* pro *et*, vel membranis invitis. Sæpiſſime ita peccatum. *Heinſius.*

248. *Undique circumſtant.*] Actæonem a ſuis canibus laceratum apud Cretenſes, hujuſque fuiſſe facinoris auctores Bacchides refert Max. Tyrius. Diodorus prodit eum à Diana pelle ferina circumdatum, incitatoſque ab ea in heriem necem canes, ne Actæon Semelen in uxorem duceret. Vide Pauſan. in Bœot. Pier. Hierogl. 7. lib. quod & ſuo tempore multis venatoribus Corſis accidiſſe, ut à canibus ſuis furore quodam actis dilaniarentur, refert Jul. Scaliger, comment. in Ariſtotelem l. 1. de plantis. rabie ſcil. in canibus per dies Caniculares graſſante. Natal. Com. 7. lib. 24. Alii ad prodigos referunt, qui promi magis quam condi impuros parаſitos, prædatorios ganeones & ollares amicos aiunt; à quibus exhauſti pereunt à re & ſpe bona. Bapt. Anulus, & Alciatus. Alii ad aleatores perditos alluſum volunt, quibus *Damnoſi ſemper ſubſiluere Canes*, jactus ſcil. alteæ infausti damnoſique. Ad principes ſpectare epimythion volunt nonnulli, apud quos gratioſorum purpuratorum gratia valet ad odium & ruinam principum. Curioſos alienorum conſiliorum rimatores ſignificari hinc videtur. Arnobius 3. lib. Et ſpolietur Apollo germana, quam quondam puris in fontibus ablaentem membrorum ſordes corniger ille venator inſpexit & pœnam curioſitatis invenit. Certè curioſus ille uxoris ſuæ, per amicum pudicitiæ explorator, in ficta Hiſpani Doxippotæ hiſtoria, meritas dedit veri Actæonis pœnas. *Fürn.*

[Nec niſi finitâ per plurima vulnera vitâ
Ira pharetratæ fertur ſatiata Dianæ.]
Rumor in Ambiguo eſt : aliis violentior æquo
Viſa Dea eſt : alii laudant, dignamque ſevera
Virginitate vocant. pars invenit utraque cauſſas.
Sola Jovis conjux non tam culpetne probetne
Eloquitur; quàm clade domus ab Agenore ductæ
Gaudet : & à Tyriâ collectum pellice transfert
In generis ſocios odium. ſubit ecce priori
Cauſſa recens; gravidamque dolet de ſemine magni
Eſſe Jovis Semelen. tum linguam ad jurgia ſolvit.
Profeci quid enim toties per jurgia? dixit.
Ipſa petenda mihi eſt : ipſam, ſi maxima Juno
Rite vocor, perdam; ſi me gemmantia dextrâ
Sceptra tenere decet; ſi ſum regina, Joviſque
Et ſoror & conjux. certe ſoror, at puto furto

Con

251. *Nec niſi finitâ.*] Hunc quoque verſum cum ſequenti ab inſcitâ manu profectos eſſe ſum certus. Tu fœdiſſimum centonem abige ab hac purpura. Certe in uno codice, quem vir doctiſſimus Carolus Sprotius Aquiſgranenſis dono mihi dedit, à manu recentiori adſcriptos margini deprehendi. *Heinſius. Nec, niſi finita, &c.*] Quid ad mores ex hac fabula trahi poſſit, conſule Natal. lib 6. cap. 24. *Pont.*

252. *Dianæ.*] Fabulam hanc denique ad ſecreta Principum accommodat Cl. Fr. Baconus c. 10. de ſapientia veterum. Qui, inquit, Principibus non admiſſi, & præter eorum voluntatem ſecretorum conſcii ſunt, odium certiſſimum apud eos conſequuntur. Itaque gnari ſe peti, & occaſiones captari, vitam degunt cervorum more, timidam & ſuſpicionibus plenam. Quin & illud accidit, ut à ſervis & domeſticis, in gratiam principum accuſentur & evertantur. Ubi enim principis offenſio manifeſta eſt, quot ſervi, tot fere proditores eſſe ſolent. Infeliciter ſane ceſſit poëtæ noſtro, *quod aliquid vidit, quod noxia lumina fecit*, &c. Triſt. 2. lib. *Fam.*

FAB. III. *Arg.* Rumor in ambigu eſt : aliis violentior æquo, &c.] *Jun ſuſpectam Semelen Cadmi & Hermion filiam cum haberet, quod cum Jove cona buiſſet, in animum converſa, ut ſe fallac ſine invidia cujuſdam ulciſceretur, ad ea venit, perſuadet que ei, ne alio Jovem app ratu recipiat ad cubile, quam ſolitus ſit a parere Junoni. quo ut illius auctoritas gr vis, proinde ipſius concubitus inſignis eſſ Quod cum impetraſſet a cupiente, Deus i ſtructus tonitribus ac fulminibus domum S moles ingreſſus eſt, tecta ejus decepta ep tis flammis adurit, Liberumque concept utero gravidæ incendio eripit, ac femore ſuit ſuo, poſtea completis menſibus, nymph quæ Nyſam montem India perfrequen rent, clam tradidit nutriendum.* Lact.

258. *A Tyria pellice.*] Ab Europ quam è Phœnicia Jupiter rapuit.

266. *Certe ſoror.*] Hoc ita à Juno infertur, ac ſi conjux eſſe deſierit, c Jupiter alias amet. Sic quoque apud S necam ipſa loquitur. *Soror Tonantis: enim ſolum mihi nomen relictum eſt.* S nec. Herc. Fur. 1. R.

267.

Contentam : & thalami brevis eſt injuria noſtri.
Concipit ; id deerat : manifeſtaque crimina pleno
Fert utero : & mater, quod vix mihi contigit uni,
De Jove vult fieri. tanta eſt fiducia formæ.
Fallat eam faxo : nec ſim Saturnia ; ſi non
Ab Jove merſa ſuo Stygias penetrarit in undas.
Surgit ab his ſolio ; fulvaque recondita nube
Limen

267. *At puto furto eſt Contenta.*] Τὸ μὴ à multis præſtantiorum abeſt. Scribe, *puto furto Contentam.* Heinſius.

268. *Concipit.*] Eadem Juno 2. l. 472. *Scilicet hoc etiam reſtabat, adultera, ut, Ut ſecunda fores, &c.*

272. *De Jove merſa ſuo.*] *Ab Jove* cum melioribus, & *penetrarit* pro *penetrabit* cum Bemeggeriano, Cantabr. & tribus aliis. *in undas* etiam præſtantiores plerique, non *ad undas*. præcedenti verſu, *nec ſum Saturnia*, vetereſ plerique agnoſcunt, non *nec ſim*. Silius libro IX.

Non ſum equidem Sulmone ſatus, tua Sarrice proles,
Hic frater, Mancine, tuus, fateorque nepotem
Pergamon indignum Solimo, ſi evadere detur
Hoc noſtras impune manus.

ita ſcripti. Apuleius Metam. lib. v. *Nec ſum mulier, nec omnino ſpiro, niſi eam peſſum de tantis opibus dejecero.* Aliter tamen Plautus Menæchmis, *Non hercule ſi ſos, qui ſum, niſi hanc injuriam, neque ultus pulcre fuero.* niſi & illic *ſum* legendum. Heinſ.

273. *Fulvâque recondita nube.*] Emendabam olim conjecturâ, ut mihi videbar, non dubiâ, *furvâ nube* : nunc hæreo. nam & apud Virgilium libro XII. *Furva pugnas de nube videntem* habes. & apud Lucretium lib. VI. *fulva nubis caligine craſſa* in vulgatis & ſcriptis exemplaribus conſtanter. & ſane *fulvam caliginem* dixit quoque Valerius Cato in Dira. Et Statius Theb. IX.

——*venit in medios caligine fulvâ*
Sepſa globos.

tum *furvam* dixerit *caliginem* Auſonius Cupidine crucifixo. ξανθὸν quidem πέλαν appellat Pindarus Olymp. Od. VII. ſed ibi de aureo Rhodiorum imbre agitur. ſane Val. Flaccus l. II. v. 115. *piceum nimbum* dixit,

Cum dea ſe piceo per ſudum turbida nimbo
Præcipitat.

at illud certum, lib. v. Met.

Ex Acheronte ſuo furvis peperiſſe ſub antris,

veram eſſe lectionem. ut & apud Silium Italicum libro VI. v. 149.

Intus dira domus, furvoque immanis in antro
Sub terra ſpecus, & triſtes ſine luce tenebræ.

ubi *curvo antro* & *ſub terras* nunc legitur. mox *nigrum antrum* eandem ſpecum appellabit Silius. idem libro VII.

Jamque in palantes ac verſos terga feroces
Pugnabant Itali, ſubitus cum mole pavenda
Terrificis Maurus prorumpit Tudor in armis.
Nigra vero membra, & furvi juga celſa trahebant
Cornipedes, totuſque nova formidinis arte
Concolor æquabat liventia currus equorum
Terga, nec ereclis ſimiles imponere criſtis
Ceſſarat pennas, aterque tegebat amictus.
Ceu quondam æterna regnator noctis, ad imos
Cum fugeret thalamos Hennæâ virgine raptâ
Egit nigrantem Stygiâ caligine currum.

Ita locus ex optimo codice conſtituendus, niſi quod *furvi cornipedes* pro *fulvis* ex conjectura noſtra ſunt repoſiti, quomodo reſtituendum eſſe ut certius liqueret, verſus plures adſcripſi. Terentius

Lumen adit Semeles. nec nubes ante removit,
Quam ſimulavit anum: poſuitque ad tempora canos:
Sulcavitque cutem rugis: & curva trementi
Membra tulit paſſu: vocem quoque fecit anilem.

Ipſa

tius Scaurus de Orthographia, *Furvos dicimus, quos antiqui fuſcos.* ſic *furva Proſerpina* Hotatio lib. II. Od. XIII. & Statio Theb. VIII.

Furvo Proſerpina poſte notarat.

& *furva lethi plaga* apud eundem Pietate Abaſcantii. Seneca Hercule Oetæo,

Cui furva nigri ſceptra geſtantur poli.

Idem ibidem ſub finem,

Non puppis umbras furva tranſvexit meas.

Ita ſcribendum. nam vetus codex *fulva*. vulgati *curva*. Unde & furva Dis inferis pecora immolata. de quibus Silius libro VIII.

—— *furvaſque trahebam*
Ipſa manu properans ad viſa pianda bidentes.

furvam noctis dat *pallam* Juvencus Hiſtor. Euangel. lib. II. Prudentius Cathemerin. hymno IX.

Sed deus dum luce furva mortis antra illuminat.

furva mortis antra, hoc eſt, inferos. ita ſcribo. *Luce fulva* nunc legitur etiam in ſcriptis. Eſt & vox ea non ſemel mendoſa apud Valerium Flaccum. vel. IV.

Cauea Nilus adaſt, & toto gurgite torrens
Tiſiphonem agit, atque imis illidit arenis,
Debita opem, ac fuvoi clamantem numina regni.

fuvi regni perperam legimus, eodem libro,

—— *ſubitoque juga concava torquet*
Atros aquas Aaboras, vaſtoque incendat hiatu
Spumeus & furvâ ſequitur caligine campus.

vides hic denuo *furvam caliginem*. at vulgati,

Fumoque & ſava caligine.

minus bene. Paraſam eidem Valerio hanc vocem quoque reddendam lib. V.

At medii per terga ſenis rapit ipſe nitentes
Athas equos, curvoque dicus ſubvexit Olympo.

Nunc vero totius opinor *fulvo* reponi quomodo idem libro VII.

—— *ſublimis in auras*
Tollitur, & fulvo Vmoeum veſtigat Olympo.

flammiferum Olympum dixerat initio operis. *furvam* quoque *ſapiem* habet apud Antonium Epiſt. V. & VII. & *furvas culpam* apud Prudentium Cathemerin Hymno I.

Jam furva culpa obdormiat.

Propertius libro IV. Eleg. VII.

Denique quis noſtro furvum te funere vidit?
Aſtram quis lacrymis immaduiſſe tuis?

ita ſcribendum. Vulgati *curvum*. miau concinne, quod & Paſſeratio videbatur apud eundem libro IV. Eleg. ult. legendum quoque putem.

To licet orantem furva deus audiat aula

non *fuſca aula* cum de inferis fere ſemper poëtæ, ut jam vidimus, *furvi* vocarentur. ſic & Prudentius Hamartig. *furvum Avernum* dixit. Tibullus lib. II. Eleg. I.

Poſtquam venit tacitus furvis circumdatus alis

Samnus, & incerto ſomnia pigra pede

non *fulvis alis* cum *fulva ſidera* proxime verſu præceſſerint. *pigra* etiam *ſomnia* non *nigra*, ne bis idem dixerit. *furvam gentem* Indos vocavit Juvenalis Satyr. XII. contra apud Prudentium Hamartig. v. 635. *fulvo* pro *furva* ſcribendum

—— *fulvo ſe tenuare velamo*

Vendax nocticolæ ſparcis complexibus Indæ

ita veruſtiſſimus codex Puteaneus. ſed rem intellige. ſed revertamur ad Naſonem. *Idem.*

277. *Membra tulit paſſu.*] *Paſſu* recte Ovidius veterum plerique. lib. XIII.

—— *ad litora paſſu*
Procedit anili. Idem

278. *Ip*

Ipſaque fit Beroë, Semeles Epidauria nutrix.
Ergo ubi, captato ſermone, diuque loquendo,
Ad nomen venere Jovis; ſuſpirat: &, Optem
Jupiter ut ſit, ait: metuo tamen omnia. multi
Nomine Divorum thalamos iniêre pudicos.
Nec tamen eſſe Jovem ſatis eſt: det pignus amoris;
Si modo verus is eſt: quantuſque, & qualis ab altâ
Junone excipitur; tantus, taliſque rogato
Det tibi complexus: ſuaque ante inſignia ſumat.
Talibus ignarum Juno Cadmeïda dictis
Formârat. rogat illa Jovem ſine nomine munus.
Cui Deus, Elige, ait: nullam patiêre repulſam.
Quoque magis credas; Stygii quoque conſcia ſunto
Numina torrentis. timor & Deus ille Deorum.
Læta malo, nimiumque potens, perituraque amantis
Obſequio Semele, Qualem Saturnia, dixit,
Te ſolet amplecti, Veneris cum fœdus initis,
Da mihi te talem, voluit Deus ora loquentis
Opprimere. exierat jam vox properata ſub auras.
Ingemuit: neque enim non hæc optaſſe, neque ille
Non juraſſe poteſt. ergo mœſtiſſimus altum
Æthera conſcendit; nutuque ſequentia traxit
Nubila: quis nimbos, immiſtaque fulgura ventis
Addidit, & tonitrus, & inevitabile fulmen.
Qua tamen uſque poteſt, vires ſibi domere tentat.

Nec,

272. *Ipſaque evat.*] *Fit* Mediceus unus ex melioribus. Idem mox *ſuſpirat* & *Optem*, non *Opto*. Idem. *Epidauria nutrix.*] Epidaurus urbs eſt Achajæ, Æſculapii templo nobilis, in Suronici ſinus intimo receſſu ſita. *R.*

283. *Nec tamen eſſe Jovem ſatis eſt.*] Primus Mediceus, & alius ejuſdem bibliothecæ cum Ambroſiano notæ melioris, *eſſe Jovis*. re nimirum. ſic Epiſtola Didûs, *Eliſo Sichæi*, & apud Lucanum *Cornelio Magni*. & in veteri inſcriptione *Caelius Craſſi*. Heinſ.

284. *Si modo.*] Εἰ δὲ καὶ ὡς ἀτίταλος, εἰο νύμφιος ἦτ Κρονίωνι, Ἐλθέτω ὡς εἰο λέκτρα σὺν ἀμβρότῃ παρειῇ, &c. Nonn. Dionyſ. 7.

286. *Inſignia.*] Fulmen. *Farn.*

287. *Cadmeïda.*] Semelen Cadmi filiam.

288. *Formarat.*] Inſtruxerat.

289. *Vultumque ſequentia traxit Nubila.*) *Vultuque* ex melioribus multi. quidam *vultuſque*. Fragmentum Theocinorum Romanum antiquæ notæ, *nutuque*. Heinſ.

Nec, quo centimanum dejecerat igne Typhœa,
Nunc armatur eo: nimium feritatis in illo.
Eſt aliud levius fulmen; cui dextra Cyclopum
Sævitiæ, flammæque minus, minus addidit iræ:
Tela ſecunda vocant Superi. capit illa; domumque
Intrat Agenoream. corpus mortale tumultus
Non tulit æthereos; doniſque jugalibus arſit.
Imperfectus adhuc infans genitricis ab alvo
Eripitur, patrioque tener (ſi credere dignum)
Inſuitur femori; maternaque tempora complet.]
Furtim illum primis Ino matertera cunis
Educat. inde datum Nymphæ Niſeïdes antris
Occuluêre ſuis; lactiſque alimenta dedêre.

Dum-

303. *Typhœa.*] Vaſtæ magnitudinis Gigantem, belli, quod Jovi Titanes intulerunt, auctorem. Vide lib. 5. vſ. 321. Adi Cl. Fr. Baconi Sapientiam veterum de Typhone ſeu rebelli. *R.*

305. *Eſt aliud levius fulmen.*] De fulminum generibus vide Plin. 2. lib. 51. cap. *Farn.*

311. *Patrioque.*] Βρίφω ἡμιτέλεσον, & Βρίφω ἀλετόμενον δηλήτυ τυκτοῖο vocat Bacchum Nonn. libro octavo.

312. *Inſuitur.*] Ἔζυγε ὁ γενναῖος ὡς ὅλῳ, ἡμὶν κυισφορεῖ, καὶ παντοχόθι τῷ σαόμενῳ! ait Neptunus apud Lucianum: ſed quid ſibi vult ἐπιμύθιον? An quia, ut vulgo exponunt, Semele eſt terra (namque eadem cum Maja, Bona Dea, Fauna, Ope eſt Macrobio. Saturn. 1. lib. cap 12.) Bacchus vitis, utrique à Jovis, id eſt, aëris moderato calore fœtus? An vero quod fructus terræ & vitis femore & pedibus calcantium perficitur? An utique jocari licet, & (*ridentem dicere verum, Quid vetat?*) dicere; Bacchum, id eſt, fœtum Semeles, id eſt, Vitim per ſex menſes creſcere in utero matris, per tres alios menſes cruditatem ſuam decoquere in amphoris conditum: expleto denique materno tempore, hoc eſt, novem menſibus, ſalubre fieri potuique aptum? diſpiciat lector. An forte laboramus in mera fabula, cui nec mica nec gutta medullæ ſanæ? quia Curtius lib. 8 refert, Nyſan ſitam eſſe ſub radicibus montis quem *Meron* incolæ appellant. Inde Græcos mentiendi traxiſſe licentiam, Jovis femine Liberum patrem eſſe celatum. μηρὸς enim ſonat *femur*. F.

313. *Ino matertera.*] Ino Cadmi fuit filia ac Semeles ſoror, quæ Bacchum ex Jovis femore eductum, clam Junone nutrivit.

314. *Antris ſuis.*] Antrum illud in quo Bacchus fertur educatus *Dythyrites* vocatur. Unde & Bacchus Dythyrambus fuit appellatus, eo quod δυὸ θύρας, hoc eſt, duas januas antrum habuerit, ut quidam è Græcis narrant. *R. Nyſeides.*] Infantem, inquit Diodorus lib. 5. Jupiter Mercurio dedit ad antrum Nyſæ, quod inter Phœniciam Nilumque eſt, deferendum: à nymphiſque omni ſtudio curaque educandum. unde ab Jove Nyſaque Dionyſium dixerunt. quod Homerus in hymnis teſtatur. innuit fabula, quod Plato monet, flagrantem & temulentum Deum ſobriis nymphis reſtinguendum eſſe, id eſt, merum temperandum, & aqua diluendum. quod eleganti carmine expreſſit Meleager, Antho-

Digitized by Google

Dumque ea per terras fatali lege geruntur;
Tutaque bis geniti ſunt incunabula Bacchi:
Forte Jovem memorant diffuſum nectare curas
Sepoſuiſſe graves, vacuâque agitaſſe remiſſos
Cum Junone jocos: &, Major veſtra profecto eſt,
Quam quæ contingit maribus, dixiſſe, voluptas.
Illa negat. placuit quæ ſit ſententia docti
Quærere Tireſiæ. Venus huic erat utraque nota.
Nam duo magnorum viridi coëuntia ſilvâ
Corpora ſerpentum baculi violaverat ictu:
Deque viro factus (mirabile) fœmina, ſeptem
Egerat autumnos. octavo rurſus eoſdem
Vidit: &, Eſt veſtræ ſi tanta potentia plagæ,
Dixit, ut auctoris ſortem in contraria mutet:
Nunc quoque vos feriam. percuſſis anguibus iſdem
Forma prior rediit; genitivaque venit imago.
Arbiter hic igitur ſumtus de lite Jocosâ,
Dicta Jovis firmat. gravius Saturnia juſto,

Nec

thologiæ l. 1. c. 19. Αἱ νύμφαι τὸν βάκχον ὅτ' ἐν τροφῇ, &c. *Farn.*

FAB. IV. *Arg.* Dumque ea per terras.] *Jupiter cum Junone jocando omiſſis omnibus jurgiis, referens in conjunctione majorem capere fœminas quam viros voluptatem, Tireſiam judicem adeundum cenſet, qui utramque naturam maris ac fœminæ fuerat expertus. Nam quodam tempore cum ſerpentes concubitu hærentes baculo percuſſiſſet, in mulierem verſus fuerat, ac rurſus proximo vere eadem uſus ratione, ac tactu in virum ceſſerat. Qui cum Jovis ſententiam tutatus eſſet, damnata Juno luſcum in iracundiam vertit, ac Tireſiam luminibus orbavit. Pro qua injuria, quod major eſſet, Jupiter futurorum ei ſcientiam tribuit.* Lact.

322. *Docti.*] Quem Ἀνδρῶν γυναικῶν τ' οἰδότα ξυνουσίας vocat Lycophron.

323. *Tireſia.*] Tireſiam mythologi tantum interpretantur, propter alternas ejus vices, modo marem, modo fœminam; vere, quo generantur omnia, matrem; æſtate, qua pariunt, fœminam. redire autem ad generationem autumno. Lucianus in Aſtrologia ait, Græcos fabulatos Tireſiam ancipitis fuiſſe ſexus, ὅτι τῶν πλανωμένων ἀστέρων τὰς μὲν θηλείας τὰς δὲ ἄρρενας εἴληφεν. *Farn.*

329. *Auctoris ſortem.*] *Auctori* Bernegger. *Heinſius.*

331. *Genitivaque venit imago.*] Tres, *rurſus imago*, rectius. ſed cum in multis *redit* invenerim contra legem carminis, cenſeo ſcribendum *genitivaque reddita imago.* Idem.

333. *Gravius.*] Sic Heſiodus, Tzetzes, Liberalis, alii tum poëtæ, tum interpretes. Callimachus vero in lavacro Palladis, & Nonnus Dionyſ. 5. Tireſiam oculis privatum fuiſſe eadem de cauſa, qua Actæona tradunt: à Pallade ſcilicet quam nudam viderat, viſus incuſtoditi pœnam dediſſe. & Propert. l. 4. 9. *Magnam Tireſias aſpexit Pallada vates, Fortia dum, poſita Gorgone, membra lavat.* Farn.

Nec pro materiâ fertur doluiſſe : ſuique
Judicis æterna damnavit lumina nocte.
At pater omnipotens (neque enim licet irrita cuiquam
Facta Dei fociſſe Deo) pro lumine ademto
Scire futura dedit : pœnamque levavit honore.
Ille per Aönias famâ celeberrimus urbes
Irreprehenſa dabat populo reſponſa petenti.
Prima fide vociſque ratæ tentamina ſumſit
Cærula Liriope : quam quondam flumine curvo
Implicuit ; clauſæque ſuis Cephiſos in undis
Vim tulit. enixa eſt utero pulcherrima pleno
Infantem, Nymphis jam tunc qui poſſet amari ;
Nar-

334. *Nec pro materia.*] Nec ſecundum materiæ ac rei qualitatem. Res enim jocoſa erat, ideoque Juno Tireſiæ ſententiam ægre ferre non debebat.

FAB. V. *Argum.* Ille per Aönias famâ celeberrimus urbes, &c.] *Liriope nympha ex amne Cephiſo procreavit Narciſſum, cui Tireſias Everis filius omnia proſpera reſponſo pollicitus eſt, ſi pulchritudinis ſuæ nullam habuiſſet notitiam. Hunc igitur Echo cum diligeret, neque viam potiendi invenire, cura & ſolicitudine juvenis, quem extremis vocibus perſequabatur fugientem, extabuit, ejuſque reliquiæ corporis in lapidem converſæ ſunt. Quod ei incidit Junonis ira, quia garrulitate ſua eam ſæpe eſſet morata, ne Jupiter in montibus perſequens nymphas, manifeſto deprehendi poſſet. Fertur Echo filia Junonis ob deformitatem montibus recondita, neque ejus præter vocem quicquam inſpici poſſe, qua tamen poſt abitum audiatur.* Lact.

339. *Ille per Aönias.*] Bœotias. Aonia enim pars eſt Bœotiæ montana ab Aonerege cognominata Hæc autem inſeruntur, ut commodius fabulæ conjungantur.

341. *Vociſque ratæ.*] Conceſſæ artis vaticinandi.

342. *Liriope.*] Congruum Narciſſi matri nomen. ἀπὸ τοῦ λειρίου, à lilio *Farn. Cærula Liriope.*] Narciſſi in floren ejuſdem nominis mutationem refer incipit poëta. Nam Liriope nympha O ceani ac Tethyos filia, à Cephiſo fluvio Bœotiæ compreſſa, Narciſſum peperit, quem Tireſias conſultus à matre, a maturam ſenectutem perventurum, ſ ſe non noſſet, prædixit. Id verò cum ambiguum videretur, exitu tandem fui comprobatum.

343. *Cephiſus.*] *Cephiſos* caſtigatio res. quomodo & apud Vibium ſeque ſtrum, & Priſcianum Periegeſi. quidam etiam *Cephefos*, tam hic, quam alibi nonnulli *Cephiſſos*. ſimiliter varian Græci in hoc nomine, κηφίσος co rum quibuſdam eſt. Homero Iliad. Λίμνῃ κεκλιμένος Κηφισίδι quomo do & Rufus Feſtus, *veteri Cephiſſus vo vitur unda.* Pindaro κηφίσια Pyth. Od IV. at eidem Olymp. Od. XIII. κεκλ σια ὕδατα *Heinſ. Cephiſus.*] Fl. Bœo tiæ, unde & Narciſſus dictus Cephiſius *Farn.*

345. *Infantem Nymphis.*] *Nympha jam tum qui poſſet amari*, Florentinus Marci, & duo Medicei. quod & ſuis Vivianus invenerat. probe. *Hei ſius.*

346. Ne

Digitized by Google

Narciſſumque vocat. de quo conſultus, an eſſet
Tempora maturæ viſurus longa ſenectæ:
Fatidicus vates, Si ſe non noverit, inquit.
Vana diu viſa eſt vox auguris. exitus illam,
Reſque probat, letique genus, novitaſque furoris.
Jamque ter ad quinos unum Cephiſius annum
Addiderat: poteratque puer, juveniſque videri.
Multi illum juvenes, multæ cupiêre puellæ.
Sed fuit in tenerâ tam dirâ ſuperbia formâ;
Nulli illum juvenes, nullæ tetigêre puellæ.
Aſpicit hunc, trepidos agitantem in retia cervos,
Vocalis Nymphe; quæ nec reticere loquenti,
Nec prior ipſa loqui didicit, reſonabilis Echo.
Corpus adhuc Echo, non vox erat: & tamen uſum
Garrula non alium, quam nunc habet, oris habebat;
Reddere de multis ut verba noviſſima poſſet.

Fecerat

346. *Narciſſumque.*] Ἀπὸ τῆς ναρκῆς, quod marceſcat cito, ſi florem reſpicias; ſi poetam, quod ſuo deſiderio marcidus ſuppetat. *Faru.*

348. *Si ſe non noverit.*] *Videris* Bergegert. Cantabrig. aliique multi. *Heinſ. ſi ſe non noverit.*] Hoc eſt, ſi nunquam ſuam pulchritudinem cognoverit.

351. *Namque tot ad quinos unum Cephiſius annos.*] Alter Rogerii Twiſden Namque reſtitus. *Cephiſius* hic etiam plerique veteres. primus Mediceus & duo alii *Cephiſias*. Multi, *Nam quater ad quinos.* ſed perperam. *Heinſ. Nam quaterni.*] Herc. Ciofanus è Codd. Urſini Vaticano, veriſimilioris ſui, Aldini, & uno Celeſtino, legendum contendit, *Namque ter ad quinos*, quam lect. confirmatio videtur vſ. 454. *Quid me puer invice fallit?* & vſ. 470. *primoque extinguor in ævo.* cum prima pars ævi ad ætatis annum 14. plus minus extendatur. nihil muto. *Faru.*

352. *Puer.*] Propter pulchritudinem. *Jovianus.*] Propter magnitudinem. Erat enim magnus & formoſiſſimus, quæ quidem rara eſt felicitas. *R.*

353. *Petiere puellæ.*] *Cupiere* meliores omnes. *Heinſius.*

354. *Dura ſuperbia.*] *Dira* multi veterum. & recte. *Idem.*

356. *Aſpicit hunc.*] Fabulam interponit de Echo nympha compoſitam, cui primum hoc ira Junonis evenit, ut ultimas tantum de vocibus referret. Deinde cum à Narciſſo, cujus amore ardebat, ſpreta eſſet, in lapidem ita fuit converſa, ut vox ſine corpore remanſerit in montibus, ultima verborum auditorum repetens. *R.*

357. *Vocalis.*] Ἀθυρόστομος vocatur Sophocli in Philoctete, loquax, garrula. *Faru. Vocalis.*] Abutens voce; qualis vocatur ἀνὴρ γλωσσώδης, τρίζων λόγον, ἀνὴρ κρόταλος, qui tamen ſolummodo ἐως τοῦ στόμα τολμηρὸς καὶ ἀνθρώπου: cujus tamen poena non longè eſt; ἀκαλίνων enim σωφρονεῖν τὸ τέλος δυσχέρεια.

361. *Verba.*] Ἀφὴ φωνῆς τῆς πάντα λογίσασα. repercuſſa vocis aut ſoni repræſentatio, Eunapius 4. lib. Anthologi.

H'χὼ

Fecerat hoc Juno. quia, cum deprendere poſſet
Sub Jove ſæpe ſuo Nymphas in monte jacentes,
Illa Deum longo prudens ſermone tenebat,
Dum fugerent Nymphæ. poſtquam Saturnia ſenſit;
Hujus, ait, linguæ, qua ſum deluſa, poteſtas
Parva tibi dabitur, vociſque breviſſimus uſus.
Reque minas firmat. tamen hæc in fine loquendi
Ingeminat voces: auditaque verba reportat.
Ergo ubi Narciſſum per devia luſtra vagantem
Vidit, & incaluit; ſequitur veſtigia furtim.
Quoque magis ſequitur; flammâ propiore caleſcit.
Non aliter, quam cum ſummis circumlita tædis
Admotam rapiunt vivacia ſulfura flammam.
O quoties voluit blandis accedere dictis,
Et molles adhibere preces! natura repugnat;
Nec ſinit incipiat. ſed quod ſinit, illa parata eſt
Exſpectare ſonos, ad quos ſua verba remittat.
Forte puer, comitum ſeductus ab agmine fido,
Dixe-

Η'χὼ μιμολόγον, φωνῆς τρόχα, ῥήματος ὑφήν. Farn.

362. *Quia cum deprendere poſſet*] *Quæ cum* multi ſcriptorum. Puto,

——*qua ne deprendere poſſet.*

Heinſius.

364. *Prudens*] Terentianum eſt: *Prudens, ſciens:* id eſt, dedita opera.

365. *Poſtquam hæc Saturnia ſenſit.*] Tolle *Tò hæc* ex auctoritate meliorum codicum. *Heinſius.*

368. *Reque minas firmat.*] Re ipſa & effectu minas exequitur. *R. In fine.*] Modo ad verſ. 361. quibus adde Epigr. 11. Auſonii: *Aëris & linguæ ſum filia, &c. Extremos pereunte modos à fine reducens, Ludificata ſequor verba aliena meis.* Farn.

370. *Per devia rura vagantem.*] *Luſtra* primus Moreti, & unus Mediceus. *Heinſ. Per devia rura.*] Per invias ſylvas. *R. Devia.*] Qui ſe effuſe amant, atque immodicam de ſe conceperunt opinionem, non multum in publico aut in rebus civilibus verſantur: hic enim neglectus multi & vilipendia occurrent, quæ ſe ſibi oſtendant animos ipſorum dejectura: itaque vitam plerumque degunt ſolitariam, privatam & umbratilem vilium hominum comitatu cincti, qui illos colere atque admirari ſibi in animum inducant, ac velut Echo in omnibus dictis factiſque aſſententur, iis & verborum præſtent obſequia. Cl. Baconus, in Narciſſo ſuo. *Farn.*

373. *Circumlita.*] Circumpoſita. Eſt autem periphraſis ſulfuratorum lignorum.

374. *Admotas flammas.*] *Admotam flammam* meliores.] *Heinſ. Vivacia ſulfura.*] Quæ difficulter corrumpuntur. Hac autem ſimilitudine oſtenditur. Echo quo propinquior Narciſſo erat, eo magis amore inflammatam eſſe.

379. *Comitum.*] Eleganter Poëta prius amovet à juvene fidorum comitum agmen, quam admittat reſonas Echus

Digitized by Google

Dixerat, Ecquis adeſt? &, Adeſt, reſponderat Echo.
Hic ſtupet: utque aciem partes diviſit in omnes;
Voce, Veni, clamat magnâ. vocat illa vocantem.
Reſpicit: & nullo rurſus veniente, Quid, inquit,
Me fugis? & totidem, quot dixit, verba recepit.
Perſtat; & alternæ deceptus imagine vocis;
Huc coëamus, ait: nullique libentius unquam
Reſponſura ſono, Coëamus rettulit Echo:
Et verbis favet ipſa ſuis; egreſſaque ſilvis
Ibat, ut injiceret ſperato brachia collo.
Ille fugit: fugienſque, Manus complexibus aufer:
Ante, ait, emoriar, quam ſit tibi copia noſtri.
Rettulit illa nihil, niſi, Sit tibi copia noſtri.
Spreta latet ſilvis: pudibundaque frondibus ora
Protegit: & ſolis ex illo vivit in antris.

Sed

Echus voces, & falſas aſſentatorum acclamationes. Qui & ipſi quo rutius fallant perdantque, abducunt juvenes à parentibus, ab amicis, à monitorum miniſterio, à conſiliis ſanis & virtutibus ipſis. *Sedulius.*] Redi ad paginam 275. v. 142.

380. *Adeſt, Veni, Coëamus, Sit.*] Mirum poëtæ artificium: ut ipſæ voces fabulæ quaſi aliud narrantis repetant ellipſin amicorum & paraſitorum verba: *Adeſt, Veni, Coëamus, Sit tibi copia noſtri.* Farn.

381. *Aciem partes admiſit in omnes.*] *Dimiſit* vel *demittit* ſcripti. niſi quod in uno Mediceo ex præſtantioribus *diviſit.* eleganter. ut apud Catullum,

Nos alio mentes, alio diviſimus aures.

Statius Theb. II.

——*partes pariter diviſus in omnes*
Has obit, atque illos.

Virgil. Æn. IV. & VIII.

Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,
In partesque rapit varias, perque omnia luſtrat.

Seneca Troaſin:

Laſſabar in tot oſcula & in totum gregem
Dividere matrem.

dividere diem ibidem Act. II.

Sic fatus altâ voce diviſit diem.

ita optimus codex: aliquid jam diximus Notis ad Claudiani lib. II. in Rufinum. *Heinſius.*

385. *Alterne vocis.*] Alternatim emiſſæ, primum à Narciſſo, deinde ab Echo.

388. *Egreſſaque ſilva.*] *Silvis* Neap. ſec. Med. aliique nonnulli. *Heinſius.*

390. *Fugienſque manus complexibus aufert.*] Reſcribe meo periculo invitis membranis, & redde ſuas elegantias Naſoni.

Ille fugit, fugienſque, Manus complexibus aufer.

ut fugientis & complexum averſantis Narciſſi verba ſint. *Idem.*

391. *Sit tibi copia noſtri.*] Ter. Phorm. I. 2. *Obſecrat, ut ſibi ejus faciat copiam.*

394. *Antris.*] Ad ſpeluncas enim, ſaxa, rupes ſolidas & concavas, voces per aëris partes clarius repercuſſæ reſiliunt. Farn.

395. *Ha-*

Digitized by Google

Sed tamen hæret amor; crescitque dolore repulsæ.
Attenuant vigiles corpus miserabile curæ:
Adducitque cutem macies; & in aëra succus
Corporis omnis abit. vox tantum, atque ossa supersunt.
Vox manet. ossa ferunt lapidis traxisse figuram.
[Inde latet silvis: nulloque in monte videtur;
Omnibus auditur. sonus est, qui vivit in illâ.]
Sic hanc, sic alias undis aut montibus ortas
Luserat hic Nymphas; sic cœtus ante viriles.
Inde manus aliquis despectus ad æthera tollens,
Sic, amet iste licet, sic non potiatur amato,
Dixerat. assensit precibus Rhamnusia justis.
Fons erat illimis, nitidis argenteus undis,
Quem neque pastores, neque pastæ monte capellæ
Contigerant, aliudve pecus: quem nulla volucris,
Nec fera turbarat, nec lapsus ab arbore ramus.
Gramen

395. *Haret amor.*] Videtur respicere poëta ad illud Virgil. 4. Æneid.

——— *Hæret lateri lethalis arundo.*

Quod & Terentio familiare. Eunuch. 5. 9. ——*perfice hoc* ——*precibus, pretio, ut hæream aliqua in parte tamen apud Thaidem.*

396. *Et tenuant.*] Multi *Attenuant.* Heinsius. *Corpus.*] Vocis metamorphosin fecerat Junonis ira; corporis, Narcissi repulsa. *Farn.*

401. *Qui vivit in illa.*] Malim *vivat*, nisi hunc & præcedentem versum tollendos censeo. Nam quid opus erat repeti, *Inde latet silvis*, cum paulo ante dixisset, *Sprevit haud silvis?* Heinsius.

FAB. VI. *Arg.* Sic hanc, sic alias, &c.] *Narcissum superadictum ob nimiam crudelitatem, quam in Echo exhibuerat, Nemesis ultrix fastidientium, in amorem sui impulit, ut non minore flamma ille exureretur. Qui cum ex assidua venatione fatigatus secundum fontem in opaco procubuisset, & hauriens aquam imaginem sui conspexisset, & dirius ibi vemoraretur, novissime rubum, ita ut vita privaretur, ex cujus reliquiis flos exiit, quem Naiades nymphæ, flentes casum fratris, Narcissi nomine notarunt.* Lact.

405. *Sic amet ipse.*] *Iste* cum melioribus. & mox *pastæ monte capellis* ablato *que in.* Heinsius.

406. *Rhamnusia.*] Nemesis Dea, quæ rerum cum prosperarum nimis, aut adversarum vices rependit, sceleratorum superbiam & insolentiam ulciscitur, innocentiam moderatorum asserit. *cujus effigiem Rhamnunte Atticæ pago cultam describit Pausanias in Atticis. Marcellinus sub exitu 14. lib. Strabo. 9. lib.* alii. Erat coronata & alata; dextra gestabat hastam fraxineam, sinistra phialam in qua inclusi erant Æthiopes; cervo insidebat. epimythium dabunt Am. Marcell. dicto lib. 14. Petr. Crinitus 19. lib. de honest. disciplina. cap. Erasmus in adagio, Adrastia Nemesis. Post omnes egregie Cl. Bacouius, in Nemesi seu vicibus rerum. *Farn.*

411. *Gra-*

Gramen erat circa, quod proximus humor alebat:
Sylvaque, ſole lacum paſſura tepeſcere nullo.
Hic puer, & ſtudio venandi laſſus & æſtu,
Procubuit; faciemque loci, fontemque ſecutus.
Dumque ſitim ſedare cupit; ſitis altera crevit.
Dumque bibit, viſæ correptus imagine formæ,
Rem ſine corpore amat: corpus putat eſſe, quod umbra eſt.
Adſtupet ipſe ſibi, vultuque immotus eodem
Hæret, ut è Pario formatum marmore ſignum.
Spectat humi poſitus geminum ſua lumina ſidus,
Et dignos Baccho, dignos & Apolline crines,
Impubeſque genas, & eburnea colla, deculque
Oris, & in niveo miſtum candore ruborem;
Cunctaque miratur; quibus eſt mirabilis ipſe.
Se cupit imprudens. &, qui probat, ipſe probatur.
Dumque petit, petitur: pariterque incendit, & ardet.
Inita fallaci quoties dedit oſcula fonti!

In

411. *Gramen.*] Herba. Elegantius Pal. *Gramen erat circum.* Heinſius.

412. *Ipſe locum.*] *Locum* recte unus Bellicenſis. nam *facies loci* mox ſequitur. ſic infra v. 500. *totidemque remiſit Verba locus* cum Arondelliano. *Idem.*

413. *Et æſtu.*] Solis fervore. *R. Puer.*] Vide Narciſſi icona apud Philoſtratum lib. 1. Iconum. & ſtatuam Narciſſi in Caſſiſiaci ſtatuis. *Farn.*

415 *Sitis altera.*] Cupiditas altera, hoc eſt, amor. Nihil enim aliud eſt amor, quam cupiditas potiundi rei amatæ.

417. *Spem ſine corpore amat.*] Thyſii, unus Medicorum, & unus Argentinus *Rem.* probe lib. VII.

Quod nihil eſt amavit, amavit ſine corpore rem. Heinſ.

Spem ſine corpore amat.] Amat ſpem ſine corpore Narciſſus, hoc eſt, illud quod ex ipſa nihil erat, amat, umbram videlicet, & ſpem corporis, quod cuiquam tribuat. *Scalig.*

420. *Geminum ſua lumina ſidus.*] Cum *lumina ſidus* majori ex parte veteres. Bothorius in Apophoretis legit, *geminum ſua ſidera lumen.* ut excerpta Langermanni. Ego, ſi quid mutandum ſit, referibam, *geminum duo lumina ſidus.* Heinſius.

421. *Et dignos Baccho digitos.*] Nota eſt poëtis ποδοδακτυλικὴ hæc. De Bacchi digitis mera nugantis librarii ſomnia. Repone igitur ex fide Florentini optimi, Thuanei, Neap. primi Palat. primi Vaticani, utriuſque Erfurtani, Arond. & trium aliorum, ut parenti meo reponendum videbatur, quodque ex ſuis codicibus Viviannus & Cieſanus jam monuerunt,

Et dignos Baccho, dignos & Apolline crines.

de Bacchi comis paſſim poëtæ hinc, διαπρεπέσιν dictus & εὐπρόσωπος Græcis. *Idem.*

426. *Accendit & ardet.*] *Incendit* plerique veteres. & mox *in medias aquas* non *mediis aquis.* Idem.

433. *Aver-*

In medias quoties visum captantia collum
Brachia mersit aquas; nec se deprendit in illis!
Quid videat nescit. sed quod videt, uritur illo:
Atque oculos idem, qui decipit, incitat error.
Credule, quid frustra simulacra fugacia captas?
Quod petis, est nusquam: quod amas, avertere, perdes
Ista repercussæ, quam cernis, imaginis umbra est.
Nil habet ista sui. tecum venitque, manetque:
Tecum discedat; si tu discedere possis.
Non illum Cereris, non illum cura quietis
Abstrahere inde potest. sed opacâ fusus in herbâ
Spectat inexpleto mendacem lumine formam:
Perque oculos perit ipse suos paulumque levatus,
Ad circumstantes tendens sua brachia silvas;
Ecquis, io silvæ, crudelius, inquit, amavit?
Scitis enim, & multis latebra opportuna fuistis.
Ecquem, cum vestræ tot agantur sæcula vitæ,
Qui sic tabuerit, longo meministis in ævo?
Et placet, & video: sed quod videoque, placetque,
Non tamen invenio. tantus tenet error amantem.
Quoque magis doleam; nec nos mare separat ingens,
Nec via, nec montes, nec clausis mœnia portis.
Exiguâ prohibemur aquâ. cupit ipse teneri.
Nam quoties liquidis porreximus oscula lymphis;
Hic toties ad me resupino nititur ore.

Quis-

433. *Avertere.*] Tu modo te averte, nulla erit umbra, nihil quod ames. *Farn.*

434. *Repercussæ.*] Ab aqua *tanquam a speculo* remissæ.

436. *Tecum discedat.*] *Discedat* unus meus. *Heinsius.*

437. *Cereris.*] Cibi. *Quietis.*] Somni. *R.*

438. *Opaca herba.*] Umbrosa.

439. *Inexpleto lumine.*] Oculis, quo non poterant satiari. *Mendacem formam.* Falsam adolescentis figuram. *R.*

443. *Scitis enim.*] Sic Homer. Iliad. β (Ὑμεῖς γὰρ δὴ ἴστε, πάντ' ἐν ἰκὶ τε πάντα, &c.)

444. *Vestra.*] *Cervum multiplicat novies Phœnix reparabilis ales. Quem vos perpetuo decies prævertitis ævo Nymphæ Hamadryades, quarum longissima vita est.* Farn. *Ecquem cum vestra.*] Ordo est. Ecquem meministis in longo ævo qui sic tabuerit & paullatim consumptus sit.

447. *Tantus error amantium.*] *Di boni, quid hoc morbi est? adeone homines immutarier Ex amore, ut non cognoscas eundem esse.* Eunuch. 2. 2.

453. *Mihi*

Posse putes tangi. minimum est quod amantibus obstat.
Quisquis es, huc exi. quid me, puer unice, fallis?
Quove petitus abis? certe nec forma, nec ætas
Est mea, quam fugias; & amarunt me quoque Nymphæ.
Spem mihi nescio quam vultu promittis amico:
Cumque ego porrexi tibi brachia, porrigis ultro:
Cum risi, arrides. Lacrymas quoque sæpe notavi
Me lacrymante tuas. nutu quoque signa remittis:
Et, quantum motu formosi suspicor oris,
Verba refers aures non pervenientia nostras.
In te ego sum, sensi: nec me mea fallit imago.
Uror amore mei. flammas moveoque feroque.
Quid faciam? roger, anne rogem? quid deinde rogabo?
Quod cupio mecum est. inopem me copia fecit.
O utinam nostro secedere corpore possem!
Votum in amante novum; vellem, quod amamus, abesset.
Jamque dolor vires adimit: nec tempora vitæ
Longa meæ superant: primoque extinguor in ævo.
Nec mihi mors gravis est posituro morte dolores.

Hic,

453. *Minimum est quod amantibus obstat.*] Ti& multi veteres non agnoscunt. Fone,

——*minimum quid amantibus obstat.*

Heinsius.

455. *Certe.*] Scripsit Euanthes in fabulosis, sororem Narcisso gemellam fuisse cum oris forma, tum coma & omni corporis parte similem, quam unice amavit. Hæc mortua, ille desiderii impatiens dicitur ad fontem venire solitus, ut ejus imaginem ibi intueretur. Verum ubi id solatium leve videretur, dolore denique periit, vel, ut aliis placet, se in fontem dejecit. Sed hæc ad Narcissi gratiam ficta esse ait Pausanias in Beot. *Farn.*

456. *Nymphæ.*] Echo, Najades, Oreades, supra v. 402. *Farn. Fugias.*] Fastidias. T.

463. *Ipse ego sum.*] Alii *ipse*. sed primus Medicens arguté. *In te ego sum.* Heins. *Ille ego sum.*] Agnoscit tandem errorem suum ac vanitatem; nec tamen animum mutat, sic amator ille apud Comicum; *Et illam sceleſtam, & me miſerum eſſe ſentio; Et tædet; & amore ardeo; & prudens, ſciens, vivus, videnſque pereo; nec quid agam ſcio.* Ter. Eunuch. 1. sci. licet 8. act. *Farn.*

466. *Inopem me copia fecit.*] Ausonius de Narcisso: *Si cuperes alium, poſſes Narciſſe potiri.* Nunc tibi amoris adest copia: fructus abest, epigram. 95. Itidem 96. *Farn.*

467. *O utinam à noſtro.*] Tolle Τὸ ἀ, & versu proximo Τὸ *eſt* ex fide optimorum codicum. *Heinsius.*

470. *Superant.*] Supersunt, restant. *Superant.*] Superstites sunt & reliqui. Quod Virgilianum est:

——*Superamne, & veſcitur aura?*

Hic, qui diligitur, vellem diuturnior eſſet.
Nunc duo concordes animâ moriemur in unâ.
Dixit, & ad faciem rediit male ſanus eandem;
Et lacrymis turbavit aquas: obſcuraque moto
Reddita forma lacu eſt. quam cum vidiſſet abire;
Quo fugis? oro, mane; nec me, crudelis, amantem
Deſere, clamavit. liceat, quod tangere non eſt,
Adſpicere: & miſero præbere alimenta furori.
Dumque dolet, ſummâ veſtem deduxit ab orâ,
Nudaque marmoreis percuſſit pectora palmis.
Pectora traxerunt tenuem percuſſa ruborem.
Non aliter, quam poma ſolent; quæ candida parte,
Parte rubent. aut ut variis ſolet uva racemis
Ducere purpureum, nondum matura, colorem.
Quæ ſimul aſpexit liquefactâ rurſus in undâ;
Non tulit ulterius; ſed, ut intabeſcere flavæ

Igu

477. *Quo refugis? remane.*] Primus Palat. *Quove fugis.* unus Voſſian. *Quo fugis? ô remane.* quatuor, *Quo fugis? remane.* Scribe, *Quo fugis? oro mane.* H. *Nec me crudelis amantem Deſere.*] *Deſine* primus Baſil. tertius Mediceus, prior Regius, aliique multi. Vide Notas Art. Am. lib. II. v. 725. *Idem.*

479. *Miſero furori.*] Quod miſeros homines faciat, qui illo vexantur.

480. *Summo veſtemque reduxit ab ore.*] *Veſtem deduxit* multi veteres. primus Gronovianus, & cum Barberiniano quatuor aut quinque alii, *ſumma veſtem deduxit ab ora.* recte. lib. v. *ut ſumma veſtem laniarat ab ora.* ſic contra *tunicas ora ſubducere ab ima* in re obſcœna lib. II. Faſtor. nudaturis pectus deducenda erat veſtis. lib. XIII. Met.

——*veſtemque manu deduxit, & hæc ſunt*
Pectora ſemper, ait, veſtris exercita rebus.

ubi *diduxit* malè nunc legitur. Seneca Hercule OEtæo;

——*mater in luctum furens*
Deduxit avidum pectus, atque ut tenus
Exerta vaſtos ubera in planctus ferit.

ſic probe veterrimus codex. Plura tavimus Amor. l. I. Eleg. VII. vſ. 41.

482. *Tenuem percuſſa ruborem.*] *ſenim ruborem* Florentinus S. Marci, mus Vaticanus & duo alii. *Idem.*

486. *Liquefacta rurſus in unda.*] liquefacta dici poteſt, de unda non nor. Nec libri tamen veteres opitul tur. Cenſeo nihilominus ſcribendu *liquenti unda.* eſt enim prima ſylla communis, quod ignoratum inſci librariis ſcripturæ genuinæ mutan cauſam dedit. ſic *liquentia flumina* ap Virgilium primâ ſyllabâ producta. de Notas Pont. lib. I. Eleg. II. vſ. Propius tamen accedit ad vulgat ſcripturam *ſi liquaci undâ* reponas. qua diximus Remed. Amor. vſ. 1 *Idem.*

487. *Non tulit ulterius.*] Virgil. Æneid. *Non tulit hanc ſpeciem furi mente Cherubus:* & alibi, *Non tulit animis.*

490.

Digitized by Google

Igne levi ceræ, matutinæve pruinæ
Sole repente solent, sic attenuatus amore
Liquitur; & cæco paulatim carpitur igni.
Et neque jam color est misto candore rubori;
Nec vigor, & vires, & quæ modo visa placebant,
Nec corpus remanet, quondam quod amaverat Echo.
Quæ tamen ut vidit, quamvis irata memorque,
Indoluit: quotiesque puer miserabilis, Eheu,
Dixerat; hæc resonis iterabat vocibus, Eheu.
Cumque suos manibus percussserat ille lacertos,
Hæc quoque reddebat sonitum plangoris eundem.
Ultima vox solitam fuit hæc spectantis in undam,
Heu frustra dilecte puer! totidemque remisit
Verba locus: dictoque Vale, Vale inquit & Echo.
Ille caput viridi fessum submisit in herbâ.
Lumina nox claudit domini mirantia formam.

Tum

490. *Liquitur.*] Liquescit, ac paulatim consumitur. *Et tecto carpitur igni.*] Occulto amore cruciatur. *R. Liquitur.*] Add ad p. 770. vs. 101. *Et tecto paulatim carpitur igni.*] Longe rectius *cæco igni* veteres Mediceus & quinque alii. sex pro diversa lectione id ipsum quoque exhibent. Notum hoc Maronis,

Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.

Noster libro VIII. de Meleagro,

——*cæcis torreri viscera sentit*
Ignibus.

Lucretius lib. IV.

Posse ut ex igni cæco consurgere flamma. Heins.

491. *Et neque.*] Ad φιλαύτου mentem & ἀναισθήτου ingenia exprimenda eleganter sumitur flos vernus, ἀτεκμάρτως φιλαμβρόσιος pluviæ fititor, cum ejusmodi ingenia spem sui sub initia prodigum præbeant, quam tamen fallant, & frugis bonæ expectationem defraudent. *Farn.*

493. *Quæ tamen.*] *Commoritur, Narcisse, tibi resonabilis Echo, Vocis ad extremos exanimata modos. Et peremtis adhuc gemitum resecuta querelis Ultima nunc etiam verba loquentis amat.* Ausonius 97. Epigr. *Farn. Quamvis irata memorque.*] Se à Narcisso fuisse spretam.

495. *Miserabilis.*] Miserandus, ac misericordia dignus.

498. *Plangoris.*] Percussionis. *R.*

501. *Locus.*] Echo quæ in illo erat loco.

503. *Lumina mors clausit.*] *Mox* Cantabrig. & tres alii. *claudit* etiam meliores. Scribe, *nox claudit* quod pro diversa lectione in uno Thuaneo & uno Basileensi extabat. *nox* pro morte. sic & apud Propertium videtur legendum lib. II. Eleg. XIII.

Quandocunque igitur nostros nox claudet ocellos

In æternam clauduntur lumina noctem Virgilio. Lucanus lib. III. de Argi patre moribundo,

Nox subit, atque oculos vasta obduxere tenebra. Heins.

Tum quoque ſe, poſtquam eſt infernâ ſede receptus,
In Stygiâ ſpectabat aquâ. planxêre ſorores
Naïdes: & ſectos fratri poſuere capillos.
Planxere & Dryades. plangentibus aſſonat Echo:
Jamque rogum, quaſſaſque faces, feretrumque parabant
Nuſquam corpus erat. croceum pro corpore florem
Inveniunt, foliis medium cingentibus albis.

Cognita res meritam vati per Achaïdas urbes
Attulerat famam: nomenque erat auguris ingens.
Spernit Echionides tamen hunc, ex omnibus unus
Contemtor Superûm Pentheus: præſagaque ridet
Verba ſenis; tenebraſque & cladem lucis ademtæ

Obji

504. *Tum quoque.*] Quaſcunque curas aut ſtudia quis in animam contraxerit in hac vita, vel à natura, vel affectibus, aut vitæ ratione, ea manent etiam cum corpus exuerit. Plato in Gorgia: *Cura non ipſa in morte relinquunt.* Virg. 6. Æneid. *quæ gratia currûm Armorumque fuit vivis; quæ cura nitentes Paſcere equos; eadem ſequitur tellure repoſtos.* Farn.

506. *Sectos capillos.*] redi ad p. 148. v. 116.

507. *Planxerunt Dryades.*] *Planxere* primus Moreti, prior Hamburg. & quinque alii. Repone *Planxere & Dryades.* præcedenti verſu pro *fratri impoſuere* primus Gronovianus, prior Erfurtenſis, & duo alii, *poſuere*, quod arridet. nam quomodo fratri imponerent capillos, qui nuſquam erat? *Heinſ.*

509. *Croceum florem.*] Nareiſſum. *R. Florem.*] Flos hic Diis inferis ſacer fingitur, ut qui floreat tantum & tranſeat, neque ullum ex ſe fructum edat. ita & ingenia præcocia haud facile perveniunt ad frugem. *Farn.*

FAB. VII. *Arg.* Cognita res vati meritam per Achaidas urbes, &c.] *Pentheus Echionis & Agaves filius in contemptum trahens prædicta Tireſiæ auguris, cum in adventu Liberi, Thebani hedera redimiti procederent, ac ſacra ſuſciperent, prohibet ſuos Pentheus parere monitis: quod agaret ex Semele Bacchum Deum prodi-*

tum. Confeſtim itaque famulis imperat, in conſpectum ſuum Liberum vinctum trahant. At ille ut veſanientem eludens verſus in Acetem ducitur vinctus, & foditur clauditur. Lact.

511. *Cognita res.*] Expoſiturus quem admodum Thyrrheni quidam nau Bacchum contemnentes in delphin mutati fuerunt, & alia quædam, & Pe theï regis Thebarum impietatem & c dem narrat, ut fabulæ meliùs conju gantur. *Per Achaïdas urbes.*] Achaic *Achaïca* regio eſt Græciæ, Peloponn ſo contermina. *R. Vatis.*] *Vati* ex ſc ptis. *Heinſius.*

513. *Echionides.*] Ipſe reſpondet B cho apud Euripidem in Bacchis. Π Ζεὺς Ἀγαυῆς πατὶς, πατρὸς δ' Ἐχίονο cui Bacchus: Εὐδυσχέραινε τόνδ' ἰ τύδε δ' εἶ. Nec non Luciano in con lio Deorum κακοδαιμονίσατε, πε πε ἀπὸ τῦ πάππυς. *Farn.*

514. *Penthens.*] Fabula hæc noti ma eſt: quæ tamen paulo aliter r moratur in Corinth. Taurum pro B cho cædit, uti caprum pro Ulyſſe jax. Plaut. Mercat. 2. 4. *Pentheum ripuiſſe ajunt Bacchas.* Et, de Bacchis, *Baccha ſunt acerrimæ, apage iſtas à me rores.*

515. *Tenebras & cladem.*] Ex iiſd *tenebraſque.* Heinſ. *Tenebras, &c.*] C citatem, *F.*

517. I

Objicit. ille movens albentia tempora canis,
Quam felix eſſes, ſi tu quoque luminis hujus
Orbus, ait, fieres; ne Bacchia ſacra videres!
Jamque dies aderit, jamque haud procul auguror eſſe;
Qua novus huc veniat proles Semeleïa Liber.
Quem niſi templorum fueris dignatus honore;
Mille lacer ſpargêre locis: & ſanguine ſilvas
Fœdabis, matremque tuam, matriſque ſorores.
Evenient. neque enim dignabere numen honore:
Meque ſub his tenebris nimium vidiſſe querêris.
Talia dicentem proturbat Echione natus.
Dicta fides ſequitur; reſponſaque vatis aguntur.
Liber adeſt: feſtiſque fremunt ululatibus agri.

Turba

517. *Bacchica ſacra.*] *Bacchia* pri. Vatic. pri. Erfurt. pri. & ſec. Medic. ſec. Palat. Cantabrig. aliique plurimi. ſic Trif. lib. 1. Eleg. VI. *Bacchia ſerta.* in ſcriptis. *Heinſ.*

519. *Namque dies aderit, quam non procul auguror eſſe.*] Scripti veteſtiores, *quam jam haud procul*, vel, *quam jam procul.* & *Jamque dies.* alii *quam haud* vel *jam haud.* Scribe,

Jamque dies aderit, jamque haud procul auguror eſſe.

Deinde repone *veniat* pro *veniet* ex melioribus. *Idem.*

520. *Semeleïa.*] Diodorus lib. 4. tres numerat Bacchos. 1. Indum, Inventorem vitis ſerendæ. 2. Jovis & Proſerpinæ filium, agriculturæ inventorem. 3. Jovis ex Semele filium, cui inventa & victorias priorum tribuunt Græci. Jul. Firmicus de errore profanæ relig. duos fuiſſe Bacchos tradit, Cretenſem, & Thebanum, apud quem plura legere eſt de utroque non vulgo nota. Cicero 3. lib. de Nat. Deorum enumerat quinque. De nullo vero horum mentio à poëtis fit, niſi de Jovis hoc & Semeles filio. *Farn.*

523. *Matremque.*] Agaven matrem. nonnetas Ino & Antonoën.

524. *Eveniet.*] Multi veterum Et *veniet.* Lego *Evenient.* In Ibide,

Evenient. dedit ipſe mihi modo ſigna futuri
Phœbus.

Vide Notas Faſt. IV. vſ. 775. & Triſt. I. El. VIII. *Heinſius.*

527. *Aguntur.*] Exitum perinde ſortiuntur. *Farn.*

528. *Liber.*] De Bacchanalibus, ſacro Græco, ſcelerum omnium ſeminario, videatur Liv. 94. lib. ubi in concione Portius Cato Conſul inter cætera: *Primum*, inquit, *mulierum magna pars eſt. deinde ſimillimi ſarcinus mares ſtuprati, & conſtupratores, fanatici, vigiles, vino, ſtrepitibus, clamoribuſque nocturnis attoniti, &c.* In his ſacris Bacchantes thyrſos gerentes pampinis hederaque coronati geſtabant vites, hircos, cophinos, phallos; per ſylvas, montes, nemora furibundæ ſaltabant; diſſono clamore, ululatu, tibiarum cantu & cymbalorum tinnitu omnia replebant. hic ſtupra promiſcua, cædes infandæ. Sed plura lege apud Patres 55. Arnob. 5. lib. Aug. de Civ. Dei 6. lib. cap. 9. & 18. lib. c. 13. Clem. Alexand. in Protrep. Euſeb. 2. lib. Præpar. Euang. cap. 5. Tertull. de ſpectaculis. Firmicum de err. prof. relig. *F.*

Turba ruunt : miſtæque viris matreſque nuruſque,
Vulguſque, proceresque, ignota ad ſacra feruntur.
Quis furor, anguigenæ, proles Mavortia, veſtras
Attonuit mentes? Pentheus ait. ærane tantum
Ære repulſa valent? & adunco tibia cornu?
Et magicæ fraudes? ut quos non belliger enſis,
Non tuba terruerint, non ſtrictis agmina telis;
Fœmineæ voces, & mota inſania vino:
Obſcœnique greges, & inania tympana vincant?
Voſne, ſenes, mirer? qui longa per æquora vecti
Hac Tyron, hac profugos poſuiſtis ſede Penates;
Nunc finitis ſine Marte capi? voſne, acrior ætas,
O juvenes, propiorque meæ; quos arma tenere,
Non thyrſos: galeâque tegi, non fronde decebat?
Eſte, precor, memores, qua ſitis ſtirpe creati:
Illiuſque animos, qui multos perdidit unus,
Sumite ſerpentis. pro fontibus ille lacuque.
Interiit: at vos pro famâ vincite veſtrâ.

Ill

529. *Turba ruit.*] *Ruunt* rectius nonnulli. *Heinſius.*

531. *Anguigena.*] Thebani.

532. *Attollit mentes.*] *Attonuit* Naugeriani codices. optime. quam lectionem Neapolitanus & Urbinas ex noſtris agnoſcunt, & ſec. Medicæus, & excerpta Calandræ. agnoſcit & Scholiaſtes Statii ad lib. VII. Theb. Noſter ſæpe hoc verbo utitur, Phædræ Epiſt.

Ut quas ſemidea Dryades Faunique bicornes
Numine contactas attonuere ſuo.

Heinſ.

534. *Ut quos non bellicus.*] Res longe indigniſſima, moveri & expugnari cantibus ac vocibus fœminarum, ebriorum; & à conſtantia, gravitate, magnitudine animi & fortitudine tam facile dimoveri. *Bellicus enſis.*] Magis placet, quod primus Gronovianus pro diverſa lectione exhibebat, *belliger enſis.* Barberin. *bellifer.* ſic apud Martialem, *Hermes belligerâ ſuperbus haſtâ.* pro *frondes magica* optimus Cantabrig. *frondes.* s gute. ut ad thyrſos alludatur. *Pro re rueris* etiam *terruerint* multi ex melio ribus. *Idem.*

539. *Hac Tyron, ac profugos.*] Mul veterum. *A Tyro hac profugos*, quod V vianum, Ciofanum, ac Giphanium in dice Lucretiano approbatores inveni alii aliter codices. Ego illos ſequor, q *Hac Tyron, hac profugos* exhibens, quo eam quoque lectionem à Scholiaſte Sc tii Theb. VII. videam agnoſci. dictu ut illud Virgilii,

Ilium in Italiam tranſfer victoſque Penates. Idem.

A Tyro.] Tyros inſula eſt Phœniciæ jacens, à Tyro Phœnicis filio dicta. E etiam Tyros Laconiæ urbs & inſula mari rubro. *R.*

542. *Thyrſos.*] Quem Graci voca *βακτηρίαν κισσίνην πλοκὴν. Pa pinea cuſpis.* Senec. *Pampinea haſt* Virgil. Hinc ipſe Liber, *ὁ κισσὸς ὁ κα σκηπτος.*

547. *Vi*

Digitized by Google

Ille dedit leto fortes: vos pellite molles,
Et patrium revocate decus. si fata vetabant
Stare diu Thebas; utinam tormenta virique
Mœnia diruerent: ferrumque igniſque ſonarent!
Eſſemus miſeri ſine crimine: ſorſque querenda,
Non celanda foret: lacrymæque pudore carerent.
At nunc à puero Thebæ capientur inermi:
Quem neque bella juvant, nec tela, nec uſus equorum;
Sed madidus myrrhâ crinis, molleſque coronæ,
Purpuraque, & pictis intextum veſtibus aurum.
Quem quidem ego actutum (modo vos abſiſtite) cogam
Aſſumtumque patrem commentaque ſacra fateri.
An ſatis Acriſio eſt animi, contemnere vanum
Numen, & Argolicas venienti claudere portas;
Penthea terrebit cum totis advena Thebis?
Ite citi, (famulis hoc imperat) ite, ducemque
Attrahite huc vinctum. juſſis mora ſegnis abeſto.
Hunc Avus, hunc Athamas, hunc cæterа turba ſuorum
Corripiunt dictis: fruſtraque inhibere laborant.
Acrior admonitu eſt; irritaturque retenta
Et creſcit rabies: remoraminaque ipſa nocebant.

Sic

547. *Vincite molles.*] *Pellite* ex optimis ſcriptis. nam *vincite* verſu primo præcellerat. *Heinſ.*

548. *Et patrium retinete decus.*] *Revocate* pro diverſa lectione pri. Gronov. & unus Palatinus. ut apud Silium,

——— *revocate in pectora Cannas.*

Idem.

549. *Utinam tormenta.*] Inſtrumenta ſunt bellica à torquendis lapidibus, aliiſque miſſilibus dicta.

551. *Sorſque querenda.*] Hoc eſt, ſors noſtra lamentatione quidem digna foret, non vituperatione.

555. *Sed madidi myrrhâ crines.*] *Madida crinis* ſcripti. *Heinſ.*

558. *Commenta aque ſacra.*] Conficta. *Et Patrem.*] Jovem quem mentitus eſt patrem. Οὐ δίχομαι βροτὸν ἄνδρα τόν ἐμὸν γόνον. Bacchus apud Nonn. 44. l. Dion. ἀλλά ὁ τύφω ἴγχοι χαλκείῳ τετορμένον εἰς πτύχα μυρὶ, Ὅττι. Διὸς μεγάλοιο γονὴν ἰψεύσατο μητὶ. *Farn.*

559. *An ſatis.*] Acriſius Argivorum rex, occluſis portis, neque Deum hunc, neque ſacra ipſius admiſit. *Farn.*

561. *Advena.*] Bacchus, quem non civem agnoſcit Pentheus; nedum Deum.

564. *Hunc Athamas.*] Æoli filius fuit Athamas Cadmi gener. *R. Hunc avus.*] Apud Euripidem in Bacchis, non audit Cadmum, non Tireſiam. *Farn.*

566. *Acrior.*] Protervior, contumacior.

567. *Moderaminaque ipſa nocebant.*] *Remoramina* Mediceus chartaceus ex optimo codice deſcriptus, pri. Baſil. pri. Regius, aliique nonnulli. atque ita vetertimus

'Sic ego torrentem, qua nil obſtabat eunti,
Lenius, & modico ſtrepitu decurrere vidi.
At, quacunque trabes obſtructaque ſaxa tenebant,
Spumeus, & fervens, & ab objice ſævior ibat.
Ecce cruentati redeunt: &, Bacchus ubi eſſet,
Quærenti domino, Bacchum vidiſſe negârunt.
Hunc, dixere, tamen comitem, famulumque ſacrorum
Cepimus: & tradunt manibus poſt terga ligatis,
[Sacra Dei quondam Tyrrhenâ gente ſecutum.]
Aſpicit hunc oculis Pentheus, quos ira tremendos
Fecerat: &, quanquam pœnæ vix tempora differt,
O periture; tuâque aliis documenta dature
Morte, ait, ede tuum nomen, nomenque parentum,

terrimus S. Marci Florentinus ac priores Hamburgenſis & Erfurtanus prodiverſa lectione pri. Palat. *rememinaque* mendoſe. tres *retinaculaque*. duo *hortaminaque*, unus Baron. *revocaminaque*. non male vide Notas Epiſt. XIII. vſ. 135. *Heinſ. Moderamina.*] Seniorum admonitiones.

570. *Obſtructaque ſaxa jacebant.*] *Tenebant* ſcripti fere omnes, tres *objectaque*. duo *obſtruſaque*. unus Medic. *abſtruſaque*, alius *abſtructaque*, alius item *obſtractaque*. unus Moreti *obſtrictaque*. Puto *obſtrataque*. verbo parum uſitato, ſed convenienti tamen pri. Gronov. *abruptaque*. Heinſius.

573. *Quærenti domino.*] Tyranno R. *Cruentati.*] Vulnerati à comitibus Bacchi, dum Bacchum & Bacchas prehendere tentarent. *Farn. Bacchum.*] Famuli tamen in Bacchis Euripid. Πενθεῦ, πάρεσμεν, τὸν δ' ἄγραν ἠγρευκότες Ἐφ' ὧν ἤκομεν, &c. ipſum adducentes Bacchum, quem Noſter Acœtæ ſub imagine inducit latentem.

575. *Manibus poſt terga revinctis.*] *Ligatis* plerique. Opinor autem proxime ſequentem verſum eſſe adulterinum. *Heinſius.*

576. *Tyrrhena.*] Qui modo vſ. 576. erat Tyrrhena de gente, quomodo nunc illi patria Mœonia eſt? Tyrrheni, iidem Thuſci & Hetrusci. à Lydis & Mœonii oriundi, qui ſub Tyrrheno Lydii fratre duce, eam Italiæ partem appulſi occuparunt quæ Hetruria appellatur, ad mare Tyrrhenum, Thuſcum, ſeu inferum. Ubi Lydia quondam Gens bello præcla ra jugis inſedit Hetruſcis. Virgil. 8. Æneid. Adi Dionyſ. Halicarnaſſ. 1. lib F.

577. FAB. VIII. & IX. *Arg.* Aſpicit hunc Pentheus, &c.] *Acœtes ſupra dictus Liberi comes, cujus ſub imagin Deus latuerat, eludens Penthea, indicat ri gi, quia ita exigeret, nomen genuſque arm ſua, & quanta vis apparuerit in Libero quo tempore petens Naxon in Tyrrhenos in cideret: ab his enim propter eximiam pul chritudinem captum pro præda, impoſitum que navigio, ut vidit in aliam ſe duci ri gionem, armamenta navis in feras ac ſerpen tes convertit. Quo prodigio exterriti Tyrrheni in pelagus ſe præcipitavere, ac in del phines & aves ſe mutavere. Poſt hæc in rum cuſtodia clauditur, quæ cum ſponte De patuiſſet, & vincla à manibus deſiluiſſent in montem Citharona digreditur, ibique Ag zavem matrem ejus alienatam furore ad invantibus ſororibus Ino & Autonoë im pellit, ut ipſum ſacra proterentem ſua in terimat manu.* Lact.

586. *Lin*

Digitized by Google

Et patriam; moriſque novi cur ſacra frequentes.
Ille metu vacuus, Nomen mihi, dixit, Acœtes;
Patria Mæonia eſt: humili de plebe parentes.
Non mihi, quæ duri colerent pater arva juvenci,
Lanigeroſve greges, non ulla armenta reliquit.
Pauper & ipſe fuit: linoque ſolebat & hamis
Decipere, & calamo ſalientes ducere piſces.
Ars illi ſua cenſus erat. cum traderet artem;
Accipe, quas habeo, ſtudii ſucceſſor & hæres,
Dixit, opes: morienſque mihi nihil ille reliquit
Præter aquas. unum hoc poſſum appellare paternum.
Mox ego, ne ſcopulis hærerem ſemper in iſdem,
Addidici regimen, dextrâ moderante, carinæ
Flectere: & Oleniæ ſidus pluviale capellæ,
Taygetenque, Hyadaſque oculis Arctonque notavi.
Ventorumque domos, & portus puppibus aptos.
Forte petens Delon, Diæ telluris ad oras
Applicor, & dextris adducor littora remis:
Doque leves ſaltus: udæque immittor arenæ.
Nox ubi conſumta eſt; Aurora rubeſcere primum
Cœperat: exſurgo, laticeſque inferre recentes
Admoneo; monſtroque viam, quæ ducat ad undas.
Ipſe, quid aura mihi tumulo promittat ab alto,
Proſpicio: comiteſque voco, repetoque carinam.

Adſu-

586. *Linoque.*] Reti, inquiunt, ex lino. Quid ſi ipſam fignet lineam vel ſetam? Itaque Glaucus de ſe lib. 13. vſ. 925. *Non modo ducebam ducentia retia piſces: Linea in molle ſedens moderabar arundine linum.*

589. *Accipe quas habeo.*] *Habea* Sixi codex. Forte *habeas.* Heinſius.

591. *Aquas.*] In quibus exercerem artem piſcatoriam.

594. *Oleniæ.*] Amalthea, inter ſidera relata, quod Jovi infanti lac præbuiſſet prope Olenum opp. Achajæ, quæ ortu & occaſu ſuo pluvias inducit.

595. *Taygetamque.*] Pleiades, quarum una eſt Taygete. *Hyadeſque.*] Stellas 5. in capite Tauri. ἀπὸ τῶ ὗειν, quia etiam pluviæ, uti Vergiliæ. *Arctonque.*] Urſam Borealem, Cynoſuram, vel Helicen.

597. *Delon.*] Inſ. maris Ægæi. *Diæ.*] Chios inſ. eſt maris Icarii, Scio. *Diæ telluris ad oras.*] Rectè Langermannianus, *Dia.* Naxos enim Baccho ſacra. Non diſſimili modo infra bis peccatum eſt. *Heinſius.*

599. *Saltus.*] E navi in litus. *Udæque immittor arenæ.*] *Inmitor* unus Voſſianus. & pro diverſa lectione Zulichemius. vere ut opinor. *Heinſ.*

601. *Laticeſque.*] Aquam. *Farn.*

602. *Qua ducit ad undas.*] *Ducat* meliores. *Heinſ.*

605. *Socio-*

Adſumus en, inquit, ſociorum primus Opheltes:
Utque putat, prædam deſerto nactus in agro,
Virgineâ puerum ducit per littora formâ.
Ille, mero ſomnoque gravis, titubare videtur;
Vixque ſequi. ſpecto cultum, faciemque, gradumque:
Nil ibi, quod poſſet credi mortale, videbam.
Et ſenſi, & dixi ſociis, Quod numen in iſto
Corpore ſit dubito: ſed corpore numen in iſto eſt.
Quiſquis es, ô faveas, noſtriſque laboribus adſis.
His quoque des veniam. Pro nobis mitte precari,
Dictys ait: quo non alius conſcendere ſummas
Ocyor antennas, prenſoque rudente relabi.
Hoc Libys, hoc flavus proræ tutela Melanthus,
Hoc probat Alcimedon: &, qui requiemque modumque
Voce dabat remis, animorum hortator Epopeus:
Hoc omnes alii. prædæ tam cæca cupido eſt.
Non tamen hanc ſacro violari pondere pinum
Perpetiar, dixi: pars hic mihi maxima juris.
Inque aditu obſiſto. furit audaciſſimus omni

De

605. *Sociorum.*] Duodecim; quos nominat Hyginus, 134. fab. Noſter infra 20. *Farn.*

606. *Utque putat.*] Fabulam vide apud Hygin. num. CXXXIV. ubi & Tyrrhenorum nomina. *R.*

607. *Virginea.*] Παρθένῳ ἄτε κοῦρῳ ἴκελον ἀκάμαντον ὑπνῶντι. Nonn. lib. 45. ubi tota hæc fabula. *Farn.*

608. *Titubare videtur.*] Vacillare mero ſomnoque ſimulabat ſe Bacchus, ne à nautis Deus eſſe cognoſceretur.

611. *Quod numen.*] Η' γὰρ Ζεὺς ὧδε γ' ἐστὶν. ἢ ἀργυρότοξος Ἀπόλλων, Ἠὲ Ποσειδάων, &c. gubernator ad ſocios in Homeri hymno Διόνυσος ὃ λῃστὰς.

614. *Pro nobis mitte precari.*] Acœtis ſocii putantes ſe puerum, non Bacchum cepiſſe, non modo nolunt ipſum precari, ut ſibi det veniam, ſed Acœtis quoque preces ægre ferunt. Quare Bacchum irridentes atque contemnentes in delphinos omnes fuerunt converſi.

615. *Dictys ait.*] *Proclis* codex S. Marci, fragmentum Theatinorum, & tres alii. pro *Protis* vel *Prothis*. quod nomen etiam exſtat apud Val. Flaccum. lib. III.

Hinc Halyn, hanc rigido tranſcurrens
demetit enſe
Prothin, & inſignem citharæ cantuque
ſluenti
Dorcea.

quomodo illic probe Carnionis liber. *Heinſ.*

618. *Qui requiemque.*] Portiſculus κελευστὴς: hortator & Moderator remigum. *Farn.*

622. *Pars.*] Gubernatorerat, ut habet Homerus modo dicto Hymno. *Farnab. Paris hic mihi maxima juris*] Maxima, inquit, pars hujus navis eſt mea.

626. *Dum*

Digitized by Google

De numero Lycabas: qui Thuscâ pulsus ab urbe
Exsilium, dirâ pœnam pro cæde, luebat.
Is mihi, dum resto, juvenili guttura pugno
Rupit: & excussum misisset in æquora; si non
Hæsissem, quamvis amens, in funе retentus.
Impia turba probat factum. tum denique Bacchus,
(Bacchus enim fuerat) veluti clamore solutus
Sit sopor; æque mero redeant in pectora sensus;
Quid facitis? quis clamor, ait? qua, dicite, nautæ,
Huc ope perveni? quo me deferre paratis?
Pone metum, Proreus, & quos contingere portus
Ede velis, dixit. terrâ sistêre petitâ.
Naxon, ait Liber, cursus advertite vestros.
Illa mihi domus est: vobis erit hospita tellus.
Per mare fallaces, perque omnia numina jurant
Sic fore: meque jubent pictæ dare vela carinæ.
Dextera Naxos erat. dextrâ mihi linтea danti,
Quid facis, ô demens? quis te furor, inquit, Acœte,
Pro se quisque, tenet? lævam pete. maximâ nutu

Pars

626. *Dum resto.*] Dum resisto. *Farn.*

631. *Æque mero redeant in pectore sensus.*] *Pectora* meliores plerique. nonnulli etiam *æque mero*. recte. nec male unus Basileensis & duo alii *éque mero*. Heinsius.

632. *Quid facitis?*] Homerus in Hymno de Baccho & latronibus, & Nonnus l. 45. ferunt Bacchum à prædonibus vinculis ligatum fuisse, vincula autem utro excidisse manibus & pedibus.

634. *Proreus.*] Supra v. 617. *Furnub.* *Pone metum Proreus.*] Eum significat, qui proræ præest.

636. *Naxon ait Liber.*] Naxos insula est Ægei Cycladum clarissima, quæ & Dionysias dicta fuit, ut inquit Solinus, vel quod hospita Baccho fuerit, qui Dionysius cognominetur, vel quod vini feracitate aliis Cycladas vincat. Unde Virgil. *Bacchusque pinguis Naxon.*

637. *Vobis erit hospita tellus.*] Mihi ibi incommodi accipietis, indigenarum humanitatem experiemini. *P.*

641. *Quis te furor, inquit, Opheltes. Pro se quisque timet.*] *Inquit Acete* pri. Vatic. pri. & tert. Med. & multi præterea. quidam *Aceste* vel *Acetes*. pri. Palat. *Æsta*. Lege *Aceta* pro *timet* unus Moreti & Sixi codex *tenet*. Scribendum,

—— quis te furor, inquit, Acasta,
Pro se quisque, tenet?

tenet furor. ut supra, *tantus tenet error amantem.* deinde distingue, *lævam pete.* (nempe, inquit quisque pro se.)

—— maximus illis
Pars mihi significat, pars quid velit ista fatetur.

maxima pars nutu mihi significat, quid velit: pars, quid velit, fatetur tacere. *Heins.*

642. *Nutu.*] Τυφοντο τὰ δ' ἄλλα κατὰ μόρον, οἱ δὲ ἰδόντες Νεῦσαν ἐς ἀλλήλους. Nonnus 45. Dionys. *Farn.*

647. *E quo*

Pars mihi significat; pars, quid velit, aure susurrat.
Obstupui: Capiatque alius moderamina, dixi:
Meque ministerio sceleriſque artiſque removi.
Increpor à cunctis; totumque immurmurat agmen.
E quibus Æthalion, Te scilicet omnis in uno
Nostra salus posita est? ait. & subit ipse: meumque
Explet opus: Naxoque petit diversa relictâ.
Tum Deus illudens, tanquam modo denique fraudem
Senserit, è puppi pontum prospectat adunca.
Et flenti similis, Non hæc mihi littora, nautæ,
Promisistis, ait: non hæc mihi terra rogata est.
Quo merui pœnam facto? quæ gloria vestra est;
Si puerum juvenes, si multi fallitis unum?
Jamdudum flebam. lacrymas manus impia nostras
Ridet: & impellit properantibus æquora remis.
Per tibi nunc ipsum (nec enim præsentior illo
Est Deus) adjuro, tam me tibi vera referre,
Quam veri majora fide. stetit æquore puppis
Haud aliter, quam si siccum navale teneret.
Illi admirantes remorum in verbere perstant:
Velaque deducunt; geminâque ope currere tentant.
Impediunt hederæ remos, nexuque recurvo
Serpunt; & gravidis distringunt vela corymbis.
Ipse,

647. *E quibus Ethalion.*] *Æthalion* vetustiores. *Heins. Te scilicet.*] Ironice vel Interrogatorie. *Farn.*

658. *Per tibi.*] Μὰ ὀφθαλμοφάνη καὶ παρόντα Θεόν. sic Mercurius per se jurat apud Plautum in Amphit. So. *Per Jovem juro, me esse Sosiam, neque falsum dicere.* Mer. *At ego per Mercurium juro, tibi Jovem non credere.* Farn.

663. *Deducunt.*] Vela prius collecta, & antennis adstricta jam solvunt & explicant. *Geminaque.*] Remis veliſque.

664. *Impediunt.*] Αὐτίκα δ' ἀκρότατον παρὰ ἱστίον ἐξετανύσθη Ἀμπέλος ἔνθα καὶ ἔνθα, κατεπρήνυντο δὲ πολλοὶ Βόστρυες, ἀμφ' ἱστὸν δὲ μίλακι εἰλίσσετο πᾶσα Ἄνθεσι τηλεθόωσα, &c. Hymn. Hom. supradicto. *Farn. Impediunt hederæ remos.*] Ne moveri possent Hederæ autem, quæ est Baccho dicata, ineſt vis quæ mentes in furorem agit, ac sine vino ebrietatem inducit, ut in Problematibus Plutarchus ait. Hederæ igitur sic remos impediebant, ut nautas in furorem agerent. *R.*

665. *Distringunt vela corymbis.*] *Distringunt* prior Regius & multi alii. quod verum est. lib. IV.

Æquora distringunt summis Mimalonides alis.

proximo versu pro *racemiferis uvis*. Scholiastes Statii Theb. IV. *umbris*. Heinsius. *Corymbis.*] Uvæ hederarum *corymbi* dicuntur. *Farn.*

667. *Pam-*

Digitized by Google

Ipſe, racemiferis frontem circumdatus uvis,
Pampineis agitat velatam frondibus haſtam.
Quem circa tigres. ſimulacraque inania lyncum,
Pictarumque jacent fera corpora pantherarum.
Exſiluêre viri; ſive hoc inſania fecit,
Sive timor: primuſque Medon nigreſcere pinnis
Corpore depreſſo, & ſpinæ curvamina flecti
Incipit. huic Lycabas, In quæ miracula, dixit,
Verteris? & lati rictus, & panda loquenti
Naris erat, ſquammamque cutis durata trahebat.
At Libys, obſtantes dum vult obvertere remos,
In ſpatium reſilire manus breve vidit; & illas
Jam non eſſe manus; jam pinnas poſſe vocari.
Alter ad intortos cupiens dare brachia funes,
Brachia non habuit; truncoque repandus in undas
Corpore deſiluit. falcata noviſſima cauda eſt.
Qualia dividuæ ſinuantur cornua Lunæ.

Undi-

667. *Pampineis.*] Thyrſi deſcriptio. F. *Agitat.*] Concutit, ad terrorem nautis incutiendum. *Haſtam velatam.*] Thyrſi eſt periphraſis.

668. *Quem circa tigres.*] Anaſtrophe eſt, tigres autem & lynces feræ ſunt Baccho dicatæ, quas idcirco nautarum oculis objeciſſe Bacchus eſt viſus, ut eorum aſpectu territi in mare deſilirent. *Lyncum, pantherarum.*] Feræ iſtæ ſignificant terrificas ſpecies, imagines & phantaſmata, quæ ebriorum oculis & animis obverſantur. *Farn.*

671. *Nigreſcere pinnis.*] Ita Menagiana, cæteri omnes, quos inſpexi, *nigreſcere cœpit.* male, quia *Incipit* mox ſequitur. *Heinſ.*

672. *Corporeque & preſſo ſpinæ curvamina flecti.*] *Corpore ſed preſſo* Florentinus Sancti Marci. *Corpore & preſſo* primus Mediceus aliique duo. *Corpore & expreſſo* Urbinas. *Corpore ſed preſſo* pri. Palat. pri. Vatic. pri. Moreti, aliique multi, nec pauciores *depreſſo.* cum Neapolitano. ſec. Medic. *deprenſo.* duo *Corpori & impreſſo.* Gifanius ex veteri codice ad Lucretium *Corporeque preſſo.* Hæret mendum. Scribe,

Corpore depreſſo, & ſpinæ curvamina flecti
Incipit.

Certe unus Mediceus *curvamina.* Poſſet etiam legi,

—— *Medon increſcere pinnas*
Corpore depreſſo, & ſpinæ curvamina flecti
Incipit.

ut lib. IV. de Cadmo in anguem verſo,

Duraque cutis ſquamas increſcere ſentit.

lib. VIII. *increvit mutatis inſula membris.* lib. XIV. *ſaxumque increſcere ligno.* ſimilem Græciſmum habes ſupra lib. II. *partes quaſcumque ſedendo Flectimur.* Deinde lege *at lati rictus.* non *&*, vel *at paruli rictus.* malo etiam *Naris erant.* Idem.

682. *Dimidia Lunæ.*] In excerptis Vaticanis Matthæi Herculani *dividuæ Lunæ.* quomodo & doctiſſimus Gronovius conjiciebat. Servius lib. II. Æn. vſ. 255. *amica ſilentia Lunæ, cujus ſimulacrum apud Argos relata victoria conſti-*

tuit

Undique dant ſaltus : multâque aſpergine rotant :
Emerguntque iterum : redeuntque ſub æquora rurſus
Inque chori ludunt ſpeciem : laſcivaque jactant
Corpora ; & acceptum patulis mare naribus efflant.
De modo viginti (tot enim ratis illa ferebat)
Reſtabam ſolus. pavidum, gelidumque trementi
Corpore, vixque meum firmat Deus, Excute, dicens,
Corde metum, Diamque tene. delatus in illam
Accenſis aris Baccheïa ſacra frequento.
Præbuimus longis Pentheus ambagibus aures,

In-

ſtitutum eſt, ob imaginem ejus, quæ tunc erat dividuo orbis moda. Ita ſcribe ex veſtigiis vetuſti codicis. contra *junctâ luna cornua.* de quibus dicendum infra lib. VII. vſ. 531. *Idem.*

685. *Inque chori ludunt ſpeciem.*] Ex Virgil. 5. Æneid.

Haud aliter Teucrum nati veſtigia curſu
Impediunt, texuntque fugas, & prælia ludo,
Delphinum ſimiles, qui per maria humida nando
Carpathium Libycumque ſecant, luduntque per undas.

688. *Pavidus geliduſque trementi Corpore, vixque animum firmat Deus.*] Plerique veteres *vixque metum.* quod ferri non poteſt, quia mox ſequitur, *Excute dicens Corde metum.* vetuſtiores tamen, *vixque meum.* At vere optimus Berneggerianus, unus Mediceus, & unus Moreti;

Reſtabam ſolus pavidum, gelidumque trementi
Corpore, vixque meum firmat Deus.

quomodo jam ante ex conjectura in prima editione curaveram reponi. ſic paſſim apud Comicos; *vix ſum meus.* lib. VIII.

Vix ſua, vix ſana virgo Niſeïa compos
Mentis erat.

lib. XI. de Alcyone corpus mariti morti apiciente,

—— quod quo magis illa tuetur,
Hoc minus & minus eſt mœnis ſua.

Ita enim ſcribendum ſuo loco monebimus. non *jam mens ſua* mox *Diamque tene* ex uno Mediceo, & Herculani excerptis eſt denuo reponendum, pr *Diamque.* quod jam alii viderunt. *Heinſ Pavidum.*] Ἐδρα δὲ πνεῦμα, &c. Bacchus gubernatori, in hymno dict Hom.

689. *Excute corde metum.*] Erat autem Acœtes adeo conſternatus & perculſus, ut eum Bacchus ipſe conſolari vix poſſet. *Pers.*

690. *Diamque.*] Naxon, quam Strongylem, dein Dian, mox Dionyſida, &c appellarunt. Plin. 4 lib. 12. cap. *Farn.*

691. *Acceſſa ſacris Baccheaque ſacra frequento.*] Duo veteres *Accedo.* ſed ne bis idem dicat, lego cum primo Palat. Cantabrig. & quinque aliis,

Accenſis aris Baccheïa ſacra frequento.

niſi mavis, *Accenſuſque Deo Baccheïa ſacra frequento.* quod impenſe placeret, niſi longius abiret à ſcripta lectione. ſic Hippolytus lib. XIV. ex antiquis libris

Numine ſub domina lateo, atque accenſor illi.

quomodo illic ex antiquis libris caſtigavi. poſſet etiam *Adſcituſque ſacris Baccheïa feſta frequento*, reſcribi. de quo verbo vide Notas Met. XV. ſed alterum magis arridet. nam Tò *deo* facile abſorberi potuit à voce *que*, quæ proxime præcedit. Certe nec vulgata lectio poteſt ferri, & *Accenſa* illæ *ara* valde fri gent. *Heinſius.*

693. Ad

Inquit : ut ira morâ vires abſumere poſſet.
Præcipitem famuli rapite hinc : cruciataque diris
Corpora tormentis Stygiæ dimittite nocti.
Protinus abſtractus ſolidis Tyrrhenus Acœtes
Clauditur in tectis : & dum crudelia juſſæ
Inſtrumenta necis ferrumque igneſque parantur ;
Sponte ſuâ patuiſſe fores, laplaſque lacertis
Sponte ſuâ fama eſt, nullo ſolvente, catenas.
Perſtat Echionides : nec jam jubet ire, ſed ipſe
Vadit, ubi electus facienda ad ſacra Citharon
Cantibus & clarâ bacchantum voce ſonabat.

Ut

695. *Vtira mora vires abſumere poſſet.*] Contra Palatinus : *ut ira mera vires aſſumere poſſit.* Quod magis cum ſequentibus facit. *Heinſ.*

694. *Præcipitem famuli rapite hunc.*] *Rapite hinc*, ſcribendum olim videbatur, quod ſupra dixerat, *Attrahite huc omnes.* ſed veteſti codices pro vulgato ſtant. Plautus,

Rapite hunc ſublimem.

&,

Arripiam hunc obtorto collo.

Propertius lib. II. Eleg. XXIX.

Arripite hunc dixit.

Prudentius Hymno Hippolyti.

Hic rape præcipites & vinctos conjice in ignem.

& Paſſione Eulaliæ,

Præco ait, Rape præcipitem,
Lictor, & obtrue ſuppliciis.

& Paſſione Romani,

Præceps jubetur inde Romanus rapi.

Cruciataque diris Corpora tormentis Stygia dimittite morti.] *Diris tormentis* & *Stygiæ nocti* præſtantiores. Silius Italicus lib. VI. de Bruttio milite, qui ex inflictis vulneribus deliquium animi paſſus fuerat.

Verum ubi hunc noctis è Stygia miſeroque ſopore

Reddita. Idem.

Præcipitem.] Καθείρξατε αὐτὸν, ὃς ἂν ταῦτα ἱερὰ κλέψας, &c. Pentheus in Euripide Bacchis. *Farn. Præcipitem rapite hunc.*] Detrahite in terram, & præcipitarum raptare : Terentianum: qui & alibi ; *ſublimem hunc rape quantum potes.* Quod Plautinum Aſinar. 5. 2. vſ. 18.

Quin tu illum jubes ancillas rapere ſublimem domum.

Et alibi, *jam ſublimem raptum oportuit. Facite inter terram & cœlum ut medius ſit.*

696. *Solidis in tectis.*] In carcere nulla ex parte pervio, ac præter quam per januam ingreſſum non habenti. *R.*

698. *Ferrumque igneſque parantur.*] *Igniſque* iidem. ſupra.

——*ferrumque igniſque ſonarent.* Heinſius.

699. *Sponte.*] Διαπίπτουσι ὁ ξίφος Οἵ τε δεσμοὶ δεσμοῖς ἂν πανταχῇ μένοι, ibid. *Farn.*

701. *Perſtat Echionides.*] Pentheus Echionis filius. *R.*

702. *Vadit ubi electus.*] *Ubi feſtus* plerique veteres. *natus* Bernegger. & duo alii. ut lib. II. *natuſque ad ſacra Citharon.* duo Erfurtani *flexus.* Heinſ. *Citharon.*] Mons Bœotiæ nocturnis Bacchi Orgiis reſonans. *Thyas ubi audito ſtimulant Trieterica Baccho Orgia, nocturnuſque vocat clamore Citharon.* 4. Æneid. *Farn. Citharon.*] *Sacer & Citharon ſanguine inundavit.* Senec. Oedip. vſ. 487. à Citheræ raptu deducit Lactantius. l. I. alii ab Hebræo arceſſunt.

706. *Illuc*

Ut fremit acer equus, cum bellicus ære canoro
Signa dedit tubicen, pugnæque aſſumit amorem:
Penthea ſic ictus longis ululatibus æther
Movit: & audito clangore recanduit ira.
Monte fere medio eſt, cingentibus ultima ſilvis,
Purus ab arboribus, ſpectabilis undique campus.
Hîc oculis illum cernentem ſacra profanis
Prima videt, prima eſt inſano concita motu,
Prima ſuum miſſo violavit Penthea thyrſo
Mater: lö, geminæ, clamavit, adeſte ſorores.
Ille aper, in noſtris errat qui maximus agris,
Ille mihi feriendus aper. ruit omnis in unum
Turba furens. cunctæ coëunt, cunctæque ſequuntur,
Jam trepidum, jam verba minus violenta locutum
Jam ſe damnantem, jam ſe peccaſſe fatentem.
Saucius ille tamen, Fer opem matertera, dixit,
Autonoë: moveant animos Actæonis umbræ.

Illa

706. *Ictus æther.*] Aër impulſus & percuſſus. *Longis ululatibus.*] Magnis bacchantum clamoribus.

707. *Movit.*] Ad iram concitavit. *Recanduit.*] Iterum eſt inflammata. *Audito clamore.*] *Clangore* pri. Pal. & Bernegger. *Heinſius.*

708. *Monte medio.*] In medio Cithæronе. *Ultima.*] Extremas montis partes. *R.*

709. *Purus ab arboribus.*] Carens arboribus. *Spectabilis undique.*] Qui undique & ex omni parte poterat ſpectari. *R.*

710. *Oculis ſpectantem ſacra profanis.*] *Orgia quæ fruſtra cupiunt audire profani.* Catull. & Cicer. de Aruſpic. Reſponſ. *Quæ non ſolum curioſos excludunt, ſed etiam errantes. Arcanis oculi removete profani.* Metamorph. 7. 2.

711. *Concita curſu.*] *Motu* ſec. Vatic. & quinque alii. lib. VI.

——*venturi præſcia Manto*
Per medias fuerat divino concita motu
Vaticinato vias. Heinſ.

713. *Mater, & ô gemina.*] *Iô gemina* multi præſtantiorum. nonnulli *& iô.* unus Mediceus *& egeone.* Forte *& Ogygiæ.* hoc eſt Thebanæ. *Idem.*

714. *Ille aper.*] Pentheus matri Bacchi furore correptæ aper eſſe videbatur. *Aper.*] Θῆρα, ἴλικα, πίον λίν vocant Pentheum Euripides, Flaccus taurum, vitulum Petſius. *Farn.*

716. *Trepidumque ſequuntur, Jam trepidum.*] Non placet repetitio. unus Moreti *trepideque ſequuntur.* unus Patav. *turbideque. rapidumque* Rottendorph. alter Patavin. *cunctaque ſequuntur.* quod placet. *Heinſius.*

718. *Jam ſe damnantem.*] Ἐγὼ τὸ μὴτερ εἶπα πᾶς σέθεν Πενθεὺς, ὃς ἐν τοῖς ἐν δόμοις Ἔχλους. Οἰκτείρει δ' ἀ μὴτήρ με, μηδὲ ταῖς ἐμαῖς Ἁμαρτίαι σι παῖδα σὸν κατακτάνε. Η' δ' αἰχμὴ ἐξειῶσα, &c. Nuncius in Bacchis Euripidis. *Farn.*

720. *Actæonis umbræ.*] Ὅ'μᾶς τὸν Ακταίονος ἄθλιον μόρον, Eurip. hic. Vide Senec. Oedip. in fin. a. 3, vſ. 755.

721. *Illa*

Digitized by Google

Illa quid Actæon neſcit; dextramque precanti
Abſtulit: Inöo lacerata eſt altera raptu.
Non habet infelix quæ matri brachia tendat:
Truncaſed oſtendens disjectis corpora membris;
Adſpice, mater ait. viſis ululavit Agave;
Colſaque jactavit, movitque per aëra crinem:
Avulſumque caput digitis complexa cruentis
Clamat, iö comites, opus hæc victoria noſtrum eſt.
Non citius frondes autumno frigore tactas,
Iamque male hærentes altâ rapit arbore ventus;
Quam ſunt membra viri manibus direpta nefandis.
Talibus exemplis monitæ nova ſacra frequentant,
Thuraque dant, ſanctaſque colunt Iſmenides aras.

721. *Illa quid Actæon.*] Η' δ' ἀφρὸν ἐμέσασα, καὶ διαστρέψασ' ἕλισσε κόμας· ἁ χὴρ φονεύει, &c. Euripid. Bacch. legend. & Theocriti *Antal*, & Nonnus 46. Dionyſ. ubi & luctus Agaves ad ſuam mentem reverſæ. Senec. Oedip. 443. *Fœrn. Precantis.*] *Precanti* rectius Neapol. & unus meus. Heinſ.

722. *Altera raptu.*] Urbin. Langerm. & unus Mediceus ex optimis poſt hæc inſerunt verſum,

Illa etiam vellet cum brachia tendere matri.

quem & editiones nonnullæ agnoſcunt, & pro genuino commendat Vivianus. Ego temere admittendum non puto. Idem.

724. *Disjectis vulnera membris.*] *Disjectis* nonnulli. unus Medic. bonæ notæ *Direptis.* Puto *direptis.* Idem.

725. *Opus hæc victoria noſtra eſt.*] Imo pro *hæc victoria noſtrum eſt*, cum melioribus. Idem.

729. *Autumni frigore.*] Prior Etſurcensis & novem alii cum uno Palatino *autumno frigore*, pro autumnali: elegantius. quod in ſuis quoque Berſmannus invenerat non intellectum. atque ita Barthius lib. XIV. quoque ſcribendum.

Reſpiciens pandos autumno pondere ramos. Manilius lib. II.

In totum quia ver autumno tempore differt.

Ita Gemblacenſis codex. Auſonius precatione in conſulatum ſuum,

Mordeat autumnas frigus ſubtile pruinas.

in Catalectis poëtarum Palladius de quatuor anni temporibus,

Spicea ſerta ligat, calidiſſima ſolibus aſtas,
Temporaque autumni cingunt tua, Bacche, racemi.

In Codice Juſtiniani L. omnes I. titulo de feriis *autumnos dies* codices antiqui exhibent. Plinio quoque Hiſt. Nat. lib. XIX. cap. VI. *tempus autumnum* lib. XXI. cap. V. *æquinoctium autumnum.* Idem.

732. *Talibus exemplis monitæ.*] Male *matres* vel *mites* in nonnullis. at placet *motæ.* quod in uno Moreti & Norico extabat. *Idem. Talibus.*] Τὸ σωφρονεῖν δὲ καὶ σέβειν τὰ τῶν θεῶν, Κάλλιστον οἶμαι γ' αὐτὸ, καὶ σοφώτατον θνητοῖσιν εἶναι χρῆμα, τοῖσι χρωμένοισι ita nuncius in narrationem cædis Penthei in Euripidis Bacchis.

733. *Iſmenides.*] Thebanæ, ab Iſmeno fluv. Bœotiæ, in qua Thebæ. *Fœrn.*



Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER IV.

ARGUMENTUM.

Alcithoë tamen, una cum ſororibus, conſtanter ea contemnebat. Adeo ut feſto varias ad colum hiſtorias illa ſibi invicem narrare cœperint. partim de moris denigratis, partim de Apolline in Eurynomen verſo, ut cum Leucothoë concumberet: quamobrem Clytie zelotypa in Heliotropium fuerit mutata: partim etiam de Hermaphrodito & Salmacide nympha, in unum corpus concretis. Quo facto, ſorores ipſa in veſpertiliones, earumque tela in vitem & pampinos transformata ſunt. Hac de re cum Agave lætaretur, magnus ei dolor oblatus eſt: quando Ino & Athamas in mare per inſaniam proſiluerunt, & facti ſunt dii marini. Quos dum mulieres Thebanæ pro mortuis deplorant, in ſaxa & volucres commutantur. Cadmus quoque hac calamitate commotus, relictis Thebis, in Illyriam cum uxore profectus eſt; ubi uterque anguineam formam accepit. Solus itaque reſtabat Bacchi de contemptoribus Acriſius, avus Perſei, qui Gorgonis caput amputavit. E cujus guttis in terram delapſis [illegible] ſunt, & Atlantem in montem, virgaſque, poſt Andromedam liberatam, in lapides convertit. Orto deinde in nuptiis tumultu, Phineum cum ſuis, unaque Prœtum & Polydectem, ſaxeos reddidit.

AT non Alcithoë Minyeïas orgya cenſet

Ac-

FAB. 1. *Arg.* At non Alcithoë.] *At particula eſt qua concinne liber libro connectitur. Alia quidem, inquit, matres Thebanæ mulieres ſacra Bacchi celebrabant, ſed Alcithoë quadam ducta temeritate ea ſpernebat, Bacchumque Jovis filium minime eſſe prædicabat. Ac quo tempore ſacra Bacchi ab aliis celebrabantur, ipſa lanificio una cum ſororibus & ancillis operam dabat. Earum vero una ad levandum laborem reliquas hortatur, ut fabularentur aliquid viciſſim narrent. Hac autem phantaſia multas deſcribit fabulas poëta, ac Minerdas tandem in veſpertiliones conversas fuiſſe narrat.* Raph.

1. *Alcithoë Mineïas.*] Florentinus S. Marci *Mineleias.* Neapolitanus & Spinenſis *Minyias.* primus Mediceus *Miniias.* ut & duo alii melioris notæ in eadem bibliotheca. Scribe *Minyeas* tam hoc loco, quam infra v. 32. *Minyeides.* & v. 389. *Minyeia proles.* & v. 425. *Minyeidas.* quibus locis veræ lectionis veſtigia in veteſtioribus membranis apparent. Hanc fabulam Nicander & Corinna in ἑτεροιαμένοις apud Græcos decantarunt teſte Antonino Liberali, etſi longe aliter illic narretur. Ovidius enim numerum ſororum non expreſſit, duabus tantum nominatis, Alcithoë videlicet & Leuconoë. nam ſic ſcribendum, ut mox dicemus. Antoninus tres facit, Leucippam nempe, Arſippam, & Alcathoën, ex Minya Orchomenii filio prognatas. Hinc jam apparet, quare *Minyeides* Naſoni dicantur. Suidas, Μινύα ὄνομα πόλεως, καὶ μινύας ὄνομα κύριον. καὶ τὸ πληθυντικὸν μινύαι. ſic ſcribo. Antonini verba ſunt; Μινύα τὶ Ὀρχομενῦ ἐγένετο θυγάτηρ Λευκιπ-

Digitized by Google

Accipienda Dei : ſed adhuc temeraria Bacchum
Progeniem negat eſſe Jovis : ſociaſque ſorores
Impietatis habet. feſtum celebrare ſacerdos,
Immuneſque operum dominas famulaſque ſuorum
Pectora pelle tegi, crinales ſolvere vittas,
Serta comâ, manibus frondentes ſumere thyrſos,
Juſſerat : & ſævam læſi fore numinis iram
Vaticinatus erat. parent matreſque nuruſque;
Telaſque, calathoſque, infectaque penſa reponunt :
Thuraque dant : Bacchumque vocant, Bromiumque,
Lyæumque,

Igni-

πη, Ἀ*ρσίππη*, Ἀ*λκιθόη*. ſed primo Ἀ*λκιθόη* ſcribendum illic ex Ovidio ſatis apparet. deinde pro Ἀ*ρσίππη*, Ἀ*μεσίππην* agnoſcit Ælianus lib III. Var. Hiſtor. cap. XLII. *μόνας δὲ ἀφανίσαι τὰς χορίας ταύτης λέγουσι τῶ Διονύσω τὰς Μινύου Θυγατέρας Λευκίππην*, Ἀ*γκίππην*, *καὶ Αλκιθόην*. Sic lego. non *τὰς Μινύου Θυγατέρας*, ut eſt in vulgatis. Certe Plutarchus in Quæſtionibus Græcis, ubi fabulam hanc tangit, *τὰς Μινύου Θυγατέρας* quoque dicit. unde *Μινυάδες* tam Æliano quam Antonino appellatæ, quæ *Minyeides* Ovidio. In argumento hujus fabulæ *Alcithoë Minei filia* pro *Minya* perperam appellatur. Ἀ*ρσινόην* vocat, vel Ἀ*ρσινοην*, ut eſt in aliis exemplaribus. Plutarchus, Ἀ*ρσινόην* quoque Planudes hoc loco, quanquam ſcripti omnes pro vulgata ſcriptura ſtant : quam *Ariſtippen* Ælianus, Liberalis *Arſippen*. *Alcathoë* etiam pro *Alcithoë* perperam apud Plutarchum ſcribitur *Heinſius. Orgia.*] Dicuntur à Græcia omnia ſacra, ſed proprie ſacra Liberi patris, quæ in Thracia primum ab Orpheo inſtituta, à quo (ut tradit Diodor.) etiam *Orphica* fuerunt cognominata. Vel ἀ*πὸ τῆς ὀργῆς*, à furore, vel ἀ*πὸ τῶν ὀρῶν*, à montibus, ubi celebrari ſolita. Alii *παρὰ τὸ εἴργειν*, quia profani nec initiati à ſacris arcendi ſunt. Illa autem primum ſolis mulieribus menſtrua patientibus celebrari ſtatuit, quo eas illo potiſſimum tempore à viris ſepararet. Poſtea alii quoque mulieribus, ut illa celebrarent fuit permiſſum. *Raph. Mineïas.*] Minei filia. *Minyeias*, Scal. legit. *Farn.*

6. *Pelle tegi.*] Νεβρῶν, hinnulorum, & *ἐλαφέων* vulpium. *Crinales.*] Quod in omnibus ſacris fieri ſolet. *Farn. Pectora pelle tegi.*] Habitus ille quatuor rebus continebatur : Ferarum pellibus ſe tegebant, comas ſolvebant, ſerta pampinea ſibi imponebant, thyrſos manibus præferebant. *Pont.*

7. *Serta comis.*] *Comâ* meliores. *Heins. Serta.*] Pampinea. *Vite caput tegitur lateri cervina ſiniſtro Vellera dependent* &c. 6. lib. vi. 59.

10. *Infectaque penſa.*] Imperfecta opere per feſta intermiſſo. *Farn. Calathos.*] Ciſtas ac fuſorum lanzque repoſitoria.

11. *Bacchumque vocant.*] Nomina Bacchi enumerat, quibus à Bacchis invocabatur. Bacchus autem dictus eſt, ἀ*πὸ τῦ βακχεύειν*, hoc eſt, ab inſaniendo quod & ipſe & ejus comites furere videbantur. *Bromium.*] Bromius ἀ*πὸ τῦ βρόμου*, hoc eſt, a fremendo. *Lyæum.* Lyæus ἀ*πὸ τῦ λύειν*, hoc eſt, à ſolvendo quod curas ſolvat vinum, unde etiam *Liber* à noſtris fuit appellatus, quod animum à curis liberet. *R. Bacchumque.* Lux huic erit ab hymno in Bacchum

Hora

Digitized by Google

Ignigenamque, ſatumque iterum, ſolumque bimatrem.
Additur his Nyſeus, indetonſuſque Thyoneus,
Et cum Lenæo genialis conſitor uvæ,
Nycteliuſque, Elcleuſque parens, & Iacchus, & Evan: 15
Et quæ præterea per Grajas plurima gentes
Nomina, Liber, habes. tibi enim inconſumta Juventas.
Tu

Horat. Ode 19. 2. lib. & 25. Ode 3. lib. Senec. Oedip. vſ. 403. Sannazar. 2. l. 5. eleg. Mureti Galliam do ad Catulli epithalamium 63. Jac. Gaddii. l. 1. 2. hymn. Ancholo. Græc. epigr. 38. c. Videndus & Joach. Camerarius problem. 6. l. 8.

12. *Igniqenamque.*] Probe. hinc Græcis πυριγενὴς & πυριγόνος, at primus Medicens *Indigenamque* etiam probe. Bacchus enim Thebanus. hinc σὺλλα Θηβαγενὲς Δεινόν apud Periegetem. mox *Nyſeus* caſtigatiores, non *Nyſenſque*. Heinſ. *Ignigenamque.*] Fulminis ictu editum, ut l. ſuperiore. *Satumque.*] Ex utero Semeles & Jovis femore. cur πυριγενὴς vocetur, aliam rationem vide apud Strabonem lib. 13. Georg. *Bimatrem.*] Quod duas matres habuiſſe videtur Semelem & Jovis femur. Idcircoque etiam *Dithyrambes* fuit appellatus, quod δὶς θύρα, hoc eſt, per duas januas transiit, & uterum Semeles & Jovis femur. Vide Muret. lib. 19. Variar. cap. 1.

13. *Thyoneus.*] Dictus eſt Bacchus ἀπὸ τῦ θύω, quod eſt ſacrifico, impetum facio, occido, unde etiam *Thyades* Bacchæ dicuntur; ſive potius à Thyone matre, quæ & Semele, ſive nutrice, fuit denominatus. Turneb. l. 12. Adverſ. cap. 8. R. *Nyſeus.*] A Nyſa Indiæ urbe. *Thyoneus.*] Idem enim eſt cum Sole ideoque juvene & radiis comato. Macrob. 1. Saturn. 18. c. & Mythologi alii, quos conſule.

14. *Lenæo.*] A torculari ſeu lacu, qui ληνὸς. Farn.

15. *Nycteliuſque.*] A nocturnis Orgiis. *Elcleuſque parens Iacchus Evan.*] A clamore in Orgiis & exhortatione in bello Gigant. *Farn. Elcleuſque parens.*] *Elcleus* dictus eſt Bacchus ab hac voce ἰαλεμῦ, qua procedentes ad Orgia celebranda, ad conſerendamque pugnam utebantur. Eſt enim hortantis adverbium. Vinum autem hortatur ac reddit hominem ad omnia aggredienda audacem. Unde Horat. *Adpraelia trudit inermem, &c. Iacchus.*] Ἀπὸ τῆς ἰαχῆς, hoc eſt, à clamore. *Evan.*] Vox eſt bacchantium, qua Bacchus ipſe ſignificatur.

16. *Et quæ*] Solenne quippe erat atque è religione omnia nomina hymnis infercire, ne quod omitterent; ut & Attributa & geſta. vide quæ nos ad Senec. Oedipum, choro 2. *Farn.*

17. *Inconſumta juventa eſt.*] Alii *juventus.* unus Baſileenſis & unus meus cum Spirenſi, Voſſiano uno & Jureti excerptis, *juventas.* probe. Lucretius lib. v.

——*ævo florenti juventas*
Occipit, & molli veſtit lanugine malas.

Prudentius l. 11. contra Symmachum ex veteſtis codicibus,

Nubit annus veterana, ſacro perfuncta labore,
Deſertisque ſocis, quibus eſt famulata juventas,
Transfert emeritas ad fulcra jugalia rugas.

Tibullus l. 1. Eleg. VIII.

Heu ſero revocatur amor, ſeroque juventas.

ita duo codices Bodleiani. *ſi nunc foret illa juventas* apud Virgilium l. 5. Æneid. in longe veteſtiſſimo Mediceo codice. *Juventas* enim juventutis Dea, quæ Græcis Hebe. eam pro ipſa juventute ponunt poëtæ. reſtituit eam vocem Livio non ſemel doctiſſimus Gronovius, qui adeundus ad librum XXXVI. cap. XXXVI. Nemeſianus Cynegetico;

Tu puer æternus, tu formoſiſſimus alto
Conſpiceris cælo: tibi, cum ſine cornibus adſtas,
Virgineum caput eſt: Oriens tibi victus, ad uſque 20
Decolor extremo quæ cingitur India Gange.
Penthea tu, venerande, bipenniferumque Lycurgum
Sacrilegos mactas: Tyrrhenaque mittis in æquor
Corpora. tu bijugum pictis inſignia frænis
Colla premis Lyncum: Bacchæ Satyrique ſequuntur: 25

Qui-

Dum ſuperant vires, dum lato flore juventas.
plura notis ad Claudianum. *comis juventas* Horatio l. 1 Od. xxx. *Heinſius.*

18. *Tu formoſiſſimus alto Conſpiceris cælo.*] Liber pater (ut ſcribit Macrob. I. 1. c. 18.) Sol ab antiquis eſſe creditus eſt, quam ſententiam Virgil. quoque Georg. primo ſequi videtur, cum inquit, *Vos o clariſſima mundi Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum, Liber & alma Ceres.* Omnium vero ſyderum Solem pulcherrimum eſſe conſtat. *R.*

19. *Cornilus.*] Bacchus cur ſit cornutus, dixi ad Senec. Hyppolyt. vſ. 773. *Sine cornibus aſtas.*] An à truculentia ebriorum? An quod cornua veteribus in uſum poculorum? An quod boves primus junxit Bacchus, unde & Oſyris eſt Ægyptiis? An à robore? qua de cauſa Seleuci faciem in ſtatuis cornigeram fuiſſe ſcribit Appianus in Syriacis, quod taurum ferocem, ſacrificante Alexandro, vinculis ruptis, profugum, ſolus cornibus arreptum detinuerit. An κεραοφόρος dictus ob galeam capitis arietini forma (quali Pyrrhum Epirotarum regem uſum fuiſſe refert Plutarchus, nec non Turno *rubra cornua criſta* tribuit Virgilius) inſignem, in honorem patris ſui Jovis Ammonis, cui & ipſe aram & templum ſub arietis ſpecie erexit? An denique à cincinnis ceu crobylis crinium utrinque in cornuum formam acuminatis atque retortis? cujuſmodi comis ſpectabiles incedebant ſacerdotes Lydii & Armenii. Neque alia credunturMoſis fuiſſe cornua; quæ tamen alii de facie ejus intelligunt, quæ קרן id eſt, radiabat, ſplendorem emittebat radiorum qui cornua referrent, à קרס vel קרן cornu. *Farn.*

20. *Oriens tibi victus ad uſque.*] Libet pater primus omnium cum exercitu, in quo mulieres quoque erant furentes, in Indiam ingreſſus fuiſſe, eamque ſubegiſſe, ac gentem nulli unquam hominum obnoxiam, ac ſola quiete contentam cædibus libidinibuſque vexaſſe ac polluiſſe, indeque magnificentiſſimum triumphum reportaſſe fertur. *Orient.*] Ad Senec. Oedip. 114. *Farn.*

21. *Decolor India.*] *Diſcolor* alii. mox pro *Penthea tu*, primus Mediceus & Grævianus, *Penthea qui.* Puto *Penthea-que.* Heinſ. *Qua decolor.*] Id eſt, nigra & mali caloris. *Extremo gange.*] Fluvius eſt Indiæ ultimus ganges. Ælian. de Animalib. lib. 12. cap. 41.

22. *Bipenniferumque.*] Securem ferentem, qua vites incidebat. *R. Lycurgum.*] Regem Thraciæ, cui cum vites omnes in odium Bacchi exſcinderet, immiſſa à Baccho inſania, falcem cruribus ſuis alliſit, interiitque. ſed vide Homerum 6. Iliad. *Farn.*

25. *Lyncum.*] Verſ. 669. lib. ſuperioris, & Nat. Com. lib. 5. c. 13. *Farn. Satyrique ſequuntur.*] Satyri nihil aliud hominis quam figuram habent. In Æthiopia naſcuntur, aduncis naribus, aſpera cornibus fronte, pedes caprinos habentes. Illorum ſaltatione ac jocis & riſu plurimum oblectabatur Bacchus. *Bacchæ Satyrique ſequuntur.*] *Thyrſique* primus Mediceus. Noricus, *tirſique.* Opinor *thiaſique.* quanquam vulgatam lectionem non damno, thiaſi chori proprie

Quique ſenex ferulâ titubantes ebrius artus
Suſtinet; & pando non fortiter hæret aſello.
Quacunque ingrederis; clamor juvenilis, & unâ
Fœmineæ voces, impulſaque tympana palmis,
Concavaque æra ſonant, longoque foramine buxus.
Pacatus mitiſque, rogant Iſmenides, adſis:
Juſſaque ſacra colunt. ſolæ Minyeïdes intus,
Intempeſtivâ turbantes feſta Minervâ,
Aut ducunt lanas, aut ſtamina pollice verſant,
Aut hærent telæ, famulaſque laboribus urgent.
E quibus una levi deducens pollice filum,
Dum ceſſant aliæ, commentaque ſacra frequentant,
Nos quoque, quas Pallas melior Dea detinet, inquit,
Utile opus manuum vario ſermone levemus:
Perque vices aliquid, quod tempora longa videri
Non ſinat, in medium vacuas referamus ad aures.

Dicta

prie qui Baccho inſtituebantur. hinc *thiaſos inducere Baccho* apud Virgilium, & *thiaſi Satyrorum* Catullo. uſus ea voce & Statius frequenter. Suidas, Θιασῶται· ἀπὸ χορείας καὶ διατριβῆς, ὁ χορευτής. ſic & infra in fabula Inus forte ſcribendum,

Evoë Bacche ſonat. Bacchi ſub nomine Inus

Iſis, & hos thiaſos præſtet tibi dixit alumnus.

non *hos uſus*. Heinſ.

26. *Quique.*] Silenus Bacchi alumnus, Lucian. concil. Deorum. Diodor. lib. 4. *Farn. Senex ebrius.*] *Te ſenior turpi ſequitur Silenus aſello.* Sen. Oedip. v. 429. μαινομένῃς γάμον, σεμνὰς τὰς τρίνα, ἵνα ὅτι τὰ πολλὰ ὀχλήσεις, ἐξεῖς τὰ ὄντα. Lucian. in Concil. Deor. & unde Horat. *Satyrorum ſcena Silenus.* Et Lucian. in Dial. Bacchi vocat Silenum, πρεσβύτορα, μισόγυνον; ὅτι μεγάλα ὄρθια ἔχοντα, ὑπότρομον, πάνυ ὀκνηρὸν ἵππευσαι, ἢν ὅτι τὰ πολλὰ πεζὸς ἦν προσέτι, &c.

27. *Et pando.*] *Aut pando* pri. & ſec. Pal. tert. & quart. Medic. Urbin. aliique nonnulli caſtigatioris notæ. ut Silenum tam peditem quam equitem deſcribat. *Heinſ.*

30. *Concavaque æra ſonant.*] Cymbala ærea, *Longoque foramine buxus.*] Periphraſis eſt tibiæ, quæ ex buxo fieri ſolet. *R.*

31. *Placatus mitiſque.*] *Pacatus* in uno Mediceo. Statius Hercule Surrentino.

Pacatus mitiſque veni, nec turbidus ira.

Heinſ. *Rogant Iſmenides.*] Thebanæ matres, ut felix fauſtuſque adſis precantur. *Pont.*

33. *Intempeſtiva Minerva.*] Lanificio Minervæ invento Bacchi feſtis parum convenienti. *Farn.*

36. *Deducens pollice filum.*] *Fuſum* duodecim veteres. *Heinſ.*

37. *Dum ceſſant.*] Alcithoës verba, male vulgo diſtinguunt. *Idem.*

39. *Sermone levemus.*] *Levemur* ſcribendum ſolenni Græciſmo. quomodo unus Medic. & unus Baſileenſis. *Idem.*

Dicta probant, primamque jubent narrare sorores.
Illa, quid è multis referat (nam plurima norat)
Cogitat; & dubia est, de te, Babylonia, narret,
Derceti, quam versâ squamis velantibus artus
Stagna Palæstini credunt celebrasse figurâ:
An magis ut sumtis illius filia pennis
Extremos albis in turribus egerit annos.
Naïs an ut cantu, nimiumque potentibus herbis,

Ver

44. *Dirce Babyloniæ.*] Dercetis quæ & Δερκετὼ Acteſia vocatur, & à barbaris *Atergatis*, Dea eſt eadem cum *Rhea*, quam Syri piſcium abſtinentia colunt. Unde & nomen, ut Athenæus autor eſt, quaſi ἀτὲς ἰχθύων, hoc eſt, Syrorum lingua, ſine piſcibus. *R. Babylonia Dirce.*] Meminit autem hujus Deæ etiam Plin. l. 5. c. 25. & Strab. l. 16. *Micyll.*

45. *Derceti.*] Poteſt & *Derceto* legi. nam Græcis plerumque hæc Syrorum Dea Δερκετὼ. *Heinſius. Derceti.*] Veneris filia, vel ipſa Venus cujus in Phœnicia imaginem ſe vidiſſe teſtatur Lucianus. in lib. de Syria Dea. Θάνμα, inquit, ξένον. ἡμισὺ μὲν γυνή. τὸ δὲ ὀπίσσον ἐς μηρῶν ἐς ἄκρας πόδας, ἰχθύος ἐρὶ ἀποτείνεται. vel quia in aquas lapſa ſervata fuiſſet à piſcibus; vel quod Typhonem fugiens in piſcem ſeſe Cytherea novavit, &c. ut habet Manilius lib. 4. Aſt. Ad quem vide Joſ. Scalig. & quæ adjecit Jo. Seldenus 2. Syntagm. de Diis Syris cap. 3. Deam hanc Syriam, Palæſtinam, & Hierapolitanam vocant, Dirceto, Atergatin, Dagon, Diodorus Sic. 3. lib. Hyginus. Athenæus lib. 8. cap. 8. Strab. 16. lib. Macrob. 1. Saturn. 23. c. Ramiſer. Penticont. 21. c. Lil. Gyrald. 1. Syntagm. *Farn.*

46. *Palæſtini.*] Palæſtini autem populi ſunt Syriæ, Arabiæ contermini, à Palæſtina urbe, regioneque dicti. *Credunt coluiſſe figura.*] Alii *mutaſſe* vel *habitaſſe*, ſed meliores *celebraſſe*. quod verum eſt. ſic paſſim Naſo. vide hoc loco Ciofanum. *Heinſius.*

47. *An magis ut ſumptis.*] Semiramis Dercetis Deæ filia miro quodam modo à columbis coagulato lacte è proximis paſtorum mapalibus rapto nutrita fuit unde & *Semiramis* fuit appellata. Nam Syrorum lingua ſemiramides vocantur columbæ, quas Syri ut Deos colunt. *R. An magis.*] Cujus filia Semiramis in columbam verſa eſt, ὡς παρὰ Σύροις ἀνάγκη. Lucian. de Dea Syria. de expoſitione infantis Semiramidis, urque ab avibus nutrita ſit, accreveritque, &c. Diodorus lib. 3. *Farn.*

48. *Altis in turribus egerit annos.*] *Albis* Florentinus S. Marci. & pro diverſa lectione Rottendorphianus. argute. Nam Semiramis, de quâ hic agitur, Dercetis filia in columbam eſt mutata, Notum illud Noſtri,

Aſpicis, ut veniant ad candida tecta columbæ,
Accipiat nullas ſordida turris aves.

& illud Martialis,

Quæque gerit ſimiles candida turris aves.

hinc apparet cur *candida Thisbe* Statio dicatur Theb. 12. quam alibi *Dionais avibus circumſonam* appellarat, Homer. imitatus, qui Θίσβην πολυτρήρωνα in catalogo dixit. ſic Noſter l. 14. *niveiſque frequens Sinuoſſa columbis.* ubi perperam *colubris* hactenus eſt lectum. *Heinſ. Altis in turribus.*] In quibus libenter nidificant. Adi Pet. Victorium l. 12. Variar. lect. c. 15. *Pont.*

49. *Naïs an ut cantu.*] Nympha Noſolæ inſulæ Erythræi maris, quæ juvenes advenas, quibus conſuevilſet, in piſces veneficiis mutavit. quæ & ipſa tandem à Sole, cui inſula illa ſacra, vindice, in piſcem verſa eſt,

50. Ta-

Digitized by Google

Verterit in tacitos juvenilia corpora piſces:
Donec idem paſſa eſt. an, quæ poma alba ferebat,
Ut nunc nigra ferat contactu ſanguinis arbor.
Hæc placet: hanc, quoniam vulgaris fabula non eſt,
Talibus orſa modis, lanâ ſua fila ſequente:
Pyramus & Thisbe, juvenum pulcherrimus alter,
Altera, quas Oriens habuit, prælata puellis,
Contiguas tenuêre domos: ubi dicitur altam
Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis urbem.
Notitiam primoſque gradus vicinia fecit.

Tem-

50. *Tacitos.*] Mutos, ἄλλωτας, ut qui pulmonibus, arteria & gutture careant. *Farn.*

51. *An quæ poma alba.*] Mori arboris eſt periphraſis. Morus enim arbor poma primum quidem alba, deinde nigra Pyrami an Thisbes ſanguine effecta ferre cœpit. *L.*

53. *Hæc placet, hæc.*] Libri veteres magna ex parte, *Hoc placet, hac.* vel *Hoc placet, hoc.* unus Voſſianus *Hæc placet, hoc.* Lege cum altero Erfurtano & Berſmanni codice,

Hæc placet; hanc, quoniam vulgaris
fabula non eſt,
Talibus orſa modis.

In Spurenſi, *Hoc placet, hanc.* Heinſius.

FAB. IV. *Arg.* Pyramus & Thisbe.] *Pyramus juvenis, & Thisbe puella cum domos contiguas haberent, ſe mutuo amare cœperunt, cum autem ſe amplecti aliter non poſſent, egredi urbem ad conſtitutum locum decreverunt. Qui quidem cum prior pervenſſet Thisbe, leæna illac tranſeunte perterrefacta in antrum vicinum confugit. Pyramus deinde adveniens, cum velum, quod fugiens Thisbe è capite decideraat, cruentatum reperiſſet, eam putans à feris fuiſſe lacerata, gladio quem ſecum habebat ſub mora arbore incubuit, cujus ſanguine quidem mora effecta fuere nigra, cum antea candida fuiſſent. Thisbe autem ex antro egreſſa, cum Pyramum vulnere confectum vidiſſet, eodem ſe gladio confodit.* Lact.

57. *Contiguas habuere domos.*] Flor. Vatic. pri. Medic. pri. Hamburgenſis, & ſex alii ex melioribus cum Spirenſi, & Norico, *tenuere.* & recte. nam *Oriens habuit* præceſſerat. *Heinſ. Ubi dicitur.*] Babylonis arcem à Belo conditam, regiam & urbem. Semiramis, vita functo conjuge ſuo Nino, cinxit muro ex latere coctili bitumine interlito, cujus ambitus 365. ſtadia complectitur, cum annuo ſpatio ſingula ſtadia ſingulis diebus eſſent perfecta. Altitudo muri inter turres, quæ erant 250. erat cubitorum 30. ipſarum turrium altitudo, cubitorum 60. latitudo 32. pedum, ut quadrigæ occurrentes facile commeare inter ſe poſſent. Qui plura volet, adeat Diodor. 3. lib. Strabonem 16. Curtium lib. 4. Herodotum 2. Hygin. 233. cap. mediam urbem interfluente Euphrate; per quem quo ſtratagemate capta fuerit à Cyro Babylon, lege Xenoph. 7. lib. de inſt. Cyri. vide Jo. Tzetzen lib. 9. Chil. 275. *Farn.*

58. *Altam urbem.*] Ad murorum ac ædium magnificentiam reſpexit, qua facile alias urbes Babylon ſuperabat. *Coctilibus muris.*] Latericiis & coctis lapidibus conſtructis. *Coctilibus.*] Ariſtophanes Ορν. πᾶν τοῦτ' τὸ μεταξὺ Περσικιζειν μεγαλαις πλινθοις, ὅσσον Βαβυλῶνα. Heinſius.

59. *Primoſque gradus amoris.*] *Si non tangendi copia eſt —— Ebo, ne videndi quidem erit? ſi illud non licet —— ſaltem hoc licebit: cerè extrema linea —— Amare, haud nihil eſt.* Sic Ovid. Metam. 10.

Tempore crevit amor, tædæ quoque jure coïssent;
Sed vetuêre patres, quod non potuêre vetare.
Ex æquo captis ardebant mentibus ambo.
Conscius omnis abest. nutu signisque loquuntur.
Quoque magis tegitur, tectus magis æstuat ignis.
Fissus erat tenui rimâ, quam duxerat olim,
Cum fieret paries domui communis utrique.
Id vitium nulli per sæcula longa notatum;
(Quid non sentit amor?) primi sensistis amantes,
Et voci fecistis iter: tutæque per illud
Murmure blanditiæ minimo transire solebant.
Sæpe ut constiterant, hinc Thisbe, Pyramus illinc;
Inque vicem fuerat captatus anhelitus oris;
Invide, dicebant, paries, quid amantibus obstas?
Quantum erat, ut sineres nos toto corpore jungi!
Aut hoc si nimium, vel ad oscula danda pateres!
Nec sumus ingrati. tibi nos debere fatemur,
Quod datus est verbis ad amicas transitus aures.
Talia diversâ nequicquam sede locuti;
Sub noctem dixêre Vale: partique dedêre
Oscula quisque suæ, non pervenientia contra.
Postera nocturnos Aurora removerat ignes,

Sol-

Fab. 10. *Ut præsens spectem Cinyram, tangamque, loquarque: Osculaque admoveam, si nihil conceditur ultra.* Item lib. 9. fab. 2. *Est mihi libertas*, &c.

60. *Tædæ.*] Nuptiæ. in quibus cum aquæ & ignis sacramenta adhiberentur, faces quinque è tæda arbore à totidem pueris patrimis & matrimis præferebantur vide quæ nos ad Senec. Theb. vs. 263. & 507.

64. *Tanto.*] Vett. libb. *Tectus magis æstuat ignis.* & unus Mess. *meus* Farnabius.

68. *Quid non sentit amor?*] Parenthesis est, rationem continens, cur amantes primi rimam illam notarint. *R. Quid.*] *Quis fallere posset amantem?* Virgil. de Didones 4. Æneid. *Farn. Primi vidistis amantes.*] *Sensistis* veterrimum fragmentum Theatinorum Romæ, & quinque alii ex nostris, quæ repetitio mihi arridet. mox pro *vocis iter, voci* Urbin. fragm. Theat. & tres alii *vocis.* alter Hamburg & Lovanienses. & *Inque vicem* meliores *Heinsius.*

71. *Sæpe ubi constiterant.*] Urbin. & pri. Erfurt. pri. Gronov. pri. Basil. & sex alii *ut constiterant.* pro *oscula danda*, quidam ex melioribus *oscula sola.* Idem.

77. *Datus est verbis.*] Canabr. sec. Medic. & duo alii, *datus es.* versu proximo *diversa sede* non *parte* meliores. nam *partique dedere* sequitur. *Idem.*

81. *Nocturnos ignes.*] Cœli faces flebiles, ut lib. 7. vs. 103. *Postera depulerat flebiles Aurora micantes.* Farn.

83. *Tum*

Solque pruinoſas radiis ſiccaverat herbas:
Ad ſolitum coïêre locum. tum murmure parvo
Multa prius queſti, ſtatuunt, ut nocte ſilenti
Fallere cuſtodes, foribuſque excedere tentent.
Cumque domo exierint, urbis quoque tecta relinquant:
Neve ſit errandum lato ſpatiantibus arvo;
Conveniant ad buſta Nini: lateantque ſub umbrâ
Arboris. arbor ibi niveis uberrima pomis
Ardua morus erat, gelido contermina fonti.
Pacta placent: & lux tardè diſcedere viſa
Præcipitatur aquis, & aquis nox ſurgit ab îſdem.
Callida per tenebras, verſato cardine, Thisbe
Egreditur, fallitque ſuos: adopertaque vultum
Pervenit ad tumulum; dictâque ſub arbore ſedit.
Audacem faciebat amor. venit ecce recenti
Cæde leæna boum ſpumantes oblita rictus,
Depoſitura ſitim vicini fontis in undâ.
Quam procul ad Lunæ radios Babylonia Thisbe
Vidit: & obſcurum timido pede fugit in antrum.

Dum-

83. *Tum murmure parvo.*] Cantabr. ſec. Med. & duo alii, *cum murmure.* cum ſtatuunt. & *ſub nocte* multi veteres. *Heinſ.*

84. *Queſti.*] De parentibus ſuis. *In uxr.*] Concubia, intempeſta. Al. *Ut nocte ſequenti Fallere.* Farn. *Nocte ſilenti.*] De ſilentio noctis dicturi ſumus. lib. 7. vſ. 184.

86. *Urbis quoque tecta relinquant.*] *Clauſtra* unus Bononienſis. hoc eſt portas. Met. VIII.

Clauſtraque portarum genitor tenet.

& Lucretio *natura portarum clauſtra*, & *cæli clauſtra.* Statius Theb. X.

——— *nondum illi Thebarum clauſtra ſubibant.*

Juvenalis Sat. VIII.

Prædia laxarant portarum clauſtra tyrannis.

Val. Flaccus lib. III.

——— *nocturnaque muris*
Clauſtra cadunt.

Tradentius Paſſione Eulaliæ.

Nocte fores ſine teſte movet,
Septaque clauſtra fugax aperit.

Nec vero abſimile Naſonem ſcripſiſſe *urbis ſepta.* quomodo *portarum ſepe* Triſt. IV. Eleg. I. v. 81. ex antiquis codicibus. *ſepta domorum* Lucretio bis terve, & Virgilio. *Heinſ.*

88. *Buſta.*] Sepulchri Nini moles, inquit Diodorus, altitudinis 9. ſtadiorum. latitudinis 10. conſpicitur velut arx quædam, licet multis ſtadiis diſtans ab urbe. lib. 3. *Farn.*

89. *Uberrima pomis.*] *Celeberrima* liber ſcriptus Berſmanni, ex noſtris tertius Gronovianus, & Zulichemianus. tertius Mediceus *creberrima.* ſic in Amoribus *celeberrimus ilice lucus.* Heinſ.

91. *Tarde.*] *Ut nox longa quibus mentitur amica videtur.* Hor. I. epiſt. I. lib. *Omniſque nimium longa properanti mora eſt.* Seneca.

97. *Nox exit ab iſdem.*] *Nox ſurgit* multi veteres. *Heinſ.*

101. *Re-*

Dumque fugit, tergo velamina lapſa relinquit.
Ut lea ſæva ſitim multâ compeſcuit undâ,
Dum redit in ſilvas, inventos forte ſine ipsâ
Ore cruentato tenues laniavit amictus.
Serius egreſſus veſtigia vidit in alto
Pulvere certa feræ, totoque expalluit ore
Pyramus. ut vero veſtem quoque ſanguine tinctam
Repperit; Una duos nox, inquit, perdet amantes:
E quibus illa fuit longâ digniſſima vitâ.
Noſtra nocens anima eſt. ego te, miſeranda, peremi,
In loca plena metûs qui juſſi nocte venires:
Nec prior huc veni. noſtrum divellite corpus,
Et ſcelerata fero conſumite viſcera morſu,
O quicunque ſub hac habitatis rupe, leones.
Sed timide eſt optare necem. velamina Thisbes
Tollit, & ad pactæ ſecum fert arboris umbram.
Utque dedit notæ lacrymas, dedit oſcula veſti:
Accipe nunc, inquit, noſtri quoque ſanguinis hauſtus,
Quoque erat accinctus, dimittit in ilia ferrum.
Nec mora; ferventi moriens è vulnere traxit.
Ut jacuit reſupinus humi; cruor emicat alte.
Non aliter, quam cum vitiato fiſtula plumbo
Scinditur, & tenues ſtridente foramine longè
Ejaculatur aquas; atque ictibus aëra rumpit.
Arborei fœtûs aſpergine cædis in atram
Vertuntur faciem: madefactaque ſanguine radix
Puniceo tingit pendentia mora colore.

Eccè

101. *Relinquit.*] Meliores *reliquit.* Heinſius.

115. *Timidi.*] Ex Stoa, cui mors ad manum præſtat portum & libertatem à malis. *Nunquam eſt ille miſer, cui facile eſt mori.* Senec. in Herc. Oetæo. *Si piget luctus habes Mortem paratam, pectus in tela indue.* Idem in Herc. Furent. 106.

116. *Pacta arboris.*] Conſtituræ.

119. *Demiſit in ilia ferrum.*] *Dimiſit* veteres. niſi quod in primo Moreti *dimittit.* Heinſ.

121. *Et jacuit reſupinus humo.*] *Hum* rectius quatuor melioris notæ. prio Erfurt. *Ut jacuit.* Idem.

123. *Tenui ſtridente foramine longas.* *Tenues ſtridente foramine longe* nonnulli rectius. unus Moreti pro diverſa lectio ne *ſtringente.* mox *aëra pulſas* unus Bo nonienſis. ut in Arte,

Appias expreſſis aëra pulſat aquis. Id.

127. *Purpureo colore.*] *Puniceo* unu Cio-

Digitized by Google

Ecce metu nondum posito, ne fallat amantem,
Illa redit: juvenemque oculis, animoque requirit:
Quantaque vitarit narrare pericula gestit.
Utque locum, & versam cognovit in arbore formam;
(Sic facit incertam pomi color) hæret an hæc sit.
Dum dubitat, tremebunda videt pulsare cruentum
Membra solum; retroque pedem tulit: oraque buxo
Pallidiora gerens, exhorruit æquoris instar,
Quod fremit, exiguâ cum summum stringitur aurâ.
Sed postquam remorata suos cognovit amores;
Percutit indignos claro plangore lacertos:
Et laniata comas, amplexaque corpus amatum,
Vulnera supplevit lacrymis; fletumque cruori
Miscuit: & gelidis in vultibus oscula figens,
Pyrame, clamavit, quis te mihi casus ademit?
Pyrame, responde. tua te, carissime, Thisbe
Nominat. exaudi: vultusque attolle jacentes.
Ad nomen Thisbes oculos jam morte gravatos

Py-

Ciofani cum Mureti excerptis. placet. lib. v. *Puniceo mistos cum sanguine fluctus* dixit libro 11.

Candida Puniceo perfundit membra cruore. lib. 111.

Puniceus de mole cruor manabat. libro v.

Puniceum pomum. Idem.

131. *Visam cognoscit in arbore formam.*] *Versam formam* Arondel. & octo alii, cum uno Palatino & uno Bersmanni. recte. *Idem.*

137. *Amoris.*] Amatum Pyramum. *Fere.*

138. *Percutit.*] *Perculit* Cantabr. duo Regii, & sex alii. lib. v.

Pectora perculit Hypsæus. lib. x1.

Perculit ora manu.

in codices antiqui. apud Lucretium initio libri primi, *perculsa corda tua vi.* ut ter vetustissimi codices, quos inspexi. *Vulgati percussa.* & postea iidem codices de ove, *lacte mero mentes perculsa novellas.* quod contra fidem membranarum Gifanius non debuit mutare. *Idem.*

Claro plangore. Magno ejulatu.

141. *In gelidis vultibus.*] In frigida facie Pyrami morientis. *Oscula figens.*] Pri. & sec. Vatic. Thuan. aliique multi *fingens.* similis diversitas veterum librorum apud Lucanum libro v1. v. 565.

Thessalis incubuit membris, atque oscula fingens,
Truncavitque caput, compressaque dentibus ora
Laxavit.

de fingendi verbo vide quæ ad Acontii epistolam notamus. Temere tamen nihil hoc loco mutandum. Epicedio Drusi,

At miseranda parens suprema neque oscula fixit. Heinsius.

145. *Oculos in morte gravatos.*] Redi ad Tom. 1. p. 768. vs. 93. *In morte gravatos.*] *Jam gravatos* rectius. veterum nonnulli. viderunt Vivianus & Ciofanus, *Heinsius.*

148. *Ebur*

Pyramus erexit, visâque recondidit illâ.
Quæ poſtquam veſtemque ſuam cognovit, & enſe
Vidit ebur vacuum; Tua te manus, inquit, amorque
Perdidit, infelix. eſt & mihi fortis in unum
Hoc manus: eſt & amor. dabit hic in vulnera vires.
Perſequar exſtinctum: letique miſerrima dicar
Cauſſa comeſque tui: quique à me morte revelli
Heu ſolâ poteras, poteris nec morte revelli.
Hoc tamen amborum verbis eſtote rogati,
O multum miſeri meus illiuſque parentes,
Ut, quos certus amor, quos hora noviſſima junxit,
Componi tumulo non invideatis eodem.
At tu, quæ ramis arbos miſerabile corpus
Nunc tegis unius, mox es tectura duorum;
Signa tene cædis: pulloſque, & luctibus aptos
Semper habe fœtus gemini monumenta cruoris.
Dixit: & aptato pectus mucrone ſub imum
Incubuit ferro; quod adhuc à cæde tepebat.
Vota tamen tetigêre Deos, tetigêre parentes.
Nam color in pomo eſt, ubi permaturuit, ater:
Quodque rogis ſupereſt, unâ requieſcit in urnâ.

D

148. *Ebur vacuum enſe.*] Id eſt, eburneam vaginam enſe eductо.

149. *Eſt & mihi fortis in unum Hoc manus.*] *In unum* ſcripti omnes. niſi quod Jureti exſcripta *in idlum*. Lege *in unum Hoc manus*. atque ita primus Vaticanus, & quinque aut ſex alii. poſſet etiam legi *fortis in unam Me manus*. Heinſ.

154. *His tamen amborum verbis.*] *Hoc tamen* ex ſcriptis. vel *Hæc*. quomodo nonnulli. nec male Græviaſnus *Vos tamen*. Idem.

155. *Miſerique mei illiuſque parentes.*] *Miſeri meus illiuſque parentes* vetuſtiores plerique. *Idem.*

157. *Componi.*] Condi, ac ſimul ſepeliri. *Componi tumulo eodem.*] Idem Patroclus petiit ab Achille, Iliad. ϕ. v. 83. Νὺ ἰμὰ σῶν ἀπάνευθε τεθάμμεναι ὀστὰ, Αχιλλεῦ. Et Cleopatra Antonio volt componi.

161. *Monumenta.*] Memoriam.

166. *Quodque rogis ſupereſt.*] *quam collapſi cineres, & flamma quie*

Reliquias vino & bibulam lavere
villam.

Oſſaque lecta cado texit Chorinæus ab

Quod ex Homero, Iliad. ϕ. à vſ. 27.

FAB. V. *Arg.* Leucothoë.] *quam narret, quemadmodum Leucoth arborem thuris fuerit converſa, ex adulterium Martis cum Venere. Sol Martem olim cum Venere cœuntem cano ejus marito indicavit, qui indigna retibus tenuiſſimis cubile circumdedit, bus cœuntem Martem cum Venere ita plicuit, ut nullo pacto disjungi poſſent. tefacto deinde cubiculo omnium Dei*

Deſierat: mediumque fuit breve tempus; & orſa eſt
Dicere Leuconoë. vocem tenuêre ſorores.
Hunc quoque, ſidereâ qui temperat omnia luce,
Cepit amor Solem. Solis referemus amores.
Primus adulterium Veneris cum Marte putatur
Hic vidiſſe Deus. videt hic Deus omnia primus.
Indoluit facto: Junonigenæque marito
Furta tori, furtique locum monſtravit. at illi
Et mens, & quod opus fabrilis dextra tenebat,
Excidit extemplo graciles ex ære catenas,
Retiaque, & laqueos, quæ lumina fallere poſſint,
Elimat. non illud opus tenuiſſima vincant
Stamina, non ſummo quæ pendet aranea tigno.
Utque leves tactus, momentaque parva ſequantur,
Efficit: & lecto circumdata collocat aptè.
Ut venêre torum conjux & adulter in unum;
Arte viri, vincliſque novâ ratione paratis,
In mediis ambo deprenſi amplexibus hærent.
Lemnius extemplo valvas patefecit eburnas:

Ad-

ſcalis ſpectandos ſubjecit, *qua re Venus incenſa Soli Leucothoës amorem immiſit: qui ut commodius ea potiretur, ſe in matris Eurynomes figuram convertit. Cum vero Orchamus pater eam vitiatam eſſe indicio Veræ Solis amicæ cognoviſſet, ipſam deſuper in terram. Sol vero amicam miſeratus, eam in thuris arborem commutavit.* L.

168. *Leucothoë.*] Cantabr. Bernegg. Spirenſis, Thuan. pri. Reg. pri. Gronov. Arondel. aliique nonnulli *Leuconoë.* reſtr. monui jam ſupra. de Leucothoë Leuconoën paulo poſt narrantem audiemus. mox *referemus* pro *referamus* meliores. paulo ante unus Leidenſis pro diversâ lectione *mediumque ſubit breve tempus*, non *fuit*. quod parum abeſt quin impleſtat. *Heinſ. Vocem tenuere.*] *Tenuique inhians tria Cerberus ora.* & alibi: *tenuique ora tenebant.*

171. *Primus.*] Fabulam hanc canit Demodocus in Homeri Odyſſea 8. Narrat & Nonnus 5. Dionyſ. & 25. *Farn.*

173. *Junonigenæ.*] Ex Junone genito. Vulcanum enim ſolum Juno ex Jove ſuſcepit.

178. *Elimat.*] Perficit lima.

179. *Aranea*] Tela aranearum. *R. Nec ſummo.*] Ἠὔτ' ἀράχνια λεπτὰ τά γ' ἔκτοθι οἶδε ἕδοιτο, &c. Odyſſ. 8. *Far.*

181. *Et lecto circumdata collocat apte.*] *Arte* plerique vetuſtiores. Forte *lecto alto.* quod verius puto. nam unus Voſſianus *alte* lib. x.

——— *& alto*
Admetam lecto cum traderet, accipe, dixit

ſic & *altus torus* paſſim. *Heinſ.*

185. *Lemnius.*] Vulcanus, qui dum matris auxilio occurreret adverſus Jovem, ῥιφθεὶς ποδὸς, ut ipſe narrat Iliad. a præcipitatus à Jove de cœlo, in Lemnum decidit, ubi eum Sinties exceperunt. *Farn.*

187. *Ali-*

Admiſitque Deos. illi jacuêre ligati
Turpiter. atque aliquis de Dîs non triſtibus optet
Sic fieri turpis. Superi riſêre: diuque
Hæc fuit in toto notiſſima fabula cœlo.
Exigit indicii memorem Cytherëia pœnam:
Inque vices illum, tectos qui læſit amores,
Lædit amore pari. quid nunc, Hyperione nate,
Forma, calorque tibi, radiataque lumina proſunt?
Nempe tuis omnes qui terras ignibus uris,
Uteris igne novo: quique omnia cernere debes,
Leucothoën ſpectas: & virgine figis in unâ,
Quos mundo debes, oculos. modo ſurgis Eöo
Temporius cælo: modo ſerius incidis undis;
Spectandique morâ brumales porrigis horas.
Deficis interdum: vitiumque in lumina mentis
Tranſit; & obſcurus mortalia pectora terres.
Nec, tibi quod Lunæ terris propioris imago
Obſtiterit, palles. facit hunc amor iſte colorem.
Diligis hanc unam: nec te Clymeneque, Rhodoſque,
Nec

187. *Aliquis de Dis non triſtibus optet.*] *Optet* unus Moreti, Puto,

——*atqui aliquis de Dis non triſtibus optet.* Heinſ.

De Dis non triſtibus.] Poëta in lib. 2. Art. amat. hanc fab. eleganter & graphicè repetit. *Hic aliquis videns in me, fortiſſime Mavors, Si tibi ſunt oneri, vincula transfer, ait.*

189. *Fabula.*] Η γὰρ Ἀφροδίτης καὶ τῦ Ἄρεως ὁμοδρομία τὴν Ὀλύμπου διοδὸν ἀνεργάζεται. inquit Luc. libel. de Aſtrologia. Ignea Martis ſtella ſignificat calorem, Veneris autem ſtella humorem temperatum; ex horum conjunctione conſtat generatio. quos Sol aſpectu ſuo elicit detegitque, Vulcani immodicus calor impedit, Neptunus, ut habet Homerus 8. Odyſſ. ligatos ſolvit: aqua ſcilicet extinguit calorem. ſymmetria hinc Phyſica. Arnob. vero lib. 5. ad mores refert. Quod in adulterio dicitis Martem & Venerem Vulcani eſſe circumretitos arte; cupiditatem dicitis atque itam vi preſſas conſilioque rationis. vide Cæl. Rhodig. l. 18. 6. *Farn.*

191. *Inque vices.*] Viciſſim, è contrario.

192. *Hyperione nate.*] Sol Hyperioni Titanis ex Thia, ut ſcribit Heſiodus. Unde *Hyperionides* quoque Sol ipſe & *Hyperion* nomine patris interdum à poëtis vocatur.

193. *Forma colorque tibi?*] *Calorque* primus Mediceus & Noricus. quod ſequentia videntur confirmare. *Heinſius.*

203. *Amor ipſe.*] *Iſte* cum meliori bus. *Idem.*

204. *Clymeneque.*] Mater Phaëthontis. de qua lib. 1. & 2. *Rhodoſque.*] Neptuni & Veneris filia fingitur, Phœbo intime adamata, è qua ſeptem geminî filios, quæ nomen dedit inſulæ Carpathii pelagi, quæ & Phœbo dilecta dici

Digitized by Google

Nec tenet Æææ genitrix pulcherrima Circes,
Quæque tuos Clytie, quamvis deſpecta, petebat
Concubitus; ipſoque illo grave vulnus habebas
Tempore. Leucothoë multarum oblivia fecit.
Gentis odoriferæ quam formoſiſſima partu
Edidit Eurynome, ſed poſtquam filia crevit,
Quam mater cunctas, tam matrem filia vincit.
Rexit Achæmenias urbes pater Orchamus: iſque
Septimus à priſci numeratur origine Beli.
Axe ſub Heſperio ſunt paſcua Solis equorum:
Ambroſiam pro gramine habent. ea feſſa diurnis
Membra miniſteriis nutrit, reparatque labori.
Dumque ibi quadrupedes cæleſtia pabula carpunt,
Noxque vicem peragit; thalamos Deus intrat amatos
Verſus in Eurynomes faciem genitricis: & inter
Bis ſex Leucothoën famulas ad limina cernit

Læ-

tur, quia nulla eſt dies tam nubila in qua Sol non cernitur, quod illi cum Alexandria & Syracuſis commune. vel quod hæc inſula paludibus quondam humida ſolis calore arida facta ſit & fertilis, ut habet Diodorus Sic. lib. 6. de Rhodo inſul. Horario dicitur clara, id eſt, Solis radiis, urbibus, portubus, templo & Coloſſo Solis. vide Commeat. in ode 17. Pindari.

205. *Æææ.*] Perſa mater Circes, Ææa dicta ab Æa, opp. Colchorum.

206. *Clytie.*] Nympha, quæ Phœbum amavit.

207. *Ipſoque illo grave vulnus habebas Tempore.*] *Habebas* Bernegger. prior Erfurt. pri. Regius, aliique nonnulli pro *ipſoque illo.* primus Palat. primus Medic. pri. Erfurt. & Noricus, *ipſoſque.* quatuor alii *ipſaque.* in Berneggeriano vox ea erat erafa. Tò *illo* abeſt à Rottendorphiano. *ipſoque nimis* alter Rogerii Twiſdeni. *ipſaque loco* alter Erfurtanus. unus Heinſ. recens pro diverſa lectione *Tolieque.* Loca mendi omnino ſuſpectus. *Heinſ.* Dolorem ob prælatam ſibi Leucothoën. *Leucothoë.*] Filia Orchami regis Achæmeniæ, & Eurynomes. *Vulnus amoris.*] Τὸ ὑποκαρδιον ἕλκος.

209. *Gentis.*] Arabicæ, Achæmeniæ. *Farn. Gentis odorifera.*] Odores ferentis, hoc eſt, Arabicæ. *Formoſiſſima Eurynome.*] Eurynome nympha fuit Oceani & Tethyos filia, uxorque Orchami, Achæmeniorum regis.

211. *Filia vicit.*] *Vincit* meliores & mox *priſci Beli* in quibuſdam, vel *priſca Beli*, pro *priſco Beli.* Heinſius.

212. *Achæmenias.*] Perſicas. Nam Achæmenii, Perſæ, & Parthi populi ſunt finitimi. R.

213. *Septimus.*] A Belo, Abas, Acriſius, Danaë, Perſeus, Bachæmon, Achæmenes, Orchamus.

218. *Thalamos amatos.*] Amicæ Leucothoës cubiculum. R.

220. *Ad lumina.*] Caligant qui obtrudunt lect. *ad limina.* Neque vident lumina nentibus ancillis convenire. quod Noſtro ſolenne eſt. 2. Faſtor. *Lumen ad exiguum famula (Lucretia) data penſa trahebant.* Quod de Famulis ad lumina monet Dauſqueus ad Sil. Ital. 1. 1. non huc facit. *Farn.*

Lævia versato ducentem flamina fuso.
Ergo ubi, ceu mater, caræ dedit oscula natæ;
Res, ait, arcana est: famulæ, discedite: neve
Arripite arbitrium matri secreta loquenti.
Paruërunt: thalamoque Deus sine teste relicto,
Ille ego sum, dixit, qui longum metior annum,
Omnia qui video, per quem videt omnia tellus:
Mundi oculus. mihi crede, places. pavet illa: metuque
Et colus, & fusus digitis cecidêre remissis.
Ipse timor decuit. nec longius ille moratus,
In veram rediit faciem, solitumque nitorem.
At virgo, quamvis inopino territa visu,
Victa nitore Dei, posita vim passa querelâ est.
Invidit Clytie, (neque enim moderatus in illâ
Solis amor fuerat) stimulataque pellicis irâ
Vulgat adulterium: diffamatumque parenti
Indicat. ille ferox immansuetusque precantem,
Tendentemque manus ad lumina Solis, &, Ille
Vim tulit invitæ, dicentem, defodit altâ

Cr

221. *Lævia flamina.*] Veteres plerique è castigationibus *Lenia.* unde suspicio suboritur *Tenuia* Nasonem scripsisse. certe unus meus *Tenea.* Virgil. *Tenuia nec lana per cælum vellera ferri.* cujusmodi proceleusmaticos illi Statioque admodum familiares esse scimus. Lucretius lib. 1. ex tribus veterrimis codicibus,

Linquitur hic quædam latitandi copia tenuis.

nunc legitur, *tenuis latitandi copia quædam. lævia* tamen *filia* in re simili & Catullus dixit, & auctor elegiæ in obitum Mæcenatis. *Heinsius. Ducentem.*] Deducentem.

224. *Eripite arbitrium.*] Veteres maxima ex parte *Arripite* vel *Abripite.* pro *matri secreta loquendi.* Florentinus S. Marci, & Urbinas *loquenti.* Scribe,

Arripite arbitrium matre in secreta loquente.

Arripere arbitrium, quo significatu p sim apud auctores, *remotus ab omni a trio locus.* & apud Nostrum lib. 11.

—— *procul est, ait, arbiter omnis.*
Nuda superfusis tinguamus corpora l phis.

In secreta, pro loco secreto. Met. 21 *In secreta venit*, de Polymnestore He bam ad colloquium secretum adm tente. *Heinsius.*

225. *Paruerant.*] *Paruerunt* probe mus Mediceus cum Norico, dictum bi. mox *thalamo relicto* veteres pleriq *Idem.*

227. *Omnia.*] Παντ᾽ ἐφορῶ κανθ᾽ ἀκούω πάντα. Orpheus. *Fam.*

229. *Et colus & fusi.*] *Fusus*, & n *faciem* pro *speciem* in vetustioribus.

234. *Moderatus in illam.*] *In illa* dem. mox *diffamatamque* malim qu *diffamatumque.* Idem.

240. C

Digitized by Google

Crudus humo: tumulumque ſuper gravis addit arenæ.
Diſſipat hunc radiis Hyperione natus: iterque
Dat tibi, quo poſſis defoſſos promere vultus.
Nec tu jam poteras enectum pondere terræ
Tollere, Nympha, caput: corpuſque exſangue jacebas.
Nil illo fertur volucrum moderator equorum
Poſt Phaëthontêos vidiſſe dolentius ignes.
Ille quidem gelidos radiorum viribus artus,
Si queat, in vivum tentat revocare calorem.
Sed, quoniam tantis fatum conatibus obſtat,
Nectare odorato ſpargit corpuſque locumque:
Multaque præqueſtus, Tanges tamen æthera, dixit.
Protinus imbutum cæleſti nectare corpus
Delicuit, terramque ſuo madefecit odore:
Virgaque per glebas ſenſim radicibus actis
Thurea ſurrexit; tumulumque cacumine rupit.
At Clytien (quamvis amor excuſare dolorem,

In-

240. *Crudus.*] Crudelis, immitis. Alii cum forte ad ſupplicium Veſtalium corruptarum. *Farn. Crudus.*] Immitis & durus; præterea eleganter ad viridantem ſenectutem accommodatur: Quod ex Homero plerique omnes poëtæ tranſtulerunt.

246. *Phaëthontêos ignes.*] *Phaëthontæus* primus Mediceus. Lege *Phaëthontæi.* Heinſius. *Poſt Phaëthonteos.*] Poſt Phaëthontem filium fulmine extinctum à Jove, *qui ſævis compeſcuit ignibus ignes.* 2. lib. vi. 319. *Farn.*

247. *Gelidos artus.*] Mortua membra. R.

248. *Tentat revocare.*] *Tentet* cum Genevenſi. *Heinſ.*

249. *Tantis fatum conatibus obſtat.*] Codex unus meus. Forte *vanis conatibus.* Item *ſpargit* pro *ſparſit* ſcripti. *Idem.*

250. *Nectare odorato ſpargit corpus.*] *Nectare totum perducens corpus odore.* Virgil. 4. Georg. Et Statius 12. Thebaid.

Nec non fumella ducum refovendi corpora curam.

Iris habet, putreſque arcanis roribus artus,
Ambroſiaque rigat ſuccis, ut longius obſtent,
Exſpectentque roges, flammas neve ante fatiſcant.

Ubi ſtrenuè Homerum imitatur.

251. *Tanges.*] prodibis è terra arbor thurifera, cujus gummi incenſi in ſacris odor aſcendit ad nares Deorum. Achæmenia autem, Arabia, & Sabathure & aromatibus paſſim à Poëtis celebrantur. *Farn.*

253. *Delicuit.*] Molle & liquidum factum eſt.

255. *Tumulum.*] Arenæ aggerem. R.

FAB. VI. *Arg.* At Clytien.] *Clytie nympha à Sole derelicta, cum novem dies ſine ullo cibo ac potu exegiſſet, tandem Deorum miſeratione in herbam* Heliotropium *converſa fingitur, qua nunc quoque priſtini amoris memor, continuæ folia ad Solem vertit. Unde etiam nomen accepit. Nam* Heliotropium *dicitur Solis converſio,* ἥλιος namque Sol, τροπὴ converſio dicitur. R.

Indiciumque dolor poterat) non amplius auctor
Lucis adit: Veneriſque modum ſibi fecit in illâ.
Tabuit ex illo dementer amoribus uſa,
Nympharum impatiens; & ſub Jove nocte dieque
Sedit humo nudâ nudis incomta capillis.
Perque novem luces expers undæque cibique
Rore mero, lacrymiſque ſuis jejunia pavit:
Nec ſe movit humo. tantum ſpectabat euntis
Ora Dei: vultuſque ſuos flectebat ad illum.
Membra ferunt hæſiſſe ſolo: partemque coloris
Luridus exſangues pallor convertit in herbas.
Eſt in parte rubor: violæque ſimillimus ora
Flos tegit. illa ſuum, quamvis radice tenetur,
Vertitur ad Solem: mutataque ſervat amorem.
Dixerat: & factum mirabile ceperat aures.
Pars fieri potuiſſe negant: pars omnia veros

Poſſ

260. *Nympharum impatiens.*] *Patiens* pri. Palat. Spirenſis, & quinque aut ſex alii, at Zulichemianus *Nimbarum patiens*, ut Faſt. IV.

Sub Jove durávit multis immota diebus,
Et Lunæ patiens & pluvialis aquæ.

& libro II.

Sub Jove durabant & corpora nuda gerebant,
Docta graves imbres & tolerare Notos.

Horatius libro I. Od. VIII.

—— *cur apricum*
Oderit campum patiens pulveris atque ſolii.

& libro IV. Od. X.

Non hoc ſemper erit liminis aut aquæ
Cœleſtis patiens latus. Heinſius.

Sub Jove.] Sub dio ad aërem. *R. Nympharum.*] Commercium aliarum nympharum fugiens. *Farn.*

261. *Sedit humo nuda.*] *Humi nuda* ſtagmentum Moreti. quod arridet. *Heinſ.*

262. *Novem luces.*] Novem dies.

266. *Hæſiſſe.*] Affixa fuiſſe terræ, ſic ut ſurgere non poſſet.

267. *Luridus.*] Fuſcus.

269. *Flos.*] Heliotropium, inqui Plinius, ſe cum Sole circumagit; abeun tem ſequitur, tantus amor eſt fidei lib. 2. 41. c. & l. 22. 9. cap. *Farn.* Suum A ſe amatum.

FAB. VII. VIII. IX. X. *Ar* Dixerat, & factum, &c.] *Poſtquam Le cothoë, inquit, narrare deſiit, poſcitur A cithoë, quæ narrationem incipiens, præm ire ſe dicit vulgares fabulas, ut de Dapn de, Idæo paſtore, qui quod fidem conj non præſtiterat, in ſaxum abierit. & de thone, qui ex viro in fœminam ceſſa Neque etiam relaturam eſſe caſus Leu aut Adamantis, Cureumque, qui ex bribus ſunt procreati. Retcere ſe etiam cit de Croco & Smilace, qui in flores ſunt. Sed de Salmace fonte Caria re velle: cujus liquore contacti molliti gurantur.* Lact.

271. *Coperat.*] Occupaverat, dele rat.

272. *Omnia.*] Πάντα μὲν τ' ἀν

Posse Deos memorant: sed non & Bacchus in illis.
Poscitur Alcithoë, postquam siluêre sorores:
Quæ radio stantis percurrens stamina telæ,
Vulgatos taceo, dixit, pastoris amores
Daphnidis Idæi, quem Nymphe pellicis irâ
Contulit in saxum. tantus dolor urit amantes.
Nec loquor, ut quondam naturæ jure novato
Ambiguus fuerit modo vir, modo fœmina, Scython.
Te quoque, nunc adamas, quondam fidissime parvo,
Celmi, Jovi: largoque fatos Curetas ab imbri.

Et

Sui τυχησάσιν. Sophocles in Ajace Θεοὶ δ' τὰ πάντα δύνανται. Hom. Iliad. 8. *Farn.* 273. *Sed non est Bacchus in illis.*] *Sed non & ex melioribus.* libro XV.

——talibus ora
Docta quidem solvit, sed non & credita verbis.

Fast. IV.

Casta quidem, sed non & credita.

sic & ibi cafligationes. Pont. I. El. VIII.

Sunt ibi, si memini, nostrâ quoque consita quondam,
Sed non & nostra poma legenda manu.

Virgil. Æn. VII.

Patriis sed non & filius arvis
Contentus.

lib. VI.

Dardanida venient in regna Latini,
Sed non & venisse volent.

lib. X.

Ausum petiit, sed non & figere contra
Est ictum.

Silius libro XVI.

At postremus Atlas, sed non & segnior ibat.

Postremo Dauno.

idem libro XV.

Tales in Ausonia, sed non & talis Iberis
Armorum eventus campis.

quomodo & illic optimæ membranæ. Et & apud Claudianum IV. Cons. Honorii,

Munificus largi sed non & prodigus auri.

Lucanus libro IX.

Aquæ recusque placet, sed non & sufficit humor.

quæ & illic genuina scriptura veterrimarum membranarum fide atque auctoritate confirmata. *Heinsius.*

277. *Daphnides Idæi.*] Daphnis, cujus interitum Virgil. quoque post Theocritum deflet, Mercurii filius fuisse memoratur, is à nympha nomine Thalia adamatus ita est, ut pellicem verita & rivalem, in saxum illum transmutarit; quamvis Theocritus illum amore tabuisse canat. *R. Quæve Nympha pellicis ira.*] *Nympha.* Malo etiam *Idææ pellicis* legi, quam *Daphnidis Idæi.* Fabulam alii aliter narrant. sed cum Nasone consentit Servius ad v. 68. Eclog. IX. mox. *Nec loquor* pro *loquar* vetustiores. *Heinsius.*

281. *Adamas.*] Quod Jovis mortalitatem vulgaverat olim nutritius Jovis, nempe unus ex Idæis Dactylis. *Farn.*

282. *Celme Jovi.*] *Celmi* videtur reponendum, quomodo & Scaliger in ora codicis sui notarat. nam Græcis Κέλμις, τῶ Κέλμιος, unus ex Idæis Dactylis est. Vide Hesychium in Κέλμις, & Zenobium in Κέλμις ἐν σιδήρῳ. Κέλμις quoque Clementi Alexandrino, Nonno in Dionysiacis, & Scholiastæ Apollonii. apud Diomedem Grammaticum lib. III. perperam legitur de Curetibus. *Hos quidem tres putant, qui Lares esse credantur, Damnamencus, Acmon, Celmon* pro *Celmis.* Heins. *Celme Jovi.*] Scalig. emendat, *Celmi Jovi. Satos.*] De Curetum origine & officio vide Strabonem 10. lib. & quæ nos ad Senec.

Et Crocon in parvos verſum cum Smilace flores,
Prætereo: dulcique animos novitate tenebo.
Unde ſit infamis; quare male fortibus undis
Salmacis enervet, tactoſque remolliat artus;
Diſcite, cauſſa latet: vis eſt notiſſima fontis.
Mercurio puerum divâ Cythereïde natum
Naïdes Idæis enutrivêre ſub antris.
Cujus erat facies, in qua materque paterque
Cognoſci poſſent: nomen quoque traxit ab illis.

Herc. Oet. vſ. 1877. *Largoque ſatos Curetas.*] Hanc Curetum metamorpholin nuſquam me apud antiquiores legiſſe memini. Diomedes ait, Opem in Idam Cretenſem delatam ex fuga, cum puerperii tempus inſtaret, primam montis partem manibus apprehendiſſe, atque ita partu ſolutam. Ex impreſſione vero palmarum Curetas prodiiſſe, quos ab effectu Græci nominis dactylos, id eſt, digitos & Idæos à monte nominaverunt, & Strabo ſit, ἀπὸ τῆς κυρᾶς, id eſt, à tonſura Curetas appellatos, quod detonſi eſſent. Alii ἀπὸ τῶν κορῶν, id eſt, à puellis, quod longas ſtolas ut puellæ geſtarent. *Curetes* omnium primi armatam ſaltitationem invexiſſe dicuntur, cum clypeis æneis concurrentes, ludenteſque, & clamore & æris tinnitu non permiſerunt Jovis infantis vagitum, quem educandum ſuſceperant, ad Saturnum pervenire. *R.*

283. *Crocon.*] Crocon adoleſcentem amavit Smilax, quo cum frui non poſſet, ambo in flores converſi ſunt. Plin. 16. lib. 35. cap. *Farn.*

FAB. XI. *Arg.* Prætereo, &c.] *Mercurius cum ex Venere Hermaphroditum formoſiſſimum adoleſcentem genuiſſet, eumque Naiades nympha in Ida monte educaviſſent, relictis ſedibus in Cariam venit. Hic conſpicato fonte opaciſſimi Solis, ac perlucentis aqua, curſum continuit, quo diutius eo loco morante, Salmacis Nataadum, dum flores legit, conſpectum illico diligere cæpit. qui circa fontem paululum moratus, dum blanditias ſiqueris, precibuſque tenetur nympha, fonte ſe merſit, accenſe ſimo complexibus Naïs inhæſit, nec ante ea dimiſſus eſt, quam à Diis impetraſſet, unam ut cederent ſpeciem. Data itaque ver Hermaphroditus poſtquam ſe animadvert nec virum, nec fœminam ſatium, à paren tibus impetravit, ne infamis ſolus eſſet, quicunque ejus fontis aqua cantactus eſſe perinde ut ipſe, molleſceret.* Lact.

285. *Unde ſit infamis.*] Salmacis fons Cariæ, quem qui ingrediuntur, effœm nati ac molles egrediuntur. Hujus a tem rei cauſam poëta refert in Herma phroditi preces, qui parentes rogavit, quemadmodum ipſe, ſic alii quoqu fontem illum intrantes molleſcerent Nam Hermaphroditus Mercurii ac V neris filius fuit formoſiſſimus, qui cu in fontem Salmacidis nymphæ ingre ſus foret, ita à nympha fuit colligatu ut ex duobus corporibus unum fieret utrumque habens ſexum. *Unde.*] Καὶ Σαλμακὶς πρῶτον, διαβλαπτῖσα τὰ ἐνθάδε, ὡς μαλακίζουσα τοὺς πίνοντας, & Et Salmacis fons, neſcio qua de cau infamis, quaſi ex eo bibentes effœmin molliatque. Enimvero luxuria hom num videtur in æris & aquæ temp riem culpam referre. Atqui non h cauſam luxuriæ præbent; ſed divitiæ victus intemperans. Strabo 14. l. Geo videatur & Turneb. l. 28. c. 39. expone *Salmacida ſpolia ſine ſudore & ſanguine.*

291. *Nomen.*] Ἑρμῆς καὶ Ἀφρόδι Farn.

292. Fi

Is tria cum primum fecit quinquennia; montes
Deseruit patrios: Idâque altrice relictâ
Ignotis errare locis, ignota videre
Flumina gaudebat; ſtudio minuente laborem.
Ille etiam Lycias urbes, Lyciæque propinquos
Caras adit. videt hîc ſtagnum lucentis ad imum
Uſque ſolum lymphæ. non illic canna paluſtris,
Nec ſteriles ulvæ, nec acutâ cuſpide junci.
Perſpicuus liquor eſt. ſtagni tamen ultima vivo
Cespite cinguntur, ſemperque virentibus herbis
Nympha colit: ſed nec venatibus apta, nec arcus
Flectere quæ ſoleat, nec quæ contendere curſu;
Solaque Naïadum celeri non nota Dianæ.
Sæpe ſuas illi fama eſt dixiſſe ſorores:
Salmaci, vel jaculum, vel pictas ſume pharetras;
Et tua cum duris venatibus otia miſce.
Nec jaculum ſumit, nec pictas illa pharetras;
Nec ſua cum duris venatibus otia miſcet.
Sed modo fonte ſuo formoſos perluit artus:
Sæpe Citoriaco deducit pectine crines;
Et quid ſe deceat, ſpectatas conſulit undas.
Nunc perlucenti circumdata corpus amictu,
Mollibus aut foliis, aut mollibus incubat herbis.
Sæpe legit flores. & tunc quoque forte legebat,
[Cum puerum vidit: viſumque optavit habere.]

Nec

292. *Fecit quinquennia.*] *Duxit* Barbetin. *Heinſius.*

296. *Lycias urbes.*] Lycia, Lydia, & Caria provinciæ ſunt finitimæ.

298. *Uſque ſolum lympha.*] *Nympha* pri. Palat. pri. Erfurt. & tres alii. vide Notas Ep. v. vſ. 31. *Heinſ.*

311. *Cytheriaco.*] Pulchro, qualis Veneres deceret. Aut certè *Cytoriaco* legendum eſt. Et pro *dedu.it* Scalig. leg. ceuſet, *diducit*. R. *Cytoriadem.*] Buxeo. Cytorum autem mons Galatiæ buxo abundat. Virgil. 2. Georg. *Undantem buxo ſpectare Cytorum*, & Noſter lib. 6. *Inde Cytoriaco radium de monte tenebat. Deducit pectine crines.*] *Diducit* Scaliger fruſtra, ſic & *lanam pectine deducere* Claudianus lib. 11. in Eutrop. Statius Epithalamio Stellæ,

——*nec pingui crinem deducere amomo*
Ceſſavit mea, nate, manus.

Heinſius.

316. *Cum puerum vidit.*] Verſus haud dubie adulterinus, quem tamen libri veteres conſtanter agnoſcunt. *Heinſius.*

Nec tamen ante adiit, etsi properabat adire,
Quam se composuit, quam circumspexit amictus,
Et finxit vultum; & meruit formosa videri.
Tunc sic orsa loqui: Puer ô dignissime credi
Esse Deus; sed tu Deus es, potes esse Cupido:
Sive es mortalis; qui te genuêre beati:
Et frater felix, & fortunata profectò
Si qua tibi soror est, & quæ dedit ubera nutrix.
Sed longè cunctis longéque potentior illis,
Si qua tibi sponsa est; si quam dignabere tædâ.
Hæc tibi sive aliqua est; mea sit furtiva voluptas:
Seu nulla est; ego sim: thalamumque ineamus eundem.
Naïs ab his tacuit: pueri rubor ora notavit
Nescia quid sit amor: sed & erubuisse decebat.
Hic color apricâ pendentibus arbore pomis,
Aut ebori tincto est, aut sub candore rubenti,
Cum frustra resonant æra auxiliaria, Lunæ.

Pos-

318. *Composuit.*] Ornavit. *R. Quam.*] Sic. Mercurius l. 2. vs. 734. *cura adjuvat formam, Permulcetque comas, &c.*

319. *Et finxit vultum.*] Sumsit vultum blandum, amantique aptum. *R.*

323. *Et mater felix.*] De parentibus jam egerat. Quare rescribe *frater* cum primo Mediceo, Neap. Norico, & uno Basileensi. *Heinsius.*

325. *Longéque beatior illa est.*] *Potentior* pri. Erfurt. pri. Med. aliique multi. quod verum est. Vide quæ noto Amor. lib. II. Eleg. II. Met. XIV.

——*tantoque potentior, inquit,*
Pascaque laudatæ dedit oscula.

sic & illic scribendum. lib. X.

——*ipsaque damno*
Est mihi proximitas. aliena potentior esse m.

Juvenalis Satyra X. *cura Natura potentior omni.* Noster lib. IX.

At non vult Natura, potentior omnibus illis.

unde liquet rectè hic in Boschiano legi. *cunctisque potentior illis.* lib. XIV.

——*quæ te plus omnibus illis,*
Plus, quam credis, amo.

Idem.

330. *Nescit quid sit amor.*] *Nescit enim quid amor.* pri. Reg. Thuan. Florent. S. Marci, Neapol. sec. Med. Cantabr. pri. Vatican. aliique multi. rectius. at optime Calandræ excerpta,

Nescia quid sit amor, Idem.

331. *Pendentibus arbore pomis.*] *Malit* omnino rectius meliores. non enim omnia poma colorata. *Idem.*

332. *Eburi.*] Ὥς δ' ὅτε τις τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μίσγει. *quod Ostro Maonis Assyrio fœmina tinxit ebur.* Ovid. 2. Amorum. el. 5. *Quale rosæ fulgent inter sua lilia mixtæ; Aut ubi cantatis lima laborat equis.* Farn.

333. *Æra.*] Mulieres Astrologiæ peritæ, ut Aglaonica, Plutarcho auctore lib. de defectu oraculorum, eclipseos Lunæ præsciæ, quo sibi fidem apud vulgus facerent, simulabant se carmine magico, veneficiis & rhombo posse Lunam rubore suffusam deducere. quod cum vul-

Poscenti Nymphæ sine fine sororia saltem
Oscula, jamque manus ad eburnea colla ferenti,
Desinis? an fugio, tecumque, ait, ista relinquo?
Salmacis extimuit? Locaque hæc tibi libera trado,
Hospes, ait: simulatque gradu discedere verso.
Tum quoque respiciens, fruticumque recondita silvâ
Delituit: flexumque genu submisit. at ille
Ut puer, & vacuis ut inobservatus in herbis,
Huc it; & hinc illuc: & in alludentibus undis
Summa pedum, taloque tenus vestigia tingit.
Nec mora; temperie blandarum captus aquarum,
Mollia de tenero velamina corpore ponit.
Tum vero obstupuit; nudæque cupidine formæ
Salmacis exarsit. flagrant quoque lumina Nymphes.
Non aliter, quam cum puro nitidissimus orbe

Oppo-

go esset persuasum, laboranti Lunæ auxiliari se credebat, si pelvium tinnitu & tubarum strepitu obstreperent carminibus venoficarum, ne exaudirentur à Luna. *Cantus & è curru Lunam deducere tentat; Et faceret, si non ara repulsa sonent.* Tibullus 1. El. 8. Senec. Hipp. 787. sed prater poëtas, Liv. lib. 26. Plutarch. in Pericle. Tacit. 1. Annal. *Idem.*

334. *Sororia oscula.*] Redi ad p. 142. vs. 23. Tom. 1.

336. *Desinis? aut fugio.*] Repone, *an fugis?* cum Florentino S. Marci, Neapol. pri. Vatican. & quinque aliis. Epist. v.

Perlegis? an conjux prohibet nova?
Amor. 1. Eleg. 11.

Cedimus? an subitum luctando accendimus ignem?
& sic sæpe alibi. *Heinsius.*

341. *Ut vacuus.*] Utpote ociosus, & aliis curis solutus. *Inobservatus.*] Sine custode, & teste. Ter. Hecyr. 4. 4. *Ut cum illa vivas, testem hanc cum à te amovis.* Plaut. Aulul. 1. 1. v. 15. *Ne me observare possis, quid rerum geram.* In Menæchm. 1. 2. v. 13. *Si sapis, virum*

observare desines. Sic & Græci. Eurip. Iphigen. in Aulit. τί δῆτα σε χρὴ δεῖ φυλάσσειν. *Scilicet ut vacuus & inobservatus in herbis.*] *At puer* quatuor veteres. multi alii, *Ut puer:* cum primo Mediceo, secundus Palatinus & quatuor alii, *Ut puer, ut vacuis.* Spirensis, *At puer ut vacuis.* Scribe,

Ut puer, & vacuis ut inobservatus in herbis.

vel, *arvis.* infra,

——— *vacuo cum vidit in arvo*
Prabentem Phæbo liventia terga draconem.

& supra libro primo,

Ut canis in vacuo leporem cum Gallicus arvo.

Vidit.

vacui agri non semel apud Lucanum. *Heinsius.*

347. *Flagrant lumina.*] Ex incendio amoris. πῦρ δὴ ἐφέρετο τοῖς ὄμμασιν. Apollodor. 1. ——— ἐν δὲ οἱ ὄσσε πλῆντο πυρός. Auson. 4. ἔρμα δράκοντος. Æsch. Pers. quæ tamen non proprie de amore. *Nympha.*] *Nymphes* multi veteres. *Heinsius.*

Oppoſita ſpeculi referitur imagine Phœbus.
Vixque moram patitur: vix jam ſua gaudia differt.
Jam cupit amplecti: jam ſe male continet amens.
Ille, cavis velox applauſo corpore palmis,
Deſilit in latices: alternaque brachia ducens
In liquidis tranſlucet aquis: ut eburnea ſi quis
Signa tegat claro, vel candida lilia, vitro.
Viſimus, en meus eſt, exclamat Naïs: &, omni
Veſte procul jactâ, mediis immittitur undis:
Pugnacemque tenet: luctantiaque oſcula carpit:
Subjectatque manus, invitaque pectora tangit:
Et nunc hac juveni, nunc circumfunditur illac.
Denique nitentem contra, elabique volentem
Implicat, ut ſerpens, quam regia ſuſtinet ales;
Sublimemque rapit: pendens caput illa, pedeſque
Alligat; & caudâ ſpatiantes implicat alas.
Utve ſolent hederæ longos intexere truncos:
Utque ſub æquoribus deprenſum polypus hoſtem

Conti

349. *Referitur imagine Phœbus.*] Redi ad Tom. I. p. 257. v. 77.

351. *Male.*] Vix ſe continet. ægre ſe reprimit. ſupra ad v. 385. *Farn.*

352. *Applauſo corpore.*] Pectore nonnulli. rectius. pro *brachia ducens* multi *jactans.* nil muto. Propert. lib. II. Eleg. XXVI.

Vidi te in ſomnis fractâ, mea vita, ratinâ
Ionio laſſas ducere rore manus.

ſic & *ducere remos* Noſter ſupra libro primo. ſic *ducere brachia* in choreis. pro *claro vitro* nonnulli *puro.* quos inter primus Palat. ut apud Martialem,

Candida ſic puro numerantur lilia vitro.

ſed *puro orbe* præceſſerat. *Heinſ.*

356. *Vicimus, & meus eſt.*] Scribe *en meus eſt*, cum Arondeliano & uno Leidenſi. vel *es meus en.* Idem.

358. *Pugnantemque.*] *Pugnacemque* Zulichemianus. recte. *Idem.*

360. *Juveni nunc circumfunditur illac.*] *Circumflectitur* Bernegger. pri. Moreti & quatuor alii. Forte *circumplectitur juvenem circumfunditur* unus Voſſianus *Idem.*

362. *Ut ſerpens.*] Alετὸς ἁμείτης φοινήεντα δράκοντα φέρει ὀνύχεσσι πίεζων, &c. Hom. Il. 12. vide quæ ad eandem ſimilitud. Æneid. 11. Virg. *Farn. Regia ales.*] Aquila, Jovis armiger.

364. *Spatiantes.*] Spatioſe & late ſe jactantes. *R. Spatiantes implicat alas.* Jam præceſſerat, *elabique volentem implicat.* quare aut ibi aut hic opinor recte fingi debere *impedit.* quo verbo frequenter gaudet Noſter. lib. 11.

Quæ venata foret ſilva narrare parantem
Impedit amplexu.

ſed modus exemplorum non eſſet. *Heinſ.*

366. *Hoſtem.*] Congrum, conchile locuſtam aut alium piſcem; vel ipſum etiam piſcatorem. vide Plinium lib. 9. cap. 29. ὃν πρὶν σπυρίδες τε βάλητα Ἀνδρὸς ἀγρωστῆρος ὑπὸς καὶ κρίθεος νας ἰχθῦς, &c. Oppianus lib. 2. Alieu

Continet, ex omni dimiſſis parte flagellis.
Perſtat Atlantiades? ſperataque gaudia Nymphæ
Denegat. illa premit; commiſſaque corpore toto
Sicut inhærebat, Pugnes licet, improbe, dixit,
Non tamen effugies. ita Dî jubeatis, & iſtum
Nulla dies à me, nec me ſeducat ab iſto.
Vota ſuos habuêre Deos. nam miſta duorum
Corpora junguntur: facieſque inducitur illis
Una. velut ſi quis conductâ cortice ramos
Cre-

Alexicon. Ælian. 7. lib. animal. 11. c. Plinius lib. 27. Hieroglyph. *Fern. Depreſſum polypus hoſtem Continet, ex omni demiſſis parte flagellis.*] Hoc verſu ſignificatur, conchylia à polypo piſce complexu cruorum detineri, frangique ſolita. Eſt enim Polypus piſcis ſanguine carens, qui inter mollia numerátur; cui pediculi ſunt octoni, à quorum multitudine nomen invenit: quos Plinius modo crines, modo cirros appellat, quoniam inſtar ſunt capillamentorum. Ovidius *flagella* vocat, quibus complectuntur conchylia, quorum carne veſcuntur. Et ita expones *hoſtem* pro conchyliis conchiſve, quas peculiariter polypi venantur, & *flagellis*, hoc eſt, crinibus ſive cirris (ita enim illorum pediculi nominantur) complectuntur, ut avelli non queant: ſunt enim avidiſſimi concharum: quæ ad tactum comprimuntur, percidentes brachia polyporum. Cavent ergo polypi, inſidianturque conchis apertis, impoſitoque lapillo in diſcretas graſſantur, extrahuntque carnes. *Beroald.*

367. *Demiſſis flagellis.*] *Dimiſſis.* ita ſcripti. *Heinſ. Flagellis.*] Acetabulis, cirris, σκυφαις. ut Oppianus, ſuperiore nota. *Fern.*

368. *Atlantiades.*] Pronepos Atlantis. Nam Atlas Majam genuit, Maja Mercurium, Mercurius Hermaphroditum. *R.*

369. *Demiſſaque corpore toto.*] Repone *commiſſaque.* quomodo unus Argentinus. neque aliter pro diverſa lectione primus Vatic. pri. Gronov. & unus Mediceus. quòd proprium in hac re verbum. infra,

——*commiſſaque in unum*
Paulatim tereti ſinuantur acumine crura.

lib. XII.

——*qua naris fronti committitur.*

Vide Notas noſtras ad Claudiani Epigramma in Armentum. *Heinſius.*

372. *Diducat.*] Veteres plerique *deducat.* Lege *ſeducat* cum nonnullis. & mox *jam miſta.* quanquam libri veteres cum vulgatis *nam.* Puto etiam paulo ante, *ita Dî jubeatis, ut iſtum.* non *& iſtum.* Idem. *Seducat.*] Separet.

373. *Miſta.*] Coaleſcunt in unum, velut arbor quæ inſeritur ſurculo.

375. *Conducat cortice ramos.*] *Conducit* pri. Mediceus cum Norico. Thuan. *conducitur, cum ducis* Erfurt. Lege *conductâ cortice.* In uno certe Medicco poſtea inveni *conducto cortice.* Cortex ſæpe fœminini generis apud Noſtrum. lib. VIII.

Haud aliter fluxit diſcuſſa cortice ſanguis.

lib. IX.

——*ut ſectâ picea de cortice gutta.*

lib. X.

——*fiſſâ cortice vivum*
Reddit onus.

lib. XIV.

——*fiſſa modo cortice lignum*
Inſerit.

ita codices nonnulli iſtis locis. neque obſtat quod Noſter aliis locis maſculino genere eſt uſus. cum utroque genere Virgilium quoque dixiſſe Nonius jam obſer-

Creſcendo jungi, pariterque adoleſcere cernat.
Sic ubi complexu coïerunt membra tenaci,
Nec duo ſunt, & forma duplex, nec fœmina dici,
Nec puër ut poſſint; neutrumque, & utrumque videntur:
Ergo ubi ſe liquidas, quo vir deſcenderat, undas
Semimarem feciſſe videt, mollitaque in illis
Membra; manus tendens, ſed jam non voce virili,
Hermaphroditus ait, Nato date munera veſtro,
Et pater & genitrix, amborum nomen habenti:
Quiſquis in hos fontes vir venerit, exeat inde
Semivir; & tactis ſubito molleſcat in undis.
Motus uterque parens nati rata vota biformis
Fecit,

obſervarit. Floridus Poëta,

Cortici ſumma notavi nomen ardoris mei.

mox pro *cernit*, cum ſex ſcriptis *cernat* eſt legendum. Cogitabam aliquando,

facieſque inducitur illis
Una. duos ut ſi conducta cortice ramos
Creſcendo jungi pariterque adoleſcere cernas.

conducere corticem, quomodo *vulnera conducere* & *ducere*, & contra *diducere* apud Medicos. Val. Flaccus lib. 1. vſ. 480.

——*fiſſaque fluctu*
Vel pice vel molli conducere vulnera cerâ.

ita vetuſti codices, haud dubie vere. *nubila conducere* Noſter l. 1. Metamorph. *conducere* enim, contrahere. *partes conducere in unum* frequenter apud Lucretium occurrit. *Heinſ. Conducat.*] Conjungat.

378. *Nec duo.*] Ὁ μὼς γίνεται κυρὶ τι κορὶς τι. De Hermaphroditis, qui & Androgyni & Arſenothelyes dicuntur, vide Diodor. 5. lib. cap de Priapo & Hermaphrodito, & è Diodoro excerpta Photii 244. Plinius lib. 7. cap. 3. & 4. & quæ ibi Dalecampius. Luciani Somnium. Cœl. Rhodig. lib. 15. cap. 10. ἀνδρόγυνον γὰρ ἦν τοτε μὲν ὄν καὶ διττὸν καὶ ὄνομα, ἐξ ἀμφοτέρων κοινὸν, τῦ τε ἄῤῥεν@ καὶ θήλε@. Plato in Symposio. *Pont. Sed forma duplex.*] *Et forma* bene Bernegger. & unus Bononienſis. *Heinſius.*

379. *Neutrumque & utrumque videntur.*] *Videntur* Florentinus S. Marci. Lege etiam *poſſint videri* quoque non male unus Bonon. & Gronov. *Idem.*

385. *Quiſquis, &c.*] Salmacis, inquit Vitruvius lib. 2. cap. 8. falſa opinione putatur Venerea mollitie implicare eos qui ex eo fonte biberint. Neque enim molles & impudici fiunt ex ea aqua: eſt enim ejus fontis aqua perlucida, ſaporque egregius. Sed quia Cares & Leleges barbari à colonia ab Argis deducta pulſi, ubi ſe recepiſſent in montes & latrocinia ibi exercerent, deſcendebant aquatum ad notum ſibi fontem, atque ibi in Græcorum conſuetudinem & ſuavitatem ſua voluntate reducebantur. Hinc aqua illa, non impudico morbi vitio, ſed humanitatis dulcedine mollitis animis barbarorum eam famam eſt adepta. *Fern.*

386. *Molleſcat in undis.*] Malim *ab undis*, vel *ut undis*. Heinſius.

387. *Rata verba.*] *Vota* unus Berſmanni & ex noſtris quinque. rectius. Propert. lib. IV.

Romulus & votis occupat ante ratis.

Noſter Amor. lib. III. Eleg. 22.

Sint mea, ſint domina fac rata vota mea.
Martial.

Digitized by Google

Fecit, & incerto fontem medicamine tinxit.
Finis erat dictis; & adhuc Minyeïa proles
Urget opus, ſpernitque Deum, feſtumque profanat:
Tympana cum ſubitò non apparentia raucis
Obſtrepuêre ſonis: & aduncò tibia cornu,
Tinnulaque æra ſonant: redolent myrrhæque, crocique
Reſque fide major, cœpêre vireſcere telæ,
Inque hederæ faciem pendens frondeſcere veſtis.
Pars abit in vites: & quæ modo fila fuêrunt,
Palmite mutantur: de ſtamine pampinus exit:
Purpura fulgorem pictis accommodat uvis.
Jamque dies exactus erat, tempuſque ſubibat,
Quod tu nec tenebras, nec poſſes dicere lucem;
Sed

Martial. lib. IX. Ep. XVIII.
Hos tibi laudatos domini rata vota capillos
Ille tuus Latiâ miſit ab urbe puer.
Idem lib. IV. Ep. XIV.
Et rata vota patri, ſic te tua diligat arbor.
Ita uterque locus ex optimis membranis conſtituendus. niſi quod in iis *patris* vulgati,
Fac rata vota patris, ſic te tua diligat uxor.
perperam. ut pluribus jam monui Notis ad Epiſt. II. Pont. lib. II. vſ. 82. *Id.* FAB. XII. *Arg.* Finis erat dictis, &c.] *Minyades Thebanæ ſorores fuiſſe prodantur, quarum ſolertiſſimæ Leucothoë & Alcithoë, quod Liberi ſacra in contemptum vocaviſſent, Minerva lanificio addicta ex improviſo, die numinis, vocibus tibiarum & tympanorum ſono exterritæ ſunt, quæ in conſpectu non viderunt: & ut animadvertere telas, inſtrumentaque ſua in hederam ac vites repente mutata, & locum aſſuetum feris repletum, noctemque offuſcam timentes, in volucres converſæ ſunt, quæ veſpertilliones vocantur.* Lact.

389. *Minei.*] Alcithoë, Arſione, & Leucothea. ut Ant. Liberalis, Leucippe, Arſippa, & Alcathoë.

390. *Urget.*] Lanificium. *Farn.*

391. *Non apparentia.*] Quæ, Menerides mente captæ ſibi viſæ ſunt audire. *F.*

393. *Et olent myrrhæque crocique.*] *Redolent* Neapol. Urbin. ſecundus & tertius Medicei, aliique complures. rectè. niſi quod *halant* poſſit quoque legi. id enim in *olent* vel *redolent* ſæpe depravatum eſt, ut lib. VIII. dicemus. nam ſine aſpiratione ſcribebatur. corruptum idem verbum apud Gratium in Cynegetico,

Seu vitium exhalat, ſpiratque vaporibus æther
Peſtiferis.

ex alto perperam ibi legitur. Imitatus iſta Gratii Nemeſianus,

Exhalat ſeu terra ſinus, ſeu noxius aër
Cauſa mali.

ita & illic emendandum. Perperam *ſinus* nunc circumfertur. *malum* ſubintellige, quod ſequitur. *Heinſ. Myrrhaque crocique.*] Illis enim delibutus Bacchus ad eas fuerat ingreſſus, quamvis non videretur.

395. *Veſtis.*] Lana in fuſis & telis, quod innuunt verſus ſequentes. Simile huic vide lib. 3. v. 664. de Tyrrhenis nautis. *Farn. Veſtis.*] Quidquid tegit, velat, & veſtit. Veſtire parietes, veſticeps.

398. *Fulgorem.*] Ruborem.

400. *Quod tu.*] Crepuſculum, lux crepera & dubia. *Farn.*

401. *Du-*

Digitized by Google

Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis.
Tecta repente quati, pingueſque ardere videntur
Lampades, & rutilis collucêre ignibus ædes:
Falſaque ſævarum ſimulacra ululare ferarum.
Fumida jamdudum latitant per tecta ſorores;
Diverſaque locis ignes ac lumina vitant.
Dumque petunt latebras; parvos membrana per artus
Porrigitur, tenuique inducit brachia pennâ.
Nec qua perdiderint veterem ratione figuram
Scire ſinunt tenebræ. non illas pluma levavit:
Suſtinuêre tamen ſe perlucentibus alis.
Conatæque loqui, minimam pro corpore vocem
Emittunt; peraguntque leves ſtridore querelas.
Tectaque, non ſilvas, celebrant: lucemque peroſæ
Nocte volant: feroque trahunt à veſpere nomen.

Tum

401. *Dubiæ noctis.*] Crepuſculum, Redi ad Tom. 1. pag. 326. v. 5.

403. *Et rutilis collucere ignibus ædes.*] Scripti omnes Thuaneo & Urbinati exceptis, *collucent.* quod ſequentia non admittunt. Forte,

——*rutilis lucentes ignibus ædes.*

Heinſius.

404. *Falſa ſimulachra.*] Imagines à Baccho confictæ. *Ferarum.*] Tigrium & Lyncum, quæ feræ Bacchi currum trahere dicuntur. *R. Falſaque.*] Χαλεπὰς ἔν ὁ Διόνυσος ἐγίνετο ταύτῳ, καὶ λέων, καὶ πάρδαλις καὶ ἐκ τῶν πελωρίων ἀρρὼν τίγρις αὐτῷ καὶ γάλα. Ant. Liberalis fab. 10. additque πρὸς δὲ τὰ ἐνυπνία, &c. His prodigiis territæ, ſortes mox in urnam conjectas concuſſerunt: exit ſors Leucippæ. Ea vovit Deo ſacrificium, filiumque ſuum Hippaſum adjuvantibus ſororibus dilaniavit. *Farn.*

406. *Ignes ac lumina vitant.*] *Ignibus* paulo ante præceſſerat. quare *lychnos* hic libenter reponam, ſi per libros veteres liceat. verſu proximo cum primo Regio & Langermanni excerptis repone *latebras* pro *tenebris.* nam Τὸ *tenebræ* mox ſequetur. *Heinſ.*

407. *Parvos.*] Alitet Liberalis. αἱ δὲ τὰς Ἐρμῆν ἀφάμενοι τῷ ῥάβδῳ μετεωρίζουσιν εἰς ὄρη θέας. καὶ αὐτῶν ἡ μὲν γίνεται νυκτερὶς, ἡ δὲ γλαῦξ, ἡ δὲ βύζα. ἴφυγον δὲ αἱ τρεῖς τὸν ἀκτῖνα τὸ ἄλυ. *Farn.*

408. *Temueſque includunt brachia penna.*] *Tenuique pennâ* pri. Vatican. ſec. Medic. Florent. S Marci, Neapol. & duo alii, unus Medic. & unus Leid. *inducunt.* Bernegger. *tenuique includit brachia pennâ.* Recte ſi *inducit* reponas, ut ad membranam referatur. Prudentius lib. II. contra Symmachum,

Deſine terga hominis plumis obducere fruſtra.

de inducendi verbo vide Notas lib. IV. Pont. Eleg. XII. Faſt. III.

——*limoque inducere ſuadet;*

Hic paret monitis, & linit ora luto.

ita cenſeo ſcribendum. nam *limumque* nunc legitur. ſic & *perducere ora lim.* dicebant. *Heinſ.*

412. *Minimam.*] Μικρίζουσι τὴν φωνὴν. *Farn.*

414. *Celebrant.*] Frequentant.

415. *Seroque tenent à veſpere nomen.*] Ita.

Tum vero totis Bacchi memorabile Thebis
Numen erat; magnaſque novi matertera vires
Narrat ubique Dei: de totque ſororibus expers
Una doloris erat, niſi quem fecêre ſorores.
Aſpicit hanc natis, thalamoque Athamantis habentem
Sublimes animos, & alumno numine Juno;
Nec tulit: & ſecum, Potuit de pellice natus
Vertere Mæonios, pelagoque immergere, nautas,

Et

Trahunt Junianus. rectius. *Heinſ. nonn.*] *Νυκτιφάεες* dictæ. *Farn.*

FAB. XIII. *Arg.* Tum vero totis.] *Ino Bacchi nutrix ac matertera, uxorque Athamantis, in odium Junonis incidit, quod ubique Bacchi vires laudibus extolleret, cum & alumni & mariti & filiorum felicitate nimium ſuperba videretur. Hanc igitur Juno ut affligeret ad inferos deſcendens manu è Furiis excitavit, qua Athamanta in tantum furorem conjecit, ut Learchum filium interfecerit. Ino autem mariti furorem fugiens è ſcopulo ſe una cum Melicerta altero filio in mare præcipitavit. Qui Veneris precibus à Neptuno excepti, & Jove in Leucotheën Deam, qua Matuta, & Melicerta in Palæmonem, qui Latine Portunus dicitur, fuere commutati.* Lact.

417. *Matertera*] Ino ſoror Semeles, Bacchi matertera & nutrix, nupta Athamanti Thebanorum regi.

418. *De totque ſororibus expers.*] *De totque doloribus* argute liber Argentoratenſis. nam *tot ſorores* non rectè dicuntur, cum tres tantum ſint, Ino, Agave & Autonoë, Semele jam è vivis ſublata. *Heinſ. De totque.*] Semele fulmine interierat; Autonoës filius Actæon in cervum verſus erat; Penthea Agave mater & ſorores diſcerpſerant. ut ſupra. *Farn.*

419. *Niſi quem.*] Ex infortuniis namque ſororum dolorem capiebat Ino, alias felix haberi poterat. *R.*

420. *Natis.*] Athamanti ex Ino liberi fuere Clearchus & Melicerta: ex Nephele potiore conjuge Sthœneus, Erythræus, Lencon, Pæus, Phryxus & Helle.

421. *Sublimes.*] Inflatos ſpiritus, ſuperbiam. *Farn. Alumni.*] Bacchi, quem aluerat. *Alumni numine.*] *Alumno* Florentinus S. Marci, & primus Vatic. à manu prima. eleganter. Statius Theb. VIII.

Tunc dulces ſuperos atque omne ex ordine alumnum,
Numen ubique ſacri reſonant Paanes.

ubi perperam nunc legitur *omnem ex ordine.* Avienus Deſcriptione Orbis,

—— dant hi quoque maxima templa
Amphitryoniadæ, numenque verentur alumnum.

ubi malo *& numen venerantur alumnum.* idem loco corruptiſſimo,

Ludunt Feſta die viſis ſacra numen alumnum.

idem *vatem alumnum* dixit poſtea, & ante *lapſis alumno.* ſic l. x. apud Noſtrum cenſeo ſcribendum,

Murmura verborum fidas nutricis ad aures
Perveniſſe ferunt limen ſervantis alumnum.

non *alumna.* & paulo poſt,

—— & ante pedes ſupplex procumbit alumnos.

& lib. XIV.

Ne ſibi dura foret per ſpes oravit alumnas.

quibus locis ſimiliter *alumna* nunc legitur. *leo alumnus* Juvenali Sat. XIV. & *deus alumnius* Horatius Arte Poëtica. *Heinſius.*

422. *De pellice natus.*] Bacchus Semeles filius. *R.*

423. *Vertere.*] Lib. 3. v. 670. *Farn. Mæonies Nautas.*] Tyrrhenos, qui à Mæonia

Et laceranda ſuæ nati dare viſcera matri,
Et triplices operire novis Minyëidas alis:
Nil poterit Juno, niſi multos flere dolores?
Idque mihi ſatis eſt? hæc una potentia noſtra eſt?
Ipſe docet quid agam. fas eſt & ab hoſte doceri,
Quidque furor valeat, Pentheâ cæde ſatiſque
Ac ſuper oſtendit. cur non ſtimuletur, eatque
Per cognata ſuis exempla furoribus Ino?
Eſt via declivis funeſtâ nubila taxo:
Ducit ad infernas per muta ſilentia ſedes.
Styx nebulas exhalat iners: umbræque recentes
Deſcendunt illac, ſimulacraque functa ſepulcris.
Pallor Hyemſque tenent latè loca ſenta: novique,
Qua ſit iter, manes, Stygiam quod ducit ad urbem,
[Ignorant: ubi ſit nigri fera regia Ditis.]
Mille capax aditus, & apertas undique portas

Urbs

nia erant oriundi. *Vertere.*] Convertere in Delphinos.

424. *Nati.*] Pentheos lib. 3. v. 726. *Farn.*

425. *Triplices.*] Tres Mineï filias, ſupra v. 407.

430. *Cur non ſtimuletur.*] In furorem agatur Ino ſororum exemplo: Idcirco Inferos petit, ut Tiſiphonem Inoni immittat.

431. *Exempla ſororibus Ino.*] *Furoribus* meliores, & recte. *Heinſ.*

432. *Funeſta taxo.*] Ferali ac peſtifera. Nam taxus arbor eſt maxime venenata.

434. *Styx iners.*] Immobilis. Paludes enim quæ non moventur, & nebulas, & tetrum emittunt odorem.

435. *Simulacra functa ſepulcris.*] Inſepulti enim, & non defleti non tranſportabantur. Quod ex Homero & aliis cognitum ſatis. Elegans eſt illud Plauti in Moſtellar. 2. 2. *Defodere inſepultum.* Videatur inprimis egregia Periclis oratio in Thucyd. 2. ubi ipſe civibus fortiter functis parentat. Umbræ autem ſunt imagines mortuorum. Virgil. 6. & Homer. Odyſſ. λ. Iliad. ψ. τὸ εἴδωλον ἀμαυρὸν.

436. *Novique.*] Neque enim inops inhumataque turba tranſvehitur Styga, niſi poſt 100. annos. vide quæ nos ad 6. Æneid. Virgil. *Farn.*

437. *Qua ſit iter manes Stygiam quod ducat ad urbem.*] *Ducit* Cantabr. Thuan. & multi alii cum utroque Erfurtano. Scribe,

Qua ſit iter, manes Stygiam quod ducit ad urbem.

& tolle verſum proxime ſequentem, cum præter rem à tenebrione ſciolo hic ſit inculcatus. hoc enim non voluit Naſo, ignorari à novis manibus iter, ſed iter totum ab iis obſideri. *Fit iter* ut lib. 11. ex vetuſto codice, *Hac fit iter*, ubi pari modo peccabatur. *Heinſ.*

439. *Mille.*] Ubique mors eſt: mille ad hanc aditus patent. Senec. Theb. 153. Plato de Tartaro hoc, in Phædone: Εἰς γὰρ τοῦτο τὸ χάσμα συρρέουσι τὰ πάντες οἱ ποταμοὶ, καὶ ἐκ τούτου πάλιν πάντες ἐκρέουσιν. ἡ δ' αἰτία ἐστὶ τὸ ἐκρεῖν τ' ἐντεῦθεν καὶ εἰσρεῖν πάντα τὰ ῥεύματα τὴν πυθμένα οὐκ ἔχω, &c.

444. *Perſ-*

Digitized by Google

Urbs habet. utque fretum de totâ flumina terrâ,
Sic omnes animas locus accipit ille; nec ulli
Exiguus populo eſt, turbamve accedere ſentit.
Errant exſangues ſine corpore & oſſibus umbræ:
Parſque forum celebrant, pars imi tecta tyranni;
Pars alias artes antiquæ imitamina vitæ.
Suſtinet ire illuc cœleſti ſede relictâ,
(Tantum odiis iræque dabat) Saturnia Juno.
Quo ſimul intravit, ſacroque à corpore preſſum
Ingemuit limen; tria Cerberus extulit ora:
Et tres latratus ſimul edidit. illa ſorores
Nocte vocat genitas, grave & implacabile numen.
Carceris ante fores clauſas adamante ſedebant:
Deque ſuis atros pectebant crinibus angues.
Quam ſimul agnorunt inter caliginis umbras;
Surrexère Deæ. ſedes ſcelerata vocatur.
Viſcera

444. *Parſque forum celebrant.*] Id ſe quitur, quod inquit in VI. Virgil. Nam unuſquiſque apud inferos iiſdem ſtudiis delectatur, quibus dum viveret, tenebatur. *Imi tyranni.*] Inferni regis Plut. *R.*

445. *Pars aliquas artes.*] Lego *alias artes.* quomodo pri. Baſil. pri. Gronov. & nus Ciofani. Rottendorph. *alias artes.* nonnulli *aliquas arces.* Deinde tollo & ejicio verſum proximum,

Exercent, aliam partem ſua pœna coërcet.

idque ex auctoritate optimorum codicum. *Heinſ. Pars aliquas.*] Virg. 6. Æneid. *Pars in gramineis exercent, &c.* de pœnis, eodem lib. *Farn.*

447. (*Tantum odiis, &c.*) Sibimet reſpondet, tantum valuiſſe odium & iram adverſus Inonem, ut nec dignitatis ſuæ rationem haberet. *Pont.*

449. *Cerberus.*] Cerberus, quem Plutonis canem vel ſerpentem, Inferorum eoſdem nuncupant, trieeps fingitur, ut terram denotet, quæ τριπόσοφον omnium mortalium per tres orbis, tum partes; omnis ætatis, infantiæ, juventum, ſenum, mortis genere naturali, violento, fortuito abſumptorum corpora vorat. Porphyr. interpretatur eſſe dæmonem perniciosiſſimum, qui in aqua, terra & aëre verſatur. capita volunt eſſe leonis, canis, lupi. Horatio eſt, *Bellua centiceps.* vide Pauſaniam in Laconicis. *Farn.*

450. *Sorores nocte genitas.*] Furias. *Utriuſque ſedent in limine dira Μνήμονος ἐρινύες.* Æſchyl. Promet. Sic Ennius Annal. 1. *Corpore Tartarino prognata Paluda virago —— Quas omnes Erebo perhibent & nocte creatas.* Unde Virg. 7. *Virgo ſata nocte.*

451. *Nocte.*] Furias Acherontis & Noctis, id eſt, illetabilis erroris filias; ſcelerum vindices; iræ, cupiditatis, libidinis, ultrices. *Farn.*

452. *Clauſas adamante.*] Firmiſſimis ſeris tanquam adamantinis. *Clauſas adamante.*] Ex Virgil. 6. *Porta adverſa ingens, ſolideque adamante columnæ.* Ex Homero.

453. *Pectebant crinibus.*] Thuan. Bernegg. & unus Medic. *ſpectabant.* an *pexabant?* Heinſ.

455. *Sedes ſcelerata vocatur.*] Scelera-

Viſcera præbebat Tityos lanianda; novemque
Jugeribus diſtentus erat. tibi, Tantale, nullæ
Deprenduntur aquæ; quæque imminet, effugit arbos.
Aut petis, aut urges ruiturum, Siſyphe, ſaxum.
Volvitur Ixion: & ſe ſequiturque fugitque. 460
Moliri-

torum ſedes vocatur carcer inferorum. Nonnullos vero ex iis qui in eo cruciabantur, enumerat poëta. *R. Scelerata.*] Ubi ſupplicia expendunt ſceleraſi. Virg. 6. Æn. *ſceleratum limen.* Farn.

456. *Viſcera præbebat.*] Tityus Jovis & Elaræ, filiæ Orchomeni, filius fuit; qui tamen ex tellure natus fingitur, quod vaſtiſſimi quique & immaniſſimi homines, qualis fuit Tityus, Terræ filii eſſe finguntur. Hic cum Latonæ, ſive Dianæ vim inferre vellet, ſagittis Apollinis ad inferos detruſus, ea pœna fuit damnatus, ut vultures cor ejus nunquam exedere ceſſent. Vide Natal. lib. 6. Mythol. cap. 16. *R. Viſcera.*] Vide quæ nos ad 6. Æneid. Virgil. *Nec non & Tytyon, &c.* Senec. Hippolyt. 1228. *Farn. Tityus.*] *Tytios* Florent. S. Marci, Berneggerianus, pri. Erfurt. & tres alii. Neque aliter fere apud Virgilium, Horatium, Lucretium, Lucanum, Statium, reliquos poëtas in optimis exemplaribus ſcribitur. Servius ad vſ. 598. lib. VI. Æn. *Declinatur autem hic Tityos, Tityi: ut Delos, Deli.* Heinſ.

457. *Jugeribus diſtractus erat.*] *Diſtentus* malo cum pri. Medic. Arondel. & duobus aliis. ſic apud Statium Theb. 1.

—— tu matris honori
Terrigenam Tityon Stygiis extendis in oris.

ſic *diſtendere lancem* Juvenalis Satyra v. quæ ſcriptura eſt optimorum exemplarium,

Aſpice quam longo diſtendat pectore lancem,
Quæ fertur domino ſquilla.

non *diſtinguat*, quod Pithœi editionem occupavit. & ſic apud Lucretium quoque ſcribi debere opinor, lib. III. ubi de Tityo,

Qui non ſola novem diſtenſis jugera membris
Obtineat.

cum *diſperſis* nunc peſſime legatur non male Lambinus *diſpanſis. porrig* dictus Noſtro in Amoribus,

Idem per ſpatium Tityon porreximus ingens.

Virgil. de eodem,

—— per tota novem cui jugera corpus
Porrigitur.

Tibullus libro 1. Eleg. III.

Porrectuſque novem Tityus per jug[era]
terra.

mox *arbos* Cantabr. Thuan. pri. Erfurt duo alii. *Idem.*

459. *Aut urges Siſyphe.*] Siſyphus Æoli fuit filius, qui cum Iſthmum Isthrociniis infeſtaret, à Theſeo interfectus, ea pœna apud inferos damnatus eſt, ut ex ima valle ſaxum ad montis verticem nunquam urgere deſiſtat. vid. Natal. lib. 6. Mythol. cap. 17. hoc autem figmento denotantur ambitioſi qui quamvis ſæpius in petendis magiſtratibus repulſam ferant, ab ambiendo tamen nunquam deſiſtunt. *R. Aut petis.*] Quæ ſingulorum fuerint delicta quæ ſupplicia, vide quæ nos olim ad Sen. necæ tragœd. quæ ad Virgil. 6. Æneid. videndi Mythologi, Platonis Phædon. illum Marſ. Ficini argumentum, Macrobius in Somnium Scipionis l. 1. c. 10. Vulturem jecur immortale tundentem exponens tormenta malæ conſcientiæ viſcera interiora rimantis, &c. Lucretius item 3. l. & ipſe ſons Hom. Odyſſ. λ. Luciani Necyomantia. Joannes Tzetzes Chiliad. 273. l. 9.

460. *Volvitur.*] Rota ſc. indefinenter actus. qua expreſſione nihil argutius que ingenioſius dici poſſe ajunt. Ego

Molirique ſuis letum patruelibus auſæ,
Aſſiduæ repetunt, quas perdant, Belides undas.
Quos omnes acie poſtquam Saturnia torvâ
Vidit, & ante omnes Ixiona; rurſus ab illo
Siſyphon aſpiciens, Cur hic è fratribus, inquit,
Perpetuas patitur pœnas; Athamanta ſuperbum
Regia dives habet: qui me cum conjuge ſemper
Sprevit? & exponit cauſſas odiique viæque;
Quidque velit. quod vellet, erat, ne regia Cadmi
Staret;

men æquari aut etiam ſuperari arbitror ab illo quod ſeq. vſ. 508. *Tum face jactâ per eandem ſæpius orbem Conſequitur ſonus velociter ignibus ignes.* Farnab. *Volucer Ixion.*] Vide Natal. lib. 6. Mythol. cap. 16. Et peccatum & præmium hujus amplectitur uno diſticho Tibullus lib. 1. Eleg. 3.

Illic Junonem tentare Ixionis auſi,
Verſantur celeri noxia membra rota.
Pont.

462. *Aſſiduæ repetunt, quas perdant, Belides undas.*] *Aſſiduæ*, & *quas perdant* ex melioribus, & deinde *acie* pro *facie* ex iiſdem. hoc eſt, oculo. ſic apud Senecam Hercule Furente,

Acieque falſum turbidâ cælum vides.
Val. Flaccus lib. III.

—finem cum Phaſidis alti
Tranſierit Perſes, aciemque admoverit urbi.

non *faciemque*. ut perperam nunc legitur. Sed illic de exercitu intelligendum. Lucanus lib. VIII. de Magno moriente ex veruſto codice Voſſiano,

Permanſiſſe decus ſacra venerabile formæ,
Intactumque Deis aciem.

non *faciem*. nam *vultus* ſubſequitur. Ibid. *Aſſiduæ repetent.*] Forte: *Aſſidue repetunt, &c.* quod & Gebhardo videbatur. *Idem. Belides.*] Beli neptis. Nam Belus duos habuit filios, Danaum, & Ægyptum. Is quinquaginta Danai filias eadem ſuis filiis deſponſavit. Sed Danaus cum Apollinis oraculo didiciſſet, ſe quandoque ab uno filiorum Ægypti, ſuo genero occiſum iri, filiabus mandavit, ut prima nocte quæque ſuos maritos occiderent. Quæ quidem omnes, præter unam Hypermneſtram natu minimam, quæ Lynceo ſponſo pepercit, à quo poſtea Danaus fuit interfectus; patri ſunt obſecutæ. Quare ea pœna apud inferos ſunt damnatæ, ut cribris aquam haurire nunquam deſiſtant. *Belides.*] *Et Danai proles, Veneris quod numina læſit*
In cava lætea dolia portat aquas. Tibull. lib. 2. eleg. 31.

Dolia virgineis idem ille repleverit urnis,
Ne tenera aſſidua colla graventur aquâ.

Itid. Lucret. lib. 4. eleganter alludit ad pœnam Belid. apud inferos, vſ. 1020. & ſeqq. *Nec tamen explemur vitæ fructibus unquam —— Hoc, ut opinor, id eſt, ævo florente puellas —— Quod memorant, lætitiæ pertuſum congerere in vas —— Quod tamen expleri nulla ratione poteſtur, &c.* Videantur Lucian. Timon, & Crates, Horat. 3. 11.

463. *Torva.*] De Junonis odio in filias Danai qui filius Beli, Epiſtola Hypermneſtræ ad Lynceum. *Farn.*

464. *Et ante omnes Ixiona.*] Quia ab eo affecta injuria fuerat, cum de ſtupro fuit interpellata.

465. *Cur hic è fratribus.*] Nam Siſyphus & Athamas fratres fuere, filiique Æoli.

467. *Cum conjuge.*] Cum uxore ſua Ino.

Staret; & in facinus traherent Athamanta Sorores.
Imperium, promissa, preces confundit in unum:
Sollicitatque Deas. sic hæc Junone locutâ,
Tisiphone canos, ut erat, turbata capillos
Movit: & obstantes rejecit ab ore colûbras.
Atque ita, Non longis opus est ambagibus, infit.
Facta puta, quæcunque jubes. inamabile regnum
Desere: tequè refer cœli melioris ad auras.
Læta redit Juno: quam cœlum intrare parantem
Roratis lustravit aquis Thaumantias Iris.
Nec mora; Tisiphone madefactam sanguine sumit
Importuna facem: fluidoque cruore rubentem
Induitur pallam; tortoque incingitur angue:
Egreditur que domo. Luctus comitantur euntem,
Et Pavor, & Terror, trepidoque Insania vultu.
Limine constiterat: postes tremuisse feruntur
Æolii; pallorque fores infecit acernas:
Solque locum fugit. monstris exterrita conjux,
Territus est Athamas: tectoque exire parabant,
Obstitit infelix, aditumque obsedit, Erinnys:
Nexaque vipereis distendens brachia nodis,
Cæsariem excussit. motæ sonuere colubræ.
Parsque jacens humeris; pars circum tempora lapsæ
Sibil

470. *Athamanta furores.*] Imo *Sorores.* hoc est Furiæ. quod vetustiores magno numero agnoscunt. *Sorores Nocte genitas*, paulo ante appellarat ipse. Seneca Oedipo.

Rupere Erebi claustra profundi
Turba Sororum face Tartareâ.

Virgilius quoque nunc *Diras sorores*, nunc *Tartareas* vocat. sic de Musis quoque. Vide Notas Trist. IV. Eleg. I. *Heinsius. Ne staret.*] Sed everteretur. *Traherent Athamanta furores.*] Hoc est, ut Athamas furiosus effectus aliquid mali perpetraret.

474. *Dejecit ab ore colubros.*] *Rejecis colubras* recte veteres plerique. *Heins.*

475. *Ambagibus inquis.*] *Infit* secundus Palat. ut lib. II.

——*causamque via scitantibus instr.*

quomodo Virgilius etiam non semel tres alii *ambagibus uti.* Idem.

479. *Lustravit.*] Purgavit ab inferorum contactu. *Thaumantias Iris.*] Thaumantis & Electræ filia fuit Iris. R.

483. *Luctus comitatur euntem. Comitantur.* sec. Palat. tert. Medic. excerpt. Jureti, & duo alii. *Heinf.*

486. *Fores acernas.*] *Eburnas* duo vetetes. mox pro *exterrita* Bernegg. pr Erfurt. & nonnulli alii, *ejs territ* Idem.

492. *Circum pectora lapsa.*] *Tempora* pri & sec. Medic. Neap. aliique non nulli. quod præstat. Pro *parsque jacens* scrib

Digitized by Google

Sibila dant, ſaniemque vomunt, linguaſque coruſcant.
Inde duos mediis abrumpit crinibus angues;
Peſtiferâque manu raptos immiſit. at illi
Inöoſque ſinus Athamantêoſque pererrant;
Inſpirantque graves animas: nec vulnera membris
Ulla ferunt. mens eſt, quæ diros ſentiat ictus.
Attulerat ſecum liquidi quoque monſtra veneni,
Oris Cerberei ſpumas, & virus Echidnæ;
Erroreſque vagos, cæcæque oblivia mentis,
Et ſcelus, & lacrymas, rabiemque, & cædis amorem;
Omnia trita ſimul: quæ ſanguine miſta recenti
Coxerat ære cavo, viri verſata cicutâ.

Dum-

ſcribo *jaceas*. nam & illæ ſibilabant. & ſic pri. Gronov. *Idem.*

493. *Linguaſque coruſcant.*] *Linguaſque* prim. Pal. pr. Vatican. prim. ſec. & tert. Mediceï, Thuan. Spirenſ. aliique nonnulli. de vitulo Juvenalis Satyra XII.

Sed procul extentum petulans quatit hoſtia funem
Tarpeio ſervata Jovi, frontemque coruſcat.

Virgil. *ſtrictumque coruſcat Mucronem.* lib. X. & lib. XII. *haſtamque coruſcat.* & poſtea, *trimmque coruſcat.* & *telum ſæuis coruſcat.* Val. Flaccus lib. II.

— ferrumque ſuper Bellona coruſcat.
Scutis, *clypeo victum Pythona coruſcat.*
In nonnullis, *linguaque*, in aliis *linguæque coruſcans.* Deinde *abrumpit* pro *abrupit* meliores. *Idem.*

494. *Duos angues.*] *Duas* liber Lanſeman. mox *raptas* quartus Mediceus. & *ut illa* tert. Med. & duo alii. ſic Medic. Faciei,

Hæc Media Marſis ſiudentur cantibus angues.

infra v. 593. ex antiquis libris,

Me quoque cæleſtes in eandem vertitis anguem.

& v. 681.

Varias animavit in angues.

& v. 790.

Alterius immiſtas crinibus angues.

libro VIII.

— modo quam tetigiſſe timerent
Anguis eras. Idem.

497. *Inſpirantque graves animas.*] *Animas* multi veterum, ut & ab aliis jam monitum. *Idem. Graves.*] Δυσφορους γνώμας, λυσσώδεις φαντασιας. quibus intellectus deluſus aliud quam quod videt, videre ſe opinatur. vide quæ nos ad Senecæ Hercul. furentem verſ. 913. *Farn.*

498. *Mens eſt.*] *Quos diri conſcia facti Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit, Occultum quatiente animo terrore flagellum.* Juvenalis 13. Sat.

499. *Attulerat.*] *Attulerat ſecum* Medea *Scythicis aconiton ab oris. Illud Echidneæ memorant, &c.* 7. lib. 410. verſ. *Farn.*

501. *Erroreſque vagos.*] Libere vagandi cupidinem. *Cæcaque oblivia.*] Et ratio & memoria in furioſis ſopiuntur. *Pont.*

502. *Et ſcelus & lacrymas.*] Scelera Patrant: flent etiam ut pueri, & rabiunt ut canes, &c. Hæc omnia triverat & commiſta in olla ærea coxerat; & ne quid ad vim hujus pharmaci deeſſet, radicula de cicuta ea diligenter in olla verſaverat. Vide Turneb. lib. 12. Adverſ. cap. 8. *Pont.*

503. *Sanguine miſta.*] *Tincta* multi ex melioribus. *Heinſius.*

Dumque pavent illi; vertit furiale venenum
Pectus in amborum: præcordiaque intima movit.
Tum face jactatâ per eundem sæpius orbem,
Consequitur motos velociter ignibus ignes.
Sic victrix, jussique potens, ad inania magni
Regna redit Ditis: sumtumque recingitur anguem.
Protinus Æolides mediâ furibundus in aulâ
Clamat, Iö, comites, his retia pandite silvis:
Hîc modo cum geminâ visa est mihi prole leæna.
Utque feræ, sequitur vestigia conjugis amens:
Deque sinu matris ridentem & parva Learchum
Brachia tendentem rapit, & bis terque per auras
More rotat fundæ: rigidoque infantia saxo
Discutit ossa ferox. tum denique concita mater,
(Seu dolor hoc fecit, seu sparsi causa veneni;)
Exululat; passisque fugit male sana capillis.
Teque ferens parvum nudis, Melicerta, lacertis,
Evohe, Bacche, sonat. Bacchi sub nomine Juno

Risi

505. *Vertit furiale venenum.*] Doctissimo Grævio, cui multum humaniores literæ & hæ in Nasonem meæ animadversiones debent, legendum videbatur, *vergit*. de quo verbo diximus Pont. 1. El. 12. v. 54. *Idem.*

506. *Movit.*] In furorem dedit. *R.*

509. *Victrix.*] Voti compos. Junonisque peracto mandato. *Inania.*] Vide quæ ad v. 441. supra. *Farn.*

510. *Sumtumque recingitur anguem.*] Serpentem quo cincta erat Tisiphone, resolvit. *R.*

511. *Furibundus.*] Hoc est, quod sibi in exemplum ultionis sumpsit Juno, supra 428. ut furiali correptus errore & mente delusus turbata, in aliud, quam quod revera est, feratur, uti Penthei mater, & matertera lib. præced. *Farnab.*

Æolides.] Æoli filius, Athamas. *Pont.*

512. *Retia tendite silvis.*] *Pandite* primus Medic. & duo alii cum Norico utrumque bene. *Heins.*

514. *Cum gemina prole.*] Ino uxor est illi visa leæna; at Learchus & Melicer quorum illum in ulnis gestabat; hu non æque infantem manu trahebat, tuli seu leunculi.

515. *Et parva Learchum.*] Atham ex Ino Clearchum & Melicertam fili suscepit.

517. *More rotat funda.*] Erept matri in saxum impingit miserum fantem. *Pont.*

518. *Discutit ora ferox.*] *Ossa* Can br. & alter Erfurt. sic Seneca Tro de Astyanacte,

——*ossa dissecta & gravi*
Elisa casu. Heins.

520. *Sparsisque capillis.*] *Passi* cum Florentino, S. Marci, Neapol. pri Vatican. sec. Medic. aliisque nonnul nam *sparsi veneni* præcessit. *Idem.*

522. *Evohe.*] Vox Bacchantium acclamatione Jovis collaudantis B chum in bello giganteo muratum Leonem. Phocius in excerptis ex Pr Chrestomathia. ἐύιον δὲ ὁ Διόνυσ ἐφυτ

Risit: &, Hos usus præstet tibi, dixit, alumnus.
Imminet æquoribus scopulus. pars ima cavatur
Fluctibus, & tectas defendit ab imbribus undas:
Summa riget, frontemque in apertum porrigit æquor.
Occupat hunc (vires insania fecerat) Ino:
Seque super pontum, nullo tardata timore,
Mittit, onusque suum. percussa recanduit unda.
At Venus immeritæ neptis miserata labores,
Sic patruo blandita suo est: O numen aquarum,
Proxima cui cœlo cessit, Neptune, potestas;
Magna quidem posco: sed tu miserere meorum,
Jactari quos cernis in Iönio immenso:
Et Dîs adde tuis. aliqua & mihi gratia ponto est.
Si tamen in dio quondam concreta profundo

Spuma

ἑορταῖς καὶ θυσίαις Διονύσου, βοᾶσαι τε ἐμπνεόντως καὶ ὀργιάζουσαι. *Farn.*

523. *Et hos usus præstet tibi, dixit, alumnus.*] Duo veteres, *hos fructus.* unus *risus.* Forte *hos thiasos.* vide Notas supra hoc libro v. 26. malo etiam *præsta* cum uno meo, uno Leid. & uno Vossiano. ut sit sarcasmus. *Heins.* *Hos usus.*] Hanc utilitatem, ut furias & insanias.

524. *Imminet.*] Promontorium describit, unde se Ino cum Melicerta filio præcipitavit. Id autem promontorium *Molaru petra* à Pausania vocatur, qui causam insaniæ Athamantis ad exilium Phryxi & Helles transfert.

528. *Seque super.*] Ἀνὰ ταῦτης αὐτὴν ἐς θάλασσαν Ἰνὼ ῥίψαι. &c. Pausanias in Atticis sub finem, Ino cum Melicerta, de saxo quem Molurida vocant, se in mare præcipitavit, cum natu majorem filium parer occidisset, seu furore impulsus, seu ira incensus, quod Orchomenius famem immissam uxoris nefario facinore audisset; Phryxum simul uxoris prioris filium ab illa sublatum. Namque, ut habet Nonnus 10. Dionysiacon, repudiata à Phryxo privigno quem amabat, sterilitatem agris induxit. *Farn.* *Occupat.*] Celeriter ascendit.

529. *Onusque.*] Puer à Delphinis exceptus & in Corinthiorum Isthmon expositus, in deorum marinorum numerum referebatur, Palæmon dictus & Portumnus. Pausanias in Atticis. Lucian. in dialogis marinis. Nonnus 19. Dionysiac.

530. *Neptis.*] Inus. cui mater erat Harmone filia Veneris. *Farn.*

531. *Suo patruo.*] Neptuno.

533. *Miserere meorum.*] *Tuorum* efficacius pri. Vatic. pri. Hamburg. & pro diversa lectione Arond. at Bernegg. & tres alii *nepotum.* Heinsius.

534. *In Ionio immenso.*] Ionium mare, Græciam alluens inter Ægeum & Tyrrhenum pelagus situm. Dictum est autem ab Ionio quodam viro Illyrico, ut scribit Theopompus. Alii vero ab errore Ἰὼς in vaccam mutatæ, Ionium putant esse declinatum.

536. *In medio profundo.*] *In dio* Florentinus S. Marci. est autem Homericum epitheton. qui ἀλὸς δίας frequenter vocat, & δῖαν χθόνα Iliad. Ω. Ausonius de Claris Urbibus carm. 111.

Pacis ut in diæ gremio secura quiescat.
Ita veterrimus liber Vossianus. vulgati, *mediæ.* *Sententia dia Catonis* apud Horatium lib. 1. Sat. 11. *dia ratio* apud

Digitized by Google

Spuma fui, Grajumque manet mihi nomen ab illâ.
Annuit oranti Neptunus; & abſtulit illis,
Quod mortale fuit; majeſtatemque verendam
Impoſuit; nomenque ſimul faciemque novavit:
Leucothoëque Deum cum matre Palæmona dixit.
Sidoniæ comites, quantum valuêre, ſecutæ
Signa pedum, primo vidêre noviſſima ſaxo:
Nec dubium de morte ratæ, Cadmeïda palmis
Deplanxêre domum ſciſſæ cum veſte capillos.
Utque parum juſtæ, nimiumque in pellice ſævæ
Invi-

Prudentium in antiquiſſimis, quos vidi, codicibus, præfatione librorum contra Symmachum. nec Giphanius in *diva* mutare debuit indice Lucretiano, *dia pabula, dia otia, dia voluptas, dia luminis ora* Lucretio, nam quod Tanaquillus Faber notis ad Phædrum primo, mox & in Epiſtolis nuper editis alterum Lucretii locum huc trahit, ac *dia clade* in eo reponi jubet, à ſcopo aberravit. Locus extat lib. VI. v. 641. ubi de Ætna agitur,

——— *neque enim media de clade coorta*
Flamma tempeſtas Siculûm dominata per agros.

vellem vir eruditus pro emendatione ſua minus fervide pugnaret, nam cum in tribus veterrimis codicibus, quorum excerpta penes me exſtant, exaratum ſit, *noque enim media gracia de coorta*, nullum mihi dubium eſt, quin vere & appoſite Iſaacus Voſſius raræ eruditionis & magni ingenii vir caſtigarit, *neque enim mediocri clade coorta*. Plura vide lib. II. Faſt. v. 598. *Heinſius.*

537. *Gratumque manet mihi nomen ab illa.*] *Graiumque* pri. ſec. tert. Med. pri. Baſil. & ſex alii, recte. τῆς ἀγροδίτης Faſt. IV.

Sed Veneris menſem Grajo ſermone notatum
Auguror. à ſpumis eſt Dea dicta maris.

Idem.

539. *Majeſtatemque verendam impoſuit.*] Significat illos effectos fuiſſe deos. Nam majeſtas, quæ à majoribus dicta eſt, propria eſt deorum.

540. *Nomenque ſimul faciemque novavit.*] Hoc eſt, figuram & nomen Inûs, & Melicertæ commutavit. Nam Ino *Leucothea* Græce, Latine *Matuta* fuit appellata. Melicerta vero à Græcis *Palæmon*, à noſtris *Portunus* fuit nuncupatus. Hominibus enim in Deos relatis nomina nova indebantur. *R.*

FAB. XIV. *Arg.* Sidoniæ comites.] *Matrona Thebana Ino fugientem ſecuta, cum ex veſtigiis percepiſſent eam ſe in mare præcipitaſſe, Junoni invidiam facere cœperunt. Quare Juno irata, eas partim in ſaxa, partim in aves commutavit.* Raph.

542. *Sidoniæ.*] Thebanæ, quarum conjuges à Phœnicibus Cadmi ſociis oriundi. *Farn.*

543. *Primo vidêre noviſſima.*] In fronte ſeu prima parte ſcopuli illius, quem antea ſubjecit oculis, qua mare reſpicit, in ipſis arenis extabant pedum humanorum veſtigia. *Pont.*

545. *Deplanxêre.*] Deflevere, palmis pectora plangentes, atque percutientes. *Sciſſis capillis.*] *Caſis* unus Voſſianus & tres alii. at Florentinus S. Marci, & duo Bononienſis cum Spirenſi, *ſciſſa capillos.* Heinſ.

546. *Pellice.*] *Semele.* Cujus gratia univerſam Bacchi familiam infeſta odiis & vindicta proſequebatur. *Farn.*

550. *Nam*

Digitized by Google

Invidiam fecêre Deæ. convicia Juno
Non tulit: &, Faciam vos ipſas maxima, dixit,
Sævitiæ monumenta meæ. res dicta ſecuta eſt.
Nam quæ præcipue fuerat pia, Perſequar, inquit,
In freta reginam. ſaltumque datura, moveri
Haud uſquam potuit: ſcopuloque affixa cohæſit.
Altera, dum ſolito tentat plangore ferire
Pectora, tentatos ſentit riguiſſe lacertos.
Illa, manus ut forte tetenderat in maris undas,
Saxea facta manus in eaſdem porrigit undas:
Hujus, ut arreptum laniabat vertice crinem,
Duratos ſubito digitos in crine videres.
Quo quæque in geſtu deprenditur, hæſit in illo.
Pars volucres factæ; quæ nunc quoque gurgite in illo
Æquora diſtringunt ſumtis Iſmenides alis.

Neſcit

550. *Nam quæ præcipue fuerat pia.*] Pia erga reginam, quæ ipſam quoque ante alias omnes dilexerat. *Pont.*

555. *Illa manus.*] Non ſunt Naſoniani numeri. puto,

In maris illa manus ut forte tetenderat undas.

Heinſius.

556. *Porrigit undas.*] Unus Ambroſianus *porrigitur*. Scribe *porgitur*. ut ſit Græciſmus. ſic ſupra v. 527. ſimiliter reponendum cenſeo,

Summa riget, frontemque in apertum porgitur æquor.

ut perſiſtat in Græciſmo. vide Feſtum in *Surregit*. Cicero in Arateis, *dextram porgens*. Virgil. Æn. VIII. *pocula porgite dextris*. Val. Flaccus lib. II. ſub finem, *duci porgens carcheſia Grajo*. Prudentius lib. I. contra Symmachum,

——*non cyathos Dis*
Porgere, ſed medio recubantem cum Jove fulcro.

Statius Glaucia Atedii, *porxit flores* & Theb. VIII. *Imperat abſciſſumporgi*. Auſonius Idyll. XXIII. *mihi porge fruendum*. Priſcianus Periegeſi,

Perſecat Heſperiam primus qui porgitur undis.

ſic & *ſurpuit* apud Horatium. plenus horum Catullus. *Idem.*

557. *Laniabat*] Malim *laniabant*, digiti nimirum. *Idem.*

559. *Deprenſa eſt.*] *Deprenditur* rectius in uno Gronov. *Idem.*

560. *Gurgite in illo.*] Putem *gurgite in alto*, etſi veteres conſtanter pro altera lectione certant, natus error ex ultima voce præcedentis verſus perperam alieno loco repetitâ. *Idem.*

561. *Æquora diſtringunt ſummis Mineides alis*] *Deſtringunt* Florent. S. Marci. Neap. & alii nonnulli ex vetuſtioribus. quod verum puto. deinde *ſumtis alis*, Zulich. Spirenſis, & quatuor alii. ut ſupra,

An magis ut ſumtis illius filia pennis.
lib. V.
Vimque parat, quam nos ſumtis effugimus alis.
lib. VI.
——*ſumtis quin candida pennis.*
Ipſa ſibi plaudat crepitante ciconia roſtro.
lib. XI.
——*alaſque pedes ſumpſiſſe putares.*
lib. XII. initio, ut quidem ſcribendum puto,

Neſcit Agenorides natam parvumque nepotem
Æquoris eſſe Deos. luctu ſerieque malorum
Victus, & oſtentis, quæ plurima viderat, exit
Conditor urbe ſuâ; tanquam Fortuna locorum,
Non ſua ſe premeret: longiſque erratibus actus
Contigit Illyricos profuga cum conjuge fines.
Jamque malis anniſque graves, dum prima retractant
Fata domûs, releguntque ſuos ſermone labores;
Num ſacer ille meâ trajectus cuſpide ſerpens,
Cadmus ait, fuerit; tum, cum Sidone profectus

Vi-

Neſcius at ſumtis Priamus pater Æſacon alis.
Vivere lugebat.

ubi in vulgatis *aſſumtis*. & lib. XIV.

——— *pennas ſumſere tuæque*
Conjugis in volucrem niveas abiere columbas.

Juvenalis Satyra XIV. de pullis iconiæ,
Illi eadem ſumptis quærunt animalia pennis.

Denique *Mineides* aut *Minyeides*. locum hic non habent. neminem enim inveni hactenus ex antiquis ſcriptoribus, qui Thebanas ſic appellaret. quidam veteres *Cadmeides*. nihil rectius. Rottendorph. *Tonides*, vel *Miſeides*, vel *Nimeides*. Nonnulli *Meneides* vel *Menides*. Neglexerat nempe geminare librarius duas poſtremas literas vocis proxime præcedentis. pro *Menides* itaque reſcribendum *Iſmenides*: quam conjecturam confirmat fragmentum chartaceum à Luca Langermanno V. Cl. mihi oblatum. *Iſmenides* Thebanæ ab Iſmeno fluvio. Ita poëtæ paſſim. Noſter l. VI. *Iſmenides hæ frequentes*. l. III. ſub finem,

Thuraque dant ſanctaſque colunt Iſmenides aras.

& initio hujus libri,

Placatus miiſque rogant Iſmenides adſis.

lib. XIII.

Hoſpes ab Aoniis Therſes Iſmenius oris.

Idem.

Cadmeides.] Thebanæ iſtæ mulieres, à Cadmo auctore. Al. *Mineides*. Farn.

FAB. XV. *Arg.* Neſcit Agenorides, &c.] *Cadmus Agenoris filius poſtquam inſpector fuerat ſuarum calamitatum; evenijſſentque multa filiabus ac nepotibus infortunia; peroſus Thebarum ſedes, cum Harmonia Martis & Veneris filia conjuge ſua in Illyrios profugit: ubi petita venia a Dei in ſpeciem draconis convertitur, qui initii cauſa malorum ſuorum fuiſſet: vota explet ſunt, & in dracones verſi ſunt.* Lact.

563. *Luctu.*] Cadmus domus ſuæ per petuis cladibus obrutus, quaſi cœlum illud & terram abominatus, cum uxore Hermione jam ſenex Thebis migravi in Illyrium, profligus ob Linum à ſe in terfectum. ut alii, regno pulſus ab Amphione & Zetho. ut alii, ſe ad Euchelienſes contulit. à quibus, ex oraculi re ſponſo, dux belli contra Illyrios electus victor iis imperavit. *Farn.*

566. *Longiſque erroribus actus*] *Erratibus* pri. Erfurtanus, pri. Falat. Neapolitan. Medic. & duodecim alii. cum vetuſtiſſimo fragmento, quod Amſtelædamenſe inſpexi. lib. XV.

Qua videam natum longis erratibus actum.

ſic & ibi vetus liber. *Heinſ.*

567. *Contigit Illyricos fines.*] In Illyricum pervenit. Eſt autem Illyricum regio Epyro finitima, ab Illyrio Polyphemi filio cognominata, ut ſcribit Aſplanus.

571. *Num fuerat.*] Rectius *fuerit* teſtibus Medic. & duo alii. *Heinſius.*

575. *I*

Digitized by Google

Vipereos ſparſi per humum nova ſemina dentes?
Quem ſi cura Deûm tam certâ vindicat irâ,
Ipſe precor ſerpens in longam porrigar alvum.
Dixit: &, ut ſerpens, in longam tenditur alvum;
Duratæque cuti ſquamas increſcere ſentit,
Nigraque cæruleis variari corpora guttis:
In pectuſque cadit pronus: commiſſaque in unum
Paulatim tereti ſinuantur acumine crura.
Brachia jam reſtant: quæ reſtant brachia tendit;
Et lacrymis per adhuc humana fluentibus ora,
Accede, ô conjux, accede, miſerrima, dixit:
Dumque aliquid ſupereſt de me; me tange: manumque
Accipe, dum manus eſt; dum non totum occupat anguis.
Ille quidem vult plura loqui: ſed lingua repente
In partes eſt fiſſa duas. nec verba volenti
Sufficiunt: quotieſque aliquos parat edere queſtus;
Sibilat. hanc illi vocem Natura relinquit.
Nuda manu feriens exclamat pectora conjux,
Cadme, mane: teque his, infelix, exue monſtris.
Cadme, quid hoc? ubi pes? ubi ſunt humerique manuſque?
Et color, & facies, &, dum loquor, omnia? cur non
Me quoque, cæleſtes, in eundem vertitis anguem?

Dixe-

575. *In longam tenditur alvum.*] Vel, *porrigar* unus Leidenſis. Concinna erit repetitio, ſic & hic *porgitur* reponas. *Id.*

576. *Et, ut.*] Οἱ δ' χείρε ἴρπον ἔπειτα τετράσσαι ἴχνη ὁμοῖα μέρεσι. Nonnus. 46. Dionyſ. vel quia ibi in exilio latuit inops: vel quia homo politicus ſe ad mores & leges Barbarorum accommodavit: vel quia Illyriis pleriſque oculi ὀξυδερκεῖς καὶ δριμύτατοι, qui interimant videndo quos diutius irati viderint: ut qui pupulas in ſingulis oculis binas habeant: A. Gellius lib. 9. cap. 4. vel denique ab ipſo gentis nomine, cum ἔγχελυς anguillam ſonet, quæ *longæ cognata colubræ.* Farn.

578. *Cæruleis guttis.*] Maculis ſubviridibus, qualis eſt maris color.

580. *Tenuantur acumine.*] *Sinuantur* in meliotibus. *Heinſ.*

585. *Dum non totum occupat.*] Malim *totam*, id eſt manum. *Idem.*

586. *Lingua in partes eſt fiſſa duas.*] Alludit Plautus Aſinar. 3. 3. *Fac proſerpentem beſtiam me, duplicem ut habeam linguam.* Et in Perſa. 2. 4. *Biſulci lingua, quaſi proſerpens beſtia.*

592. *Cadme quid hoc.*] Puto, *Cadme, ubi vox?* Heinſius.

593. *In eundem anguem.*] *Eandem* pri-

Me-

Dixerat. ille ſuæ lambebat conjugis ora:
Inque ſinus caros, veluti cognoſceret, ibat;
Et dabat amplexus; aſſuetaque colla petebat.
Quiſquis adeſt (aderant comites) terretur. at illos
Lubrica permulcent criſtati colla dracones,
Et ſubito duo ſunt; junctoque volumine ſerpunt;
Donec in appoſiti nemoris ſubiêre latebras.
Nunc quoque nec fugiunt hominem, nec vulnere lædunt:
Quidque prius fuerint, placidi meminêre dracones.
Sed tamen ambobus verſæ ſolatia formæ
Magna nepos fuerat: quem debellata colebat
India: quem poſitis celebrabat Achaïa templis.
Solus

Medic. & tres alii. dictum ſupra. *Idem.*

594. *Ille.*] Lege ſis, quæ refert ex Plutarcho Pierius 14. lib. hieroglyph. de angue puellæ amaſio. *Farn.*

596. *Colla petebat.*] *Premebat* malo cum uno Baſil. in Cantabr. & octo aliis *tenebat.* an *terebat?* Heinſius.

597. *Quiſquis adeſt (aderant comites) terretur.*] *Terrentur* ſecundus Mediceus & unus meus. ita & libro XV.

Quiſquis adeſt viſum venerantur numen.

ex antiquis libris. ſic apud Virgilium Æn. II. Donatus teſte Pierio Valeriano, & multi vetuſtiſſimi libri,

Et jam Argiva Phalanx inſtructis navibus ibant,

Littora nota petens. Idem.

598. *At illa Lubrica permulcet criſtati colla draconis.*] Ita vetuſtiores nonnulli *illis perlucent*; vel, *illi perlucent. illas permulcent* Urbinas. deinde *dracones* alter Hamburgenſis, & Gronovianus unus pro diversa lectione. Scribe,

——— *at illi*

Lubrica perlucent criſtati colla dracones.
criſtati colla, familiaris Naſoni Græcismus. Vetuſtiorum codicum veſtigiis ſi inſiſtis, occurrit ſcriptura, quam veram cenſeo,

——— *at illos*

Lubrica permulcent criſtati colla dracones.
illos permulcent, comites videlicet. Hinc poſtea,

Nunc quoque nec fugiunt hominem, nec verbere lædunt. Idem.

600. *Donec in appoſiti.*] Donec ſe in contiguo nemore occultaverunt.

FAB. XVI. *Arg.* Sed tamen, &c.] *Perſeus Jovis & Danaës filius miſſus a Polydecte ad Meduſæ caput perferendum, quæ aſpectu ſuo obvios in ſilicem converteret ſolebat, Minerva adjutrice evicit propoſitum laborem, & intercepto Phorcidum lumine, quæ invicem cuſtodiæ Gorgonum alebant, abſectum caput Meduſæ per æra tulit. E ſanguine autem qui Perſeo per Africam iter faciente ſtillaverat, genus ſerpentum eſt procreatum. Ab utero autem ejuſdem Meduſæ, equus Pegaſus cum pennis exiit.* Lact.

603. *Solatia magna nepos dederat.*] *Fuerat* unus Voſſianus & fragmentum veterrimum, quod Amſtelædami vidi. eleganter Epicedio Druſi,

At tu qui ſuperes miſera ſolatia matri.
Remedio Amoris,

Dixit & hanc habuit ſolatia magna prioris. Heinſ.

604. *Nepos.*] Bacchus, ex Semele, filia ſua. *Farn.*

605. *Poſitis templis.*] Ponere, locare, inſti-

Solus Abantiades ab origine cretus eâdem
Acrisius supereſt, qui mœnibus arceat urbis
Argolicæ; contraque Deum ferat arma; genusque
Non putet esse Jovis. neque enim Jovis esse putabat
Perſea; quem pluvio Danaë conceperat auro. 610
Mox tamen Acrisium, (tanta est præsentia veri)
Tam violasse Deum, quam non agnôsse nepotem,
Pœnitet. impositus jam cælo est alter: at alter

Vi-

instruere, quæ vocabula & Virgilio familiaria. *Mœnia prima loco.* 3. Æneid. —— *Solido de marmore templa* —— *Instaurat. Achaia.*] Græcia. Nam Achaia pars est Græciæ, unde Achæi pro Græcis accipiuntur.

606. *Solus Abantiades.*] Acrisius, Abantis Argivorum regis fuit filius, paterque Danaës, ex qua Perſeum Jupiter suscepit. Is à Prœto fratre pulsus regno à Perſeo nepote fuit restitutus, à quo tandem invito, cum disco luderet, fuit interemptus. *Ab origine eadem.*] Quia & ipse ab Jove originem ducebat. Nam Belus Jovis fuit filius, is vero pater fuit Abantis, cujus filium Acrisium fuisse diximus. *R.*

607. *Urbis Argolicæ.*] Urbs Argolica non alia est quam Argos, quæ interdum, sed numero multitudinis Argi, pro tota Græcia, & pro Græcis ponitur.

608. *Contraque deum ferat arma.*] Parum enim erat armis eum excludere, & obsidentes comites ac ministros ejus occidere. *Contra deum ferat arma.*] Sic Ennius apud Merul. *Cave sis tuam contendas iram contra cum ira Liberi.* Consule Tzetz Chiliad. 6. histor. 60. *Genusque Non putet esse Deum, neque enim Jovis esse putabat Perſea.*] *Putet* meliores. & pro *Deum*, Aroudelianus, Mureti excerpta, & quatuor alii ex nostris, ex Ciofanianis tres, *Jovis.* Scribe,

genusque
Non putet esse Jovis: sed nec Jovis esse putabat
Perſea.

exciderant tres voces *sed nec Jovis*, errore nato ex neglecta à librario olcitante repetitione *τῦ Jovis*, versui pro arbitrio tibicinem postea nescio quis admorat, sed sine successu. Potest & rescribi, *nam nec Jovis esse putabat Perſea.* paulo ante pro *Acrisius supereſt*, Genevensis *superat.* ut in illo,

——— *superatne & vescitur aura*
Æthereâ. Heins.

610. *Pluvio.*] Acrisius oraculum consuluerat maremne pareret uxor, an fœminam. respondit oraculum, nullum se habiturum filium; nepotem aliquando è filia, à quo ipse occideretur. Danaën itaque filiam cum nutrice inclusit thalamo aheneo subterraneo in specu. cui se immisit Jupiter in aureum imbrem conversus, sucumque fecit mulieri. epimythiam dabit, Hor. 3. lib. Ode. 16. & Paul. Silent. Antholog. lib. 7. *χρύσεος ἀψυχοις διὰ μαγγε*, &c. *Fam. Pluvio auro.*] Nam Jupiter in auri guttas conversus in Danaës gremium pluisse fingitur. *Pluvio Danaë conceperat auro.*] Redibis ad Tom. 1. p. 442. vs. 27.

613. *Pœnitet.*] Quia & Perſeum Jove digna gessisse accipiebat, & Bacchum in numerum Deorum jam esse relatum videbat. *Alter.*] Perſeus, qui à Polydecte rege Seriphi (ad quem arca, in qua ipse cum matre inclusus fuerat, appulsa est) ad debellandas Gorgonas, petendumque Medusæ ex iis natu maximæ caput, missus, accepit à Mercurio talaria & harpen, à Plutone galeam, à Pallade ægida & speculum; victor reversus dum Medusæ caput per cœlum volans portaret, guttæ Gorgonei capitis deciduæ in serpentes mutatæ sunt. Causam naturalem & historicam ad fabulam convertit.

Digitized by Google

Viperei referens ſpolium memorabile monſtri
Aëra carpebat tenerum ſtridentibus alis.
Cumque ſuper Libycas victor penderet arenas;
Gorgonei capitis guttæ cecidere cruentæ:
Quas humus exceptas varios animavit in angues.
Unde frequens illa eſt infeſtaque terra colubris.
Inde per immenſum ventis diſcordibus actus
Nunc huc, nunc illuc, exemplo nubis aquoſæ,
Fertur, & ex alto ſeductas æthere longè
Deſpectat terras; totumque ſupervolat orbem.
Ter gelidas Arctos, ter Cancri Brachia vidit:
Sæpe ſub occaſus, ſæpe eſt ablatus in ortus.
Jamque cadente die veritus ſe credere nocti
Conſtitit Heſperio regnis Atlantis in orbe;

Exi-

tit. tranſtulit poëta locum hunc ex Apollonii 5. Argonaut. Εὖτε γὰρ ἰσόθεος Ατ-
λάντι ὑπερίτατο Περσεὺς, &c. vide quæ nos ad Lucanum lib. 9. vſ. 619. & deinceps. Sed vide Clariſſ. Baconi Vet. ſap. de Perſeo ſive bello. interpretantis Perſeo, id eſt, ad bellum probe inſtructo opus eſſe celeri expeditione, occultis conſiliis, providentia, &c. v. Apollodorum lib. 2. & allegorice expoſitam ab Iſ. Tzetze, ſub initio Lycophr. Caſſandræ. *Farn.*

614. *Viperei referens ſpolium.*] Meduſæ ſerpentigerum caput, quod vel Deorum, vel Palladis juſſu præciderat, ſecum per aëra volans portabat. *Pom.*

616. *Cumque ſuper Libycas.*] Guttas ſanguinis ex Meduſæ capite cadentes in terram Libyam varios in ſerpentes converſas fuiſſe narrat poëta. quod ideo fictum videtur, quia Libya ſerpentibus venenoſis abundat.

618. *Varios angues.*] *Varias* duo veteres. monui ſupra. mox *infeſtaque terra colubris* cave mutes in *infeſtaque.* quod veteres nonnulli agnoſcunt. Seneca Hercule OEtæo,

Quodcunque tellus genuit infeſta, occidit.

ita optimus codex, vulgati *infeſtum.* minus bene. *Heinſius.*

FAB. XVII. *Arg.* Inde per immenſum, &c.] *Atlas Japeti & Clymenes filius, a Themide, qua initio antiſtes Deorum erat, reſponſum accepit, ne quem hoſpitio ex progenie Jovis reciperet, ſi vellet hortum, in quo poma aurea erant, cuſtoditum habere. Quam ob cauſam cum Perſeo fatigato ex aſſiduo curſu requieſcendi hoſpitium negaviſſet, eumque viribus propelleret: ille elatum caput Gorgonis ei objecit. Quo viſo in montem pari nomine eſt verſus. Cui in ultimis Africa locis immodus injectus eſt.* Lact.

620. *Per immenſum.*] ——— *Immenſi copia mundi* 2. Metam. vſ. 157.

622. *Ex alto ſeductas aquore.*] *Æthere* potiores antiqui. ſic lib. 1. *recens tellus ſeductaque nuper ab alto Æthere.* mox *geminas Arctos* pro *gelidas* Berneggerianus. utrumque probum. lib. III.

Si totum ſpectes, geminas qui ſeparat Arctos. Heinſius.

624. *Gelidas Arctos.*] Gelidos ſeptentriones, ad quos nunquam Sol accedit.

625. *Sæpe eſt delatus.*] *Ablatus* veteres. *Heinſius.*

627. *Heſperio regis Atlantis in orbe*] Imo *regnis* per appoſitionem, quod in plurimis antiquis extat. ſic lib. XIII.

Nerutiaſque domos regnum ſallantis Vlyſſ.

Vir-

Digitized by Google

Exiguamque petit requiem, dum Lucifer ignes
Evocet Auroræ; currus Aurora diurnos.
Hîc hominum cunctos ingenti corpore præstans
Japetionides Atlas fuit. ultima tellus
Rege sub hoc & pontus erat, qui Solis anhelis
Æquora subdit equis, & fessos excipit axes.
Mille greges illi, totidemque armenta per herbas
Errabant: & humum vicinia nulla premebant.
Arboreæ frondes auro radiante nitentes
Ex auro ramos, ex auro poma tegebant.
Hospes, ait Perseus illi, seu gloria tangit
Te generis magni: generis mihi Jupiter auctor:
Sive es mirator rerum; mirabere nostras.
Hospitium requiemque peto. memor ille vetustæ
Sortis erat: (Themis hanc dederat Parnasia sortem)
Tempus, Atla, veniet, tua quo spoliabitur auro
Arbor: & hunc prædæ titulum Jove natus habebit.
Id metuens, solidis pomaria clauserat Atlas

Mœ-

Virgil. Æn. III.
Effugimus scopulos Ithaca, Lærtia regna. Idem.

629. *Cursus diurnos.*] *Currus* probe Bernegger. & quartus Mediceus. Currus solares intelligit. *Idem.*

630. *Cunctis præstans.*] *Cunctos* Florentinus S. Marci, Bernegger. & tres alii. optime. totidem *coctos*. proxime verum. Statius Theb. IV.
Argiadasque habitu præstabo maritas.
ita Cornelius Nepos, Val. Maximus, alii sæpe Servius ad V. 447. lib. XI. Æn. *Et præstitum, hoc est melior fuit illo, & præstare dicimus.* Idem.

631. *Japetionides.*] Atlas Japeti filius fuit, frater Promethei, ut alii, Hesperi: rex Mauritaniæ, ad Oceanum occiduum, qui ab illo *Atlanticus* dictus. *Farn. Ultima tellus.* [Mauritania cum reliquo occidente.

635. *Vicinia nulla premebat.*] *Premebant* recte Florentinus S. Marci, & prior Erfurtanus, cum uno meo. vide Notas Fast. III. v. 181. *Heinsius.*

637. *Ex auro poma ferebant.*] Gronovius legendum censet, *tegebant*, id est, poma aurea tegebant aureos ramos. Quamquam alii aliter distinguentes, *gerebant* malint. *Pont. Poma.*] Aurea hæc mala alii putant fuisse citria vel Medica. Dalecampius, ad 3. lib. Athenæi cap. 7. Alii, oves corporis magni & coloris subrutili. τῷ μήλῳ utrumque significante. Pollux. Alii, stellas interpretantur quod Astronomiæ peritus fuerit Atlas. Natal. Com. 7. l. 7. cap. Aurifodinas alii. *Farn. Poma tegebant.*] Ita meliores. & recte. perperam alii *ferebant* vel *gerebant*. pro *nitentes* unus Moreti *micantes*. Heins.

642. *Themis Parnassia.*] Quæ in monte Parnasso templum habet. *R. Themis.*] Vide 321. vs. 1. *lib.*

644. *Hunc titulum.*] Hanc gloriam.

645. *Pomaria clauserat Atlas Montibus.*] *Mœnibus* tertius Mediceus, uterque Erfurtanus, vetustissimum fragmentum Amstelædamense, & octo aut decem

Mœnibus, & vaſto dederat ſervanda draconi:
Arcebatque ſuis externos finibus omnes.
Huic quoque, Vade procul, ne longè gloria rerum,
Quas mentiris, ait, longè tibi Jupiter abſit.
Vimque minis addit: foribuſque expellere tentat
Cunctantem, & placidis miſcentem fortia dictis.
Viribus inferior, (quis enim par eſſet Atlanti
Viribus?) At quoniam parvi tibi gratia noſtra eſt;
Accipe munus, ait, lævâque à parte Meduſæ
Ipſe retroverſus ſquallentia prodidit ora.
Quantus erat, mons factus Atlas. jam barba comæque
In ſilvas abeunt: juga ſunt humerique manuſque.
Quod caput ante fuit, ſummo eſt in monte cacumen.
Oſſa lapis fiunt. tum partes auctus in omnes
Crevit in immenſum, (ſic Dî ſtatuiſtis) & omne
Cum tot ſideribus cælum requievit in illo.

Clau-

cem alii. quod præſtat. hinc *munire* pro munire. pro *clauſerat* Mediceus chartaceus ex veterrimo deſcriptus *carpſerat*. Forte *ſepſerat*. Heinſ. *Pomaria.*] Hortos arboribus conſitos. *R.*

646. *Draconi.*] Cui Ladon nomen. Apoll. 4. lib. Argonaut. Λάδων Εἰσέτι παγχρύσεα ῥύετο μῆλα Χάρᾳ ἐν Ἀτλαντίῃ, χθονὶ ὄφις, quem fluvium interpretantur volumine ſinuoſo circumdantem hortos Heſp. *Farn.*

647. *Arcebatque externos.*] Inhoſpitalis totus & inhumanus Atlas, quaſi qui regnum αὐτάρκεις haberet.

650. *Manibuſque expellere tentat.*] *Foribuſque* ſcedæ vetuſtiſſimæ Theatinorum Romæ, & primus Bononienſis. mox *par eſſet Atlanti viribus* non *Atlantis* quinque ſcripti. *Heinſ.*

655. *Protulit ora.*] *Prodidit* fragmentum Amſtelædamenſe optimæ notæ. Adi Notas Faſtor. v. 508. *Idem.*

656. *Nam barba comaque.*] *Jam* ex quatuor ſcriptis. *Idem.*

657. *Juga ſunt humerique.*] Jugum eſt ſumma montis ipſius planicies, per quam tranſitus vel hominibus patet. dictum quod illic mons potiſſimum jungatur.

659. *Partes altus in omnes.*] Alii *altus*, nonnulli *auctus*. quod verum eſſe exiſtimo. mox *requieſcit* pro *requievit* Bernegger. & ſeptem alii. *Heinſius.*

660. *Omne.*] Propter Aſtronomiæ ſcientiam, ſphæramque ab illo inventam fingitur Atlas cœlum ſuſtinere. Diodor. 4. lib. ſub initio addit, illum cum in altiſſimum montem ad aſtrorum curſus obſervandos aſcendiſſet, ſubito à ventis abreptum. Idem ref. Vives ad 1. cap. 18. lib. Auguſt. de Civit. Dei. Sed vide Ariſtot. 2. de Cœlo. & Tzetzen 1. hiſt. lib. 5. Macrob. 2. lib. Quando ſiderum motus, aut ratio cœpta eſt genethliaca ſciri? non poſt Thetin Ægyptium, aut poſt Atlantem (ut quidam ferunt) geſtatorem, bajulum, tibicinem illum ac deſtinam cœli? Arnobius l. 2. *Farn. Sic Dii ſtatuiſtis.*] Voluiſtis. Cujus autem rei rationem aſſignare non poſſumus, ad Deorum potentiam referre ſolemus. *R.*

FAB.

Clauſerat Hippotades æterno carcere ventos:
Admonitorque operum cælo clariſſimus alto
Lucifer ortus erat. pennis ligat ille reſumtis
Parte ab utrâque pedes; teloque accingitur unco:
Et liquidum motis talaribus aëra findit.
Gentibus innumeris circumque infraque relictis,
Æthiopum populos Cepheïa conſpicit arva.

Illic

FAB. XVIII. *Arg.* Clauſerat, &c.] *Perſeus per Æthiopiam iter faciens poſtquam Andromedam propter ſuperbiam matris, quæ ſe nympharum pulchritudini prætulerat, ſaxo alligatam ac marina belua objectam vidit, captus ſpecie ejus exarſit. Pactuſque a Cepheo & Caſſiopeâ parentibus virginis ut ſibi matrimonio eam darent, ſi beluam interemiſſet, votique compos eſt factus. Interfecto igitur monſtro captivas requieſcere, ne caput Gorgonis laderet, virgulas lectas in littore ſubjecit, & hæ ſubter obruerunt: ita ut adeptis radicibus ſanguinei coloris, mari ut arbuſcula naſcerentur, nomenque haberent Coralium* Lact.

662. *Hippotades.*] Æolus, Jovis ex Aceſta filius, Hippotæ nepos Αἴολον Ἱππότου παῖδα κλυτόν. Apollon. 4. lib: qui quum naturam ventorum adverteret, atque ex ortu & occaſu ſiderum, ſtatiſque anni temporibus, ut & regionum maxime æſtus reciproci, ventos prædiceret, ταμίαν τῶν ἀνέμων καὶ βασιλέα vocarunt ac crediderunt, inquit Strabo 2. & 6 lib. Virgil. 1. Æneid. *Farn. Hippotades.*] Metam. 14. fab. 5. & 6.

Æolon Hippotaden cohibentem carcere Ventos, &c.

Κώων γὰρ ταμίην ἀνέμων πούησε Κρονίων. Hom. Odyſſ. Σ. v. 21.

Æterno carcere ventos.] Quare dicatur carcer æternus, ex quo venti frequenter emittantur, non video. Cenſeo igitur ſcribendum *terreno carcere.* certe unus Leidenſis *externo.* Tempus nocturnum deſcribit, quo venti plerumque ſilent. *Terreno* pro ſubterraneo. familiaris ea vox Naſoni. ſic lib. VII. *terrena ſilices fornax ſolvit.* & ibidem, *terrena lumina* & lib. XV. *terreno Lycus eſt epotus hiatu.* & libro I. *terrena fax.* quomodo & *terrenæ artus* Virgilio lib. VI. &, quod ad rem potiſſimum facit, libro XI.

——— *fuit ingens monte ſub alto*
Regis Dercenni terreno ex aggere buſtum.
Heinſius.

664. *Pennis reſumptis.*] Talaribus; quæ per noctem depoſuerat.

665. *Telo unco.*] Enſe falcato. R. *Teloque.*] Harpe. *Farn.*

667. *Circumque infraque relictis.*] Cantabr. & quatuor alii *circaque.* Oxon. *citraque.* Forte *citraque ultraque.* ut lib. V.

Dextera diriguit, nec citrà mota nec ultra. Heinſius.

668. *Cepheaque conſpicit arva.*] Pri. Vatic. Oxon. Thuan. & duo alii *Cepheïa.* eleganter. ſic lib. XIV. ex antiquis libris;

Rhegion ingreditur, ferventes æſtibus undas.

Cum Rhegion non ſit unda, ſed urbs undæ appoſita. mox *Andromedan* meliores. de quo alibi dictum. *Heinſ. Cepheïa arva.*] Cephei regna. Cepheus enim Phœnicis fuit filius, rexque Æthiopum, & Caſſiopes maritus, ac Andromedæ pater, qui Andromedam filiam propter uxoris ſuperbiam monſtro marino objicere fuerat coactus. Cum enim Caſſiope mater ſe Nereïdibus pulchriorem eſſe jactaret, precibus ipſarum motus Neptunus belluam marinam immiſit, quæ Æthiopiam vaſtaret. Quare conſultus Jupiter Hammon, qua ratione Nereïdes placari poſſent, reſpondit Cephei Caſſiopesque progeniem monſtro eſſe objiciendam. Andromedam igitur cum ad ſcopulum religatam Perſeus vidiſſet, ea conditione ſe illam liberatu-

Illic immeritam maternæ pendere linguæ
Andromedan pœnas injuſtus juſſerat Ammon.
Quam ſimul ad duras religatam brachia cautes
Vidit Abantiades; niſi quod levis aura capillos
Moverat; & trepido manabant lumina fletu;
Marmoreum ratus eſſet opus. trahit inſcius ignes:
Et ſtupet: & viſæ correptus imagine formæ,
Pæne ſuas quatere eſt oblitus in aëre pennas.
Ut ſtetit, O, dixit, non iſtis digna catenis,
Sed quibus inter ſe cupidi junguntur amantes;
Pande requirenti nomen terræque tuumque;
Et cur vincla geras. primò ſilet illa: nec audet
Appellare virum virgo: manibuſque modeſtos
Celaſſet vultus; ſi non religata fuiſſet.
Lumina, quod potuit, lacrymis implevit obortis.
Sæpius inſtanti, ſua ne delicta fateri
Nolle videretur, nomen terræque ſuumque,
Quantaque maternæ fuerit fiducia formæ,
Indicat. &, nondum memoratis omnibus, unda

Ir

rum pactus eſt, ut ſibi uxor promitteretur. Cæterum Phineus Cephei frater, cui, antequam monſtro exponeretur, Andromeda fuerat deſponſata, cum vi eam Perſeo eripere conaretur, multis interfectis, reliquos in ſe ruentes Perſeus ipſe Meduſæ capite detecto in lapides commutavit. *R.*

669. *Materna lingua.*] Nam Caſſiope de pulchritudine cum Nereidibus contendere fuerat auſa.

670. *Injuſtus juſſerat Hammon.*] *Immitis Hammon* tres ſcripti, & prodiverſa lectione Græv. unus Leidenſis *immites*. Heinſ.

673. *Tepido fletu.*] *Trepido* Neap. ſecundus Mediceus, pri. Erfurt. multique alii, recte *trepido*. ut appareret eſſe vivam. *Idem.*

674. *Marmoreum opus.*] Marmoreum ſtatuam. *R.*

680. *Primo ſilet illa, nec audet Appellare virum.*] *Stupet illo* primus & ſecundus Palat. aliique multi melioris not. *Appellare virum* an recte dicatur, q. reſpondet appellanti, dubito. Quare, per membranas liceat, reponam *Aſſ. ctare*, quod ſequentia confirmant. lib. XIV. ex antiquis membranis, *cal. aſpectaſſe faciebat.* Heinſ. *Nec audit.*] El. gantiſſime picturam hanc expreſſit L. cianus ... O' ... virginis, inquit, verecundiam expre. artifex & metum. ſpectat enim pugna deſuper ex rupe, & adoleſcentis aud. ciam amatoriam, & belluæ viſu. ... Argumentum citat ex H. rodoto in Polymnia. Sed & vide Fer. Philoſtrati. Iconum lib. I. & Pauſaniæ in Corinthiacis. *Farn.*

681. *Appellare virum.*] Loqui viro.

687. *Et nondum memoratis omnibus*] Puto *at*, vel *ea nondum*, Heinſ.

688. I

Digitized by Google

Insonuit: venienſque immenſo bellua ponto
Eminet; & latum ſub pectore poſſidet æquor.
Conclamat virgo: genitor lugûbris, & amens
Mater adeſt; ambo miſeri, ſed juſtius illa.
Nec ſecum auxilium, ſed dignos tempore fletus,
Plangoremque ferunt: vinctoque in corpore adhærent.
Cum ſic hoſpes ait. Lacrymarum longa manere
Tempora vos poterunt: ad opem brevis hora ferendam
eſt.
Hanc ego ſi peterem Perſeus Jove natus, & illâ
Quam clauſam implevit fœcundo Jupiter auro,
Gorgonis anguicomæ Perſeus ſuperator, & alis
Æthereas auſus jactatis ire per auras;

Præ-

638. *Bellua.*] Belluæ hujus oſſa Romam ex oppido Judææ Joppe allata oſtendit M. Scaurus, longitudine pedum 40. altitudine coſtarum Indicos elephantes excedente, ſpinæ craſſitudine ſeſquipedali. Plin. lib. 9. cap. 5. Solin. cap. 36. *Farn.*

639. *Imminet.*] *Eminet* cum melioribus. *Heinſ.*

690. *Et una mater adeſt.*] *Et amens* pauci Baſil. & quatuor alii. rectius: hæc eſt conſternata ſine mente. Faſt. IV.

Excutitur ſomno ſtulte pia mater, & amens,
Quid facis? exclamat. Idem.

694. *Tum ſic.*] *Cum* ſcripti. paulo an malim pro *ſed dignos fletus*,

Hinc ſecum auxilium, niſi dignos tempore fletus
Plangoremque ferunt.

ſed obſtant codices. *Idem.*

695. *Ad opem brevis hora ferendam*] *Ferenda* veteres plerique. Scribo,

——at opi brevis hora ferendæ eſt.

Ad Notas Faſt. III. vſ. 241. *Idem.*

696. *Hanc ego ſi peterem.*] Merito Perſeus dotes ſuas & virtutes & facta apud ignotos exponit, quo facilius id quod ipſe accipiat, *Ille.*] Ὅπως ὑμᾶς ῥυσοῖτ γὶν, &c. υἱὸς Δανάας, τὸν ἀπὸ Χρυσῦ φαμὶν αὐτορρύτᾳ ξμμεναι. Pindarus Pyth. 12. ode. Ἀλλὰ πατὴρ Πιερὶ ὀλύμπιος ὄμβρ ἐρώτων Χρύσι εἰς γάμον ἦλθε, καὶ ὑ φλογόεις παραπέτης. Nonn. Dionyſ. 47. *Farn.*

697. *Quam clauſam implevit fœcundo Jupiter auro.*] *quam quondam* nonnulli. Puto *Quam luſam.* ut libro VI.

Aureus ut Danaen, Aſopida luſerit igneus.

& paulo poſt ibidem de Apolline, *ut paſtor Macareïda luſerit Iſſen.* Amor. l. 1. Eleg. X.

Qualis erat Lede, quam plumis abditus albis,
Callidus in falſa luſit adulter ave.

Epiſtola Helenæ,

Matris in admiſſo falſâ ſub imagine luſæ
Error ineſt. plumâ tectus adulter erat.

libro VIII. Met.

Nec Jove tu natus, nec mater imagine tauri
Luſa tua eſt.

Prudentius libro I. Contra Symmach.

At ſi Rhea ſacram laſcivi Martis amorè
Laſa pudicitiam fluviali amiſit in ulvâ.

vulgatum *clauſa* ſic abſolute poſitum nescio an ſatis ſit Latinum. *Heinſius.*

Præferrer cunctis certe gener. addere tantis
Dotibus & meritum (faveant modo numina) tento.
Ut mea sit, servata meâ virtute, paciscor.
Accipiunt legem, (quis enim dubitaret?) & orant,
Promittuntque super regnum dotale, parentes.
Ecce velut navis præfixo concita rostro
Sulcat aquas: juvenum sudantibus acta lacertis;
Sic fera dimotis impulsu pectoris undis
Tantum aberat scopulis, quantum balearica torto
Funda potest plumbo medii transmittere cæli:
Cum subitò juvenis pedibus tellure repulsâ
Arduus in nubes abiit. ut in æquore summo
Umbra viri visa est, visam fera sævit in umbram.
Utque Jovis præpes, vacuo cum vidit in arvo
Præbentem Phœbo liventia terga draconem,
Occupat aversum: neu sæva retorqueat ora,
Squamigeris avidos figit cervicibus ungues.
Sic celeri fissum præpes per inane volatu
Terga feræ pressit: dextroque frementis in armo
Inachides ferrum curvo tenus abdidit hamo.

Vul

708. *Balearica.*] Lib. 11. vs. 727. monuimus in nonnullis veterum *balearia* legi. *Idem. Balearica.*] Balearium inf. incolas fuisse peritissimos funditores, & supra dictum, & satis notum. *Farn.*

710. *Repulsa.*] Sic lib. 2. *Fugit & impressa tellurem reppulit hasta*, vs. 788. vide quæ nos ibi. *Farn.*

713. *Præpes.*] Ales. Præpetes vero majores dicuntur aves, quarum ex volatu auguria colliguntur. *R.*

714. *Præbentem.*] Apricantem se ad Solem. *Farn.*

715. *Occupat adversum.*] Imo *aversum.* ut recte præstantiores membranæ. *Heinsius Occupat.*] Corripit.

716. *Squamigeris.*] Τοῖς ἀμφὶ νῶτ' ὀτάτη πάταγος δρυὸς ἀίσσοντι. Sophocl. Antigone. supra vs. 362. *Farn.*

717. *Sic celeri missus præceps per inane volatu.*] *Præpes missu* Cantabrig. *missus* etiam in multis melioris notæ. *præceps missus* nonnulli. *præceps missum* optimi Thuneus. Scribe,

Sic celeri præpes fissum per inane volatu

Germanicus Cæsar de Perseo,

——*properare videtur.*

Et velle aligeris parvum æthera findi pennis.

quæ ibi vera lectio. Noster ipse paulo ante de eodem Perseo,

Et liquidum motis talaribus æra findit.

Statius Theb. XI.

Nunc pede torvus humum, nunc cornua aëra findit.

aëra disco findere idem Hercule Surrentino. *secta talaribus aura* Propertius. Eleg. XXX. *Heins.*

719. *Curvo tenus hamo.*] Usque ad

Vulnere læſa gravi modo ſe ſublimis in auras
Attollit: modo ſubdit aquis: modo more ferocis
Verſat apri, quem turba canum circumſona terret.
Ille avidos morſus velocibus effugit alis:
Quaque patent, nunc terga cavis ſuper obſita conchis,
Nunc laterum coſtas, nunc qua tenuiſſima cauda
Deſinit in piſcem, falcato vulnerat enſe.
Bellua puniceo miſtos cum ſanguine fluctus
Ore vomit. maduêre graves aſpergine pennæ.
Nec bibulis ultra Perſeus talaribus auſus
Credere; conſpexit ſcopulum: qui vertice ſummo
Stantibus extat aquis; operitur ab æquore moto.
Nixus eo, rupiſque tenens juga prima ſiniſtrâ,
Ter quater exegit repetita per ilia ferrum.
Littora cum plauſu clamor ſuperaſque Deorum
Implevêre domos. gaudent, generumque ſalutant,
Auxiliumque domûs ſervatoremque fatentur
Caſſiope, Cepheuſque pater. reſoluta catenis
Incedit virgo pretiumque & cauſſa laborum.
Ipſe manus hauſta victrices abluit undâ;

An-

patam, cui ferrum recurvum ſolet apponi, gladium ſuum in armo piſcis condit. *T. Imachides.*] Perſeus Argivus ab Imacho, piſco Argivorum rege.

720. *Vulnere.*] Audi Lucianum prælii hujus victoriæque præconem, in lib. πιὶ τῦ οἴκου. Καὶ θηρίον μὲν ἔπτυσε πόφρισε ταῖς ἀκάνθαις, καὶ διϊκνέμενον τῷ ἀέρατι. Καὶ ὁ Περσεὺς δὲ τῷ λαιᾷ μὲν ἀναβάσεως τὸν Γόργονα. τῇ δεξιᾷ δὲ καθοπλίσας τῷ ξίφει. Καὶ τὸ μὲν ὄπισθεν τῦ κήτους ἄλλο τὸν Μίδειαν ἦδη λίθ@ ἐοικὸς, τὸ δ' ἔσω ἔμψυχον μένει, τῇ ἀρπῃ κόπτεται. *Farn.*

724. *Quaque patent nunc terga.*] *Patet* noſtros magno numero. quod elegantius ſic ſupra de ſcopulo, *Summa rigent.* Vide Notas Faſtor. lib. v. vſ. 382. *Heinſ.*

Quaque patent.] Idui ſcil. qua merſa non ſunt. *Pont. Super obſita.*] Deſuper tecta atque cooperta conchis, & oſtreorum teſtis, Balenarum enim tergoribus conchæ, oſtreaque adhærere ſolent.

726. *Vulnerat enſe.*] Neap. Cantabr. ſecundus Mediceus, Spirenſis, prior Erfurt. & quatuor alii *verberat.* eleganter & probe. *Heinſ.*

727. *Puniceos.*] Quia miſtos ſanguine, quem tot vulnera eliciebant.

728. *Maduêre graves aſpergine penna.*] Pennæ alarum Perſei & madidæ & graves reſperſione fluctuum, quos evomebat bellua, ſunt effectæ.

729. *Bibulis.*] Aſpergine madidis. *F.*

731. *Stantibus aquis*] Quieſcente mari.

732. *Rupiſque tenens juga prima ſiniſtra.*] *Siniſtrâ* ex ſcriptis. *Heinſius.*

734. *Cum plauſu.*] Δαιμὺς Ἀνδρομέδης πτερόεις ἀνελύσατο Περσεὺς Ἄξιον ὕδωρ ἔχαν. Nonnus 47. Dionyſ. *Farn.*

Anguiferumque caput nudâ ne lædat arenâ,
Mollit humum foliis: nataſque ſub æquore virgas
Sternit, & imponit Phorcynidos ora Meduſæ.
Virga recens, bibulâque etiamnum viva medullâ,
Vim rapuit monſtri, tactuque induruit hujus:
Percepitque novum ramis & fronde rigorem.
At pelagi Nymphæ factum mirabile tentant
Pluribus in virgis, & idem contingere gaudent:
Seminaque ex illis iterant jactata per undas.
Nunc quoque cur aliis eadem natura remanſit,
Duritiem tacto capiant ut ab aëre; quodque
Vimen in æquore erat, fiat ſuper æquora ſaxum.
Dis tribus ille focos totidem de ceſpite ponit;
Lævum Mercurio, dextrum tibi, bellica virgo;
Ara Jovis media eſt. mactatur vacca Minervæ,
Alipedi vitulus; taurus tibi, ſumme Deorum.

740. *Durâ ne lædat arenâ.*] Secundus Medic. ſec. Pal Neapol. prim. Hamburg. aliique nonnulli *nuda arenâ.* recte. ſic *nuda terra* paſſim & *nuda humus.* Heinſ.

742. *Phorcinydos.*] Phorci & Cetus filiam. vide quæ nos ad 9. lib. Lucan. 629. verſ. *Farn.*

745. *Novum rigorem.*] Baccæ coralii ſub aquis candidæ & molles exemptæ conſeſtim durantur & rubeſcunt. Plin. 32. lib. 2. cap. ad eum Dalecampius. *Farn.*

748. *Seminaque ex illis ut erant.*] *Iteram* recte multi codices, ut jam ab aliis monitum. pro *coralliis* ſcribi *curaliis* cum Florentino S. Marci, & Neapolitano, vel *curallis*, cum Urbinati. hoc eſt, κυραλλοις vel κυράλλοις. nam in κοραλλιοις prima corripitur quanquam non ignoro pro ῳ etiam κυράλλια ſcribi. ſic L. XV. in duobus veterrimis codicibus etiam *curallis* ſcriptum offendi. ſic *bubus* pro *bobus* ptiore producta. *Pulydamas* pro *Polydamas*. mox malim,

——— *quaque*

Vimen in æquore erant, fiant ſuper æqua ſaxum. Heinſ.

Seminaque.] Σπέρματά τι ἐξ ἐκεί ἀναζωπυροῦν ἐν τοῖς ὕδασι φύεσ Maximus Planudes in Græca ſua Ov Metamorphoſ. verſione. *F.*

FAB. XIX. *Aug.* Dis tribus ille cos.] *Perſeus ob monſtrum illud marin debellatum Diis gratias agere, ac ſacrifi decrevit, ac primum tres aras tribus Di Minervæ, Mercurio ac Jovi ex caſtrens littore extruxit, deinde vaccam Minerv taurum Jovi immolavit.*

753. *Lævum.*] Primus honoris lo medius, proximus ſiniſter, inquit ſius 2. lib. Electorum 2. cap. Cui que aſſignatur Palladi locus ſuper M curium à ratione victimæ quæ Pall potior & propria. ut l. 12. 151. vſ. ſon. 64. epigram. *Ærea bos ſecun mactata eſt vacua Minervæ.*

755. *Taurus.*] Jovi mactati negat Servius ad 3. Æneid. & Macr Saturn. 3. cap. 10. Aſſerit Xenoph Cyropæd. & Julianus ad libanium. de quæ nos ad Senecæ Medeam 60. & H

Digitized by Google

Protinus Adromedan & tanti præmia facti
Indotata rapit. tædas Hymenæus Amorque
Præcutiunt: largis satiantur odoribus ignes:
Sertaque dependent tectis: lotique, lyræque,
Tibiaque, & cantus, animi felicia læti
Argumenta, sonant. reseratis aurea valvis
Atria tota patent, pulcroque instructa paratu.
[Cepheni proceres ineunt convivia regis.]
Postquam epulis functi generosi munere Bacchi
Diffudêre animos: cultusque habitusque locorum

Quæ-

& Hercul. Furent. vs. 299. *Farn. Alipedi.*] Mercurio alas in pedibus habenti, ut qui & velocissimus sit planetarum, & cum talaribus alatis pingatur.

656. *Et tanti præmia facti.*] Scribe, *ut tanti præmia facti.* malo etiam *capit*, quod est in uno Gronov. & Barberino, quam *rapit* cum vulgatis. *Andromedan* etiam pro *Andromeden* meliores. de quo alibi dictum. *Heins.*

757. *Rapit*] Allusum forte ad Rom. morem, ubi virgines è gremio matris rapi solitæ, in memoriam & omen raptarum Sabinarum, quod Romulo & suis feliciter cessit

758. *Tædas præcipiunt.*] Quid est *præcipere tedas?* Florentinus S. Marci optimus *Præcutiunt.* recte. Propert. lib. III. Eleg. XV.

Ipse Amor accensas percutit ante faces

ubi *præcutit* quoque opinor scribendum. Hinc & *quassa faces* apud Nostrum in fabula Narcissi, & *quatere facem* non semel alibi. In primo Gronoviano *Percutiunt.* In Urbinati vetus scriptura penitus erasa. in uno Leidensi *Præcipitant.* in duobus aliis *percipiunt.* Propert. l. I. Eleg. III.

Cum quateret serâ nocte facem puer.

Catullus Epithalamio Manlii, *Manu flammeum quatit tædam, quassare facem* etiam dicunt. *Heins. Largis.*] De apparatu, cibis, & festivitate celebri nuptiarum, vide quæ nos ad Lucan. lib. 6. vs. 254. & deinceps. & Alex. ab Alex. 2. lib. 5. cap. *Farn.*

759. *Et ubique lyraque.*] Locus mendosus. Arondel. & unus Patav. *& ubique.* quatuor alii *citharaque.* Lovanienses pro diversâ lectione *limique.* primus Gronov. *tectisque tubaque.* unus Moreti *tectis tubaque.* scribendum jam diu adolescens olim vidi & monui, *lotique lyraque*, quod doctissimo etiam Gronovio videbatur, qui adeundus Observat. l. IV. cap. XV. tum quæ notamus Remed. Amor. vs. 753. *Heinsius.*

763. *Cepheni proceres.*] Importune versus iste spurius huc irrepsit, quanquam constanter eum agnoscunt libri vereres. pro *pulchroque instructa paratu*, in uno Mediceo non male, *patrioque* alius *multoque.* Veterrimæ Theatinorum schedæ *totoque.* Puto *lautoque.* mox etiam rescribo *Postquam epulis functos*, videlicet, *animos.* Durius enim videtur *functi generosi*, duæ voces contiguæ in eandem literam desinentes. quod studiose nimis evitat Noster. *Idem.*

764. *Generosi munere Bacchi.*] Σωρὸς ἐπέων. Homer. Iliad. I. v. 203. Athen. lib. 19. c. 6. ὑὸ ζωρέστερον: ubi de sententia eorum vocabulor. Plutarch. Sympos. 5. quæst. 4. ubi multa lectu digna. Martial. 13. Epigr. 55.

765. *Diffudere.*] Lætitiæ dator Bacchus, illa vero diffundit dilatatque cor, tristitia contrahit. *Farn.*

Quærit Abantiades; quærenti protinus unus
[Narrat Lyncides, moreſque, habituſque virorum.]
Quæ ſimul edocuit, Nunc, ô fortiſſime, dixit,
Fare precor, Perſeu, quantâ virtute, quibuſque
Artibus abſtuleris crinita draconibus ora.
Narrat Agenorides, gelido ſub Atlante jacentem
Eſſe locum, ſolidæ tutum munimine molis:

Cuju

766. *Quærenti protinus unus Narrat Lyncides.*] Hæc abſunt à Bergeggeriano & primo Moreti, ſecundo Mediceo, Spirenſi, & duobus aliis. Nonnulli ex vetuſtioribus priorem verſum totum omittunt. Schedæ Theatin. & tertius Mediceus,

Quærit Lyncides moreſque habitumque virorum.

pro *Lyncides*, Aldi poſtrema editio, *Butides.* Muretus ex veterrimo notat, *Narrat Abantiades. Anchiades* Arondelianus. Deinde in illis *cultuſque genuſque locorum*, & *moreſque animoſque virorum* mire variant libri veteres. multi veteres cum primo Mediceo,

—— mores habitumque virorum.

unus meus, *habituſque locorum.* Nimirum etiam hoc loco ſiniſtra ſciolorum liberalitas inſigniter graſſata eſt. Scribe,

Poſtquam epulis functos generoſi munere Bacchi
Diffudere animos, quærenti protinus unus
Narrat Abantiade cultuſque habitumque locorum.

vel,

Poſtquam epulis functos generoſi munere Bacchi
Diffudere animos; cultuſque habitumque locorum
Quærit Abantiades, quærenti prodidit unus,
Qua ſimul edocuit.

niſi malis *quærentem protinus unus Qua ſimul edocuit.* omiſſo uno verſu. neque aliter codex Noricus à manu prima. niſi quod in illo legebatur *quærenti* cum vulgatis, non *quærentem. cultus locorum* etiam Statio dictus lib. II. Sylv. Villâ Surrentinâ, & lib. III. ad Uxorem. ap poſite Virgilius Georg. I.

—— cæli prædiſcere morem
Cura ſit, & patrios cultuſque habituſque locorum. Heinſius.

767. *Lyncides.*] Aut Lynceï filius, au certe proprium eſt nomen.

769. *Quanta virtute.*] Scripſerat pu to Ovidius *qua tu virtute quibuſque Artibus.* Heinſius.

771. *Narrat Abantiades.*] *Agenoride* in melioribus. recte. ab Agenore enim Danaës Perſei proavus oriundus. *Idem*

772. *Tutum munimine molis.*] *Septum* alter Hamburgenſis. Vide Notas lib. II. v. 713. verſu proximo pro *habitaſſe*, pri mus Gronovii, unus Palatinus, & duo alii *habuiſſe*. elegantèr. Paulinus Epiſt. I. ad Auſonium,

Noulare barbarico rigui mutatus in ipſos,
Inter quos habui, ſociâ feritate colonos

inter quos habitavi. Virgil. lib. VII.

Qua loca, quive habeant homines, ut mœnia gentis
Veſtigemus.

ſic apud Comicos *ubi habet?* pro ubi ha bitat? adi Nonium in *Habere.* neque aliter optimi ſcriptores paſſim, ſed plerumque cum quarto caſu conjungunt ut Noſter lib. XV.

Leucada continuam veteres habuere coloni

Silius libro VIII.

Quique Anienis habent ripas.

ſimilem uſum habet τὸ ἔχειν apud Græcos. *Idem.*

772. *Locum jacentem.*] Planum & ſpacioſum campum. *Solida molis.*] Soli di muri. *R. Locum jacentem.*] Metam. v. 178. *Ut verò ſummo deſpexit ab æthere terras —— Infelix Phaëthon, penitus [illegible]*

Cujus in introïtu geminas habitaſſe ſorores
Phorcydas, unius partitas luminis uſum:
Id ſe ſolerti furtim, dum traditur, aſtu
Suppoſitâ cepiſſe manu: perque abdita longè,
Deviaque, & ſilvis horrentia ſaxa fragoſis
Gorgoneas tetigiſſe domos: paſſimque per agros,
Perque vias vidiſſe hominum ſimulacra ferarumque,
In ſilicem ex ipſis visâ converſa Medusâ:
Se tamen horrendæ clypei, quod læva gerebat,
Ære repercuſſo formam aſpexiſſe Meduſæ:
Dumque gravis ſomnus colubraſque ipſamque tenebat,
Eripuiſſe caput collo: penniſque fugacem
Pegaſon & fratrem matris de ſanguine natos.

Ad-

nitaſque jacentes. Ubi vide Notas Nobiliſſ. *Heinſius.*

773. *Geminas.*] Γραῖας. Pephredo & Enyo. Zenodotus addit tertiam Dino. filias item Cephei, ſorores Gorgonis. his unicus erat oculus, unus dens quibus per vices uſebantur ſorores. hos intercepit Perſeus, atque his inſtructus, ad Gorgonas avolavit, Meduſam dormientem offendit, eique collum amputavit. lege quæ Iſ. Tzetzes ad Lycophr. ibi λεπτομερολόγως τριπλανεῖς ποδηγέτας, &c. Eraſmi adag. *Orci galea.* & Luciani Dialog. Tritonis & Nereidum in dial. marinis. Apollodor. 2. lib. *Farn.*

774. *Unius ſortitas luminis uſum.*] *Partas* meliores magno numero. l. VII.

——*populiſque recentibus urbem*
Pariter.
Heinſius.

777. *Horrentia ſaxa.*] *Arentia* Bernegger. Spirenſis, Arondel. & octo alii. ut lib. XIII.

——*redant arentia ſaxa capellæ.*
Idem.

781. *Clypei ære repercuſſo.*] Vitreum hunc clypeum à Minerva habuiſſe dicitur, per quem videret, nec videretur. Lucianus ait, Minervam illi clypeum velut facem aut ſpeculum refulgens prætuliſſe, & in eo Meduſæ imaginem ſpectandam exhibuiſſe. Poſtea Perſeum ſiniſtra, arrepta illius coma, & inſpecta imagine; dextra autem ſublata haſpe, caput abſcidiſſe; atque ita, prius quam ſorores reliquæ expergiſcerentur, avolaſſe. *Pont.*

784. *Eripuiſſe caput collo.*] *Exſecuiſſe* vel *Præſecuiſſe* opinor à Naſone ſcriptum. *Heinſius.*

785. *Pegaſon.*] Græcum eſt, πήγασον, ἀπὸ τῆς πηγῆς. à fonte, à Gorgonibus enim fingitur natus, propter Oceani fontes. Malè igitur apud Calph. corripitur prima ſyllab. Apulejus hanc alati equi fabulam ridet: *Reputabam*, inquiens, *Pegaſum illum inclytum meum volaticum fuiſſe*: reſpicit a. ad illud Virgil. *Pedibus timor addidit alas.* Strabo ait, Pegaſum apud Pyrenen fontem Corinthium eſſe captum. Hyginus autem in cœlum evolaſſe contendit, & inter ſidera numerari. Solebant autem veteres, ſi quis Heroum ſubitò de medio eſſet ſublatus, indigetem condere, & in cœlo collocare; uti Romulum, Cæſarem,

Addidit & longi non falſa pericula curſus:
Quæ freta, quas terras ſub ſe vidiſſet ab alto:
Et quæ jactatis tetigiſſet ſidera pennis.
Ante exſpectatum tacuit tamen. excipit unus
E numero procerum, quærens, cur ſola ſororum
Geſſerit alternis immiſtos crinibus angues.
Hoſpes ait, Quoniam ſcitaris digna relatu,
Accipe quæſiti cauſſam. clariſſima formâ,
Multorumque fuit ſpes invidioſa procorum
Illa: nec in totâ conſpectior ulla capillis
Pars fuit. inveni, qui ſe vidiſſe referrent.
Hanc pelagi rector templo vitiaſſe Minervæ
Dicitur. averſa eſt, & caſtos ægide vultus
Nata Jovis texit. neve hoc impune fuiſſet;
Gorgoneum turpes crinem mutavit in hydros.

Nunc

& alios. *Et fratrem matris de ſanguine natos.*] Chryſaorem intelligit. Quare cave audias codices, in quibus pro *fratrem*, vel *fontem*, vel *fontes* legitur. Multi tamen ex vetuſtioribus *fratres*, ut cum Chryſaore Cerberus intelligatur. *Heinſ. Et fratrem.*] Χρυσάορα μὲν ἀνθρώπων, ἄπτερον δὲ Πήγασον. Tzetzes ad Lycophr. *Farn.*

789. *Ante expectatum tacuit.*] *Tacuit tamen.* Heinſius. *Excipit.*] Τ' ἐπελαμβάνετο. ἀντὶ τοῦ μεταβάλλεται δὲ προθέσει. *Tum ſic excepit regia Juno*, Virg. 4. Æneid. *Farnabius.*

791. *Immiſtos angues.*] *Immiſtas* unus Voſſianus. monui ſupra. *Heinſius.*

793. *Clariſſima.*] Pulcherrimam fœminarum fuiſſe Meduſam ferunt. σὺν ἄλλοις vocat Pindarus od. 12. Pyth. illius itaque amore captas obſtupuiſſe. Narrant Diodor. lib. 4. & Pauſanias 2. Meduſam reginam fuiſſe gentis bellicoſæ juxta Tritonidem paludem, & noctu per inſidias à Perſeo oppreſſam, mortuæ pulchritudinem admiratum Perſeum præcidiſſe caput, ut ſpectaculo eſſet, in Græciam deportaſſe. Pauſan. tamen ibidem refert Proclum Carthaginienſem literis mandaſſe, beſtiæ hoc genus eſſe. quod & Athenæus lib. 5. cap. 19. tradit eſſe ζῶον κάτω βλέπον. ex eo genere quæ in Africa ſunt ἀποπλάσεις ἀνθρώπους αἰτίας. quem lege, & Plin. lib. 8. cap. 21. & Ælian. de anima. l. 17. cap. Palæphatus lib. 1. narrat Phorcyn regem Cyrenæorum feciſſe ſtatuam auream Minervæ, quam Cyrenæi Gorgonem vocabant. virum bonum hujus cuſtodem & vigilem interfecipiſſe navi prædatoria, è tribus Phorcei filiabus Meduſam, quia negavit ſe oſtenſuram ubi eſſet illa ſtatua, interfeciſſe, &c. Iſ. Tzetzes adfert mythologiam ſub initio comment. in Lycophr. Περσεὺς ὁ Διὸς ἦν, Ἀθηνᾶ δὲ, ὁ ἀὴρ, &c. aliam Fulgentius ſub exitu l. 1. Natalis Comes aliam lib. 7. cap. 11. & 12. & 13. Noſter fabuloſe detorquet ad offenſæ Minervæ vindictam. Sed finis ſit. *Farn.*

798. *Et caſtos ægide vultus.*] Ægis thorax eſt, & ſcutum Palladis, dicta παρὰ τὸ αἴλεσθαι, quod eſt *irruo*, & *impetum facio*, quod illa manita Pallas, in hoſtes impetum faciat.

803. Per

Nunc quoque, ut attonitos formidine terreat hoſtes,
Pectore in adverſo, quos fecit, ſuſtinet angues.

102. *Pectore in adverſo.*] In clypeo ſuo Pallas Meduſæ caput, ſerpentum arrectu horrens, præfert, quo ferocia hoſtium corda percellat: explicationem hujus fabulæ, quid per caput Meduſæ, quid per homines in ſaxa converſos intelligant poëtæ, reperies apud Mythologos. Pertinet quoque ad Philoſophiam: Arrian. Epictet. cap. 5. lib. 5. ἀπολιθώσεις εἰσὶ διττάι; ἃ μὲν τῷ τοιτικῷ ἀπολιθώσεις, ἃ δὲ, ἐντριπτικῆς.



Digitized by Google



Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER V.

ARGUMENTUM.

Pallas, qua illi hactenus comes fuerat, ipso relicto in Heliconem confert, ut Hypocrenen inspiciat. Ibi narrant illi Musa de Pyreneo, & Pieridibus in picas conversis, postquam cantu de variis transformationibus instituto, cum ipsis contendissent.

Umque ea Cephenum medio Danaëius heros
Agmine commemorat; fremidâ regalia turbâ
Atria complentur: nec conjugialia festa
Qui canat, est Clamor; sed qui fera nuntiet arma
pentinos convivia versa tumultus

Assi-

Arg. Dumque ea Cephe-] *Andromedam Cephei & filiam in Æthiopiâ expositam, Perseus Jovis & Danaës Medusæ Gorgonis caput ferens, conjugem, si eam periculo liberasset, postulavit. Quam ut ei pollicita esset, quorum pulchritudini se anteferret. Perseo igitur à Persei fide promissa & Cepheo esset nuptiarum conjugalium epulis principes interessent, Phineus Cephei frater, cui Andromeda desponsata fuerat, bellum sibi existimans gravissimum fieri, quod advena consanguineus ejus esset, vescentium animos pugnâ turbavit. Et cum res miserabilis dimicaretur in regia, ac multi utraque parte cæderentur, quibus eos casus obtulisset, certissime Perseus pertimens multitudini adversantium, imperavit, ut sui ut conspectu sui, capitaque Gorgonis: quo viso Phineus cum suis exercitus in saxum.* Lact.

num] Procerum Æthiopicorum ad celebritatem nuptialem *lib. præced. 760, vers. Cephenes proceres ineunt convivia regis. Danaëius.*] Perseus Danaës filius. *Farn.*

2. *Fremitu regalia turba Atria complentur.*] Florentinus S. Marci, Urbin. pri. Palat. pri. Vatic. tertius & quartus Mediceï, primus & sec. Moreti, Arondel. & quatuor alii, *fremida turba.* quod non est de nihilo. apud Drepanium Florum *famidus* occurrit.

Vel famido gratus vertat ab ore dapes. flammidi voce usus Apuleius. *rubidus* apud Plautum non semel. *cibus ninguidus* apud Prudentium Cathemer. Hymno VI. pro quo alii codices *pinguidus.* mox *connubialia festa* rectius unus Basileensis. Calandræ Excerpta, tertius Palat. & Bersmanni codex, quam quod in vulgatis & plerisque scriptis, *conjugalia.* quod contra metri legem est. primus tamen Palat. secundus Vatican. prior Erfurt. & sex alii *conjugialia* non male. sic lib. VI. vs. 536. *conjugialia jura.* & lib. XI. v. 744. *conjugiale fœdus.* ubi veteres plerique pari modo perperam *conjugalia* & *conjugale.* Heins.

4. *Arma*] *Vino & lucernis Medus acinaces immane quantum discrepat!* Hor.

6. Assi-

Assimilare freto possis: quod sæva quietum
Ventorum rabies motis exasperat undis.
Primus in his Phineus, belli temerarius auctor,
Fraxineam quatiens æratæ cuspidis hastam;
En, ait, en adsum præreptæ conjugis ultor.
Nec mihi te pennæ, nec falsum versus in aurum
Jupiter, eripient. conanti mittere Cepheus,
Quid facis? exclamat: quæ te, germane, furentem
Mens agit in facinus? meritisne hæc gratia tantis
Redditur? hac vitam servatæ dote rependis?
Quam tibi non Perseus, verum si quæris, ademit:
Sed grave Nereïdum numen, sed corniger Ammon,
Sed quæ visceribus veniebat bellua ponti
Exsaturanda meis. illo tibi tempore rapta est,
Quo peritura fuit. nisi si, crudelis, id ipsum
Exigis, ut pereat: luctuque levabere nostro

Sci-

6. *Assimilare*] Κυσὶν δ' ὀιονὶ οἷς κύμασι πολλὰ θαλάσσης Πόντε λάζηαι. Hom. Il. β. *Farn.*

8. *Phineus.*] Frater hic Cephei; alter ab illo qui oculis mulctatus Argonautas hospitio excepit. huic tamen desponsata fuerat Andromeda antequam cete exponeretur. *R. Belli temerarius auctor.*] Dux caput atque incentor hujus pugnæ erat Phineus, dum præreptam sibi sponsam inconsideratissime dolet, & quam se accepisse putat injuriam, armis vindicandam constituit.

9. *Fraxineam, &c.*] Fraxinus aptissima est hastilibus conficiendis, quare etiam sæpe pro hasta sumitur. *Pont. Fraxineam hastam.*] *Fraxinus utilis hastis.* Metamorph. 10. μελίαν ἔγχος. Homer. sæpe. —— *Insandos bello potura cruores* —— *Fraxinus.* Statius Theb. 6.

12. *Jupiter eripiet.*] *Eripiet* probe Gronovii unus. *Heinsius.*

13. *Quæ te, germane, furentem Mens agit in facinus.*] Lege, *quod te*, vel membranis invitis. sic lib. VII. *Quod inquit, excidit ore tuo, conjux, scelus?* Paulo post *vitam servatæ* non *servatam* scripti meliores. *Idem.*

17. *Sed grave Nereïdum numen.*] Grave, id est, potens. Nereides autem nymphæ sunt marinæ, quibus se pulchriorem Cassiope esse jactarat. Earum vero precibus fatigatus Neptunus cetum immisit, quo Cephenorum agros vastante, consultus Hammon respondit, Cassiopes prolem monstro esse objiciendam. Itaque omnem culpam à Perseo in Cassiopem, vel potius in Nereïdas transfert. *Sed corniger Hammon.*] Jupiter Hammon sub forma arietis cornuti colebatur in Libyæ desertis, ubi magnificentissimum templum illi Bacchus ab India cum exercitu rediens ædificavit: quod cum siti laboraret, obvium arietem secutus, fontem invenit, quo totus exercitus fuit recreatus. Arietem igitur illum Jovem est ratus. *Sed grave.*] Disjunctivæ particulæ repetitionem & vim considerat Quintilianus in hoc exemplo, quod profert lib. 9. Institut. Rhetor. cap. 3. *Corniger.*] Vide quæ nos ad Lucanum lib. 9. vers. 512. & seqq.

18. *Visceribus.*] Nata femine & sanguine meo. Emphatice. *Farn.*

22. *Sci-*

Scilicet haud ſatis eſt, quod te ſpectante revincta eſt;
Et nullam quod opem patruus ſponſuſve tuliſti:
Inſuper à quoquam quod ſit ſervata dolebis;
Præmiaque eripies? quæ ſi tibi magna videntur;
Ex illis ſcopulis, ubi erant affixa, petiſſes:
Nunc ſine, qui petiit, per quem non orba ſenectus,
Ferre, quod & meritis & voce eſt pactus: eumque
Non tibi, ſed certæ prælatum intellige morti.
Ille nihil contra: ſed & hunc, & Perſea vultu
Alterno ſpectans, petat hunc ignorat, an illum.
Conctatuſque brevi, contortam viribus haſtam,
Quantas ira dabat, nequicquam in Perſea miſit.
Ut ſtetit illa toro; ſtratis tum denique Perſeus
Exſiluit: teloque ferox inimica remiſſo
Pectora rupiſſet; niſi poſt altaria Phineus
Iſſet: & (indignum) ſcelerato profuit ara.
Fronte tamen Rhœti non irrita cuſpis adhæſit.
Qui poſtquam cecidit, ferrumque ex oſſe revulſum eſt,
Palpitat, & poſitas aſpergit ſanguine menſas.

Tum

22. *Scilicet haud ſatis.*] Ironia, qua Phineo inſultat frater Cepheus. Cum enim & patruus & ſponſus eſſet Andromedæ, aliquid certe auxilii afferre debebat; cum vero nihil prorſus tulerit, impudentiſſime eam repetit, quam tutari non eſt auſus. *R.*

25. *Præmiaque.*] Andromedam, & regnum dotale. utcunque hoc remiſiſſe videtur Perſeus. verſ. 757. lib. præced. *Pentimus Andromeden, & tanti præmia facti Indotata rapit.* namque *præmia hæc ſcopulis affixa* autumat. *Farn.*

27. *Nunc ſine, qui petiit, per quem hæc non orba ſenectus.*] *Hunc ſine* in nonnullis, rectius, ut opinor. Præterea ſecundus Palat. Arond. aliique complures *per quem non orba*, omiſſo τὸ *hæc*. Heinſius.

31. *Exiluit.*] *Exiluit* meliores more veteri. *Idem. Remiſſo.*] Rejecto. Eandem namque haſtam in Phineum Perſeus rejecit, *R.*

36. *Altaria.*] Nuptiis adhibitas aras & ſacra, advocatos Deos hinc liquet, & ex tumultuaria illa altera in nuptiis Pirithoi pugna lib. 12. verſ. 258. *Proximus ut ſteteras, ſpectans altaria vultu Fumida terribili, Otr non, ait, vimur iſtis?* Farn.

40. *Calcitrat.*] *Palpitat* tertius Mediceus, Thuan. Zulich. alter Hamburg. Lovan. & Mureti excerpta. Noſter libro VI. de lingua Philomelæ exſecta.

Illa jacet, terræque tremens immurmurat atræ,
Utque ſalire ſolet mutilata cauda colubra,
Palpitat.

Gloſſæ veteres, *Palpitat, σπαίρει, πάλλεται.* Statius Theb. VIII.

——*jam palpitat arvis*
Phadimus, & certi nondum tacet aruus Amynta.

ſimiliter de Eurytione ſaucio & prolapſo Theb. IX.

his

Tum verò indomitas ardeſcit vulgus in iras:
Telaque conjiciunt. & ſunt, qui Cephea dicant
Cum genero debere mori. ſed limine tecti
Exierat Cepheus; teſtatus juſque, fidemque,
Hoſpitiique Deos, ea ſe prohibente moveri.
Bellica Pallas adeſt; & protegit ægide fratrem:
Datque animos. erat Indus Athis, quem flumine Gange
Edita Limnate vitreis peperiſſe ſub antris

Cre-

——*hic ſervi miſer inter vulnera belli*
Palpitat.
libro XII.
Spirantes ſuper inferias captiva Pelaſgum
Corpora, frenatoſque pater ſolatia ſorti
Bellorum mactabat equos, his arduus ignis
Palpitat.
Prudentius Paſſione Agnetis,
Cæcus corruſco lumine corruit,
Atque in platea pulvere palpitat:
Tollunt ſodales ſemineccm ſolo,
Verbiſque deflent exequialibus.
Calpurnius Ecloga II. de victima,
Sæpe vaporato mihi ceſpite palpitat agnus.
hinc & *cordis palpitatio. Palpitare* Juvenalis dixit de motu, qui fit in re Venerea. *Heinſ. Calcitrat.*] Ex more cadentium in acie & pugna, qui λὰξ aut ὀδὺξ apud poëtas, terram ingratiis & indignanter ſaluant. 10. Æn. *Sternitur infelix Acron, & calcibus atram Tundit humum expirans.* Noſter 12. lib. verſ. 238. *madida reſupinus arena Calcitrat.* Farn.

45. *Hoſpitiique Deos.*] Jovem hoſpitalem; de quo Virgil. *Jupiter, hoſpitibus nam te dare jura loquuntur.* Hoſpites autem nefas eſt violari. ℟. *Hoſpitiique Deos.*] Τὰς τῆς ξενίας ἐφόρους. Jovem maxime violati hoſpitii vindicem. Μνημοσύνης. Συγατέρες Διὸς ξενίε σέβας αἴξασα οἰλίας τε γίρας βεβαίας. Athenæus 15. lib. 16. cap. *Farn. Hoſpitiique Deos.*] Odyſſ. Hom. VI. 56. Ξεῖν', ἤ μοι δίμις ἐσσ', ἠδ' εἰ κακίων σέθεν ἔλθοι, Ξεῖνοι γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες Ξεῖνοί &c. Apollon. Argon. 2. —— Δὲς δὲ δμῶα ἱκέτας τε —— Καὶ ξεῖνε. *Implorare fidem Jovis hoſpitalis.* Cic. 2. ad Q. Fratrem.

46. *Bellica.*] Opportune, Fortitudini auxilio adeſt Prudentia, quæ *Alto conſilio fulcit, Viresque ſecundas ſufficit.* Atque hoc ſibi volunt poëtæ, cum Deos introducunt auxiliares. Ambo autem Jovis filii. *Farn. Bellica Pallas adeſt.*] Itidem & Ulyſſi adfuit contra multitudinem ptocorum. Odyſſ. v. vſ. 331. Ubi ipſe Pallas. Τῷ σε καὶ ἐ δύναμαι προλιτεῖν δύσνυον ἐόντα, Οὐνεκ' ἐπητὴς τ' ἐσσὶ καὶ ἀγχίνοος καὶ ἐχέφρων.

47. *Eras Indus Atys.*] Ad differentiam Phrygii à Cybele matre Deorum adamati, eleganter *Indus* eſt appoſitus. Fuit etiam alius Atys Cræſi Lydorum regis filius. ℟.

48. *Edita Limniace vitreis peperiſſe ſub undis.*] *Sub antris* primus Baſileenſis & fragmentum Zulichemianum. recte. Vide quæ notavi ad Claudianum Feſcenninis in Nuptias Honorii. Pro *Limniace* Florent. S. Marci & pri. Palat. *Limnatie.* Neapol. Urbin. Cantabrig. aliique nonnulli, *Limnate* pri. Vatican. *Limnace.* pri. Mediceus, *Limniate.* alii ex veruſtioribus *Limate.* Schedæ Theatin. *Ligneis.* Cenſeo ſcribendum. *Limnatis. Λιμνάτις, ἀπὶ τῆς λίμνης.* nam *Limniace* Græcum non eſt. Certe apud Lacedæmonios cultam fuiſſe *Limnatin* Dianam ex Tacito diſcimus Annal. lib. IV. perperam ibi *Limnetidis Dianæ* pro *Limnetidis* vel *Limnatidis* ſcribitur. *Limnatis* dicta à Limnis oppido

Creditur, egregius formâ : quam divite cultu
Augebat, bis adhuc octonis integer annis;
Indutus chlamydem Tyriam, quam limbus obibat
Aureus : ornabant aurata monilia collum;
Et madidos myrrhâ curvum crinale capillos.
Ille quidem jaculo quamvis distantia misso
Figere doctus erat; sed tendere doctior arcus.
Tum quoque lenta manu flectentem cornua Perseus
Stipite, qui media positus fumabat in arâ,
Perculit; & fractis confudit in ossibus ora.
Hunc ubi laudatos jactantem in sanguine vultus
Assyrius vidit Lycabas; junctissimus illi
Et comes, & veri non dissimulator amoris;
Postquam exhalantem sub acerbo vulnere vitam
Deploravit Athin; quos ille tetenderat, arcus
Arripit : &, Mecum tibi sint certamina, dixit:
Nec longum pueri fato lætabere; quo plus
Invidiæ, quam laudis, habes. hæc omnia nondum

Dixe-

in confiniis Lacedæmoniorum & Messeniorum. Ἄρτεμις Λιμνάτις est Paulanæ in Laconicis, Messenicis, Achaïcis & Arcadicis passim. nisi quod in Laconicis semel ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Λιμνάδος pro Λιμνάτιδος male scribitur, ubi agit de morte Teledi regis. Idem in Corinthiacis & Laconicis Ἀρτέμιδος Λιμνάτιδος meminit. Λιμνάτην Dianam a piscatoribus cultam, ut à Venatoribus ἀγροτέραν, testis est Artemidorus libro II. Poffet & *Limnacias* legi. nam Λιμνάδες nymphæ paluſtres. *Heinſ. Limniades.*] Nympha paluſtris, cui nomen ἀπὸ τῆς λίμνης. Farn.

48. *Egregius formâ.*] *Formam* primus Bononienſis & unus ex Voſſianis. Quasi Græciſmi apud poëtas obvii. *Heinſ.*

53. *Et myrrha.*] Liquor è myrrha fillans, capillis ungendis adhibebatur, quo niterent ac ſpirarent odorem ſuaviſſimum. *Crinale.*] Faſcia eſt, quæ capiti circondatur crinibus cohibendis, ne in frontem defluant. Vel ut alii volunt, ornamentum eſt crinium. *Pont.*

56. *Lenta cornua.*] Flexibilia arcus cornua.

57. *In media ara.*] Quæ Hymenæo nuptiarum Deo extructa erat.

58. *Confudit in oſſibus ora.*] Alii *confundit.* unus Mediceus ex melioribus & prior Twiſdenius, *contundit.* ut & Thuan. & Cantabr. quare & lib. XII. forte ſcribendum,

—— *& oſſa*
Non agnoſcendo contuſa reliquit in ore.

in Græviano *contendis* proxime verum. *Heinſius.*

59. *Fædatos vultus.*] *Laudatos* Florent. S. Marci, Thuan. Neap. ſec. Medic. pri. Vatic. & tres alii. probe. ſic l. XII.

Pectoraque artificum laudatis proxima ſignis.

Statius Coma Earini,

Accipe laudatos, juvenis Phœbeïe, crines,

ſic *laudatiſſima formâ* Tyro Epiſtola Herus. *Idem.*

Dixerat: emicuit nervo penetrabile telum:
Vitatumque, tamen ſinuoſa veſte pependit.
Vertit in hunc harpen ſpectatam cæde Meduſæ
Atriſioniades, adigitque in pectus. at ille
Jam moriens, oculis ſub nocte natantibus atrâ,
Circumſpexit Athin: ſeque acclinavit in illum:
Et tulit ad manes junctæ ſolatia mortis.
Ecce Syenites genitus Methione Phorbas.
Et Libys Amphimedon, avidi committere pugnam,
Sanguine, quo tellus latè madefacta tepebat,
Conciderant lapſi: ſurgentibus obſtitit enſis,
Alterius coſtis, jugulo Phorbantis adactus.
At non Actoriden Erithon, cui lata bipennis
Telum erat, admoto Perſeus petit enſe: ſed altis
Exſtantem ſignis, multæque in pondere maſſæ,
Ingentem manibus tollit cratera duabus;

68. *Vitatum telum.*] *Corpore tela modo, atque oculis vigilantibus exit.* Virg. 5. Quod ex Lucret. *Nam tranſverſa feros exibant dentis adactus.* Virgil. x. Æneid. *Vim viribus exit.* Unde Statius 6. Theb. —— *Venientem eludit & enia.* Eleganter Æſchyl. fab. 2. verſ. 575. ποδώκεις ἐμοὶ μόλοις ὑπεξαναίδου κεφαλήν. Theocrit. Idyll. 22. v. 122.

69. *Vertit in hunc harpen.*] Harpe enſis eſt Mercurii falcatus, quo Perſeus Meduſæ caput amputavit.

71. *Natantibus.*] Languore & tremulo horrore fluitantibus in morte. σίγα δ' ὑπὸ νυκτὸς ἐτ' ὄσσε κατέρρει. Simonides: *Fata vocant, condiquenoctantia lumina ſomnus.* Euridice 4. Georg. Virg. *Farn.*

72. *Acclinavit ad illum.*] Alii *inclinavit.* Bernegger. *acclinavit in illum.* probe. *Heinſ.*

74. *Ecce Syenites genitus Methione Phorbas.*] Malo *Syenite.* libri veteres *Suenites. ſvvvivnc.* Idem. *Aueuites.*] Alii, *Syenites.* Syene urbs Ægypti ſub tropico Cancri jacet. Lucan. 6. *Umbras nuſquam flectente Syene*, in Solſtitio æſtivo. a verte autem quam diſerte & conſul Atyn, Phorbanta, alios patronymi ſuis diſtinguat, ne forte hiſtoriam co fundant cognomines. *Farn. Ecce Sue tes.*) Eleganter autem & patriam & g nus iſtius Phorbantis deſcribit poëta ne quis Phorbanta Priami filium pugnæ interfuiſſe putet.

79. *Erithon.*) *Eriton* primus Grou vii, Florentinus *Erycum.* Scribe *Erith* Ἐριθὼν nomen Græcum eſt. ſic & pa ante ter quaterve *Athis* & *Athin* ex optimorum codicum pro *Aiyi* & *A* reſcribendum. ἀθὶς nomen urbi Sy apud Ptolemæum. mox *Abarin*, *Idan*, & *Phlegyan.* meliores & *Spach denque*, *Lycetum.* pro *Sperchienide* Σπερχιὼν, Σπερχιάδης. quanquan vulgatum bene ſe habet. *Heinſ. Ad den Erithum.*) Actoris filium.

80. *Altis ſignis.*] Alte eminenti ſignis & cælaturis.

82. *Ingentem.*) Θαύμαζε iſta, & fi meracus in prælia trudit inermes, a miniſtrat, natiſque in uſum lætitiæ phis ad pugnas abuti cogit, 12. lib.

Infligitque viro. rutilum vomit ille cruorem:
Et resupinus humum moribundo vertice pulsat.
Inde Semiramio Polydæmona sanguine cretum,
Caucasiumque Abarin, Sperchionidenque Lycetum,
Intonsumque comas Elycen, Phlegianque, Clytumque
Sternit: & exstructos morientum calcat acervos.
Nec Phineus ausus concurrere cominus hosti,
Intorquet jaculum: quod detulit error in Idan,
Expertem frustra belli, & neutra arma secutum.
Ille tuens oculis immitem Phinea torvis,
Quandoquidem in partes, ait, abstrahor, accipe, Phineu,
Quem fecisti hostem; pensaque hoc vulnere vulnus.
Jamque remissurus tractum de corpore telum
Sanguine defectos cecidit collapsus in artus.
Hic quoque Cephenum post regem primus Odites
Ense jacet Clymeni: Protenora perculit Hypseus:
Hypsea Lyncides. fuit & grandævus in illis
Emathion, æqui cultor, timidusque Deorum:
Quem quoniam prohibent anni bellare, loquendo
Pu-

sic: juxta *signis extantibus asper Antiquus crater*, &c. Virg. 2. Georg. *Et magno Bytam Lapithis cratere minantem*. F.

13. *Infligitque viro.*] *Infrugitque* Aroodelianus. Grævianus *Infregitque*. quod arridet. *sic infringere alicui colaphos*. Val. Flaccus 111.

——*infractaque pectore charo*
Tela, neque hesternos agnovit in hospite vultus.

nisi & hoc loco *impacta tela* legas. ut idem Valerius lib. VI.

Campisque impacta latus inter & ilia quercus.

Tellure.

sed utrumque recte dicitur. sic infra in uno Vossiano *Ossibus infregit media cervice* legitur. pro quo vulgati *illisit*. Heins.

15. *Semiramio.*] De Semiramide, lib. Ovide vs. 46. *Farn.*

18. *Exstructos morientum calcat acervos.*] Multi veterum *exstinctos*. Grævianus *extentos acervos*. Heinsius.

91. *Expertem.*] Frustra abstinentem à pugna, utpote neutrarum partium. Virg. *aspicit urbem Immunem tanti belli, atque impune quietam*. 12. Æneid. *Farn.*

93. *In partes.*] In factiones.

94. *Pensaque.*] Compensa, & quasi in vicem illius hoc accipe. *Hoc vulnere.*] Quod tibi fam illaturus. *Vulnus.*] Quod tu mihi intulisti. *R.*

95. *De vulnere telum.*] *Corpore* cum melioribus. nam *vulnere* præcesserat. & mox *Hic quoque*, non *Tam*. Heinsius.

97. *Post regem.*] Regi dignitate & autoritate secundus. *Farn.*

98. *Percutit Hypseus.*] *Perculit* quinque veteres. sic paulo ante,

——*lenta manus flentem cornua Persea*
Perculit. Heins.

101. *Qui quoniam.*] *Quem* Thuan. & nonnulli alii. mox pro *Pugnat*, Regius *bellat*. & pro *devotos arma*, Florent. Thuan. Neapol. Bernegger. primus &

Pugnat; & inceſſit, ſceleratáque devovet arma.
Huic Chromis amplexo tremulis altaria palmis
Demetit enſe caput; quod protinus incidit aræ:
Atque ibi ſemanimi verba exſecrantia linguâ
Edidit, & medios animam exſpiravit in ignes.
Hinc gemini fratres, Broteaſque & cæſtibus Ammon
Invicti, vinci ſi poſſent cæſtibus enſes,
Phinêâ cecidere manu: Cereriſque ſacerdos
Ampycus, albenti velatus tempora vittâ.
Tu quoque, Iäpetide, non hos adhibendus in uſus;
Sed qui pacis opus citharam cum voce moveres;
Juſſus eras celebrare dapes, feſtumque canendo.
Cui procul aſtanti, plectrumque imbelle tenenti,

Pet

tertius Medicei, aliique nonnulli *devocat*. quod non eſt de nihilo, & idem fere ſignificat, quod revocare vel avocare. ſic *devocare cœlo ſidera* apud Horatium Epod. XVII. *devocare aliquem ad perniciem* bis Phædro. *devocare aliquem è foro* Cornelio Nepoti. Putabam aliquando,

Pugnat & inceſſens ſceleratis devocat armis. Idem.

103. *Huic Chromis amplexo.*] Quaſi ad deorum præſidium confugiens. In capitis diſcrimine ſolebant ad aras confugere, illaſque prenſare, & deorum quoque ſtatuas ac ſimulachra complecti. *Pont.*

104. *Decutit enſe caput.*] *Demetit* multi veteres, & pro diverſa lectione Urbinas. recte Val. Flaccus,

Hinc Halyn, hinc rigida tranſcurrens
Demetit enſe
Dorcea.

Seneca Agamemnone,

Ægiſthe, ceſſas impium ferro caput
Demetere?

Statius Theb. VII.

Cominus hunc ſtantem metit.

idem lib. IX.

——— *nec opinaque ferro*
Colla metens.

Eandem quoque ſignificationem obtinet τὸ θερίζειν apud Græcos. ſic Autthologiæ lib. III. in Epigrammate A gathiæ in perdicem à fele interfectam Σὴν κεφαλὴν αἴλυρος ἐθέρισε. mo *ſemanimi lingua* cum melioribus, pr *ſemanimis*. Heinſ.

105. *Semianimi.*] De Orphei capite lib. II. vſ. 53. *flebile lingua Murmur exanimis.*

107. *Cæſtibus.*] Cæſtuum pugna ea è pugillatus genere, ubi pugnis res ag batur, ſed armatis, quum chirotheci è corio bubulo, iiſque ferro aut plumb adfixo gravibus armati inter ſe decert rent, quæ loris alligabantur brachiis, exciderent. Virg. 5. Æneid. Iconas Hie Mercurialis exhibet lib. 2. de ar Gymnaſtica c. 9. Et Manutius l. 1. quæſitis per epiſtolam 8. epiſt.

110. *Amphycus.*] *Ampycus* præſta Ἄμπυκος. quomodo & Mopſi va pater eſt dictus. mox *adhibendus in uſ* rectius vetuſtiores, quam *ad uſus* Hein *Vitta.*] Faſcia linea, qua vinciebant frontes ſacerdotum & victimarum.

112. *Sed qui pacis opus.*] Ita & co ces. malim nihilominus, *Sed qua.* pro *ut* Heinſ.

114. *Quem procul adſtantem plectru que imbelle tenentem Pettalus irriden Cui adſtanti & tenenti* primus Medi Bernegg. & ſex aut ſeptem alii, Scribe

Pettalus, I, ridens, Stygiis cane cætera, dixit,
Manibus: & lævo mucronem tempore figit.
Concidit, & digitis morientibus ille retentat
Fila lyræ: casuque canit miserabile carmen.
Non sinit hunc impune ferox cecidisse Lycormas:
Raptaque de dextro robusta repagula posti
Ossibus illidit mediæ cervicis. at ille
Procubuit terræ mactati more juvenci.
Demere tentabat lævi quoque robora postis
Cinyphius Pelates. tentanti dextera fixa est
Cuspide Marmaridæ Corythi; lignoque cohæsit.
Hærenti latus hausit Abas: nec corruit ille;

Sed

Oi procul adstanti, plectrumque imbelle tenenti
Pettalus, I, ridens, Stygiis cane cætera, dixit,
Manibus.

sic apud Virgilium,

Nunc & verbis virtutem illude superbis.

Val. Flaccus lib. III.

——occumbens i nunc, ait. Herculis armis,
Domum ingens, semperque tuis mirabile fatis.

ut recte illic Carrionis codex. Propertius libro II. Eleg. XXIX.

Atque ita mi injecto dixerunt rursus amictu,
Nunc, & nocte disce manere domi.

ita scribo. noctu etiam malo, quam nocti, quod ante legebatur. sic eodem libro Eleg. XXII.

Et cælum noctu bis sine rege fuit.

Tibullus quoque dixit libro I. Eleg. VI. mi dixerunt pro me duxerunt. quod hic locum non habebat. Palmerius cum suo dira ait ridiculus est. alibi jam notavimus, quam sæpe Τὸ I à supinis librariis sit corruptum. pro lævo tempore etiam malim lævo pectore, si liceat per libros. Heinsius. Plectrum.] Instrumentum est quo lyra pulsatur, ἀπὸ τῦ πλήττειν, hoc est, à percutiendo, dictum.

115. Stygiis.] Τὰ δ' ἀλλ' ἐν ᾅδυ τοῖς κάτω μυθήσομαι. Ajax Sophocleus. Farn.

116. Lævo tempore.] Sinistra capitis parte.

118. Casuque fuit.] Canit ex melioribus, & mox Nec finit. & posti pro poste, quomodo Priscianus agnoscit. Heinsius.

122. Procubuit terra.] Terræ meliores, ut sæpe alibi. Idem.

123. Robora.] Obices, vectes. Farn.

124. Cinipheus.] Cinyphius. Κινυ↓, Κινύφιος. sic Cinyphii membrana chelydri lib. VII. ita & libro XV. scribendum Cinyphiumque Jubam, jam animadvertisse amicissimum quoque Janum Vlitium ad v. XXXIV. Gratii curis secundis video, qui illic consulendus. Cinyphiam segetem Noster Pont. lib. II. Eleg. VII. etiam dixit. apud Virgilium Georg. III. Cinyphii hirci in veterrimis codicibus pertinaci errore dicuntur. pro Coriti etiam malo Corythi. nam vetustiores Corithi. vide Notas lib. VII. v. 362. Heins.

125. Marmaridæ Coriti.] Marmaces gens est Æthiopica, unde forsitan Marmacides Coritus appellatur. Sed à Marmaro quoque patre, Marmarides dici potest.

126. Latus.] E latere confosso sanguinem elicuit. Pertunicam squalentem auro latus hausit avertum. 10. Æneid. Farn.

Sed retinente manum moriens è poſte pependit.
Sternitur & Melaneus Perſeïa caſtra ſecutus,
Et Naſamoniaci Dorylas ditiſſimus agri;
Dives agri Dorylas: quo non poſſederat alter
Latius, aut totidem tollebat farris acervos.
Hujus in obliquo miſſum ſtetit inguine ferrum:
Letifer ille locus. quem poſtquam vulneris auctor
Singultantem animam, & verſantem lumina vidit
Bactrius Halcyoneus, Hoc quod premis, inquit, habet
De tot agris terræ: corpuſque exſangue reliquit.
Torquet in hunc haſtam calido de vulnere raptam
Ultor Abantiades: mediâ quæ nare recepta
Cervice exacta eſt, in parteſque eminet ambas.
Dumque manum Fortuna juvat; Clytiumque, Cla-
ninque,
Matre ſatos unâ, diverſo vulnere fudit.
Nam Clytii per utrumque gravi librata lacerto
Fraxinus acta femur: jaculum Clanis ore momordit.
Occidit & Celadon Mendeſius: occidit Aſtreus,
Matre Palæſtinâ, dubio genitore creatus.
Æthionque ſagax quondam ventura videre;

Nunc

127. *Retinente manu.*] Scribe *retinente manum poſte*, quod in ſuis Naugerius invenerat. mox *Dorylas* pro *Dorilas*. & *Claninque* pro *Clanimque*. Heinſius.

129. *Et Naſamoniaci.*] Naſamones populi ſunt Libyæ juxta Syrtes naufragiis admodum infeſti.

133. *Singultantem.*] Per ſingultus animam emittentem. *R.*

135. *Bactrius.*] Βαρκαῖος, Max. Planudes. *Hoc quod.*] Sarcaſmus, cujuſmodi ille Turni Eumedi inſultantis Æneid. 12. *En agros, & quam bello, Troiane petiſti, Heſperiam metire jacens.* aut Indi Sophiſtæ. Paulo poſt mortuus tantum obtinebis terræ, quantum ſatis ſit ad ſepulturam corporis tui. Εἰ δὲτι ὀλίγον ἔχων μοῖρᾶ, παραμείνει ἄλλον, θνατὰ μεμάτηδω περιτίλλων μίλᾶ, καὶ σιλικτὰν ἀπάντων γᾶν ἐπισσόμενος, Pind. Nem. 16.

138. *Abantiades.*] Perſeus Abanti pronepos. Acriſius enim Danaës pater erat filius Abantis *Farn.*

140. *Dumque.*] *Succeſſus urgere ſuos inſtare favori numinis.* de Cæſ. Lucan. 1 lib. verſ. 148. *Farn.*

144. *Occidit & Celadon Mindeſius.* Mindeſos urbs eſt Syriæ, & *Mindeſi* populi ſunt Libyæ. *R.* Ego *Mindeſi* iego, à Myndete urbe Ægypti, ubi Pan colucrunt. *Micyll.*

145. *Matre Palæſtina.*] Regio eſt Sy riæ Palæſtina contermina Judææ, à Pa læſtina urbe dicta. *R. Dubio.*] Cum pate ignoratur, filius dicitur *ſpurius*, Idiot *Nothus* autem, qui ex concubina, non e legitima uxore natus eſt, ſed patrem ha bet certum. *Farn.*

146. *Echionque ſagax.*] *Et Lisinque* re

Nunc ave deceptus falsâ : regisque Thoactes
Armiger, & cæso genitore infamis Agyrtes.
Plus tamen exhausto supereſt: namque omnibus unum
Opprimere eſt animus. conjurata undique pugnant
Agmina pro cauſsâ meritum impugnante fidemque.
Hac pro parte ſocer fruſtra pius, & nova conjux,
Cum genitrice, favent; ululatuque atria complent.
Sed ſonus armorum ſuperat, gemituſque cadentum:
Pollutosque ſemel multo Bellona Penates
Sanguine perfundit; renovataque prælia miſcet.
Circuêunt unum Phineus, & mille ſecuti
Phinea. tela volant hibernâ grandine plura
Præter utrumque latus, præterque & lumen & aures.
Applicat hinc humeros ad magnæ ſaxa columnæ: 160
Tutaque terga gerens, adverſaque in agmina verſus,
Suſtinet inſtantes. inſtabant parte ſiniſtrâ
Chaonius Molpeus, dextra Nabathæus Ethemon.

T

liores Lege *Æthion*, Alθίων Statius imitatus Theb. VII. *genituſque Heliconis Nympha Æthion, caſoque infamis fratre Pelvei.* paulo ante *Mendeſius* pro *Myndeſius*. Mirbe, μῶλυ Αἰγύπτιε, ὁ σφόλιτος Μενδήσιος. Heinſius.

147. *Tunc ave.*] *Nunc* ex melioribus. *nox* pro *conjurata undique pugnant Agmina, malim juratæque.* nam veteres plurimi *conjurataque.* quod gloſſema eſt alterius, ſic apud Noſtrum in Amoribus,

Primaque juratis induis arma viris.

quomodo & libro XV. forte ſcribendum,

— *vidit quoque triſte parari*
Præſidi latum, juratæque armaparari.

cum in ſcriptis quibuſdam exſtet *conjurataque.* vulgati *& conjurata.* & l. XIII. Met.

— *timidi commenta retexit*
Naupliades animi, juratæque traxit ad arma.

in codices nonnulli agnoſcunt. Statius Theb. II.

— *exit in unum*
Plebs ferro jurata caput. Idem.

Regiſque Thoactes.] Phinei fratris regis. *R. Avi deceptus.*] Augurio Virg. 9. Æneid. de Rhamnete augure ex*ſto*, *Sed non augurio potuit depellere peſtem.*

151. *Pro cauſa meritum impugnante.*] Hoc eſt, pro Phineo, qui & meritum Perſei, quo Andromedam ſervaverat, & fidem ipſi à rege datam impugnabat.

155. *Pollutoſque ſimul.*] *Semel* cum duobus codicibus, ut in illo,

Polluitaque ſemel nequeunt manſueſcere fauces. Heinſ.

158. *Hyberna.*] *Quam multa grandine nimbi Culminibus crepitant.* 5. Æneid. *Tempeſtas telorum, ac ferreus ingruit imber.* Farn.

159. *Præter utrumque latus.*] Tres ſcripti *Propter.* Heinſ. *Præter utrumque latus.*] Juxta utrunque latus & dextrum & ſiniſtrum, propeque & oculos & aures.

162. *Inſtabat.*] Rectius *inſtabant* primus Baſil. & unus Mediceus. *Heinſius.*

163. *Chaonius Molpeus.*] Sunt Chaoni, populi contermini Arabibus & Na-

Tigris ut, auditis diversâ valle duorum
Extimulata fame mugitibus armentorum,
Neſcit utrò potius ruat; & ruere ardet utroque:
Sic dubius Perſeus, dextra lævâne feratur:
Molpea trajecti ſubmovit vulnere cruris;
Contentuſque fugâ eſt. neque enim dat tempus Ethemon;
Sed furit: &, cupiens alto dare vulnera collo,
Non circumſpectis exactum viribus enſem
Fregit: & extremâ percuſſæ parte columnæ
Lamina diſſiluit; dominique in gutture fixa eſt.
Non tamen ad letum cauſſas ſatis illa valentes
Plaga dedit. trepidum Perſeus, & inermia fruſtra
Brachia tendentem Cyllenide confodit harpe.
Verum ubi virtutem turbæ ſuccumbere vidit,
Auxilium, Perſeus, quoniam ſic cogitis ipſi,
Dixit, ab hoſte petam: vultus avertite veſtros,
Si quis amicus adeſt: & Gorgonis extulit ora.
Quære alium, tua quem moveant miracula, dixit
Theſcelus: utque manu jaculum fatale parabat
Mittere, in hoc hæſit ſignum de marmore geſtu.

Proxi-

bathæis. Plinius. *Nabathæus.*] Nabathæa regio eſt felicis Arabiæ. *R.*

164. *Tigris ut auditis.*] Hac ſimilitudine poëta oſtendit Perſeum addubitaſſe utrum prius percuteret, cum ambo inſtarent, alter à dextra, alter à ſiniſtra, Molpeum, an Ethemonem. *Diverſa valle.*] In diverſa vallis parte. *R. Tigris.*] Vide Thyeſten Senecæ, vſ. 705. *Farnabius.*

169. *Contentuſque fuga eſt.*] *Fuga* optimus Florentinus, quod non eſt contemnendum. *Heinſius.*

175. *Inertia fruſtra Brachia tendentem.*] *Inermia* reponendum ex Berneggeriano, priore Erfurt. & multis aliis. Virgil. l. x.

——*frater tendebat inermes*
Infelix palmas.
& ibid.
——*dextras tendamus inermes*
lib. xi.

Dum ſubit, & dextram labenti tendit inermem.
ita optimæ membranæ Florentinæ lib. xii.

At pius Æneas dextram tendebat inermem. Idem.

176. *Cyllenide.*] Quam acceperat à Mercurio, qui natus eſt in Cylene monte Arcadiæ.

179. *Ab.*] *Fas eſt & ab hoſte doceri*, quidni & juvari? lege & utiliſſimum libellum Plutarchi, de capienda utilitate ex inimicis.

182. *Theſſalus.*] Præſtantiores *Theſcelus* vel *Teſcelus*. probe. mox *Amphyx* pro *Ampix* bene primus Palatinus. unus Thuani *Amphyx*. Ἄμφυξ. Heinſ.

183. *In hoc ſignum hæſit.*] Hoc eſt, Theſſalus in ſtatuam marmoream ita eſt converſus, ut jaculum emittere velle videatur.

186. *Di-*

Digitized by Google

Proximus huic Ampyx animi pleniſſima magni
Pectora Lyncidæ gladio petit : inque petendo
Dextera diriguit, nec citra mota nec ultra.
At Nileus, qui ſe genitum ſeptemplice Nilo
Ementitus erat, clypeo quoque flumina ſeptem
Argento partim, partim cælaverat auro,
Aſpice, ait, Perſeu, noſtræ primordia gentis:
Magna feres tacitas ſolatia mortis ad umbras,
A tanto cecidiſſe viro. pars ultima vocis
In medio ſuppreſſa ſono eſt : adapertaque velle
Ora loqui credas; nec ſunt ea pervia verbis.
Increpat hos, Vitioque animi, non crinibus, inquit, Gor-

186. *Diriguit.*] Rigida & dura facta eſt. *Ultra eſt.*] Tolle verbum ſubſtantivum ex fide codicum. *nil citra* primus Mediceus & duo alii. *Heinſius.*

187. *Septemplice.*] De Nili oſtiis, ejuſque incrementi cauſis, vide quæ nos ad Lucan. lib. 10. vſ. 200. & ſeq. *Farn. Septemplicis Nili.*] Redi ad tom. 1. p. 471. vſ. 40.

191. *Ad tacitas umbras.*] Ad animas voce carentes & mutas. *R. Magna.*] *Hoc tamen infelix miſeram ſolabere mortem, Æneæ magni dextrâ cadis.* Æneas Lauſo 10. Æn. *ſi qua eſt ea gratia.* & inf. lib. 12. verſ. 81. *Farn.*

195. *Non viribus, inquit, Gorgoneis torpuit.*] *Cum crinibus* Florentinus S. Marci & unus Medic. *cur viribus* Neapol. Bergegger. pri. Palat. ſec. Medic. ſchedæ Theat. & duo aut tres alii. Scribe *non crinibus.* quomodo Bononienſis unus pro diverſa lectione. hinc & δρακοντοκρήτους dictæ. Noſter libro IV.

——*crinita draconibus ora.*

&,

Gorgoneum crinem turpes mutavit in hydros.

lib. VI.

——*Crinita colubris*
Mater equi volucris.

Amor. lib. III. Eleg. XII.

Nos pedibus alas dedimus, nos crinibus angues.

Lucanus libro VII.

Pallas Gorgoneos diffudit in ægida crines.

Val. Flaccus lib. VI.

——*ipſaque Pallas*
Ægide terrificâ, quam nec Dea laſſat habendo,
Nec Pater, horrentem colubris vultuque tremendam
Gorgonea. nec ſemineces oſtendere crines
Tempus adhuc.

ubi denuo *crines Gorgoneos* habes. qui locus alterius me admonet hac occaſione apud Valerium reſtituendi. l. III. v. 53.

——*taleſque metus non Martia caſſis,*
Eumenidumque coma, non triſtis ab æthere Gorgon
Sparſerit, aut tantis aciem raptaverit umbris.

ubi primo *taciatis umbris* ſcribo, hoc eſt, nocturno tempore. niſi umbras & errorem animi intelligas. deinde *non triſtis ab ægide Gorgon.* nam *ab æthere* prorſus friget. ipſe Valerius infra,

Stat manus, ægiſono quam nec fera petitore virgo
Diſpulerit, nec dextra Jovis.

nota illa Virgilii,

Ægidaque horriferam, turbata Palladis arma.

cæterum error natus, quod *ægide* ſcripſerat librarius, aut Tὸ g omiſerat, ut in alio Valerii loco lib. IV. v. 508. ubi *Æeas cinis induit urbes* vel *Eoas* nunc legitur: cum

Gorgoneis torpetis, Eryx : incurrite mecum;
Et prosternite humi juvenem magica arma moventem.
Incursurus erat; tenuit vestigia tellus :
Immotusque silex armataque mansit imago.
Hi tamen ex merito pœnas subiêre, sed unus
Miles erat Persei, pro quo dum pugnat, Aconteus,
Gorgone conspectâ saxo concrevit oborto.
Quem ratus Astyages etiamnum vivere, longo
Ense ferit : sonuit tinnitibus ensis acutis.
Dum stupet Astyages; naturam traxit eandem:
Marmoreoque manet vultus mirantis in ore.
Nomina longa mora est mediâ de plebe virorum
Dicere. bis centum restabant corpora pugnæ:
Gorgone bis centum riguerunt corpora visâ.
Pœnitet injusti nunc denique Phinea belli.
Sed quid agat? simulacra videt diversa figuris;
Agnoscitque suos : & nomine quemque vocatos
Poscit

Ægeas sit scribendum. *Heinf. Non viribus Gorgoneis.*] Lucianus more suo in lib. cui titulus Icones. Ἀλλ' ἢ τοιοῦτόν τι ἆρα ἔπασχον οἱ τὴν Γοργῶ ἰδόντες, οἷον ἐγὼ ἔναγχος ἔπαθον παγκάλην τινὰ γυναῖκα ἰδών. ἀντὶ γὰρ τῦ μύθυ ἐκεῖνο, μικρῦ δέω λίθος ἐξ ἀνθρώπυ γεγονέναι, πεπηγὼς ὑπὸ τῦ θαύματος. Farn.

197. *Magica arma.*] Magicos cantus, incantamenta, atque veneficia.

200. *Ex merito.*] Quia Phinei satellitium & malæ causæ propugnatores. *Farn. Pœnas.*] *Pœnam* meliores. & mox *etiammum.* Heinf.

202. *Conspecta.*] Contra quam monuerat Perseus vers. 179. supra.

210. *Tunc denique.*] *Nunc* iidem. *Heinf.*

212. *Nomine quemque vocatum.*] *Vocando* multi veteres. *vocato* septem. Scribe *quemque vocatos.* infra,

—— & *nomine quemque vocatos*

Exhortatur equos.

quomodo & ibi ex vestigiis veterum librorum reposuimus. Trist. IV. Eleg. III.

Nomine quos cupio licere quemque suo.

Gratius,

—— *tum partes quisque secutus*
Exegere suas.

Idem,

—— *ter quisque vocantes pinguia libent*
Thura focis.

Ausonius Periocha Iliad. III.

Argivos sua quemque acies in bella sequuntur.

Metam. I. ex antiquis libris,

Cum sua quisque regam diverso flumina tractu.

Plura diximus Amor. lib. II. Eleg. XI. vs. 21. *Idem. Nomine quemque.*] Ex Virgil. 12. Æneid.

Ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omnes,
Nomine quemque vocans, notumque efflagitat ensem.

214. *Aver-*

Poscit opem: credensque parum, sibi proxima tangit
Corpora: marmor erant. avertitur; atque ita supplex,
Confessasque manus, obliquaque brachia tendens,
Vincis, ait, Perseu: remove fera monstra; tuæque
Saxificos vultus, quæcunque ea, tolle Medusæ.
Tolle, precor. non nos odium regnive cupido
Compulit ad bellum: pro conjuge movimus arma.
Causa fuit meritis melior tua, tempora nostra.
Non cessisse piget. nihil, ô fortissime, præter
Hanc animam concede mihi: tua cætera sunto.
Talia dicenti, neque eum, quem voce rogabat,
Respicere audenti, Quod, ait, timidissime Phineu,
Et possum tribuisse, & magnum munus inerti est,
(Pone metum) tribuam: nullo violabere ferro.
Quin etiam mansura dabo monumenta per ævum;
Inque domo soceri semper spectabere nostri:
Ut mea se sponsi soletur imagine conjux.
Dixit: & in partem Phorcynida transtulit illam,
Ad quam se trepido Phineus obverterat ore.
Tum quoque conanti sua flectere lumina cervix
Diriguit, saxoque oculorum induruit humor.
Sed tamen os timidum, vultusque in marmore supplex,
Submissæque manus, faciesque obnoxia mansit.
Victor Abantiades patrios cum conjuge muros

In-

214. *Avertitur.*] A Perſei conſpectu oculos avertit

215. *Confeſſasque manus.*] *Compleſaſque* unus Thuan. *Conſertaſque* unus Moreti. non male. Nihil tamen temere mutandum. mox pro *tua monſtra* rectius idem Thuaneus *fera monſtra*. ut & Moreti unus. *Heinſius. Confeſſaque manus.*] Ennius incerto libro.

Quos vicit non eſt victor, niſi victus fatetur.

Conjunctas dabo victa manus.
Tom. 1. p. 250. vſ. 260.

221. *Nihil.*] *Sine hanc animam, & miſereare precantis.* Turnus 12. Æneid. *Non ceſſiſſe piget.*] Me (inquit) Phineus pœnitet tibi Andromedam non permiſiſſe.

227. *Monumenta.*] Cic. ad Cæſar. *Sed ego, quæ monumenti ratio, nomine ipſo admoneor, ad memoriam magis ſpectare debet poſteritatis, quam ad præſentis temporis gratiam.* Virgil. ——*quem candida Dido* ——*Eſſe ſui dederat monumentum & pignus amoris.*

230. *Phorcynida.*] Meduſam Phorci filiam.

235. *Obnoxia.*] Dejecta, velut hominis ſibi conſcii, ſubmiſſe culpam agnoſcentis veniamque precantis. *Farn.*

FAB. II. *Arg.* Victor Abantiades.] *Perſeus votorum compos, cum Argos in patriam rediiſſet, Prætum, à quo Acriſius*

Intrat : & immeritæ vindex ultorque parentis
Aggreditur Prœtum. nam fratre per arma fugato
Acrisionêas Prœtus possederat arces.
Sed nec ope armorum, nec, quam male ceperat, arce
Torva colubrifera superavit lumina monstri.
Te tamen, ô parvæ rector Polydecta Seriphi,
Nec juvenis virtus per tot spectata labores,
Nec mala mollierant : sed inexorabile durus
Exerces odium : nec iniquâ finis in irâ est.
Detrectas etiam laudes : fictamque Medusæ
Arguis esse necem. Dabimus tibi pignora veri;
Parcite luminibus, Perseus ait : oraque regis
Ore Medusæo silicem sine sanguine fecit.
Hactenus aurigenæ comitem Tritonia fratri
Se

sius avus regno fuerat privatus, ostenso Medusæ capite in lapidem convertit, avoque (licet immerito) regnum restituit.

236. *Cum conjuge.*] Andromeda. *R. Patrios.*] Argos.

237. *Immeriti vindex ultorque parentis.*] *Immerita* ex scriptis Naugerii. ut de Danaë intelligatur, cum de Jove non possit intelligi. *Heinsius.*

238. *Prætum.*] Filium Abantis, fratrem Acrisii. *Farn. Fratre fugato.*] Expulso Acrisio.

FAB. III. *Arg.* Te tamen ô parvæ, &c.] *Polydectes rex insula Seriphi, ad quam Perseus cum Danaë matre inclusus arca pervenerat, cupiens ablegare Perseum, ut matrem ejus potiretur, ad Gorgonis Medusæ resecandum caput eum misit, quod ille Minerva volente ad Polydectem pertulit, inficiantique laborem operis ostendit, ac prius ille diriguit quam se ulcisceretur.* Lact.

242. *Te tamen, ô parvæ.*] Hac apostrophe poëta Polydectem Seriphi regem in odium invidiamque adducit, qui Persei neque virtute, neque laboribus, quos perpessus est, neque periculis, quibus se exposuerat, ab ira odioque deduci removerique poterat. *R. Polydecta.*] Arcam in qua Danaë & Perseus inclusi erant, cum ad Seriphum insulam appulisset, excepit Dictys, tradiditque fratri suo Polydecti. Hic, quo Danaë, quam amavit, potiretur, Perseum jam juvenem amovit, amandatum adversus Gorgonas, uti dictum ad 616. v. l. 4. quum vero ab illa expeditione victorem reversum contumelioſe excepisset, capitisque vires elevasset quasi ementitas, ab ejus conspectu in saxum mutatus est; regno Seriphi ad Dictyn fratrem delato. Apollonii Scholiastes 4. lib. ad 1515. vs. *Farn. Seriphi.*] Insula est una ex Sporadibus. *Polydecte.*] *Polydecta* scribendum, ne peccetur in legem carminis. sic Oresteſ, Oresta, & similia. Paulo ante pro *superavit lumina monstri*, videtur reponendum *vitavit*, sed obstant libri veteres. *Heinsius.*

246. *Detrectas.*] Diminuis.

248. *Parcite.*] Ut vs. 179. supra; *Vultus avertite vestros, si quis amicus adest.* Farn.

FAB. IV. *Arg.* Hactenus, &c.] *Musæ cum Parnassi montem petiissent, adversis tempestatibus invitata a Pyreneo, qui Daulida Phocidis urbem incolebat, tecta subierunt, qui pulchritudine captus virginum, cum regiam claudi imperasset ad vim inferendam, ne cupiditatem ejus experirentur,*

Se dedit. inde cavâ circumdata nube Seriphon
Deſerit; à dextrâ Cythno Gyaroque relictis.
Quaque ſuper pontum via viſa breviſſima, Thebas,
Virgineumque Helicona petit; quo monte potita
Conſtitit; & doctas ſic eſt affata ſorores:
Fama novi fontis noſtras pervenit ad aures;
Dura Meduſæi quem præpetis ungula rupit.
Is mihi cauſſa viæ. volui mirabile monſtrum
Cernere: vidi ipſum materno ſanguine naſci.
Excipit Uranie: Quæcunque eſt cauſſa videndi
Has tibi, Diva, domos, animo gratiſſima noſtro es.

Vera

tur, in volucres converſa ſunt, quas ille dum per ardua montium perſequeretur, prolapſus, altitudine ſcopulorum præcipitatus eſt, ita ut toto corpore eliderentur, vitamque finirent. Lact.

250. *Hactenus aurigena.*] Narrat quemadmodum Pegaſus equus alatus una cum Chryſaore è ſanguine colli Meduſæ exilierit, & ad Heliconem Bœotiæ montem pervenerit, ubi, cum terram pedis ungula percuſſiſſet, illico fons (qui ἱππουρήνη, hoc eſt, caballinus fons eſt appellatus) exortus fuiſſe memoratur. Ad eum igitur videndum relicto Perſeo, Pallas profecta eſt, quæ à Muſis accepta quam promptiſſime ad ipſum fuit deducta. *R. Anrigena.*] Quem genuit Jupiter in aureum converſus imbrem, & in Danaës gremium delapſus. *Farn.*

252. *Cythno Gyaroque relictis.*] *Cypro* exemplaria omnia antiqua, quæ tamen hic locum non habet. quare nihil mutandum, niſi *Siphno* reponas. nam & hæc una Cycladum. In duobus Ciofani *Scyro*, etiam non male. κυθνῳ tamen Planudes agnoſcit in Metaphraſi. *Heinſ. Scyro.*] Ita reſtituunt quidam, alii *Syro*, alii *Siphno*. quæ omnes ſunt e Cycladibus, in quibus nullus Cypro locus. Aldus excudit. *a dextra Cythno Scyroque relictis.* Planudes vertit, τὴν Σίφνον παραλλάξασα, τὴν τε κύθνον καὶ γύαρον δεξιᾶς ἀφεῖσα, ὁδὸν συντομωτάτην ὁδὸς ἔδοξεν ὑπὲρ τὴν θάλασσαν ἰέναι, &c.

254. *Virgineumque.*] Virginibus Muſis ſacrum Bœotiæ montem. *Farn.*

255. *Doctas ſorores.*] Periphraſis eſt Muſarum. Nam Muſæ Jovis & Mnemoſynes filiæ ſunt, quæ παρὰ τὸ μνᾶσθαι, hoc eſt, ab inquirendo, dicuntur, ut inquit Diodorus, quod ea inquirant, homineſque doceant, quæ ab indoctis ignorantur, & quod quærendo ſcientia pariatur. Novem autem fuiſſe Muſas jam fere inter omnes conſtat: Quarum nomina Heſiodus in Theogon. his verſiculis recenſet:

Κλειώ τ', εὐτέρπη τε, θάλειά τε, μελπομένη τε.
Τερψιχόρη τ', ἐρατώ τε, πολύμνιά τ', οὐρανίη τε,
Καλλιόπη θ', ἣ δὴ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων.

257. *Meduſæi prapetis.*] Et volucris & alati equi. *R.*

258. *Volui mirabile factum Cernere.*] *Mirabile monſtrum* Cantabrig. prior Erfurt. ſecundus Mediceus, & quatuor alii. ſic Noſter ſæpe alibi. *Heinſius.*

259. *Vide ipſum materno ſanguine naſci.*] Ipſum Pegaſum. Aderat enim Perſeo Pallas, cum Meduſam obtruncavit.

261. *Animo gratiſſima noſtro.*] Alii *noſtro eſt.* Scribe *noſtro es.* ἐμῷ κεχαρισμένη θυμῷ. hemiſtichium Homericum.

Vera tamen fama eſt: & Pegaſus hujus origo
Fontis. & ad latices deducit Pallada ſacros
Quæ mirata diu factas pedis ictibus undas,
Silvarum lucos circumſpicit antiquarum;
Antraque, & innumeris diſtinctas floribus herbas:
Feliceſque vocat pariter ſtudiique locique
Mnemonidas. quam ſic affata eſt una ſororum:
O, niſi te virtus opera ad majora tuliſſet,
In partem ventura chori Tritonia noſtri,
Vera refer; meritoque probas arteſque locumque:
Et gratam ſortem, tutæ modo ſinus, habemus.
Sed (vetitum eſt adeo ſceleri nihil) omnia terrent
Virgineas mentes: diruſque ante ora Pyreneus
Vertitur: & nondum me totâ mente recepi.
Daulia Threïcio Phocêaque milite rura
Ceperat ille ferox, injuſtaque regna tenebat.
Templa petebamus Parnaſia. vidit euntes:
Noſtraque fallaci veneratus numina cultu;

Mne-

ricum. poſtea *deducit* nonnulli bene. *Heinſ.*

268. *Maonidas.*] Scripti plerique veteres tam hoc loco quam infra *Mæonidas*. vetuſtiores *Memnonidas*. Scribe *Mnemonidas*, hoc eſt, Μνημοσύνης Συγατέρας. nam *Maonidas* cur Muſas appellet, nihil cauſæ eſt. *Mnemonidas* vocat Mnemoſynes filias, nam Mnemoſynidas dici non ferebat verſus. à Μνήμων, Μνήμονις. ſic & Μνήμας Συγαθέρες dictæ libro primo Anthologiæ. Æſchylus quoque Prometheo Μνήμην Muſarum matrem vocat. Auſonius Gripho numeri ternarii,

Et Lyrici vates numero ſunt Mnemoſinarum.

Scribe *Mnemonidarum*. ut apud Horatium *fortiſſima Tyndaridarum*, pro Tyndaridum. Certe in optimo Florentino S. Marci *Mnemonides* diſertim paulo poſt legebatur. *Heinſ.*

271. *Artemque locumque.*] *Arteſque* antiqui plerique. *Idem.*

274. *Diruſque ante ora Pyreneus Vertitur.*] Pyreneus, ut hinc colligere poſſumus, Thrax fuit tyrannus, qui Daulida Phocidis urbem occupavit, ubi cum quodam die pluvioſo Muſas ad Parnaſſum euntes vidiſſet, ut recta ſua ſtabula irent, dum pluvia ceſſaret, invitavit. Cum vero jam imber ceſſaſſet, Muſæque diſcedere vellent, Pyreneus impiis clauſis foribus illis vim inferre parabat. Sed Muſæ in aves converſæ evolaverunt, quas cum perſequi Pyreneus vellet, de arce ſe præcipitem dans caput terræ illiſit, & expiravit. *R.*

276. *Daulida.*] Daulida, vel Daulia Phocidis opp. Pyreneus Thraciæ Rex potiti vim occuparat. *Farn.*

279. *Fallaci veneratus numina.*] Volens eum verentiam ſimulabat, cum animo eum expugnare pudicitiam meditaretur. *Pon-*

280. *Ag-*

Mnemonides, (cognorat enim) conſiſtite, dixit:
Nec dubitate, precor, tecto grave ſidus, & imbrem
(Imber erat) vitare meo: ſubiêre minores
Sæpe caſas Superi. dictis & tempore motæ
Annuimuſque viro, primaſque intravimus ædes.
Deſierant imbres; victoque Aquilonibus Auſtro,
Fuſca repurgato fugiebant nubila cœlo.
Impetus ire fuit. claudit ſua tecta Pyreneus:
Vimque parat: quam nos ſumtis effugimus alis.
Ipſe ſecuturo ſimilis ſtetit arduus arce:
Quaque via eſt vobis, erit & mihi, dixit, eâdem.
Seque jacit vecors è ſummæ culmine turris:
Et cadit in vultus, diſcuſſique oſſibus oris
Tundit humum moriens ſceleratо ſanguine tinctam.
Muſa loquebatur. pennæ ſonuêre per auras:
Voxque ſalutantum ramis veniebat ab altis.
Suſpicit; & linguæ quærit tam certa loquentes
Unde ſonent: hominemque putat Jove nata locutum.
Alces erant, numeroque novem ſua fata querentes

Inſti-

280. *Agnorat enim.*] *Cognorat* ex ſcriptis, ut metro conſulatur. pro *veneratus* enim praecedenti verſu unus Leidenſis *enim*, ut & unus meus cum Graviano. *Heinſius.*

284. *Primaſque.*] Veſtibulum, atria. Neque enim in penetralia corruptorum & vereratorum Muſis fas aut pudor introire permittit. *Farn. Annuimus.*] Monem geſſimus.

291. *E ſummo culmine turris.*] *E ſummo culmine* meliores, niſi quod in Thuan. & Junianо *è ſummi culmine tecti.* unus *diſcuſſique oſſibus oris* bene optimus Florentinus, non *diſcuſſisque.* Heinſ.

292. *Diſcuſſique.*] Supra vſ. 58.

293. *Tundit.*] Lib. 4. vſ. 40. *Farn.*

FAB. V. *Arg.* Muſa loquebatur.] *Elegans phantaſia multas deſcribit Metamorphoſeis poëta. Muſa namque fingitur Palladis reſerre certamen ſuum cum Pierii filiabus, quo quidam in certamine, & transformationes Deorum in varia animalia tempore belli gigantei à Pieri filiabus canuntur, & pœna Typhoei gigantis, & Proſerpina raptus, & Cyanes in fontem mutatio, multaque alia contra à Muſis cantantur. Pierus igitur ex Euippe uxore novem ſuſtulit filias, quarum pulchritudine ac vocalitate mater ſuperba, Muſas in certamen provocare eſt auſa. Eas vero nymipharum judicio victas, Muſæ indignata, vocalitate erepta in raucas picas convertêre.* R.

295. *Salutantum.*] Exprimentium ſalutationis vocem χαῖρε, χαῖρε. *Quis expedivit Pſittaco ſuum χαῖρε, Picaſque docuit verba noſtra conari.* Perſius prolog. *Farn.*

297. *Hominemque.*] De loquacitate & docilitate picarum, voces humanas & tubarum cantum imitantium. Plutarch. in l. de animalium ſolertia, Plin. l. 10. c. 42. Oppianus. Martialis 15. l. apoph. 76. & quæ nos ibi. *Farn.*

298. *Alces erat.*] *Erant* duo Medicei ex

Inſtiterant ramis imitantes omnia picæ.
Miranti ſic orſa Deæ Dea: Nuper & iſtæ
Auxerunt volucrem victæ certamine turbam.
Pieros has genuit Pellæis dives in arvis.
Pæonis Euippe mater fuit. illa potentem
Lucinam novies, novies paritura, vocavit.
Intumuit numero ſtolidarum turba ſororum:
Perque tot Hæmonias, & per tot Achaïdas urbes
Huc venit: & tali committunt prælia voce:
Deſinite indoctum vanâ dulcedine vulgus
Fallere. nobiſcum, ſi qua eſt fiducia vobis,
Theſpiades certate Deæ. nec voce, nec arte
Vincemur; totidemque ſumus. vel cedite victæ
Fonte Meduſæo, & Hyanteâ Aganippe:
Vel nos Emathiis ad Pæonas uſque nivoſos
Cedamus campis. dirimant certamina Nymphæ.

Turpe

ex melioribus, & unus Argentinus. quod placet. *Heinſius.*

300. *Dea.*] Palladi Muſa.

301. *Volucrum turbam.*] *Volucrem* concinnius Sixianus liber. ſic & lib. x. puto ſcribendum,

——*inque ferarum*
Concilio medius turba volucriſque ſedebat.

Vide Notas Faſt. lib. 1. v. 449. proximo verſu *Pieros* pro *Pierus* plerique caſtigatiores. *Heinſius.*

302. *Pellæis.*] Macedoniæ urbs Pella eſt; Pæonia regio, quæ & Emathia. *Farn.*

303. *Pæonis Euippe mater fuit.*] Pæonia pars eſt Macedoniæ montana. *R.*

304. *Lucinam.*] Gravidarum & parturientium Dea. *quia principium tu, Dea, lucis habes.* Ovid. Faſt. eadem Diana. Εἰλείθυια, Γοϊλυλλὶς Juno Lucina, Luna puerperii ſcil. præſes, novies ergo peperarat, & novem filias. Euippe, vel ut Mss. noſtri & alii, *Enippe*, al. *Anippe.*

305. *Intumuit.*] Ant. Liberalis fab. 9. ex Nicand. refert hanc fab. Ζεὺς Μνημοσύνῃ μιγεὶς ἐν Πιερίᾳ, &c. Jupiter ex Mnemoſyne in Pieria genuit Muſas. Regnabat eo tempore in Æmathia Pierius indigena. illi novem erant filiæ, quæ Muſas in certamen provocare auſæ in Helicone, quando filiæ Pierii canebant, omnia caligine obſcurabantur, nihilque ab choream obtemperabat. At Muſarum cantu ſiſtebatur cœlum, aſtra, mare, flumina; & Helicon voluptate delinitus ad cœlum uſque creſcebat. plura infra. *Farn.*

307. *Tali voce.*] Tali, tam inſolenti & aſtus plena voce nos invadit. *Pont. Commiſit.*] Rectius *committunt* duo veteres. *Heinſ.*

312. *Aganippe.*] Fons eſt Bœotiæ Muſis ſacer. *R. Fonte.*] Hippocrene. 257. v. ſupra. *Hyantea.*] Bœotia. Bœotos Hyantes antiquitus dixere. Plinius l. 4. c. 7. *Farn.*

313. *Ad Pæonas nivoſos.*] Montanos. Pæones namque populi ſunt Macedoniæ montani.

314. *Cedamus ſilvis.*] Meliores. *Cedamus campis.* Heinſius.

317. *Vos*

Turpe quidem contendere erat; sed cedere visum
Turpius. electæ jurant per flumina Nymphæ,
Factaque de vivo pressere sedilia saxo.
Tunc, sine sorte prior quæ se certare professa est,
Bella canit Superûm: falsoque in honore Gigantas
Ponit, & extenuat magnorum facta Deorum,
Emissumque imâ de sede Typhoëa terræ
Cælitibus fecisse metum; cunctosque dedisse
Terga fugæ: donec fessos Ægyptia tellus
Ceperit, & septem discretus in ostia Nilus.
Huc quoque terrigenam venisse Typhoëa narrat,
Et se mentitis Superos celasse figuris:
Duxque gregis, dixit, fit Jupiter; unde recurvis
Nunc quoque formatus Libys est cum cornibus Ammon.

Delius

317. *Vivo saxo.*] Ex Virgil. 1. Æneid. Et ille ex Homer. Odyss. v. consulatur inprimis Porphyr. de antro Nympharum, post sententias ad intelligibil. ducentes.

319. *Gigantas.*] *Gigantas* etiam hic Florent. & Neapol. & Cantabrig. & sec. Medic. de quo alibi. *Heinsius.*

321. *Typhoëa.*] Innumeras easque varias de ingenti hoc Typhœo fabulas non admittunt marginales hæ angustiæ, referendas itaque lector ad auctores qui & bellum hoc Diis illatum, Deorum transmigrationes, Typhœi pœnas & Mythologias ad plenum narrant. Videantur Pindarus 4. ode Olymp. & Pythiorum ode 1. ὃς τ' ἐν αἰπὰ ταρτάρῳ κεῖται τυφὼς ἑκατονταπάρανος. & deinceps multa. Homerus hymno in Apollinem, Hesiodi Theogon. Apollon. & comment. Ant. Liberalis fab. 27. Tzetzes in Lycophronem, Tzetzes Chil. 8. 171. Strabo lib. 5. & l. 16. Mela lib. 1. cap. 13. Hyginus cap. 196. Apollodorus lib. 1. Nonnus 3. Dionys. hinc quæ ad 45. v. lib. 4. de Venere in piscem mutata ex Manilio. & Ovid. lib. 2. Natalis Comes lib. 6. cap. 21. & 22. Sabinus. Eleganter denique & plene fabulam hanc canit Barclajus noster l. 1. Argenidis suæ. Diserte Clarissimus Baconus & narrat & interpretatur Typhonem sive rebellem in Sapientia veterum. *F.*

323. *Donec fessos Ægyptia tellus Ceperit.*] Gigantes Titanorum filii Typhoëo duce impetum in Deos fecerunt, ac eos in Ægyptum usque fugere coëgerunt, ut perspicue describit Ovidius, converterunt: inde factum est ut Ægyptii multa animalia pro Diis colant.

324. *Discretus in ostia.*] Duo veteres *discerptus.* primus Basil. *dissertus* unus Medic. *desertus.* Forte *disseptus.* de quo ad librum primum. *Heins.*

327. *Duxque gregis.*] Periphrasis est arietis. Nam Jupiter se in arietem commutavit. cujus rei argumentum est, quod Jupiter Hammon in Libya sub figura arietis colitur *R. Unde.*] Hinc Jupiter Ammon arietina forma cultus, hinc filius ejus Bacchus cornutus, hinc *demens Ægyptus portenta colit crocodilon & Ibin, Porrum, cepe, canem, pisces & cercopitheos.* Juvenal. 15. Sat. *Farn*

Delius in corvo, proles Semeleïa capro,
Fele ſoror Phœbi, niveâ Saturnia vaccâ,
Piſce Venus latuit, Cyllenius Ibidis alis.
Hactenus ad citharam vocalia moverat ora:
Poſcimur Aonides. ſed forſitan otia non ſint;
Nec noſtris præbere vacet tibi cantibus aurem.
Ne dubita, veſtrumque mihi refer ordine carmen,
Pallas ait: nemoriſque levi conſedit in umbrâ.
Muſa refert: Dedimus ſummam certaminis uni.
Surgit, & immiſſos hederâ collecta capillos
Calliope querulas prætentat pollice chordas:
Atque hæc percuſſis ſubjungit carmina nervis.
Prima Ceres unco glebam dimovit aratro:
Prima dedit fruges, alimentaque mitia terris:
Prima dedit leges. Cereris ſumus omnia munus.

331. *Cyllenius Ibidis alis.*] Ibis, avis Ciconiæ ſimilis, Ægypti peculiaris, immunda, ut quæ roſtro anum purget.

333. *Forſitan otia non ſunt.*] *Non ſint* & *vacet* primus Palat. Urbin. & quinque alii. *aurem* etiam non *aures* Langermannianus. *Heinſius.*

336. *Levi umbra.*] Suavi ac jucunda.

337. *Uni.*] Calliopæ, chori quaſi præcentrici; principi certe & προφαρεάτης. *Farn.*

338. *Immiſſos.*] *Tunc ſic neglectos hedera redimita capillos Calliope querulas prætentat pollice chordas.* 5. Faſtorum. F. FAB. VI. *Arg.* Prima Ceres unco, &c.] *Venus indignata quod & Diana & Proſerpina Cereris filia numen ſuum, conjugiaque aſpernarentur. Ditem, qui territus viribus Typhoëi moventis Ætnam, cui ſubjectus à Diis erat, cum ab inferis emerſiſſet, impulit in amorem, ut Proſerpinam circa Ætnam flores legentem cum Minerva atque Diana raperet. qua capta cum properanter curru fugeret, à Cyane nympha quam dilexerat Anapus amnis intercedente tardatus eſt. At ille incenſus ira propter moram intercedentis; relicto ſceptro inter ſtagna diſcuſſit undam, præcepſque mari merſus, Cyanemque, quæ currui obſiteraret, in liquorem ſui nominis vertit, cujus lacus contiguus Arethuſæ videtur.* Lact.

341. *Prima.*] Η' πρώτη ζεύξε βοῦν, &c. Orpheus in hymno Cereri. *Prima Ceres ferro mortales vertere terram Inſtituit;* & quæ ſeq. Virg. 1. Geor. Ovid. 4. Faſt. Barclai Argenis. lib. Metr. 1. *Farn.*

342. *Mitia.*] Pro glandibus frumenta. *Chaoniam pingui glandem mutavit arifta.* 1. Georg.

343. *Leges.*] Invento à Cerere (quæ Iſin ſuam Ægyptii volunt, id eſt, Lunam) frumento, leges jam rogatæ agrorum terminis, emptionibus, teſtamentis. unde Θεσμοφόρος dicta. vide quæ nos ad 4. l. Æneid. *Legifera Ceres.* Diodor. 6. lib. *Farn. Cereris ſunt omnia munus.*] *Sumus omnia* longe elegantiſſima Berneggerianus. neque alitet pro diverſa lectione unus Hamburgenſis. Pont. El. 1.

Hoc mihi ſi ſuperi, quorum ſumus omnia credant.

ubi perperam reponunt, *quorum ſumus omnia.* lib. 2.

Digitized by Google

Illa canenda mihi est. Utinam modo dicere possem
Carmina digna Deæ! certè Dea carmine digna est.
Vasta giganteis ingesta est insula membris
Trinacris; & magnis subjectum molibus urget
Æthereas ausum sperare Typhoëa sedes.
Nititur ille quidem, pugnatque resurgere sæpe:
Dextra sed Ausonio manus est subjecta Peloro:
Læva, Pachyne, tibi; Lilibæo crura premuntur:
De-

Omnia debemur vobis.
quomodo veterrimi codices. *Heinsius.*

345. *Carmine digna Dea.*] *Dea* Bergler. aliique plurimi. Vide Notas Tanaq. Fab. IV. Eleg. III. vs. 57. quanquam & ad *Tu dicere* posset referri. deinde ex melioribus,

——*ante Dea carmine digna est.*
Idem.

347. *Trinacris.*] Sicilia à tribus promontoriis, quæ hic nominantur à poëta. *Typhoëo exporrecto* superinjecta. Virg. 9. Æn. Impostam Typhoëo Inarimen inf. in sinu Puteolano, ductam ab Homeri Ἐν ἀρίμοις ὅθι φασὶ τυφοέος κατακεῖσθαι εὐνάς. 12. Iliad. Quem & Lucanus sequitur lib. 5. vs. 101. Apollonio 2. lib. Κίτταϊ ὑποδρόμοι Σαρδονίδος ἠδὲ Λίμνης. Straboni 16. lib. & Melæ 1. c. 13. in Cilicia: Pindarus videtur omnia miscere. Pythiorum ode 1. Τυφῶ ἑκατονταπάρῳ, τὸν ποτὲ Κιλικιον δάμασε τηλεπόρμον ἄντρον. γύγαι μὰν ταὶ ὑπὲρ Κύμας ἀλιτενεῖς ὄχθαι, Σικελία τ' αὐτὸ πάζυ σῆμα λάχυδντα νιὸν δ' ἄρμενι τυνίχα νιφόεσσα Αἴτνα, &c. Veram hujus rei licentiam excusat ratio poëtalis. *Farnab.*

348. *Ausum sperare Typhoëa sedes.*] Bonarelli *superare* vel *spectare*. Parum abest quin *spirare* censeam reponendum. Et magna *spirare* Propertio,

——*qui nunc magnum spiramus amantes.*

non recte castigavit Lipsius, nec dubitare debuit vir maximus. Val. Flacco lib. 11.

Magnum aliquid spirabit amor.

Et *spirare tragicum* Horatio,

Num spirat tragicum satis & feliciter audet.

apud Virgilium libro VII.

——*Rapta spirans immane furori.*

Silius libro III.

Mago quatit currus & fratrem spirat in armis.

& libro XVII. de Scipione,

Terribilem ostentans clypeum, qui patris & una
Celarat patri spirantes prælia dira
Effigies.

Prudentius ad Christum Cathemer. Hymno XI.

Hic ille natalis dies,
Quo te creator arduus
Spiravit, & limo indidit.

quanquam diverso sensu, ita *suspirare* cum quarto quoque casu jungit idem Prudentius Cathemerin. Hymno II.

Mercator hinc ac rusticus
Avara suspirant lucra.

Heins. *Spirare athereas sedes.*] Similiter Græci. μένῳ πνέοντες Ἄρηϊ. θυμὸν ἐν στέρνοισιν ἀναπνείοντες Ἄρηα. Smyrn. lib. 2. Et Theocrit. Idyll. 22. v. 82.

——φόνον ἀλλάλοισι πνέοντες.

Hesiod. Scut. Hercul.

Τ' πὲρ σακίων πνείοντες.

349. *Nititur ille quidem.*] Hoc idcirco fingitur, quia Sicilia terræ motu sæpenumero quatitur.

350. *Dextra sub Ausonio.*] *Sed* ex scriptis. *Heins. Ausonio Peloro.*] Italo, quippe qui & ad Italiam vergat, & ab ea mille & quingentis passibus distet.

351. *Pachyne tibi.*] Apostrophe ad mon-

Degravat Ætna caput : ſub qua reſupinus arenas
Ejectat, flammamque fero vomit ore Typhoeus.
Sæpe remoliri luctatur pondera terræ;
Oppidaque, & magnos evolvere corpore montes. 35
Inde tremit tellus : & Rex pavet ipſe ſilentum,
Ne pateat, latoque ſolum retegatur hiatu;
Immiſſuſque dies trepidantes terreat umbras.
Hanc metuens cladem tenebroſa ſede tyrannus
Exierat : curruque atrorum vectus equorum 36
Ambibat Siculæ cautus fundamina terræ.
Poſtquam exploratum ſatis eſt, loca nulla labare;
Depoſitique metus : videt hunc Erycina vagantem
Monte ſuo reſidens, natumque amplexa volucrem;
Arma, manuſque meæ, mea, nate, potentia, dixit, 36
Illa, quibus ſuperas omnes, cape, tela, Cupido,
Inque Dei pectus celeres molire ſagittas,

montem; qua maxime oratio exornatur. *Libyhaeontrura premuntur.*] Liſybæus quoque Siciliæ eſt promontorium Africam reſpiciens.

353. *Ejectat.*] In optimo Florentino eraſa vetus lectio. Puto *Eructat* fuiſſe. ſic lib. XIII. de Cyclope etiam ſcribendum puto,

——— *eructantemque cruentis*
Ore dapes.

Virgilius lib. III. de Ætna, &
Interdum ſcopulos avulſaque viſcera montis
Erigit eructans.

at Val. Flaccus lib. II. de Typhoëo,

——— *trux ille ejectat adeſi*
Fundamenti jugi.

& Silius lib. XII. de Inarime,

Fumantem premit Iapetum, flammaſque rebelli
Ore ejectantem.

mox *pondere* pro *pondera* idem Florent. Bernegger. ſecundus Medic. & alii ſeptem. *Heinſ. Flammamque.*] Quotquot ubique montes, aut loci marini eructant incendia: aut repentibus flatibus, qui vocantur Typhones, & terræ motibus concutiuntur, Typhoëo injec fingunturr. Æneid. 2. Claudian. de ptu Proſerpinæ 1. Noſter lib. 14. v. 1.

355. *Devolvere.*] Malo *evolvere* cu tertio Mediceo, & duobus aliis. *Hei*

356. *Rex pavet.*] Umbrarum re Dis, Pluto, Orcus, *alibi*, de qua vi vide H. Sanfordium & Parkerum deſcenſu Domini lib. 2. *Farn.*

363. *Depoſitoque metu.*] *Depoſiti metus* rectius in præſtantiſſimis. *He Videt hunc Erycina vagantem.*] Erycin Romanis Siculiſque Venus dicitur, Eryce Veneris ipſius, ac Butæ filio, cum in Sicilia regnaret, ac plurim corporis viribus polleret, hoſpites ſecum cæſtibus decertarent provocat Is extructo matri Veneri templo, Erycina fuit appellata, cum Herc congreſſus ab eo fuit interfectus. N raturus vero poëta Cyanes nymp transformationem in ſtagnum, P Proſerpinæ raptum elegantiſſime ſcribit.

365. *Arma.*] *Nate mea virtu*, Æn. 1.

367. *Dei pectus.*] Plutonis, *F*

Cui triplicis cessit fortuna novissima regni.
Tu Superos, ipsumque Jovem, tu numina ponti
Victa domas, ipsumque, regit qui numina ponti.
Tartara quid cessant? cur non matrisque tuumque
Imperium profers? agitur pars tertia mundi.
Et tamen in cælo quoque tanta potentia nostro
Spernitur: ac mecum vires minuuntur Amoris.
Pallada nonne vides, jaculatricemque Dianam
Abscessisse mihi? Cereris quoque filia virgo,
Si patiemur, erit: nam spes affectat eadem.
At tu, pro socio si qua est mea gratia regno,

Junge

ores sagittas.] *Volucres* Zulichemianus. *Heinsius.*

370. *Regit qui numina terræ.*] *Ponti* Excerpta Calandræ, & ex suis Naugerius. *Idem.*

372. *Agitur pars tertia mundi.*] *Vacat* pro diversa lectione Berneggerianus, hoc est, *vacat ea pars tertia.* sic apud Lucanum libro II.

Pars mundi mihi nulla vacat.

nihil tamen temere hoc loco mutandum. *Heinsius. Agitur.*] Hoc est, tertia pars mundi in periculo versatur, parumque abest quin & ea à nobis amittatur. *Micyll.*

373. *Quæ jam patientia nostra est.*] locus mendosus. plerique veteres, *quæ jam patientia.* primus Vatic. & duo alii, *quo jam quoque parva potentia* Munsteri excerpta. *quo visa potentia* unus Pithœanus. *jam quippe potentia vana est* alii. Hamburgensis. alii aliter. Calandræ excerpta *quoque jam patientia nostra Spernitur.* Scribe,

Et tamen in cælo quoque tanta potentia nostro
Spernitur.

Et tamen cum Cantabrigiensi. quod dein. *tanta potentia* in *jam patientia* male depravari potuit. lib. X.

——*sed tanta potentia forma est.*

lib. XIII.

——*pro quanta potentia regni*
Est Venus alma tui!

apposite. & lib. XIV. de eadem Venere,

—— —— *oderit omnes*
Sub Diomede viros; odium tamen illius omnes
Spernimus, & parvo stat tanta potentia nobis.

ita locus ille ex vestigiis veterum librorum concinnandus. *in nostro cælo.* ut Pallas Junoni apud Val. Flaccum lib. V.

——*liceat puppim, quam struximus ipsæ,*
Jactatam tandem nostro componere cælo.

Certe Florentinus veterrimus *quoque jam potentia.* deinde pro *minuuntur* Neapol. Lovan. & Junian. *tenuantur.* Heins.

375. *Pallada nonne vides.*] A quibus potissimum spernatur Venus exponit. Pallas enim ac Diana perpetuam voverant virginitatem.

376. *Cereris quoque filia.*] Proserpina, quæ Jovis & Cereris fuit filia. *Micyll.*

378. *Si qua est ea gratia.*] Scribe, *si qua est mea gratia.* quomodo Langermann. & unus Voss. cum uno Gronov. lib. VI.

——*si gratia, dixit,*
Ulla mea est.

& hoc libro infra,

——*si nulla est gratia matris,*
Nata patrem moveat.

Neap. sec. Medic. Cantabr. aliique multi *tibi gratia.* Puto *mihi.* ut recte unus Strozzæ & duo Leidenses cum uno Vossiano.

Junge Deam patruo. dixit Venus. ille pharêtram
Solvit : & arbitrio matris de mille ſagittis
Unam ſepoſuit. ſed qua nec acutior ulla,
Nec minus incerta eſt, nec quæ magis audiat arcum.
Oppoſitoque genu curvavit flexile cornu:
Inque cor hamatâ percuſſit arundine Ditem.
Haud procul Hennæis lacus eſt à mœnibus altæ,
Nomine Pergus, aquæ. non illo plura Cäyſtros
Carmina cygnorum labentibus audit in undis.
Silva coronat aquas, cingens latus omne; ſuiſque
Frondibus, ut velo, Phœbêos ſubmovet ignes.

ſiano. alterutrum certe verum eſt. Val. Flaccus lib. v.

——*tibi gratia noſtri*
Sit, precor, hæc.

Heinſ.

379. *Deam.*] Proſerpinam Plutoni qui frater Jovis. hic autem pater fuit Proſerpinæ.

382. *Nec.*] Nec quæ certius feriat, quod deſignavit arcus. Virg. 1. Georg. verſ. ult. *neque audit currus habenas.* Farn.

385. *Haud procul Ætneis lacus eſt à mœnibus altus Nomine Perguſa.*] Primo repone *Hennais mœnibus* ut rectè optimus Florentinus, primus Vatican. Bernegger. aliique nonnulli. deinde lege, *alta nomine Pergus aqua.* quomodo idem Florentinus. at Cantabrigienſis, & tres alii, *altus nomine Pergus aqua.* proxime verum. quidam codices lituram hic oſtentant. de Perguſa nugæ ſunt. *Pergum* Claudianus quoque lib. II. Raptûs appellat. *Percum* Julius Firmicus, de Errore profanarum Religionum, & tam hoc loco Florentinum optimæ notæ exemplar, quam in Argumento hujus fabulæ, *impulit in amorem, ut Proſerpinam circa Percum lacum Hennæ flores legentem cum Minerva atque Diana raperet.* ubi in vulgatis *circa Ætnam.* tertius Mediceus *Pergoſa* pro *Pergos.* Cantabrigienſis etiam *Percus.* unus Voſſianus *Percuſſa.* mox *Cayſtros* pro *Cayſter* meliores. pro *audit* ex præſtantioribus nonnulli *edit.* ſed nil muto. pro *labentibus undis* optimus Thuan. & unus Gronov. *plaudentibus.* argute. *Heinſ. Haud procul Ætn.*] Lacum nomine *Perguſam* deſcribit, juxta quem Proſerpina cum æquæ libus puellis flores colligens à Pluton illac curru tranſeunte rapta fuit. Hunc vero lacum Claudianus *Pergum* à Sicul appellari ait.

386. *Perguſa.*] *Pergum dixerit Sicul* Claudian. 2. de raptu. *Percum* Firmicus *Cayſter.*] *Ionia* fl. cygnorum copia celebris. *Farn.*

389. *Phœbeos ſubmovet ignes.*] *Ith* Neapol. ſecundus Medic. & unus Pala rectè. lib. VI. ex melioris notæ mem branis.

Et breve poſt tempus candeſcent ſolis ictu.

Horatius libro II. Od. XV.

Tum ſpiſſa ramis laurea fervidos
Excludat ictus.

ubi perperam *aſtus* quidam codices. L canus lib. VII.

Miles ut adverſo Phœbi radiatus ictu.

Statius Hercule Surrentino, *ictus Hy* rione multo Sirius. ſic *ictu ſole nives.* F III. vſ. 236. quæ ibi vera lectio e non *vitta.* ſic *ictum radiorum ſolis* L cretius quoque dixit. & *ictum ſolis* doribus æra lib. v. idem *verbera radior ſolis.* & lib. VI.

Nubila ſolvuntur ſolis ſuper icta calo
lil

Digitized by Google

Frigora dant rami, Tyrios humus humida flores.
Perpetuum ver eſt. quo dum Proſerpina luco
Ludit, & aut violas, aut candida lilia carpit;
Dumque puellari ſtudio calathoſque ſinumque
Implet, & æquales certat ſuperare legendo;
Pæne ſimul viſa eſt, dilectaque, raptaque Diti:
Uſque adeo properatur amor. Dea territa mœſto
Et matrem, & comites, ſed matrem ſæpius, ore
Clamat. &, ut ſummâ veſtem laniarat ab orâ,
Collecti flores tunicis cecidêre remiſſis.
Tantaque ſimplicitas puerilibus adfuit annis:
Hæc quoque virgineum movit jactura dolorem.
Raptor agit currus: & nomine quemque vocatos
Exhor-

libro VI. de terra,

Intempeſtivis pluviiſque & ſolibus icta.

Noſter ipſe libro VI.

——— *percuſſus ſolibus arcus.*

ubi male multi veteres *percuſſis*. ſic & Lucretius non ſemel. Prudentius Cathemerin. Hymno II.

Caligo terra ſcinditur
Percuſſa ſolis ſpiculo.

Heinſ.

390. *Varios humus humida flores.*] Malo *humus uvida flores*. Adi Notas Amor. lib. III. Eleg. V. Prudentius Cathemer. Hymno V.

Illic purpureis tecta roſariis
Omnis fragrat humus, calthaque pinguia
Et molles violas & tenues crocos
Fundit fonticulis uda fugacibus.

ubi *unda* perperam nunc legitur. nos vetuſtiſſimas membranas ſumus ſecuti. idem Hymno VII. *uvidos* balænæ *molares* dixit, ubi de Jona agit. ita enim vetuſtiſſimi codices. non *vividos*. deinde *Tyrios flores* Florentinus S. Marci, Neapol. ſecundus Mediceus. ſic *Tyria chlamys*, *Tyrius crocus*, *Tyrius torus*, *ſumus* & ſimilia. lib. IX.

——— *Tyrios imitata colores*
In ſpem baccarum florebas aquatica lotos.

lib. X.

——— *Tyrioque nitentior oſtro*
Flos oritur.

pro rubei coloris chlamyde aut croco aut toro lib. IX. *Punicens cruor*, & ſimilia, quanquam & *varii flores* pro diverſicoloribus poſſunt ſumi non male. *Idem.*

395. *Pæne.*] *Mars videt hanc, viſamque capit, petiturque cupita* 2. Faſtor. F.

396. *Uſque adeo eſt properatus amor.*] Multi delent verbum ſubſtantivum, *adeo properatur* tres ſcripti. quod ſequor. *Heinſius.*

397. *Comites.*] Earum nomina habes apud Pauſaniam, ex Homero, in Meſſeniacis.

401. *Hac quoque jactura.*] Quia amiſerat flores. *M.*

402. *Nomine quemque vocando.*] *Vocatum* vel *vocato* multi veterum. Jam ſupra *vocatos* eſſe legendum monui. v. 212. & ſic in uno Voſſiano. *Heinſ. Quemque.*] Orphnæum, Æthona, Nyctea, Alaſtora. Claudian. I. de raptu Proſerpinæ, ſub exitu libri. *Farn. Et nomine quemque vocando.*] Nomina equorum Plutonis à Claudiano recenſentur his verſibus:

Orphnæus, crudele micans, Æthonque ſagitta

Exhortatur equos. quorum per colla jubaſque
Excutit obſcurâ tinctas ferrugine habenas.
Perque lacus altos, & olentia ſulfure fertur
Stagna Palicorum ruptâ ferventia terrâ:
Et qua Bacchiadæ bimari gens orta Corintho
Inter inæquales poſuerunt mœnia portus.
Eſt medium Cyanes, & Piſææ Arethuſæ,

Quod

Ocyor, & Stygiis crudelis gloria Nyctæus.
Armenti Ditiſque nota ſignatus Alaſtor. Micyl.

404. *Excutit.*] Concutit. *Obſcura ferrugine.* Ferrugineo colore, qui fuſcus eſt ac ferro ſimilis. ℟. *Excutit per colla jubaſque habenas.*] Ex Virgil. 5. Æneid.

Nec ſic immiſſis aurigæ undantia lora
Concuſſere jugis, pronique in verbera pendent.

405. *Et olentia ſulphure fertur.*] Scribe *olenti ſulphure*, quia *ferventia* mox addit. niſi mavis *olentes*, videlicet *lacus.* vel *olentum Palicorum.* certe in uno Baſileenſi *& olentes ſulphure fontes.* Sed vulgatam lectionem agnoſcit Diomedes Grammaticus, unde apparet mendum eſſe inveteratum. apud illum tamen *lacus ſacros* invenies. *Heinſius. Olentia.*] Vide H. Ciofanum defendentem *olentia ſulphure* contra Diomedem. & infra v. 470.

406. *Stagna.*] Lacum Palicorum inter Leontinos & Menas. *olentis ſtagna Palici.* 2. de Ponto. De Diis Palicis adi Macrobium lib. 5. cap. 19. *Farn. Stagna Palicorum.*] Palici Jovis & Thaleæ nymphæ à Vulcano genitæ, filii fuerunt, ut vero alii volunt, Vulcani ex Ætna Oceani filia. Dicti ſunt autem Palici ἀπὸ τῦ πάλιν ἰέναι hoc eſt, ab iterum veniendo in vitam, cum mortui jam eſſent. Nam cum Thalea nymphe à Jove fuiſſet compreſſa, Junonis timore optavit, ut ſibi terra dehiſceret. Quod quidem ubi factum eſt, maturi partus tempus advenit, ex terra igitur adaperta, duo ſimul infantes exiliêre, qui Palici ſunt appellati. Juxta Palicos autem fons eſt *Palicine*, qui aquam in altum ſex cubitis ejaculari dicitur, quæ in eundem fontem iterum revertatur. Jus quoque jurandum ibi ſanctum fuiſſe ſcribunt. Quæ enim quis juraſſet ea in tabella ſcripta in aquam projiciebant, ac ſiquidem vera fuiſſent, tabella fluitabat: ſi quis vero pejeraſſet, tabella ſubmergebatur, nec uſquam apparebat. In perjurio vero deprehenſus comburebatur. Vide Macrob. quinto Saturnalium.

407. *Et qua Bacchiadæ.*] Hoſt eſt, originem à Bacchia ducentes. Bacchias enim Dionyſii filius Corinthi habitavit, ab eo autem genus ducentes (ut ſcribit Strabo) generoſiſſimi Corinthiorum habebantur. *Bacchiadæ.*] Archias Bacchiadum unus, oriundus Bacchis Dionifii filia, è Corintho ſita in Iſthmo inter duo maria Jonium & Ægæum, profectus, condidit Syracuſas, Siciliæ urbem inter duos portus majorem alterum, alterum minorem. Thucydides lib. 6. Strabo 6. lib. Theocritus Idyl. 16. Cluver. Sicil. antiq. 1. lib. 12. cap. *Farn.*

409. *Eſt medium Cyanes.*] Locum deſcribit, ubi Cyane nympha Plutonem inhibere voluit, ne Proſerpinam raperet; cæterum à Plutone contempta, dolore in fontem ſui nominis fuit converſa, qui Anapi fluvio commixtus juxta Ortygiam inſulam in mare labitur. ℟. *Eſt medium.*] Inter Cyanes fontem & Ortygiam inſulam ponte Syracuſis junctam, eſt pars æquoris quæ portum efficit ab altera parte Syracuſarum. *Piſæa.*] Alpheus Peloponneſi fluv. juxta Piſas, creditur ſubterraneo meatu lapſus miſcere ſe Arethuſæ font. inſul. Syracuſanæ,

Quod coït anguſtis incluſum cornibus æquor.
Hic fuit, à cujus ſtagnum quoque nomine dictum eſt,
Inter Sicelidas Cyane celeberrima Nymphas;
Gurgite quæ medio ſummâ tenus exſtitit alvo,
Agnovitque Deum: Nec longius ibitis, inquit.
Non potes invitæ Cereris gener eſſe. roganda;
Non rapienda fuit. quod ſi componere magnis
Parva mihi fas eſt; & me dilexit Anapis.
Exorata tamen, nec, ut hæc, exterrita nupſi.
Dixit: &, in partes diverſas brachia tendens,
Obſtitit. haud ultra tenuit Saturnius iram:
Terribileſque hortatus equos, in gurgitis ima
Contortum valido ſceptrum regale lacerto
Condidit. icta viam tellus in Tartara fecit:
Et pronos currus media cratere recepit.
At Cyane, raptamque Deam, contemtaque fontis
Jura ſui mœrens, inconſolabile vulnus
Mente gerit tacitâ; lacrymiſque abſumitur omnis:
Et, quarum fuerat magnum modo numen, in illas
Extenuatur aquas. molliri membra videres:
Oſſa pati flexus: ungues poſſuiſſe rigorem:

Prima-

nz. Pauſanias in Eliacis prioribus. Strabo 6. lib. Virg. 3. Æneid. *Alpheum fama eſt, &c.* Alii quamplurimi. Noſter infra v. 565. *Farn.*

414. *Agnovitque Deam.*] *Deum* nonnulli, ut ad Plutonem referatur. quod ſequentia confirmant. *Heinſius.*

417. *Me dilexit Anapus.*] Scripti ferè omnes *Anapis* vel *Anaphis.* ſic & in Ponticis,

Quaque ſuis Cyanen miſcet Anapis aquis.

ita & ibi codices antiqui. apud Livium quoque rectè pro *Anatis* doctiſſimus Gronovius *Anapis.* Græcis tamen Ἀνάπος eſt. hic & alter piorum fratrum *Anapus* vel *Anapis*, ſed potius *Anapis* dicitur. *Idem. Anapis.*] Fluvius eſt Siciliæ, qui idcirco Cyanen amare fingitur, quod junctì in mare una defluunt.

423. *Condidit.*] Jecit tantis viribus ut totum ſceptrum occultaretur. *Icta viam tellus intartara fecit.*] Nam ſcepetro percuſſa ita hiavit, ut facile Plutonis currus illac ad inferos pertranſierit.

424. *Medio cratere.*] Lucret. 6. Dionyſ. Longin. περὶ ὕψ. Sect. 31. ἐδὲ τὸν τῆς Αἴτνης κρατῆρα ἀξιοθαυμαστότερον νομίζομεν, &c. κοίλη πύλας κρατῆρ. Scholiaſt. Sophocl. Et Sophocl. Oedip. —— κἀθυδρεῖ ἔ —— κρατὴρ μειλιχίων ποτῶν —— ῥεύματι συντήκει. Pauſan. Laconic. τὸ δὲ αὐτὸ σημεῖον καὶ ἐν Αἴτνῃ δηλοῦσιν οἱ κρατῆρες. Videatur & Agell. l. 17. c. 16.

425. *At Cyane.*] Diodorus ſub principio. lib. 6. *Farn.*

Primaque de totâ tenuiſſima quæque liqueſcunt;
Cærulei crines, digitique, & crura, pedeſque:
Nam brevis in gelidas membris exilibus undas
Tranſitus eſt. poſt hæc tergumque, humerique, latuſque,
Pectoraque in tenues abeunt evanida rivos.
Denique pro vivo vitiatas ſanguine venas
Lympha ſubit: reſtatque nihil, quod prendere poſſis.
Interea pavidæ nequicquam filia matri
Omnibus eſt terris, omni quæſita profundo.
Illam non rutilis veniens Aurora capillis
Ceſſantem vidit, non Heſperus, illa duabus
Flammiferâ pinus manibus ſuccendit ab Ætnâ;

Perque

435. *Pectora evanida.*] Nil muto. unus tamen Baſil. *emartia.* hoc eſt, *emarcida.* quomodo & primus Gronovii pro diverſa lectione. bene quoque Junianus *Cyaneta.* Heinſius.

FAB. VII. *Arg.* Interea pavidæ.] *Ceres Proſerpinam filiam quærens, cum defeſſa ſiti laboraret, quandam rogavit anum, nomine Miſmen, ut ſibi aquam ad os colluendum exhiberet. Ea cum muſtum polenta commixtum à vetula traditum bibere cœpiſſet, puer quidam, nomine Stellem, audacior & videre, & Cererem gula deditam eſſe jactare auſus eſt. Quare indignata Ceres, in faciem impudentis pueri muſtum fundit & polentam exuit, eumque in ſtellionem animal variis maculis infectum commutavit.*

439. *Omnibus.*] Frumentum in Sicilia primum ſua ſponte natum eſſe ferunt, mox & ſatum. Triptolemus à Cecrope Athenienſium rege miſſus, qui & ſemen deferret & ſerendi artem; & ipſe mox mari ac terra vectus mortales novæ agriculturæ rationem edocuit atque hinc Eleuſis Attica. lege Diodorum Sic. lib. 6. *Farn.*

440. *Udis Aurora capillis.*] *Rutilis* Thuan. Cantabr. pri. Vatic. ter. Medic. multique alii. lib. 11.

At Phaëthon rutilos flamma populante capillos.

& ibidem,

Ecce venit rutilis humeros pretexta capillis.

lib. VI.

Barbaque dum rutilis. aberat ſubmiſſa capillis.

Faſt. lib. III. v. 403. ex veſtigiis veterum librorum,

Cum croceis rutilare comis Tithonia conjux
Cœperit.

Auſonius Idyll. VI.

——*toto rutilaverat igne comarum.*

Cato in Originibus, *Mulieres noſtræ capillum cinere ungitabant, ut rutilus eſſet.* Val. Maximus, *ſummâ cum diligentia capillos cinere rutilarunt.* Adeatur Feſtus in *Rutilum. Cæſaries rutila* Auſonio Epiſtola VI. & *rutila coma* in Catalectis Pithœi. lib. 1.

Medus pila geret, pharetras Romana juventus;
Fulgebit rutilis India nigra comis.

ita ex veſtigiis veterrimi libri ſcribendum; in quo *rutilis crocis.* alius codex Pithœi *nitidis comis.* vulgati *nitidis crocis.* Lucanus lib. x. de pueris in menſa Cleopatræ miniſtrantibus,

Hæc Libycos, pars tam flaves gerit altera crines.
Ut nullis Cæſar Rheni ſe dicat in arvis
Tam rutilas vidiſſe comas.

Heinſius.

442. *Flammiferas pinus.*] Malim *flam-*

mi-

Perque pruinoſas tulit irrequieta tenebras.
Rurſus, ubi alma dies hebetarat ſidera, natam
Solis ad occaſus, Solis quærebat ab ortu.
Feſſa labore ſitim collegerat; oraque nulli
Colluerant fontes: cum tectam ſtramine vidit
Forte caſam; parvaſque fores pulſavit: at inde
Prodit anus; Divamque videt; lymphamque roganti,
Dulce dedit, toſtâ quod coxerat ante polentâ.
Dum bibit illa datum; duri puer oris & audax
Conſtitit ante Deam; riſitque, avidamque vocavit.
Offenſa eſt: neque adhuc epotâ parte loquentem
Cum liquido miſtâ perfudit Diva polentâ.
Combibit os maculas; &, qua modo brachia geſſit,
Crura gerit: cauda eſt mutatis addita membris:
Inque brevem formam, ne ſit vis magna nocendi,
Contrahitur: parvâque minor menſura lacertâ eſt.

Mi-

miſerâ Ætnâ. cum uno meo. ut apud Statium,

——*igniferâ feſſus ſuſpirat ab Ætnâ.*
Heinſ. *Ab Ætna.*] Unde & in ſacrificiis Cereris, quæ myſteria & initia vocantur, faces accenſas jactare ſolebant ad imitationem ipſius filiam inquirentis.

445. *Solis ab occaſu ad ortus.*] Imo cum melioribus, *Solis ad occaſus ab ortu. ut habebat* etiam pri. Baſil. & ſeptem alii, non *ubi.* Heinſ.

446. *Sitim conceperat.*] Pri. ſec. Pal. Cantabrig. pri. Erfurt. plurimique alii, *collegerat.* ut lib. VI. quæ vera ibi ſcriptura eſt.

Siderea ſiccata ſitim collegit ab aſtro.
l. 1. *Colligit os rabiem.* Virg. Georg. III.
Inde ubi quarta ſitim cœli collegerit hora.
ſic *pluvias nox colligit* eidem. & *gandia colligere* Propertio l. II. Eleg. XIV. deinde pro *contectam* meliores *cum tectam.* mallim tamen *textam.* Paulinus Epiſt. 2. ad Auſonium,

Nigrantesque caſas & texta mapalia culmo.
ita & ibi veterrimus codex. Noſter nihilominus lib. VIII. de caſa, *ſtipulis & canâ tecta paluſtri.* Faſt. lib. III.

Quæ nunc are vides, ſtipula tunc tecta videres.
ubi *texta* locum habere non poteſt. *Idem.*

449. *Anus.*] Videtur hæc eſſe Baubo Arnobii lib. 5. Nicandro tamen in Theriacis v. 488. Μετάνειρα. Ovidio ſuſe narranti hanc fab. 4. Faſtorum *Melanira* vocatur. Miſmam appellat Ant. Liberalis 24. fab. ut & filium nominat Aſcalabum; quæ tamen vox ſonat Græce ſtellionem. Namque interpres Nicandri puerum vocat Abantem. *Lymphamque.*] Κυκεῶνα Nicandro, quod Cicero de Oratore *cinnum* vertit. id autem conficitur ex polenta, id eſt, farina hordeacea, melle, aqua, caſeo, temperata. adi Turnebum 13. lib. Adverſ. cap. 8. *Dulce* itaque ponitur abſolute.

450. *Toſtâ quod coxerat ante polentâ.*] *Toſta polenta* cum melioribus. quod & alii jam monuerunt. niſi mavis, *toſta polenta.* Heinſius.

455. *Combibit os maculas.*] Contrahit. R. *Quæ modo brachia geſſit.*] Quæ ex tribus ſcriptis. *Heinſ.*

459. *Tan-*

Mirantem, flentemque, & tangere monſtra parantem
Fugit anum: latebramque petit: aptumque colori
Nomen habet, variis ſtellatus corpora guttis.
Quas Dea per terras, & quas erraverit undas,
Dicere longa mora eſt. Quærenti defuit orbis.
Sicaniam repetit. dumque omnia luſtrat eundo;
Venit & ad Cyanen: ea, ni mutata fuiſſet,
Omnia narraſſet. ſed & os & lingua volenti
Dicere non aderant: nec, quo loqueretur, habebat.
Signa tamen manifeſta dedit: notamque parenti
Illo forte loco delapſam gurgite ſacro
Perſephones zonam ſummis oſtendit in undis.
Quam ſimul agnovit, tanquam tum denique raptam
Sciſſet, inornatos laniavit Diva capillos:
Et repetita ſuis percuſſit pectora palmis,
Nec ſcit adhuc ubi ſit: terras tamen increpat omnes;

In-

459. *Tangere monſtra parantem.*] *Parantem* ex novem præſtantioribus. & *latebramque* pro *latebraſque* ex iiſdem. *Idem.*

461. *Stellatus corpora.*] Stellarum habens corpus, & guttis infectum, quæ ſtellæ videantur. *R. Nomen.*] Stellionis ἀγάλματα ποικίλα ἐν τῷ σώματι δοκαλοῦσι. Ant. Liberal. Metam. 24. fab. animal eſt lacerto ſimile, cui tergus pictum guttis maculiſve lucentibus.

FAB. VIII. *Arg.* Quas dea, &c.] *Cum Arethuſa nympha Siciliæ fontis, qui humo preſſus ab Elide fluit, indicaviſſet Cereri à Dite raptam Proſerpinam, & illa ab Jove impetraſſet, ſi fratris nuptiis contenta non eſſet, ea lege ab inferis duceret eam, ſi nihil guſtaſſet. Quam ob cauſam cum judicium fieret, Aſcalaphus beſpes Acherontis filius ad judicium primus deſcendit, docuitque eam mali punici granum guſtaſſe. Quamobrem in avem bubonem abominandi ominis converſus eſt. Jupiter autem ex æquo Cereri fratrique tribuit, ut partem anni Proſerpina apud virum, partem autem apud matrem ageret.* L.

463. *Dicere longa mora eſt.*] Τὸ *Dicere* mox ſequitur, quare rectius unus Voſſianus, *Longa referre mora eſt.* ut Noſter ſæpe alibi. *Heinſ. Quærenti.*] Quod in avaros torqueri poteſt. *avidis natura parum eſt.* Senec. Herc. Oetæo vſ. 631. *Idem, Quærenti defuit orbis.*] Nam cum totum perluſtraſſet Ceres terrarum orbem, ubi quæreret filiam, nihil ei loci reſtabat: quare in Siciliam eſt reverſa.

465. *Cianen.*] Verſ. 411. ſupra. *Farn.*

467. *Qua loqueretur.*] *Quo* ex ſcriptis. *Heinſius.*

470. *Perſephones zonam.*] Proſerpinæ cingulum. *R. Zonam.*] Virginis & raptæ & delibatæ indicium proprium Zonam ſolutam. lege quæ habet Firmicus de ruſtico quodam, cui propter divitias Plutonis fuit nomen, raptore Proſerpinæ. qui ne prehenderetur à Cereris manu armata ipſum inſequente, vehiculum egit per medium lacum Percum, inibique periit cum virgine ſubmerſus. *Farn. Perſephones zonam.*] Redi ad tom. 1. p. 25. v. 116. Quam Colotus Theban. vocat
—— μιλήτοντα ἕστιμὸν ἱρήτον.

474. *Neſcit adhuc ubi ſit.*] *Nec ſcit* cum primo Palat. & uno Mediceo, & uno

Ingrataſque vocat, nec frugum munere dignas.
Trinacriam ante alias, in qua veſtigia damni
Repperit. ergo illic ſæva vertentia glebas
Fregit aratra manu: parilique irata colonos
Ruricolaſque boves leto dedit: arvaque juſſit
Fallere depoſitum; vitiataque femina fecit.
Fertilitas terræ latum vulgata per orbem
Caſſa jacet: primis ſegetes moriuntur in herbis:
Et modo ſol nimius, nimius modo corripit imber.
Sideraque; ventique nocent: avidæque volucres
Semina jacta legunt: lolium, tribulique fatigant
Triticeas meſſes, & inexpugnabile gramen.
Cum caput Elêis Alpheïas extulit undis:
Roranteſque comas à fronte removit ad aures:
Atque ait: O toto quæſitæ virginis orbe,
Et frugum genitrix, immenſos ſiſte labores:
Neve tibi fide violenta iraſcere terræ.
Terra nihil meruit: patuitque invita rapinæ.
Nec ſum pro patriâ ſupplex: huc hoſpita veni.
Piſa mihi patria eſt: & ab Elide ducimus ortum.
Sicaniam peregrina colo: ſed gratior omni

Hæc

mo Voſſii. niſi præſtat reponi, *Neſcia* Heinſ.

476. *Veſtigia.*] Zonam. ut modo. v. 470. *Farn.*

479. *Arvaque juſſit fallere depoſitum.*] Hoc eſt, arvis mandavit, ne ſibi credita ſemina redderent. *R.*

480. *Fallere.*] Terræ fallentis depoſitum & ſpem mentitæ ſpecies enumerat. Horat. 1. ode 3. lib. *Fundusque mendax; arbore nunc aquas culpante, nunc torrentia agros ſidera, nunc hiemes iniquas.* vide quæ nos ad Georg. Virg. 1 l. *Farn.* *Vitiataque ſemina fecit.*] *Lædit* Thuan. & pro diverſa lectione prior Erfurtanus. *Heinſ.*

482. *Sparſa jacet.*] *Falſa* quidem ex præſtantioribus. quod tamen non placet, quia præceſſerat, *Fallere depoſitum.* Arondelianus pro diverſa lectione *Caſſa jacet.* optime. Prudentius ad rem l. 11. contra Symmachum,

Semper (crede) polus variis proventibus annos
Texuit: hoc multa ditavit fruge fluentes,
Quosdam infelices aſtris damnavit iniquis,
Spe caſſâ & ſterili curam fruſtratus agreſtem.

Pluta de hac voce Remed. Amor. v. 447. *Idem.*

487. *Alpheias.*] Arethuſam fabulantur fluv. Elidis ex Peloponneſo occultis ſubter mare cuniculis lapſam rurſus emanare in Ortygia inſ. prope Syracuſas. ſupra verſ. 409. & infra 576. *F.*

494. *Piſa mihi patria eſt.*] Piſa Arcadiæ oppidum juxta quod Alpheus fluvius labitur.

498. *Me-*

Hæc mihi terra ſolo eſt. hos nunc Arethuſa penates,
Hanc habeo ſedem; quam tu, mitiſſima, ſerva.
Mota loco cur ſim, tantique per æquoris undas
Advehar Ortygiam, veniet narratibus hora
Tempeſtiva meis: cum tu curiſque levata,
Et vultûs melioris eris. mihi pervia tellus
Præbet iter: ſubterque imas ablata cavernas
Hîc caput attollo: deſuetaque ſidera cerno.
Ergo, dum Stygio ſub terris gurgite labor,
Viſa tua eſt oculis illic Proſerpina noſtris.
Illa quidem triſtis, nec adhuc interrita vultu;
Sed regina tamen, ſed opaci maxima mundi;
Sed tamen inferni pollens matrona tyranni.
Mater ad auditas ſtupuit, ceu ſaxea, voces:
Attonitæque diu ſimilis fuit. utque dolore
Pulſa gravi gravis eſt amentia; curribus auras
Exit in æthereas: ibi toto nubila vultu
Ante Jovem paſſis ſtetit invidioſa capillis.

Pro-

498. *Mota loco cur ſim.*] Arethuſa vepatrix fuit, Dianæ comes, quæ cum forte ſe in Alpheo fluvio lavaret, ita Alpheum in ſui amorem pellexit, ut ipſam retinere conatus ſit, ſed cum in Siciliam uſque fugientem Alpheus ſecutus eſſet, implorato Dianæ auxilio in fontem ſui nominis fingitur fuiſſe converſa. Quod idcirco fictum eſt, quia quæ jaciunt in Alpheum purgamenta ejici ab Arethuſa in Siciliam fere eſt obſervatum. Sunt autem multæ Arethuſæ & urbes & fontes. *R.*

499. *Ortygiam.*] Inſulam juxta Syracuſas in Sicilia, olim ponte junctam continenti, poſtea aggere. Ἄμπτυμα σημεῖον Ἀλφεῦ Κλυταὶ Συρακοσσᾶν Ἰάλῳ, Ὀρτυγία Δήμητρος Ἀρτέμιδος, cum reſpectu quodam ad alteram Ortygiam, Delon.

500. *Cum tu.*] Infra, verſ. 568. erunt opportuna illa & *molliſſima fandi tempora.* Farn.

502. *Subterque imas ablata cavernas.*] *Subterque cavas* rectius in uno Moreti. *Heinſ.*

504. *Stygio.*] Profundo certe meam lapſa eſt Arethuſa ſi ea viderit quæ Stygio in gurgite facta ſint. omnino profundo, ſi ſub mari quidam amnes, inquit Plinius lib. 2. cap. 103. odio maris ipſa ſubeunt vada, ſicut Arethuſa fons Syracuſanus, &c.

505. *Viſa tua.*] Refert Pauſanias in Atticis Cererem Argis à Pelaſgo acceptam hoſpitio, de filiæ raptu ex Chryſanthide cognoviſſe. Didymus & Tharæus in proverbiis, Hermenios indicaſſe Cereri raptum Proſerpinæ tradunt. Alii Cabarim quendam è Paro inſula. Triptolemum aut Celeum alii. *Farn.*

506. *Interrita vultu.*] *Vultus* in optimo Florentino. *Heinſius.*

511. *Dolore pulſa gravi.*] Percuſſa, affecta magno dolore.

514. *Pro-*

Proque meo veni ſupplex tibi, Jupiter, inquit,
Sanguine, proque tuo. ſi nulla eſt gratia matris;
Nata patrem moveat: neu ſit tibi cura precamur,
Vilior illius, quod noſtro eſt edita partu.
En quæſita diu tandem mihi nata reperta eſt:
Si reperire vocas, amittere certius; aut ſi
Scire ubi ſit, reperire vocas, quod rapta, feremus.
Dummodo reddat eam. neque enim prædone marito
Filia digna tua eſt; ſi jam mea filia digna eſt.
Jupiter excepit: Commune eſt pignus onuſque
Nata mihi tecum: ſed, ſi modo nomina rebus
Addere vera placet, non hoc injuria factum,
Verum amor eſt: neque erit nobis gener ille pudori.
Tu modo, Diva, velis. ut deſint cætera; quantum eſt
Eſſe Jovis fratrem! quid quod nec cætera deſunt,
Nec cedit niſi ſorte mihi? ſed tanta cupido
Si tibi diſcidii; repetat Proſerpina cælum:
Lege tamen certâ; ſi nullos contigit illic
Ore cibos. nam ſic Parcarum fœdere cautum eſt.
Dixerat. at Cereri certum eſt educere natam.
Non ita fata ſinunt. quoniam jejunia virgo
Solverat: &, cultis dum ſimplex errat in hortis,
Puniceum curvâ decerpſerat arbore pomum:
Sumtaque pallenti ſeptem de cortice grana

Preſ-

514. *Proque meo veni.*] *Venio* Bernegger. & octo aut decem alii. lib. XIII.

Omnibus inferior, quas ſuſtinet aureus æther,
Diva tamen venio. Heinſ.

516. *Nata patrem moveat.*] Proſerpina enim Jovis ex Cerere filia fuit.

519. *Si reperire vocas.*] Ac ſi diceret, hoc eſſe potius amittere, quam reperire.

522. *Si jam mea filia non eſt*] *Si jam mea filia digna eſt*, Neapol. & ſecundus Mediceus. venuſtiſſime. *Heinſius.*

534. *Jejunia ſolverat.*] Ἄνηστις Græcis dicitur, qui non eſt jejunus: hinc ἀνηστίζειν θεὰν, jejunium ſolvere & jentare. Sic jejunium ſolviſſe Proſerpinam dicit, quæ apud Inferos ſeptem grana mali punici contigerat. *Salm.*

535. *Solverat & cultis.*] *Irriguis* tres antiqui. Lege *& riguis hortis.* ita Noſter paſſim. ut lib. x. Met.

——*riguoque papaver in horto.*

lib. XIII.

——*riguo formoſior horto.*

Remed. Amor.

Ipſe potes riguo plantam deponere in horto.

Gratius Cynegetico,

At pauper rigui cuſtos Alcbandicus horti. Heinſius.

537. *Septem.*] Miſſus tamen Mercu-

Preſſerat ore ſuo. ſoluſque ex omnibus illud
Viderat Aſcalaphus : quem quondam dicitur Orphne
Inter Avernales haud ignotiſſima Nymphas,
Ex Acheronte ſuo furvis peperiſſe ſub antris.
Vidit : & indicio reditum crudelis ademit.
Ingemuit regina Erebi ; teſtemque profanam
Fecit avem : ſparſumque caput Phlegetontide lymphâ
In roſtrum, & plumas, & grandia lumina vertit.
Ille ſibi ablatus fulvis amicitur ab alis ;
Inque caput creſcit ; longoſque reflectitur ungues ;
Vixque movet natas per inertia brachia pennas :
Fœdaque fit volucris, venturi nuntia luctus,
Ignavus bubo, dirum mortalibus omen.
Hic tamen indicio pœnam linguâque videri

Com-

rius 4. Faſtor. ſcitatum, utrum Proſerpina manſiſſet jejuna, refert, *rapta tribus ſolvit jejunia granis Punica quæ lento cortice poma tegant.* Farn.

539. *Soluſque Aſcalaphus vidit.*] Aſcalaphus Acherontis ex Orphne nympha fuit filius, qui cum teſtatus eſſet Proſerpinam in Plutonis hortis ſeptem grana mali punici comediſſe, ab ipſa in bubonem peſſimi ominis avem fuit commutatus. *R. Orphne.*] Gorgyram vocat Apollodorus lib. 1. aliterque refert hanc fab. Ceres, inquit, Aſcalapho Acherontis, & Gorgyræ filio, quod in filiam ſuam teſtimonium dixiſſet, grave apud inferos ſuperimpoſuit ſaxum. *Farn.*

543. *Teſtemque profanum.*] *Profanam avem* meliores. lib. VI.

—— *teſtoque profanus*
Incubuit bubo. Heinſ.

546. *Ille ſibi ablatus.*] Hoc eſt, ſua figura ac forma ſpoliatus. *Amicitur.*] Veſtitur, cooperitur. *Fulvis amicitur ab alis.*] *in alis* plerique veteres. ut apud Virgil. *Horridus in jaculis.* apud Claudianum, *ſudare in haſtâ.* ſed cur *fulvas* alas dat buboni ? unus ex meis, *flavis, furvis* Barberin. Forte *ravis alis.* Vide quæ ad Amores l. 1. notamus. Eleg. XII. *Heinſ.*

547. *Inque caput creſcit.*] Illi in caput creſcere dicuntur, quorum caput quam reliqua membra grandius efficitur.

550. *Dirum mortalibus omen.*] Maxime vero abominatus eſt bubo, triſtis & dira avis, voce funeſtâ & gemitu, qui formidoloſa, diraſque neceſſitates & magnas moles inſtare portendit : ipſum tamen cantu & ſtridore querulo dirum facere auſpicium putant. Vide Alex. ab Alexand. lib. 5. Genial. dier. c. 12. *Post. Venturi nuncia luctus bubo.*] Ex Virgil. 4. Æneid.

Solaque culminibus ferali carmine bubo
Sæpe queri, & longas in fletum ducere voces.

FAB. IX. *Arg.* Hic tamen indicio pœnam, &c.] *Fabulam fabula* (*ut ſolet*) *eleganter annectit poëta. Nam Sirenes tres fuiſſe dicuntur Acheloi fluvii & Calliopes muſa filia, ac Proſerpinæ comites fidiſſimæ : quam quidem cum & ipſa per totum orbem terrarum quæſiſſent, nec uſquam in terris eam reperirent, Deos rogarunt, ut alatæ efficerentur, quo commodius etiam in aquis Proſerpinam inquirere poſſint. Quare ita in aves fuere converſæ, ut facies tamen virginea, voxque humana illis remaneret. Ha juxta fretum Siculum inſulas Sirenuſas habitantes tam ſuaviter canebant, ut nautas illac tranſeuntes, dum ad ſe*

petti-

Commeruiſſe poteſt. vobis, Acheloïdes, unde
Pluma pedeſque avium, cum virginis ora geratis?
An quia, cum legeret vernos Proſerpina flores,
In comitum numero miſtæ, Sirenes, eratis?
Quam poſtquam toto fruſtra quæſiſtis in orbe;
Protinus ut veſtram ſentirent æquora curam,
Poſſe ſuper fluctus alarum inſiſtere remis
Optaſtis: facileſque Deos habuiſtis, & artus
Vidiſtis veſtros ſubitis flaveſcere pennis.
Ne tamen ille canor mulcendas natus ad aures,
Tantaque dos oris linguæ deperderet uſum;
Virginei vultus, & vox humana remanſit.
At medius fratriſque ſui mœſtæque ſororis
Jupiter ex æquo volventem dividit annum.

Nunc

pellicerem, aut ſopitos ſpoliarent, atque ſubmergerent.

552. *Acheloides.*] Sirenes, filiæ Achelöi & Terpſichores. Quas ſi voluptates interpretemur, taurino ſane impetu aut flammeo impellunt, nec minus ſuavitate ſua alliciunt ad perniciem. hilaris poena, mors blanda, gaudium crudele. Manilius Epigram. 64. lib. 3. ad Sap. ver. Domini Verulamii. *Siren, ſeu Vodaras*, de adulatoribus ſunt qui interpretentur. Sabinus de liberalium artium gymnaſio, Rhetorices imprimis & poeticæ, quæ tamen ab honeſto degenerant inſtituto. quem lege, & Scalig. 5. poët. *Acheloides.*] Sirenes. Redi ad tom. 1. p. 647. v. 311.

554. *An quia.*] Aliæ ab aliis adfeuntur cauſſæ. Sed de certamine earum cum Muſis, de cantu pernicioſo, &c. multa Poëtæ, ethici, mythologi, quos uid. Faru.

555. *In comitum numero dicta Sirenes.*] *Ab ſa* meliores. Forte,

Immiſta comitum numero.

Heinſ.

557. *Protinus ut veſtram.*] *Non minus ut veſtram* cogitabam aliquando. *Idem. Protinus ut veſtram.*] Hoc eſt, ut diligenter in mari quòque poſſetis inquiretè Proſerpinam.

558. *Alarum remis.*] Alarum remigio & agitatione.

561. *Ne tamen ille canor.*] Cauſam exponit, cur totæ in aves non fuerint commutatæ Sirenes, ſed virgineos vultus retinuerint. Vide Natal. Comit. l. 7. Myth. cap. 131. *Canor natus.*] Facultas canendi ingenita & à natura data.

FAB. X. *Arg.* At medius fratriſque ſui, mœſtæque ſororis, &c.] *Juppiter, ut Cererem placaret, ita diviſit annum, ut Proſerpina partim apud virum, partim apud matrem moraretur: ergo Ceres exigit ab Arethuſa, ut ſibi originem ſuam exponat. Arethuſa Achaïdum nymipharum formoſiſſima cum ab Alpheo amne perſequeretur, cupieretque perſequentis impetum effugere, invocavit Dianam, cujus comes & æmula ſtudii fuerat, ut laboranti ferret auxilium, objectaque ea nube in conſpectum cupientis poſſet venire, tellure rupta in inſulam Ortygiam miſit per obſcurum iter, & in fontem cognominem ſibi. Arethuſam, verſam, ad ſuperos evocavit, cujus liquori, Alpheus amnis infunditur.* Lact.

564. *Maſtaque ſororis.*] *Medinſque* in priori Hamburgenſi. *Heinſ.*

Nunc Dea regnorum numen commune duorum
Cum matre eſt totidem, totidem cum conjuge menſes.
Vertitur extemplo facies & mentis & oris:
Nam, modo quæ poterat Diti quoque mœſta videri,
Læta Deæ frons eſt: ut Sol, qui tectus aquoſis
Nubibus ante fuit, victis ubi nubibus exit.
Exigit alma Ceres, natâ ſecura repertâ,
Quæ tibi cauſſa viæ: cur ſis, Arethuſa, ſacer fons.
Conticuêre undæ, quarum Dea ſuſtulit alto
Fonte caput: virideſque manu ſiccata capillos
Fluminis Elêi veteres narravit amores.
Pars ego Nympharum, quæ ſunt in Achaïde, dixit,
Una fui: nec me ſtudioſius altera ſaltus
Legit, nec poſuit ſtudioſius altera caſſes.
Sed quamvis formæ nunquam mihi fama petita eſt,
Quamvis fortis eram; formoſæ nomen habebam:
Nec mea me facies nimium laudata juvabat.
Quaque aliæ gaudere ſolent, ego ruſtica dote
Corporis erubui; crimenque placere putavi.
Laſſa revertebar (memini) Stymphalide ſilvâ.
Æſtus erat: magnumque labor geminaverat æſtum.

In

566. *Duorum regnorum.*] Et inferi & ſuperi. R.

567. *Cum matre.*] Ut per ſex menſes, quibus Sol in ſignis eſt Auſtralibus, apud maritum ſit, infra terram: ſex alios, quibus viſit Borealia ſigna, emergant, matureſcant, in horrea deportentur fruges. Vel etiam quod Luna, quæ eadem eſt quæ Proſerpina & Diana, ex æquo utrumque Hemiſphærium, ſuperius atque inferius illuſtret.

572. *Victis è nubibus exit.*] *Ubi nubibus exit* in plurimis. quod præſtat. *Heinſius. Victis è nubibus.*] Ex diſſolutis nebulis atque depulſis. Tunc enim nubes à Sole vinci dicuntur, cum reſolvuntur atque expelluntur.

572. *Natâ ſecurâ receptâ.*] *Repertâ* Cantabr. Thuan. prior Erfurt. & ſeptem alii. ſupra.

Ea quæſita diu tandem mihi nata reperta eſt.

mox, *Quæ tibi cauſſa viæ*, non *fuga* melioribus. de fuga enim nil præceſſerat. *Heinſ.*

573. *Sacer fons.*] Omnes fontes ut phis ſacri eſſe dicuntur. R.

576. *Fluminis Alphei.*] *Elei* ex melioribus. *Heinſ. Fluminis.*] Al. *Fluminis Elei.* lege dialogum Neptuni & Alphei in dialogis marinis Luciani. *Farn.*

577. *In Achaide.*] in Achaia.

583. *Ruſtica.*] Simplex, neglecto fucatæ cultu, quod aliæ ſibi honori, huic mihi crimini duxi, ut formam, qua placere poſſem, adſtruerem. *Farn.*

585. *Stymphalide.*] Stymphalus, Arcadiæ in Peloponneſo, mons eſt & urbs. *Idem.*

586. *Magnuſque labor.*] *Magnumque* ex melioribus. *Heinſ.*

588. P

Invenio ſine vortice aquas, ſine murmure euntes,
Perſpicuas imo; per quas numerabilis alte
Calculus omnis erat; quas tu vix ire putares.
Cana ſalicta dabant, nutritaque populus undâ,
Sponte ſua natas ripis declivibus umbras.
Acceſſi; primumque pedis veſtigia tinxi:
Poplite deinde tenus. neque eo contenta, recingor:
Molliaque impono ſalici velamina curvæ:
Nudaque mergor aquis. quas dum ferioque, trahoque,
Mille modis labens, excuſſaque brachia jacto;
Neſcio quod medio ſenſi ſub gurgite murmur:
Territaque infiſto propioris margine ripæ.
Quo properas, Arethuſa? ſuis Alpheus ab undis,
Quo properas? iterum rauco mihi dixerat ore.
Sicut eram, fugio ſine veſtibus. altera veſtes
Ripa meas habuit. tanto magis inſtat, & ardet:
Et quia nuda fui, ſum viſa paratior illi.
Sic ego currebam; ſic me ferus ille premebat:
Ut fugere accipitrem pennâ trepidante columbæ,
Ut ſolet accipiter trepidas agitare columbas.
Uſque ſub Orchomenon, Pſophidaque, Cyllenenque, Mæ-

511. *Perſpicuas ad humum.*] *Ad imum* nonnulli veteres cum primo Gronoviano, primo Vaticano, & ſec. Mediceo. Scribe, *Perſpicuas imo.* ſic in Halieutico, *Quæ vada ſubnatis imo viridentur ab herbis.* In ſcholio dixit Theocritus, Idyl. XXIII. Noſter alibi *gurgitis imo* lib. XI. de auribus Midæ, ut & illic ſcribendum, *Infodiuntque imo facit & dat poſſe moveri.* Idem.

598. *Propioris margine fontis.*] *Ripa* multiores. *Idem.*

599. *Alpheus.*] Tom. I. p. 47. v. 29. & p. 127. v. 141.

603. *Paratior.*] Ad vim patiendam.

604. *Trepidas urgere columbas.*] *Agitare* Cantabri & multi alii. ſic *trepidos agitare in retia cervos.* l. III. & *timidas agitare lynxas* apud Horatium lib. II. Od. XIII. Prudentius Hymno III. Cathemerin.

Exagitanſque truces aquilas
Per vaga nubila perque notos
Sidere lapſa columba fugas.

Horatius tamen de Cæſare Cleopatram perſequente,

Remis adurgens, accipiter velut
Molles columbas. Heinſ.

607. *Orchomenon.*] Urbem Arcadiæ, non procul à montibus. ſed & alia eſt cognominis in Bœotia, inter Theſpiam & Coroneam. *Forn.* *Pſophidaque.*] Eſt Pſophis variarum urbium nomen. Nam & Arcadiæ urbs eſt & Acarnaniæ, & Achajæ. Eſt & Libyæ urbs Pſophis, unde *Pſophites.* *Cyllenene* autem & *Manalon*, & *Erymanthon* Arcadiæ eſſe montes jam ſæpius diximus. *Elim* vero ejuſdem Arcadiæ Urbem. R.

Mænalioſque ſinus, gelidumque Erimanthon, & Elin
Currere ſuſtinui. nec me velocior ille.
Sed tolerare diu curſus ego viribus impar
Non poteram: longi patiens erat ille laboris.
Per tamen & campos, per opertos arbore montes,
Saxa quoque, & rupes, & qua via nulla, cucurri.
Sol erat à tergo: vidi præcedere longam
Ante pedes umbram; niſi ſi timor illa videbat.
Sed certè ſonituque pedum terrebar; & ingens
Crinales vittas afflabat anhelitus oris.
Feſſa labore fugæ, Fer opem, deprendimur, inquam,
Armigeræ, Dictynna, tuæ: cui ſæpe dediſti
Ferre tuos arcus, incluſaque tela pharêtra.
Mota Dea eſt; ſpiſſisque ferens è nubibus unam
Me ſuper injecit. luſtrat caligine tectam
Amnis; & ignarus circum cava nubila quærit.
Biſque locum, quo me Dea texerat, inſcius ambit:
Et bis, Iö Arethuſa, Iö Arethuſa, vocavit.

Quid

611. *Longi.*] Λέγεται καὶ τοιάδε ἐκ τῶν Ἀλφειὸν, ὃς ἀνὴρ ἦν Συρίτης, &c. Narrant, inquit Pauſanias in Eliacis prioribus, Alpheum fuiſſe Venatorem, amaſſe Arethuſam, & ipſam venatricem, quæ cum fugerat amantem, in inſula Ortygiæ prope Syracuſas in fontem converſam fuiſſe. Alpheum, ut ipſam ſequeretur, in amnem itidem mutatum ſubter mare meare, ac fonti illi Syracuſano miſceri. Quod ut credam verum eſſe, adducor Delphici Apollinis reſponſo. is enim Archiam Corinthium coloniam Syracuſas deducendam hortatus duxit: Θ'ρυγίη τις νῆσος ἐν ἠιόσσῃσι πόντου Τριναχίης καθύπερθεν, ἵν' Ἀλφειῷ ῥόμα ἁλὶ ζυγὲν, Μιγάδεσσι πηγαῖς Εὐρυπόρης Ἀρεθούσης. Quod ultra probatum it Pauſanias ſimili lapſu Nili, Jordanis & aliorum fl. *Farn.*

613. *Saxa quoque & rupes.*] *Saxaque per rupes* alter Hamburg. & tres alii. Barber. *ſaxa per & rupes*, ſcribe *ſaxaque per, rupeſque.* Heinſ.

619. *Armigeræ, Diana, tuæ.*] *Dictynna* octo veteres rectè. paulo ante pro *ingens anhelitus* cenſeo ſcribendum *ingens anhelitus oris.* ut lib. XI. ſub finem,

——*celeremque metu celer urget amori.*

Idem.

622. *Luſtrat.*] Occupat. Μυθολογοῦσι δὲ τὸν Ἀλφειὸν ἀπὸ Πελοποννήσου, &c. Strabo lib. 6. Fabulantur, inquit, Alpheum in Peloponneſo ortum, ſubter mare alveo ſuo infra terram uſque ad Arethuſam ductum rurſum inde in mare effluere. cujus rei argumentum proferunt: Pateram quandam apud Olympiam in Alpheum prolapſam, ad fontem Arethuſam fuiſſe delatam. tum fontem eum turbidum fieri quando Olympia boves ſacrificantur. Quam pro fabula confutat idem Strabo, ibidem. Namque oſtium Alphei manifeſto in mare exire neque ullas apparere fauces quæ amnem abſorbeant: neque fieri poſſe ut aqua dulcis maneat, ſi per mare, vel ſubter mare permeet. *Farn.*

631. *Lar*

Quid mihi tunc animi miſeræ fuit? anne quod agnæ eſt,
Siqua lupos audit circum ſtabula alta frementes?
Aut lepori, qui vepre latens hoſtilia cernit
Ora canum, nulloſque audet dare corpore motus?
Non tamen abſcedit: neque enim veſtigia cernit
Longius ulla pedum. ſervat nubemque locumque.
Occupat obſeſſos ſudor mihi frigidus artus;
Cæruleæque cadunt toto de corpore guttæ.
Quaque pedem movi, manat lacus: æque capillis
Ros cadit: & citius, quam nunc tibi fata renarro,
In laticem mutor. ſed enim cognoſcit amatas
Amnis aquas, poſitoque viri, quod ſumſerat, ore,
Vertitur in proprias, ut ſe mihi miſceat, undas.
Delia rumpit humum. cæcis ego merſa cavernis
Advehor Ortygiam: quæ me cognomine Divæ
Grata meæ ſuperas eduxit prima ſub auras.
Hac Arethuſa tenus. geminos Dea fertilis angues
Cur-

611. *Longius ulla pedum.*] *Longius ire* nonnulli veteres. quod præſtat. paulo poſt pro *manat lacus* reposui *lacus* ex plurimis veterum. *Heinſius.*

632. *Occupat obſeſſos.*] Pulchra phantaſia fingit poëta Arethuſam in aquam ſuiſſe converſam. Qui enim plus æquo ſudat, facile in aquam videtur reſolvi. *Obſeſſos artus.*] Tom. 1. p. 351. v. 20.

635. *Facta renarro.*] *Fata* ex melioribus. *Heinſ.*

637. *Poſito ore.*] Depoſita figura, ac forma virili.

639. *Cæcis.*] Fulgentius Alpheum interpretatur ἀληθείας ἐσὸς: Arethuſam, nobilitatem æquitatis. quem adi 3. lib. Alii integritatem morum incorruptam referunt. *Farn.*

640. *Advehor Ortygiam.*] Ortygia & Delos dicitur, quod in ea primum Ortygia fuerunt viſæ, ut quibuſdam placet, & inſula Siciliæ adjacens. *Cognomine divæ.*] Dianæ. nam & Delia & Ortygia a eadem inſula, Diana cognominatur.

641. *Eduxit prima.*] Malim *educit.* Heinſ.

FAB. XI. *Arg.* Hac Arethuſa tenus.] *Hactenus, inquit, Arethuſa fuit locuta; Lynci autem Scythia regis Metamorphoſin in lynca feram, eleganter cum ſuperiore fabula connectit poëta. Ceres enim recepta filia, Arethuſaque audita, Athenas advolavit, currumque à draconibus alatis vectum Triptolemo donavit: quo frumenti uſum & agriculturam mortales doceret. Is igitur cum ad Scythiam uſque perveniſſet, à Lynce Scytharum rege hoſpitio ſuſceptus, paulum abfuit quin interficeretur. Nam Lyncus cum adventus cauſam percepiſſet, Triptolemi gloria invidens eum ſomno oppreſſum aggreſſus eſt. Quare Ceres indignata Lyncum in lynca feram commutavit.* R.

642. *Dea fertilis.*] Dea fertilitatis Ceres. *Angues.*] Dracones. Claudian. 1. de raptu Proſ. *Sinuoſa draconum Membra regens; volucrique per avia nubila tractu Signant.* comparat. Scal. 5. poët.

Curribus admovit; frænisque coërcuit ora:
Et medium cæli terræque per aëra vecta est:
Atque levem currum Tritonida misit in arcem
Triptolemo; partemque rudi data semina jussit
Spargere humo, partim post tempora longa recultæ.
Jam super Europen sublimis & Asida terras
Vectus erat juvenis; Scythicas advertitur oras.
Rex ibi Lyncus erat. regis subit ille penates.
Qua veniat, caussamque viæ, nomenque rogatus,
Et Patriam, Patria est claræ mihi, dixit, Athenæ;
Triptolemus nomen. veni nec puppe per undas,
Nec pede per terras: patuit mihi pervius æther.
Dona fero Cereris; latos quæ sparsa per agros
Frugiferas messes, alimentaque mitia reddant.
Barbarus invidit: tantique ut muneris auctor
Ipse sit; hospitio recipit: somnoque gravatum
Aggreditur ferro. conantem figere pectus
Lynca Ceres fecit: rursusque per aëra misit

Mopso

644. *Vecta est.*] Rectius *fertur* in primo Gronoviano. nam *vectus erat juvenis* mox sequitur. deinde *Tritonida arcem* non *urbem* tres scripti. *Heins.*

646. *Triptolemo.*] Quem Ceres, quod cum filiam quæreret, à Celeo patre Triptolemi benigne fuisset accepta, serendi rationem docuit, eique dedit currum quem trahebant alati dracones, quo vectus mortalibus impertiret agriculturam. supra v. 419. Tzetzes in Hesiodum allegoriam fabulæ explicat. Nonn. Dionys. l. 19. *Rudi humo.*] Non antea cultæ, indomitæ. *Farn.*

648. *Europen & Asida terram.*] *Terras* ex optimo Thuaneo. & mox *Scythicas oras* non *Scythicasque* castigationes. *Heins. Asida.*] Asiam proprie dictam, Mysiam, &c. quæ primam producit. 1. Georgic. & *quo Asia circum dulcibus in flagnis rimantur prata Caystri.* & 7. Æneid. *Sonat amnis*, & *Asia longe Pulsa palus.* Asiæ vero, quæ pars quarta orbis, primam corripi volunt. 1. Æneid. *Europa atque Asia pulsus.* Farn.

651. *Causamque viæ, quæ veniat.*] Homer. Odyss. 9. v. 252.

Ἢ ξεῖνοι, τίνες ἐστέ; πόθεν
Πλωτὸν ἐπὶ νῶτα θάλασσης.

Quod & Virgil. 9. Æneid.

State, viri; quæ causa viæ.
Quive estis in armis?

660. *Rursusque per aëra jussit.*] *M* fragmentum Vossianum, Junianus, unus meus elegantì Græcismo. *Epi* Penelopes,

——*te quærere misso*
Rettuleras nato.

Propertius libro 11. Eleg. xvi.

Semper in Oceanum mittit me quæ gemmas.

Statius initio Achilleïd. *duros laxas Ægaona nexus Missa segni* ex veteri dice. Cælius lib. 1. Hist. *Celetum in Africam mittit visere locum, ubi exerci exponat.* apud Apuleium *facere missa su* ubi perperam *jussa* Colvius. Vide Av num Fab. xxii. Rutilium lib. 1. Iti

Mopſopium juvenem ſacros agitare jugales.
Finierat dictos è nobis maxima cantus.
At Nymphæ viciſſe Deas Helicona colentes
Concordi dixêre ſono. convicia victæ
Cum jacerent, Quoniam, dixit, certamine vobis
Supplicium meruiſſe parum eſt, maledictaque culpæ
Additis, & non eſt patientia libera nobis;
Ibimus in pœnas: &, qua vocat ira, ſequemur.
Rident Emathides, ſpernuntque minacia verba;
Conatæque loqui, & magno clamore protervas
Intentare manus, pennas exire per ungues
Aſpexêre ſuos, operiri brachia plumis:

Al-

verſ. 210. Maximianum initio Eleg. v. ſeinſ.

661. *Sacros jugales.*] Dracones eidem jugo ſubjectos. R. *Mopſopium.*] Athenienſem, à rege Mopſopo. Straboni l. 9. à Mopſo, Triptolemum. *Farn.*

FAB. XII. *Arg.* Finierat dictos.] *Pieri filia, nymphaarum ſententia, à Calliope Muſarum præſtantiſſima ſuperata, certarunt & nymphas, muſas ipſas convicio inſectari: quam rem quidem agre ferentes muſæ, eas in picas converterunt, qua ingenium retinuiſſe videntur loquacitatem.* R.

662. *Finierat dictos cantus.*] Imo *dictos* cum primo Palat. primo Mediceo, & decem aut undecim aliis, ne laudibus ſororis Muſa putide indulgeat. *Heinſ. Maxima.*] Calliope. ſupra v. 338.

663. *Nympha.*] Supra ad verſ. 314. *Farn.*

664. *Concordi ſono.*] Una omnium ſententia. *Convicia victæ cum facerent.*] *Jacerent* Florentinus S. Marci, Urbin. Neap. pri. Palat. ſec. Medic. pri. Regius, prior Erfurt. decem alii. utrumque recte. ſequor tamen vetuſtiores. l. xv.

——*toto Venus anxia cœlo*
Verba jacit.

deinde *dixit* non *dixi* cum præſtantioribus. *Heinſ. Convicia jacerent.*] Vide hac de re Phædrum Laurentii, Fab. 6. l. 1. v. 5. Qui pleroſque bonos auctores adducit.

667. *Non eſt patientia libera nobis.*] Ex Virgil.

——*Non eſt mora libera*
Turno.

668. *Ibimus in pœnas.*] Vos pœnis ac ſuppliciis afficiemus.

669. *Rident Pœonides.*] Mire hic turbant libri veteres. ſed ne in hoc luto diu hæreatur, antiquiores ſcripturas ſolummodo adhibebo. *Rident Athipedes* primus Mediceus. *Rident Athides* Bernegger. pri. Gronov. & nonnulli alii. quidam *Athiades* cum ſecundo Mediceo, vel *Achiades. Ridentque Athides* primus Palat. alii ex vetuſtioribus *Enipedes*, vel *Eathides* & ſimilia. Florentinus S. Marci à manu prima *Ridentemque Athides*, Scribe *Rident Emathides.* ſupra nimirum illæ ipſæ,

Vel nos Emathiis ad Pœonas uſque nivoſos
Cedamus campis.

deinde *minacia verba* non *minantia* Florent. primæ notæ. Neap. & Bernegger. qui etiam *magno & clamore* cum primo Mediceo. à multis Tò & abeſt. *Heinſ. Rident Pœonides.*] Pœonides autem eadem ratione qua mater illarum, vocantur, ut ſupra. Pœonis Euippe mater fuit.

Alteraque alterius rigido concreſcere roſtro
Ora vident, volucreſque novas accedere ſilvis.
Dumque volunt plangi; per brachia mota levatæ
Aëre pendebant nemorum convicia picæ.
Nunc quoque in alitibus facundia priſca remanſit,
Raucaque garrulitas, ſtudiumque immane loquendi.

673. *Concreſcere.*] Coaleſcere.

674. *Ora videt.*] *Vident* ex altero Erfurtano. *Heinſius.*

675. *Plangere dumque volunt.*] *Dumque volunt plangi* meliores magno numero. ſic & lib. VIII. cenſeo ſcribendum,

Plangunturque matres Calydonides Evenina.

lib. XI.

Plangitur & trepido conſtringit vincula nato.

lib. XIV.

—— *ipſa ſuis deplangitur Ardea pennis.*

apud Silium libro I. ex optimo codice, ubi de Borea agit.

Nunc ipſas alis plangit ſtridentibus Alpes.

cui ſcripturæ inſcite, ut ſolet, obloquitur Dauſqueius. *Heinſ. Plangere dumque volunt.*] Dum inquit pectora ſua manibus plangere vellent, in aëra levatæ pendere cœperunt.

676. *Nemorum convicia.*] Quæ in nemoribus convicia jactatæ non deſinunt.



Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER VI.

ARGUMENTUM.

Quo exemplo nota Dea, anum se fecit. Itaque inito cum Arachne texendi certamine, postquam utriusque tela varias transformationes repræsentavisset, ipsam in aranearn mutavit. Nihil tamen hoc Niobem movit, quo minus amissis liberis in saxum obdurescret. Quo quidem cognito, vultus Lycios rusticos in ranas à Diana versos, & Marsyam ab Apolline excoriatum, in memoriam revocavit. Cum vero ad consolandos Thebanos Reges finitima convenissent, soli defuerunt Athenienses: quoniam à Tereo Rege infestabantur. Qui deinde stuprata Philomela, in upupam transformatus fuit: quemadmodum & Philomela in luscinium, ac Progne in hirundinem. Quæ res Pandioni socero intellecta, mortem attulit. Huic in regno successit Erechtheus; è cujus filia Orithyia, Boreas Calaim procreavit & Zethen. Qui in Argonautarum numero quondam fuerunt, cum Jason, seminatis serpentis dentibus, è quibus homines armati prodierunt, & dracone sopito, vellus aureum retulit.

Dærabuerat dictis Tritonia talibus aurem;
Carminaque Aönidum, justamque probaverat iram.
Tum secum, Laudare parum est; laudemur & ipsæ:
Numina nec sperni sine pœnâ nostra sinamus.
Mæoniæque animum fatis intendit Arachnes: 5
Quam

Arg. 1. *Arg.* Præbuerat.] *Arachne Colophonia Idmonis filia, cujus mater genita Hypapis studio lanificii famam quæsierat, materna indoctrina cunctas præcellens in opere faciendo, istis diebus insolentia gloriosa magis quam mortalem decebant. Nam Minervam à qua didicerat, ad certamen provocavit. Quæ cum versa in hoc ad eam venerat, ut impetum compesceret. Quam cum sit in certamine permansurum, reversam speciem opere proposito in cerdescindit, & singula quæ sequuntur, texuerunt tela; prior quidem Minerva; Arachne.* Lact.

1. *Tritonia.*] A Tritone fl. Bœotiæ, inquit Pausanias in Bœoticis. non illo δὲ ἐς τὴν πρὸς Δεύκωνα διαφορὰν ἐπιδημήσαντα ἐκ τῆς Τριτωνίδος λίμνης. Quod tamen Mela, Lycophronis interpres, Lucanus, alii asserunt. Bœotiorum lingua τρίτων caput significare volunt. quod si ita sit convenit fab. de Minerva ex Jovis capite prognata. Apollonii scholiastes ad 4. l. ἀ τὸ τρίτη τοῖς ἀνεψιοῖς πρῶτα. Diomedes ll. 1. τρίτη μ' ἐπιδᾷ Παλλὰς Ἀθήνη. *Aurel.*] *Aurem* Berneggerianus recte. *Heins.*

5. *Arachnes.*] Arachne Lydia fuit puella Idmonis Colophonii filia, lanificii

Quam ſibi lanificæ non cedere laudibus artis
Audierat. non illa loco, nec origine gentis
Clara, ſed arte, fuit. pater huic Colophonius Idmon
Phocaïco bibulas tingebat murice lanas.
Occiderat mater: ſed & hæc de plebe, ſuoque
Æqua viro fuerat. Lydas tamen illa per urbes
Quæſierat ſtudio nomen memorabile; quamvis
Orta domo parvâ, parvis habitabat Hypæpis.
Hujus ut aſpicerent opus admirabile, ſæpe
Deſeruêre ſui Nymphæ vineta Tymoli:
Deſeruêre ſuas Nymphæ Pactolides undas.
Nec factas ſolum veſtes ſpectare juvabat;
Tum quoque, cum fierent, tantus decor affuit arti.
Sive rudem primos lanam glomerabat in orbes:
Seu digitis ſubigebat opus; repetitaque longo
Vellera mollibat nebulas æquantia tractu;
Sive levi teretem verſabat pollice fuſum;
Seu pingebat acu; ſcires à Pallade doctam.
Quod tamen ipſa negat: tantâque offenſa magiſtrâ,
Certet, ait, mecum; nihil eſt quod victa recuſem.
Pallas anum ſimulat: falſosque in tempora canos

Ad-

cii peritiſſima. ℟. *Maoniaque.*] Mæonia ſeu Lydia. *Farn.*

7. *Non illa loco, nec origine.*] Diſtinguenda hic *locus* & *origo gentis*. *Locus* ſæpe eſt genus, parentes, avi. Hinc quempiam *claro*, *& nobili loco ortum* dicimus. Gens totius familiæ ſive ſtemmatis eſt. Priori reſpondet, quod ſtatim de patre & matre ſubjicit: poſteriori, quod ait, *orta domo parva*: domus enim eſt gens & familia. *Pont.*

8. *Colophonius Idmon.*] Colophon Lydiæ urbs eſt, Apollinis oraculo clara.

9. *Murice.*] Eſt enim murex piſcis, ex cujus ſanguine purpureus conficitur color. ℟. *Phocaico.*] Phocæa purpura claruit.

11. *Æqua.*] Par & æqualis. ℟. *Lydias* Legendum *Lydas per urbes*, quod in Lydiæ, prior ubique longa ponatur, apud Horatium, Virgilium, &c. *Micyll.*

13. *Hypæpis*] Oppidulo Lydiæ in deſcenſu Tmoli montis ad Cayſtri pratum.

15. *Tymoli.*] Tmoli montis Lydiæ.

16. *Pactolides.*] Pactolus Lydiæ fl. auriferi eſt.

18. *Tunc quoque cum fierent, tantus decor adfuit arti.*] Verſus hic ſuperiori rectius præponatur. Nam *Non factas veſtes* pro *Nec* in multis ſcriptis. *Heinſ.*

19. *Sive rudem.*] Lanificii opera ſingularia habuiſti, &c. l. 4. vſ. 35. *Farn.*

20. *Digitis ſubigebat opus.*] Virgilius, —— *ſubigunque in cote ſecures.* ſic dicimus, ſubigere navem conto.

26. *Falſos canos.*] Penelop. Ulyſſ. *Sive Menœtiadem falſis cecidiſſe ſub armis.* Et Metam. 13. 1. *Acœrides ſub imagine tutus Achillis, Achilles ſimulatus.* Sen. Troad.

Addit, & infirmos baculo quoque ſuſtinet artus.
Tum ſic orſa loqui: Non omnia grandior ætas,
Quæ fugiamus, habet. ſeris venit uſus ab annis.
Conſilium ne ſperne meum. tibi fama petatur
Inter mortales faciendæ maxima lanæ.
Cede Deæ: veniamque tuis temeraria dictis
Supplice voce roga. veniam dabit illa roganti.
Aſpicit hanc torvis, inceptaque fila relinquit;
Vixque manum retinens, confeſſaque vultibus iram,
Talibus obſcuram reſecuta eſt Pallada dictis:
Mentis inops, longâque venis confecta ſenectâ:
Et nimium vixiſſe diu nocet. audiat iſtas,
Si qua tibi nurus eſt, ſi qua eſt tibi filia, voces.
Conſilii ſatis eſt in me mihi. neve monendo
Profeciſſe putes; eadem ſententia nobis.

Cut

Troad. v. 447. Sic & Pallas anum ſimulabat, additis falſis canis.

27. *Infirmos baculo ſuſtinet artus.*] Sic de Ulyſſe. *Mendico ſimilis graditur, curvoſque tremenſque Innixus baculo membra caduca levat.* Homer. Oedyſſ. ξ. Senec. Herc. fur. *Iners ſenectus adjuvat baculo gradum.* Et in Oedip. v. 657. —— *Repetet certus via* —— *Baculo ſemili triſte præcanus iter.* De Ulyſſe mendico videndus Lucian. Diog. & Timon.

28. *Non omnia.*] Expreſſus hic locus ex Euripide in Phœniſſis, ubi Iocaſta filium Eteoclem ab ambitioſa dehortatur injuria. Ὦ τέκνον οὐχ ἅπαντα τῷ γέρᾳ καλὰ Ἐτεόκλεες προσίζει· ἀλλ' ἡ ἀπειρία Ἔχει τι λίξας τῶν νέων σοφώτερον.

29. *Seris venit uſus ab annis.*] Sic de Alexandro, Amyntæ filio, Herodot. 5. Νέῳ ἐὼν, καὶ παιδὸς ἀπαθὴς. Θυμῶν δὲ ὀρθότατα ἔχει πολυπράγμονα ἔξεις, Κύφε, ἔχων θυμὸν πολλὰ ἀτέλεστα νοεῖ. ἀτελὴς παῖς.

31. *Facienda maxima lanæ.*] Hinc latificium. multi tamen ex antiquis codicibus *facienda tela.* Heinſius.

32. *Cede Deæ.*] Ne contendas cum Dea. R. *Cede dea.*] Ἐπεὶ τόγε λαοδμᾶς θεὸς, ἰχθρὰ σοφία. καὶ τὸ παυχᾶσθαι παρὰ παιδὸν μανίαισιν ὑποφίνει. Pindarus 9. Olymp.

34. *Inceptaque fila relinquit.*] *Remiſit* Lovan. & unus ex Baſileenſibus. lib. 11. Faſt.

Deſinit in lacrymas, inceptaque fila remiſit.

Epiſtola Herus,

Stamina de digitis cecidere ſopore remiſſis.

Tibullus lib. 1. Eleg. 111.

At circa gravibus penſis adfixa puella
Paulatim ſomno feſſa remittere opus.

libro tamen Artis 11.

—— *inceptum dextra relinquit opus.*

Idem.

35. *Vixque manus retinens.*] A vi inferenda & verberanda Dea.

36. *Reſecuta eſt.*] Proſecura eſt, ac reſpondit. R. *Obſcuram.*] Diſſimulantem ſe, & alieno ſchemate latentem. vide quæ ad verſ. 562. lib. 12.

37. *Mentis.*] Turnus Virgilianus: *ſed te victa ſitu, verique effeta ſenectus, O macer, curis nequiquam exercet.* 7. Æn. vſ. 440. Form

45. *Myrdo*

Digitized by Google

Cur non ipſa venit; cur hæc certamina vitat?
Tum Dea, Venit, ait; formamque removit anilem;
Palladaque exhibuit. venerantur numina Nymphæ.
Mygdonideſque nurus. ſola eſt non territa virgo.
Sed tamen erubuit; ſubituſque invita notavit
Ora rubor: rurſusque evanuit. ut ſolet aër
Purpureus fieri, cum primum Aurora movetur;
Et breve poſt tempus candeſcere Solis ab ictu.
Perſtat in incepto, ſtolidæque cupidine palmæ
In ſua fata ruit. neque enim Jove nata recuſat:
Nec monet ulterius: nec jam certamina differt.
Haud mora; conſtituunt diverſis partibus ambæ,
Et gracili geminas intendunt ſtamine telas.
Tela jugo vincta eſt: ſtamen ſecernit arundo:
Inſeritur medium radiis ſubtemen acutis;
Quod digiti expediunt, atque inter ſtamina ductum
Percuſſo feriunt inſecti pectine dentes.

Utra-

45. *Mygdonideſque.*] E Phrygia, utpote vicina, multæ convenerant mulieres, ut Arachnes opera ſpectarent, quæ omnes præter unam Arachnen, veneratæ ſunt Deam. R. *Interrita.*] Venerationis ac reverentiæ ſignificationem nullam dedit Arachne. *Pont. Interrita virgo.*] *Non territa* meliores. mox ſcribe *notavit ora pudor* pro *rubor.* nam *erubuit* præceſſerat paulo ante. *Heinſ.*

46. *Sed tamen.*] Non ita pudorem & verecundiam decoxerat penitus, quin rubor vel invitæ offuſus fuerit. vide quæ ad 3. lib. vſ. 182. & Macrob. l. 2. c. 11. Saturn. *Farn.*

49. *Candeſcere ſolis ab ortu.*] *Ab ictu* pri. & ſecundus Palatini, Urbin. prim. Reg. prim. Moret. prim. Gronov. prim. Vatican. aliique quamplurimi. rectè. Adeantur quæ notamus lib. v. verſ. 389. *Heinſ.*

52. *Conſiſtunt diverſis partibus ambæ.*] *Conſtituunt* telas videlicet, ex caſtigatoribus. pro *jugo juncta* Neap. Urbin. Bernegger. *vincta.* Idem.

55. *Secernit.*] Dividit, diſtinguit. R. *Jugo.*] Transverſæ perticæ, cui telæ ſtamen alligatur & involvitur: ſequiturque accuratiſſimæ telæ texendæ hypotypoſis. *Farn.*

56. *Subtegmen.*] Id eſt, quod ſtamini inſeritur, quod etiam trama vocatur. *Radiis acutis.*] Radius inſtrumentum eſt, quo textores ſubtegmen inſerunt ſtamini.

57. *Atque inter ſtamina ductum.*] Periphraſis eſt ſubtegminis. Id enim dentibus pectinis inculcatur. R.

58. *Percuſſo feriunt inſerti pectine dentes.*] *Inſecti* rectè plurimi ex antiquis. Tò *feriunt* eſt in optimo Florentino deletâ penitus veteri ſcripturâ in optimo Thuaneo, Cantabr. & tribus aliis, *quatiunt.* quomodo & prior ſirſuntanus pro diverſa lectione. Putabam aliquando *paverant*, vel *pavunt.* quomodo *pavire ſolum* dicebant, hinc & *pavimentum.* Nunc nil muto. Varro lib. IV. de L. L. *Stamen ſtando, quod eo ſtat omne in tela velamentum. Subtemen, quod ſubit ſtamini. Trama, quod trames. Phrygium id genus veſtimenti. Denſum, à dentibus pectinis, quibus*

Utraque festinant: cinctæque ad pectora vestes
Brachia docta movent, studio fallente laborem.
Illic & Tyrium quæ purpura sensit aënum
Texitur, & tenues parvi discriminis umbræ:
Qualis ab imbre solet percussis solibus arcus
Inficere ingenti longum curvamine cælum:
In quo diversi niteant cum mille colores,
Transitus ipse tamen spectantia lumina fallit.
Usque adeo quod tangit idem est: tamen ultima distant.
Illic & lentum filis immittitur aurum,
Et vetus in telâ deducitur argumentum.
Cecropiâ Pallas scopulum Mavortis in arce

Pin-

quibus feritur. ferium quoque Seneca in Epistolis agnoscit producto hoc ipso loco. apud eundem *insecti*. ut jam scribendum monuimus. *Percutere* verbum textorium, ut in illo Juvenalis Sat. 11.

Et male percussas textoris pectine Galli.

de lacernis. Lucanus libro 2.

Candida Sidonio perlucent pectora filo,
Quod Nilotis acus percussum pectine Serum

Solvit, & extenso laxavit stamina velo.

ita præstantissimus codex Vossianæ bibliothecæ. nam in vulgatis exemplaribus *compressum pectine* legitur. *Heinsius.*

59. *Utraque festinat.*] *Festinant* bene Florent. Neap. pri. Vatic. sec. Medic. & octo alii. *Idem.*

61. *Sensit abenum.*] Multi ex vetustioribus *sentit*, mox *percussis solibus arcus non percussus* castigatiores. pro *arcus* unus Basil. *Iris.* Idem.

62. *Tenues parvi.*] Apte appositeque. ex arte & ratione Physica atque Optica. *Umbræ*, inquit, gradatim per colorum levia discrimina declinantes, faciunt ut imagines surgere & extare videantur: non secus ac radii Solis in roridam cavamque nubem se fundentes refracti-que fallunt visum varioque repræsentant Iridis colores. *Fern.*

64. *Longum cælum.*] Longum æris jugerum.

66. *Transitus.*] Unius, inquit, coloris ad alium transitus, oculos decipit: quia cum sint diversi, iidem tamen esse videntur.

69. *Vetus argumentum.*] Antiqua fabula. *Deducitur.*] Effingitur. R.

FAB. IV. *Arg.* Cecropia Pallas, &c.] *Minerva tela sua intexuit contentionem de urbe Athenarum inter se & Neptunum habitam, qui lacu falso in arce adito, sibi eam possessionem vendicabat, ipsa autem olivæ à se arbore inventa. Item, Rhodopen Treiciam & Hæmum, qui pari insania & amore conjugi Jovis ac Junonis abusi erant nominibus, & ob id in montes transfigurati. Pygmæa quoque casum addit, qua à Junone in gruem versa est. Item, Antigonem Laomedontis filiam, quam, quod cum Jove coisset ob admissum facinus Juno transfiguravit in ciconiam. Cynara præterea regis Assyriorum filias ob insolentiam ab eadem dea in gradum templi seu lapidem mutatas. Per quæ exempla frangi illa posse, doque Minerva nomine centior fieri, suumque operi suo arborem suam olivam imposuit.* Lact.

70. *Cecropia arce.*] Athenienſi, à Cecrope Athenarum rege. R. *Scopulum.*] Collem Martis, Areopagum, in quo causam dixerat Mars apud 12. Deos judices de cæde Halirrhotii, accusante patre Neptuno.

71. *An-*

Pingit, & antiquam de terræ nomine litem.
Bis ſex cæleſtes medio Jove ſedibus altis
Auguſtâ gravitate ſedent. ſua quemque Deorum
Inſcribit facies. Jovis eſt regalis imago.
Stare Deum pelagi, longoque ferire tridente
Aſpera ſaxa facit, medioque è vulnere ſaxi
Exſiluiſſe ferum; quo pignore vindicet urbem.
At ſibi dat clypeum, dat acutæ cuſpidis haſtam:
Dat galeam capiti: defenditur ægide pectus.
Percuſſamque ſuâ ſimulat de cuſpide terram
Prodere cum baccis fœtum canentis olivæ:
Mirarique Deos. operi victoria finis.

Ut

71. *Antiquam.*] Lib. 2. vſ. 386.

72. *Bis ſex.*] Lib. 1. vſ. 171. *Farn.*

73. *Auguſta gravitate.*] Sacra majeſtate. *Sua quemque deorum inſcribit.*] Hoc eſt, unuſquiſque deorum propriâ effingitur figura. *R. Sedent.*] Sedebant decem; ſtabat Neptunus vſ. ſeq. & Pallas, utpote quorum agebatur cauſa. *Farn.*

75. *Stare Deum pelagi.*] *Nare* codex unus ex Leidenſibus pro diverſa lectione. non male. *Heinſius.*

77. *Exſiluiſſe ferum.*] *Ferum* plerique veteres. ut de equo intelligatur. quod & alii jam monuerunt. ſic apud Virgil.

——haſtam
In latus inque feri curvam compagibus alvum
Contorſit.

neque aliter paſſim auctores. *Idem. Ferum.*] Equum. *R. Fretum.*] Ita leg. eruditiores, moti antiquitate Varronis, enatam in Athenarum arce olivam, ſed & emanantem mox aquarum ſcaturiginem ſcribentis, conſultum itaque oraculum Cecrope tum regnante, reſponſum ſpectare hæc oſtenta ad contentionem Neptuni & Palladis de nomine & tutela urbis, viciſſe Minervam in ſuffragiis uno fœminarum calculo, &c. quod confirmant ſtatuæ duæ, de quibus Pauſanias in Atticis in hæc verba: Πεποίηται δὲ καὶ τὸ φυτὸν τῆς ἐλαίας ἀθηνᾶ καὶ ποσειδῶν. Vide & Plutarchum in Themiſtocle, & Statium Thebaid. 12. *Ubi ingens Iis ſuperum: dubiis donec nova ſurgeret arbor Rupibus, & longa refugum mare frangeret umbra.* Qui *ferum* hic legunt, gemino tibicine ſententiam ſtaturninant ex Virgilio: altero in 2. Æneid. ubi equum duratæum appellat *ferum*: *inque feri curvam compagibus alvum contorſit.* altera in 1. Georgic. *Tuque ô cui frementem Fudit equum tellus magno percuſſa tridenti Neptune.* quod in Thracia factum aſſerit Joan. Bapt. Egnatius cap. 8. *Farn. Vindicet.*] Suam eſſe.

78. *At ſibi dat clypeum.*] Pallas ita ſeipſam in tela effingit, ut & clypeo & ægide & haſta & galea armata videatur.

80. *Simulat, &c.*] Horat. *& ſontaſſe cupreſſum ſcis ſimulare.* Pont.

81. *Edere cum baccis.*] *Prodere* Bernegger. excerpta Calandræ, pri. Medic. & decem alii. bene dictum alibi. *Heinſius. Cum baccis.*] Baccæ fructus proprie dicuntur olivæ, & ſimilium arborum, qui & exigui ſunt & rari, ac à ſe invicem ſeparati naſcuntur.

82. *Operis finis.*] *Operi* tertius Medic. ſecundus Moreti, & unus meus. ſic infra paulo poſt *operique ſuâ facit arbore finem* Berneggerianus. *Heinſius. Operis.*] Opus clauſit oliva, pacis ſymbolum, in ſuffragiis victoria. 101. vſ. *Farn.*

86. Bri-

It tamen exemplis intelligat æmula laudis,
Quod pretium ſperet pro tam furialibus auſis;
Quattuor in partes certamina quattuor addit
Clara colore ſuo, brevibus diſtincta ſigillis.
Threïciam Rhodopen habet angulus unus, & Hæmon;
Hunc gelidos montes, mortalia corpora quondam;
Nomina ſummorum ſibi qui tribuêre Deorum.
Altera Pygmææ fatum miſerabile matris
Pars habet. hanc Juno victam certamine juſſit
Eſſe gruem; populiſque ſuis indicere bellum.
Pingit & Antigonen auſam contendere quondam
Cum magni conſorte Jovis; quam regia Juno
In volucrem vertit: nec profuit Ilion illi,
Laomedonve pater, ſumtis quin candida pennis
Ipſa ſibi plaudat crepitante ciconia roſtro.
Qui ſupereſt ſolus Cinyran habet angulus orbum:
Iſque gradus templi natarum membra ſuarum
Amplectens, ſaxoque jacens, lacrymare videtur.
Circuit extremas oleis pacalibus oras.

Is

86. Brevibus ſigillis.] Parvis ſignis. R. *87. Threïciam.*] Æmus rex Thraciæ Rhodopen Strymonis fluv. filiam duxit. Hanc cum ille Junonem appellaſſet, illum Rhodope Jovem; in montes mutati ſunt. *Forn. Hæmum.*] *Hæmon* locum veteres. *Heinſ.*

89. Summorum deorum.] Jovis & Junonis.

90. Altera Pygmææ fatum.] In ſecundo, inquit, telæ angulo depicta erat mulier Pygmæa mulieris in gruem, quod ſibi pulchriorem, Junoni anteferre auſa fuerat. *Pygmææ matris.*] Pygmæi. Pygmæi namque ſunt populi montani Indiæ incolentes, quorum pusillimi pedes duos non excedant. Hi feminam cum gruibus bellum gerere fabulantur. Gellius lib. 9. cap. 4. R. *Altera.*] Prima matrona à popularibus ſuis Pygmæis pro numine culta, Deos præ ſe contempſit, Junonem maxime & Dianam, quarum indignatione in gruem eſt converſa, infeſtiſſimam Pygmæis hoſtem, qui illam venerati fuerant. Athenæus 9. lib. 11. cap. *Forn.*

93. Pingit.] Meliores *Pingit.* Heinſ. *Antigonen.*] Laomedontis filiam, ob ſpretam Junonis formam, mutatam in Ciconiam: cujus de natura Plin. 10. l. 23. cap. & Pierius 17. l. Hierogliph. *Forn.*

98. Qui ſupereſt ſolus Cinyran.] Cinyras Aſſyriorum rex filias habuit pulcherrimas, quæ ſe Junoni præferre auſæ fuerunt. quare indignata Juno eas in gradus templi ſui commutavit, ac patrem gradus ipſos pro filiarum corporibus amplectentem itidem in ſaxum commutavit. R. *Cinyram.*] Forte à κινύρομαι, quia ſaxo jacens lacrymare videtur, neque enim idem eſt cum Myrrhæ patre, de quo lib. 20. *Forn.*

101. Pacalibus.] Paciferis ac pacem

Is modus eſt; operique ſuâ facit arbore finem.
Mæonis eluſam deſignat imagine tauri
Europen: verum taurum, freta vera putares.
Ipſa videbatur terras ſpectare relictas,
Et comites clamare ſuas, tactumque vereri
Aſſilientis aquæ; timidaſque reducere plantas.
Fecit & Aſterien aquilâ luctante teneri:
Fecit olorinis Ledam recubare ſub alis:
Addidit, ut Satyri celatus imagine pulcram

ſignificantibus. *R.* *Circuit extremas, &c.*] Scaliger περίεργα picturæ, intelligi in margine annotarat quæ extrema, ut plurimum & margines occupare ſolent. *Heinſius.* *Circuit.*] Prætexebant limbum undique olex, pacis inſignia, ut modo vſ. 82. *Farn.*

102. *Is modus eſt.*] Sic Cicer. *Terminare, facere modum.* *Modus.*] Finis. *Sua arbore.*] Oliva.

FAB. XX. *Arg.* PICTA IN TELA ARACHNES. Mæonis eluſam deſignat imagine tauri.] *Arachne autem, ut videretur per opera reſpondiſſe ſequentia tela intexuit: Jovem in taurum verſum ob Europa amorem. Eundemque fecit in aquilam converſum, ut comprimeret Aſteriem. Eundem in olorem, ut Ledam Theſtii filiam comprimeret. Eundem in Satyrum, ut Nycteida Nictei filiam comprimeret. Eundem in Amphitryona, ut Alcmenam Electrionis filiam comprimeret. Eundem in aurum, ut Danaën Acriſii filiam comprimeret: ut Aſopidam autem, eundem in ignem. Eundem in paſtorem, ut Mnemoſynem comprimeret, & in ſerpentem, eundem, ut Deoidam. Deinde Neptuni etiam cupiditatem inſerit: ita ut doceret eum in juvencum eſſe mutatum, ut Æoli filiam ſtupraret. In annem Enipeum, ut Aloei uxorem. In arietem, ut Biſaltidem comprimeret. Item in equum, ut Cererem, & Gorgonem Meduſam, ex qua equus Pegaſus prodatur fuiſſe. & in delphinum, ut Melantho comprimeret. Apollinis præterea in eadem contentione, amovis furta intexuit, indicans, eum in accipitrem interdum converſum, interdum in leonem, aliàs in paſterem, ut Iſſen Mac filiam comprimeret. Poſt hæc, ut Liber ter quoque in uvam verſus, ut Erig comprimeret. Et Saturnus præterea ver in equum, ut Philyram Oceani filiam, quâ Chirona centaurum videtur prævi comprimeret.* Lact.

103. *Mæonis.*] Arachne Mæonia Lydia. *R.* *Mæonis.*] Arachne, ſupra 5. *Farn.*

104. *Europam.*] *Europen* duo codi *Heinſ.*

107. *Timidaſque reducere plant* Multi ex vetuſtioribus *recludere.* at mus Vatic. Mediceus unus ex optim & decem alii, *reducere.* quomodo N Urbin. Arondel. pro diverſa lecti quod verum eſt. *reducere*, ident idem ducere & retrahere. *ſubducere* dixit ſter l. v. Faſtor. in hac eadem Fab

Sæpe puellares ſubducit ab aquore p tas,
Et metuit tactus aſſilientis aqua.

idem uſus verbi *reducere* Met. XII.

——clypeoque adverſa remitto
Ter quater ora viri, capulo cava ictu pulſat. Idem.

108. *Fecit olorinis.*] Jupiter amore captus in cygnum mutatus potitus eſt, quæ ovum dicitur pepe ex quo Caſtor, Pollux & Helena or ſe finguntur. *R.* *Aquila.*] Jove a formam aſſumente, ut Aſteriem i turnicem mutatam raperet.

109. *Olorinis.*] Redi ad Tom. I. p. v. 68. 321. 22. & inprimis, p. 48 *Ledam.*] *Ledan* Cantabrig. *Heinſ*

Digitized by Google

Iupiter implerit gemino Nycteïda fœtu:
Amphitryon fuerit, cum te Tirynthia cepit;
Aureus ut Danaën, Asopida luserit igneus;
Mnemosynen pastor: varius Deoïda serpens.
Te quoque mutatum torvo, Neptune, juvenco
Virgine in Æoliâ posuit. tu visus Enipeus
Signis Aloïdas, aries Bisaltida fallis.
Ut te, flava comas, frugum mitissima mater,
Sensit equum; te sensit avem crinita colubris

Mater

111. *Nycteïda.*] Antiopem Nyctei filiam.

112. *Tirynthia.*] Alcmena Tirynthia ex urbe Argis vicina in qua nutrieba- Hercules. *Farn. Amphitryon fuerit.*] piter Alcmenæ amore captus, in Am- ryonem illius maritum conversus in ea concubuit, Herculemque ex ea cepit.

113. *Aureus ut Danaën.*] Danaë Acrisii Argivorum regis filia à Jove, in reas guttas mutato, compressa, Per- em genuisse in quarto narratur. *Lasc- nius.*] Nam Juppiter in ignem con- sus Æginam Asopi fluvii filiam com- rsit, eque ea Æacum suscepit. *R. Aegina.*] Æginam Asopi filiam. vide ex ad 621. v. l. 7. *Asopida luserit ignis.*] cusse in Neapol. & secundo Mediceo pere. Heins.

114. *Deoïda.*] Proserpinam, filiam ceris, quæ Δηὼ. Orpheo Δηὼ παμ- τροφος. *Qualis floricoma quondam po- natur in Ætna Virgineas inter choreas ida raptam Sustulit.* Ausonius epist. 4. Theonem. *Farn. Deoïda.*] Nam Deois roserpina est Cereris filia, quæ Δηὼ que à Græcis nominatur, unde fœ- inum patronymicum Deois decli- tur. Ceres autem Δηὼ appellata fuit Græci tradunt) παρὰ τὸ δῆω, quod nificat invenio. Quando enim Ceres rens filiam varia loca circuibat, nes bene illi ominantes dicebant hoc est, invenies.

116. *Æolia.*] Æoli filia, *R. Virgine.*] Æoli filia, de qua Diodorus lib. 5. *Enipeus.*] In fluvium Enipeum mutatus Neptunus ex Iphimedia Aloëi uxore genuit Othum & Ephialtem.

117. *Aries.*] Hoc de Theophane Bisaltidis filia narrat Hyginus fab. 188. *F. Bisaltida fallis.*] Apud Hyginum capite 88. legitur, cum Theophane concubuisse, unde natus est aries Chrysomallus, qui Phryxum in Colchos vexit. *Micyl.*

118. *Et te.*] *At te* rectius prior Erfurt. & tres alii. *Heinf. Frugum mitissima mater.*] Periphrasis est Cereris. *R. Et te*] Ceres ex te in equum converso, & ipsa prius in equam, peperit filium cujus nomen ἰς τὸν ἀτιλίσας effari non licet: mox & Arionа equum. Pausanias in Arcadicis.

119. *Sensit equum, te sensit equum.*] *Te sensit avem* Urbin. Neapol. & secundus Mediceus. *sensit volucrem* Florentinus optimus, prior Hamburgensis, & ex meis unus. Idem quoque Florentinus in argumento harum fabularum, *in volucrem ut Gorgona Medusam*, non *in equum volucrem* agnoscit. sed nihil videtur mutandum. nam Pegasum Neptuni & Medusæ filium nonnulli faciunt, Cereris & Neptuni Arionem. quos inter Apollodorus, qui docet Cererem in Erinnyis formam fuisse conversam cum Neptuno concumbentem. Ἅδραστον δὲ μόνον ἵππῳ διασωθῆναι Ἄρειον, τοῦτον ἐκ Ποσειδῶνος ἐγγόνους Δημήτηρ εἰκασθεῖσα Ἐρίννυϊ κατὰ τὴν συνουσίαν. sed erat Passeratius ad Elegiam XXXIV. l. II. Propertii qui *Tè Crinite colubris Mater equi volucris* ad Arionem & Cererem

Mater equi volucris: ſenſit Delphina Melantho.
Omnibus his faciemque ſuam faciemque locorum
Reddidit. eſt illic agreſtis imagine Phœbus.
Utque modo accipitris pennas, modo terga leonis
Geſſerit: ut paſtor Macareïda luſerit Iſſen.
Liber ut Erigonen falsâ deceperit uvâ:
Ut Saturnus equo geminum Chirona crearit
Ultima pars telæ, tenui circumdata limbo,
Nexilibus flores hederis habet intertextos.
Non illud Pallas, non illud carpere Livor
Poſſit opus. doluit ſucceſſu flava virago:
Et rupit pictas cæleſtia crimina veſtes.
Utque Cytoriaco radium de monte tenebat;
Ter quater Idmoniæ frontem percuſſit Arachnes.
Non tulit infelix: laqueoque animoſa ligavit
Guttura. pendentem Pallas miſeratа levavit:
Atque ita, Vive quidem, pende tamen, improba, dix
Le

refert in Erinnyos formam mutatam, cum de Meduſa & Pegaſo agat Naſo. *Heinſ. Crinita Mater.*] Meduſa Pegaſi mater l. 4. v. 786. *Farn.*

120. *Senſit Delphina Melantho.*] Melantho Deucalionis filia fuit, quam Neptunus in Delphinum converſus cognovit, ac filium nomine Delphum ſuſcepit. *R.*

122. *Agreſtis.*] Cum Admeti pavit armenta. l. 2. v. 681. *Farn.*

124. *Macareïda Iſſen.*] Macarei filiam, quam Apollo in paſtorali habitu vitiavit, ut hoc loco poëta narrat. *R.* Videtur autem Iſſa hæc fuiſſe Lesbia, Macarei filia, ejus qui Jovis & Cyrenes fuit filius, inſulamque Lesbum tenuit, cujus filiæ, & Mytilene & Methymna fuere.

125. *Liber ut Erigonen.*] Videtur de ea Erigone hîc intelligendum eſſe, quæ Icari filia fuit, & poſtea inter ſydera relata, ut ab Hygino dicitur. Nam & hujus patri Icario vitis propagationem Bacchus dedit, ipſius puellæ mortem contra ruſticos Atticos peſtilentia ul eſt. *Mycl.*

126. *Ut Saturnus.*] Ut Sat. in equ converſus ex Philyra genuit centau Chirona. *Farn. Geminum Chirona.*] C taurum, qui ab anteriore parte hom à poſteriore equus videbatur.

127. *Tenui limbo.*] Subtili faſcia. enim *limbus* faſcia altiſſima veſtis tem ambiens.

FAB. III. *Arg.* Doluit ſucc virago.] *Poſtquam Arachne ordinata cum contumelia à dea pulſata eſſet, ſe die ſe affecit. Sed in ultimo caſu pr ſtudium, quod à dea acceperat, in aran verſa eſt, ut opere inutili nullam ſu dum capere poſſet.* Lact.

131. *Cæleſtia.*] Telam Deorum gitioſa adulteria continentem.

132. *Cytoriaco.*] Buxeo. eſt enim torum mons Galatiæ, abundans bu 2. Georg.

133. *Idmonia.*] Idmonis filiæ. ſ vſ. 8. *Farn.*

134. *Animoſa ligavit guttura.*]

Digitized by Google

Lexque eadem pœnæ, ne sis secura futuri,
Dicta tuo generi, serisque nepotibus esto.
Post ea discedens succis Hecateïdos herbæ
Spargit. & extemplo tristi medicamine tactæ
Defluxêre comæ: cumque his & naris & auris.
Fitque caput minimum, toto quoque corpore parvæ.
In latere exiles digiti pro cruribus hærent.
Cætera venter habet, de quo tamen illa remittit
Stamen; & antiquas exercet aranea telas.

Lydia tota fremit: Phrygiæque per oppida facti
Rumor it, & magnum sermonibus occupat orbem.
Ante suos Niobe thalamos cognoverat illam,
Tum cum Mæoniam virgo Sipylumque colebat.
Nec tamen admonita est pœnâ popularis Arachnes
Cedere cælitibus, verbisque minoribus uti.

Multa

ligatur. ut καταφορία vitetur in li-
& velavit. pro pendentem Neap.
nempe levavit guttura. pro
tamen Cantabrig. pri. Basil. & sex
tamen. Heins.

139. Hecateïdos.] Aeoniti ab Hecate
Persæ quæ mater erat Medeæ in-
, quod alias tamen è spuma Cerbe-
dicitur. Hermol. Barbarus pu-
Ovidium hic de cicuta loqui. com-
in Dioscorid. Fornab.

140. Tristi.] Noxio. Micyl.

141. Cum comis & naris & auris.] Au-
melioribus. Scribe etiam cumque
excerpta Jureti & tres alii exhi-
& spargit pro sparsit paulo ante.

142. Fitque caput minimum, toto quo-
corpore parva est.] Tò est in multis
apparet. Scribe,
caput minimum toto quoque cor-
pore parva. Idem.

144. De quo tamen.] Lege Ulyssis Al-
di, & Antonii Tilesi araneam.
Gazzi pia Hilaria p. 21. Farn.

145. IV. Arg. Lydia.] Niobe nam-
mali filia cum ex Amphione mari-
filios, ac totidem filias genuisset,
se potius quam Latonam venerandam es-
se contendebat, prohibebatque nequis in suo
regno Latona sacrificare auderet. Qua re
indignata Latona Apollinem ac Dianam
rogavit, ne se tanta injuria affici pate-
rentur. Sumptis igitur arcubus, & sa-
gittis ad unum omnes primum Niobes fi-
lios interemerunt, quod quidem Am-
phion cum ferre non posset, seipsum in-
terfecit. Niobe vero morte filiorum indigna-
ta cum Diis maledixisset, & filias sagit-
tis confectas vidit, & ipsa in saxum quod
etiam nunc lacrymare videtur, fuit com-
mutata.

148. Ante.] Hanc Arachnen, utpote
popularem suam & civem, noverat Nio-
be, filia Tantali qui Phrygiæ & Lydiæ
imperitabat, priusquam nuberet Am-
phioni Thebarum regi.

149. Sipylumque.] Opp. Lydiæ, infra
v. 312. Farn. Mæoniam.] Lydiam. Mæo-
nia vero dicta est, à Mæone fluvio, qui
per illam fluit.

151. Cedere cælitibus.] —— Χαλεπὸν
δὲ θεοῖς ἐπιμάχεσθαι. Home. Iliad. ε. v. 178.
& v. 440. Φράζεο, Τυδείδη, καὶ χάζεο.
μηδὲ θεοῖσιν —— Ἴσ' ἐθέλων φρονέειν
ἐπεὶ οὔποτε φῦλον ὁμοῖον —— Ἀθα-
νάτων

Multa dabant animos. ſed enim nec conjugis artes,
Nec genus amborum, magnique potentia regni,
Sic placuêre illi, quamvis ea cuncta placebant,
Ut ſua progenies: & feliciſſima matrum
Dicta foret Niobe; ſi non ſibi viſa fuiſſet.
Nam fata Tireſiâ venturi præſcia Manto
Per medias fuerat, divino concita motu,
Vaticinata vias: Iſmenides, ite frequentes:
Et date Latonæ, Latonigeniſque duobus,
Cum prece thura piâ; lauroque innectite crinem.
Ore meo Latona jubet. paretur: & omnes
Thebaïdes juſſis ſua tempora frondibus ornant:
Thuraque dant ſanctis, & verba precantia, flammis
Ecce venit comitum Niobe celeberrima turbâ,
Veſtibus intexto Phrygiis ſpectabilis auro:
Et, quantum ira ſinit, formoſa: movenſque decor

C

νάτων τε θεῶν, χαμαὶ ἐρχομένων τ' ἀνθρώπων. Apollo Diomedi. *Quo ruis, ô vecors? majoraque bella capeſſis —— Mortali quam ferre datur?* Saturnia apud Silium 12. *Quid nomina contra —— Tendere fas homini?* Statius 9. Θνατὰ θνατοῖσι φέπειν. Pind. Iſthmic. *Minoribus.*] Moderationibus. infra v. 368.

152. *Animos.*] Spiritus magnos & ſuperbificos. *Conjugis.*] Arx & turres in mœnibus Thebarum, ut 178. v. infra. *Me regia Cadmi Sub domina eſt, fidibuſque mei commiſſa mariti Mœnia.* Amphionem autem, ſono teſtudinis à Mercurio ſibi donatæ, ſaxa ad Thebana mœnia extruenda traxiſſe notum eſt, vel ex Horatii epiſt. ad Piſones, *Dicitur Amphion, Thebanæ conditor arcis Saxa movere ſono teſtudinis, &c.* unde & quidam legunt hic, *artes.* Farn. *Nec conjugis arces.*] Ex codice veteri Berſmannus reponit *artes*, quod amplectimur. Haud enim nihil erat eſſe tam nobilem Muſicum: cujus paulò poſt iterum meminit Niobe: *fidibuſque mei commiſſa mariti Mœnia.* Pont. *Sed enim nec conjugis arces.*] De regno Amphionis mox agetur. quare *artes* reſcribendum. intelligit artes Amphioniæ, per quas Thebani ſunt exſtructi. neque aliter ex codibus antiquis Florentinus optimus & ſecundus Mediceus, aliis complures in priore Twiſdenii co gloſſa adſcripta, *quia citharœdus* Heinſ.

153. *Nec genus amborum.*] Nam Jove ambo ducebant genus. Amphenim Jovis ex Antiopa filius fuiſſe tur. Niobe vero Jovis ipſius neptis Tantali filia fuerit. *R.*

156. *Si non ſibi viſa fuiſſet.*] Ni quia plus æquo ſibi viſa eſt felix, infeliciſſima. *Pont.*

157. *Nam ſata Tireſiæ Manto.*] M filia fuit Tireſiæ vatis, paternæ arti ritiſſima, à qua Mantua urbs fu pellata. *R.*

158. *Divino.*] Ἐνθουσιαστικῷ. V 10. Æn. *Fatidica Manto.*

159. *Iſmenides.*] Thebanæ fœ ab Iſmeno fluv. Bœotiæ. *Farn.*

160. *Date thura.*] Sacrificate, gate. *Latonigenis duobus.*] Apolli Dianæ.

17

Digitized by Google

Cum capite immissos humerum per utrumque capillos
Constitit: utque oculos circumtulit alta superbos;
Quis furor auditos, inquit, præponere visis
Cælestes? aut cur colitur Latona per aras;
Numen adhuc sine thure meum est? mihi Tantalus auctor,
Cui licuit soli Superorum tangere mensas.
Pleiadum soror est genitrix mihi: maximus Atlas
Est avus, æthereum qui fert cervicibus axem:
Jupiter alter avus. socero quoque glorior illo.
Me gentes metuunt Phrygiæ: me regia Cadmi
Sub dominâ est: fidibusque mei commissa mariti
Mœnia cum populis à meque viroque reguntur.
In quamcunque domûs adverto lumina partem,
Immensæ spectantur opes. accedit eodem
Digna Dea facies. huc natas adjice septem,
Et totidem juvenes; & mox generosque nurusque.
Quærite nunc, habeat quam nostra superbia causam:
Nescio quoque audete satam Titanida Cæo
Lato-

171. *Cui licuit soli.*] Cui ex hominibus soli concessum fuit epulis, Deorum accumbere. *R. Cui licuit.*] Conviva deorum. μακάρεσι συνίστωρ. Gallus Anthol. *l.* ἐμοὶβαῖα θεοῖσι δίπνια παρθεν. Pindar. 1. Olymp. *Farn.*

174. *Pleiadum soror est genitrix mea.*] Plebes mater Taygeta fuit una ex Pleiadibus Atlantis filiabus. *R.*

176. *Jupiter.*] Tantali pater, & Amphionis conjugis mei. *Farn. Socero quo-que glorior illo.*] Amphion enim filius Jovis ex Antiopa.

180. *Adverti lumina.*] *Adverto* multi libri, quod placet. nisi quod *adver-tumus* à Nasone scriptum fuisse censet, sic *dextris adducor littera remis:* l. IV. Trist. hisce Græcismis Nostet. sic in Fast. l. I. v. 179. etiam emendo,

Ad primam vocem timidas advertimus aures.

advertebat. sic *præverti* passim apud bonos auctores. etiam *deverti* & *averti* dicebant. Adi Notas Amor. l. II. Eleg. VI. v. 9. *Heins.*

182. *Digna dea facies.*] *Deo* ex præstantioribus nonnulli. multi *dea.* duo *dei.* Vide quæ notamus Trist. IV. Eleg. III. v. 57. deinde PLO *& mox generosque nurusque*, libens rescribam, *& tot generosque.* Idem. *Septem.*] De numero variant autores. Io. Tzetzes dicit fuisse duodecim: quos nominat l. 4. chil. 141. Sed vide Agell. l. 20. c. 7. Nat. Com. 6. l. 13. c. Ciofan. & Hygin. fab. 9. *Farn.*

185. *Quoque modo audetis genitam Titanida Cæo.*] *Audetis satam* primus Hamburgensis & quinque alii cum Norico, nonnulli *natam. Nescio quoque audite satam* Florentinus optimus. *Nescio quomodo audetis satam* Neapol. veteri lectione erasâ, quod in primo Vaticano aliisque nonnullis admissum. tertius Mediceus, *Nescio quo-*

Latonam præferre mihi; cui maxima quondam
Exiguam ſedem parituræ terra negavit.
Nec cælo, nec humo, nec aquis Dea veſtra recepta eſt.
Exul erat mundi; donec miſerata vagantem,
Hoſpita tu terris erras, ego, dixit in undis
Inſtabilemque locum Delos dedit. illa duobus
Facta parens: uteri pars eſt hæc ſeptima noſtri.
Sum felix. quis enim neget hoc? felixque manebo.
Hoc quoque quis dubitet? tutam me copia fecit.
Major ſum, quam cui poſſit Fortuna nocere.
Multaque ut eripiat; multo mihi plura relinquet.
Exceſſêre metum mea jam bona. fingite demi
Huic aliquid populo natorum poſſe meorum;
Non tamen ad numerum redigar ſpoliata duorum
Latonæ. turbâ quo quantum diſtat ab orbâ?
Ite ſacris, properate ſacris; laurumque capillis

Ponit

qua audete genatam. alii aliter. Scribe,
Neſcio quoque audete ſatam Titanida Cœo
Latonam præferre mihi.
Neſcio quo Cœo ſatam. *Heinſ. Genitam Titanida Cœo.*] Latona filia fuit Cœi gigantis, quæ à Jove compreſſa Apollinem ſimul & Dianam concepit. quod quidem adeo ægre tuliſſe Juno dicitur, ut Pythonem immiſerit ſerpentem, qui eam per totum terrarum orbem infectaretur, nec uſquam parere permitteret. Fugiens igitur Latona ab Aſterie ſorore ſuſcepta, ſtatim Apollinem ſimul & Dianam peperit, qui & Pythonem ſerpentem ſagittis confixerunt, & inſulam in qua nati erant, immobilem reddiderunt. *Titanida.*] Neptem Titanum, à quibus gigantes originem traxere. *R.*

186. *Cui maxima.*] Jurejurando obſtrinxerat Juno terras omnes, ne parturienti Latonæ locum concederent: latuit tam ſub aquis Delos inſ. quam emergere juſſit Neptunus, & locum parturienti præbere: *oras & littora circum*
Errantem Mycone celſa Gyaroque revinxit.
Æneid. 3. Sed lege dialogum Iridis & Neptuni apud Lucianum in Dialo
marinis. quam inſ. Δῆλον dictam
lunt, quod cum diu ſub aquis latuiſ
tandem apparuiſſet. cum probabilius
ita dici, quod Græcis oriri videatur
omnia apparere faciens inter Cycla
pone Delon, quam natalem Solis &
næ fingunt fluctuare, propter variam
rum per Zodiacum motionem, orti
Sunt qui erroris inſ. cauſam trahunt
ræ motibus tribuunt. *Farn.*

191. *Illa duorum.*] *Duobus* pri
Gronovii. *Heinſius. Illa duorum.*]
φοῖβος ἰφανὲς κλυτοτας τὲς μεγάλ
ἐγὼ δὲ τόσως ζῶντας τε λαλῆτας,
ἐμψύχως, &c. Tzetzes, 4. Chil.
Farn.

194. *Hoc quoque quis dubitet.*] D
tet ex ſcriptis. *Heinſ.*

201. *Ite ſatis propere ſacris.*] L
mendoſiſſimus, qui doctiſſimum
que Gronovium Obſervat. l. IV. cap
miris modis exercuit. In Florentin
Neapol. hæc majori ex parte in mc
cubabant. pro *propere* videbatur *prop*
te fuiſſe. quomodo quartus Medicc
unus Gronovii cum Voſſiano uno.

Digitized by Google

Ponite. deponunt; infectaque ſacra relinquunt:
Quodque licet, tacito venerantur murmure numen.
Indignata Dea eſt: ſummoque in vertice Cynthi
Talibus eſt dictis geminâ cum prole locuta.
En ego veſtra parens, vobis animoſa creatis,
Et niſi Junoni, nulli ceſſura Dearum,
An Dea ſim, dubitor: perque omnia ſæcula cultis
Arceor, ô nati, niſi vos ſuccurritis, aris.
Nec dolor hic ſolus. diro convicia facto
Tantalis adjecit: voſque eſt poſtponere natis
Auſa ſuis: & me (quod in ipſam recidat) orbam
Dixit; & exhibuit linguam ſcelerata paternam.
Adjectura preces erat his Latona relatis:
Deſine, Phœbus ait, (pœnæ mora longa) querelas.
Dixit

inde *Ite ſacris* in uno meo. quomodo & prima Aldi editio. Margo Gryphianæ, *Ite ſacris procul à ſacris*. Forte, *Ite ſatis, procul ite ſacris*, vel, *properate*. niſi mavis *Ite procul, procul ite ſacris*. ut error natus ſit ex ſolenni librariorum ſupinitate, qui *Ti procul* geminare neglexerant. Cæterum huic verſui præmittendus ille, qui paulo poſt legebatur,

Latona turbâ quantum diſtabat ab orbâ.

ut jam vidit in Obſervationibus ſagaciſſimus Gronovius ex Menardi codice, qui munificentiâ viri potentiſſimi Ægidii Menagii nunc eſt meus. Neque aliter optimus Neapolitanus, & fragmentum Voſſianum. in uno Caroli Strozzæ notatum erat hunc verſum loco, quo nunc à me repoſitus eſt, eſſe collocandum. In uno Regio margini erat adſcriptus. Præterea ſcripti meliores, *qua quantum diſta. quoque quantum* Berneggerianus. Scribe *turba quo quantum diſtat ab orbâ?* quo numero, quod præceſſit proxime. *Idem.*

212. *Quod in ipſam decidat.*] *Recidat* ex caſtigatioribus. de quo verbo ad Epiſt. XIV. vſ. 46. Prudentius Apotheoſi,

Et quod tam modicum eſt, ut certa ſede locatur,
Jam titubare poteſt, & quod titubaverit, intra
Naturam vitii eſt. vitioſum denique
Decidit in pœnam.

ubi cum alii vetuſti codices, tum omnium vetuſtiſſimus Pureanus. *Reccidit* hoc eſt *Recidit*. Heinſ. *Quod.*] *Quod dii prius omen in ipſam converiant.* 2. Æn.

213. *Exhibuit linguam paternam.*] Id eſt, imitatam linguæ paternæ incontinentiam. *Pont. Paternam.*] Tantali, cui pœnas improba lingua dedit: Τάνταλε καὶ σὴ γλῶσσα διάλυσε καὶ σὸν κῦρον. Antholog. *l. 8. Farn.*

215. *Pœnæ mora longa querela eſt.*] *Querela* Urbinas ſine verbo ſubſtantivo, quod & ab aliis multis abeſt. Puto,

Deſine, Phœbus ait, (pœna mora longa) querelas.

Adeantur quæ notamus Artis lib. II. vſ. 725. paulo ante pro *Adjectura preces* unus Leidenſis *Admoniura*. Scribe *Admotura*. infra,

Admovique preces, quarum me dedecet uſus.

alterum minus placet, quia jam præceſſerat, *Tantalis adjecit*. mox pro *Contigerant* lego *Contigerunt*. nam unus Mediceus *Contingunt*. Heinſius.

Dixit idem Phœbe. celerique per aëra lapſu
Contigerant tecti Cadmeïda nubibus arcem.
Planus erat latèque patens prope mœnia campus,
Aſſiduis pulſatus equis; ubi turba rotarum,
Duraque mollierant ſubjectas ungula glebas.
Pars ibi de ſeptem gentis Amphione fortes
Conſcendunt in equos, Tyrioque rubentia fuco
Terga premunt; auroque graves moderantur habenas.
E quibus Iſmenos, qui matri farcina quondam
Prima ſuæ fuerat, dum certum flectit in orbem
Quadrupedes curſus, ſpumantiaque ora coërcet;
Hei mihi! conclamat; medioque in pectore fixus
Tela gerit, freniſque manu moriente remiſſis
In latus à dextro paulatim defluit armo.
Proximus, audito ſonitu per inane pharêtræ,
Frena dabat Sipylus: veluti cum præſcius imbris
Nube fugit visâ, pendentiaque undique rector
Carbaſa deducit, ne qua levis effluat aura.

Frena

216. *Phœbe.*] Diana, quæ eadem eſſe cum Luna dicitur.

217. *Cadmeïda arcem.*] Thebanam arcem à Cadmo extructam.

218. *Campus.*] Hippodromus. *Farn.*

219. *Aſſiduis equis.*] Aſſiduo equorum curſu.

220. *Duraque mollierat.*] *Mollierant* ex libris. mox pro *Tyrio ſucco* reponendum *ſuco*, ut recte unus Mediceus, ex meis item unus, & Jureti excerpta. de quo ad Claudian. lib. 1. in Rufin. 208. *Heinſ. Mollierat.*] In pulverem reſolverat. *R.*

222. *Rubentia Terga.*] Equorum oſtro inſtratorum, mandentiumque ſub dentibus aurum. *Farn.*

223. *Auro gravidis moderantur habenis.*] *Auro gravidas habenas* multi veterum. unus Strozzæ *gravidas auro.* Lege *gravidaſque auro*, niſi præfers *auroque graves.* quomodo Naugeriani codices & ex noſtris duo. ſic *moderarier equum frenis* Lucretio lib. v. *Heinſ.*

224. *Sarcina prima.*] Primogenitus. *Farn. E quibus Iſmenos.*] Maximus natorum Amphionis & Niobes Iſmenos fuit, ab Iſmeno, Bœotiæ fluvio, appellatus.

225. *Dum certum.*] Refert Homerus Iliad. ult. periiſſe domi omnes, ἐνὶ μεγάροισιν ὄλοντο. Tzetzes 4. Chil. 141. mares inter venandum, puellas domi Ἀπόλλων μὲν τὰς ἄῤῥενας διῆκτας κατὰ θήραν, Ἡ Ἄρτεμις ἐν οἴκῳ δὲ τὰς θήρας καθημένας. *Farn.*

226. *Quadrupedis curſus.*] *Quadrupedes* ſcripti quatuor. quod arridet. prior Frfurt. & unus Bonon. *Quadrupedes currus.* non longe à vero. & mox *in pectore fixus* pro *fixa* plurimi veteres. *Heinſius.*

231. *Sipylus.*] A Sipylo urbe cognominatus, cum ſagittæ ſtridorem audiſſet, fugere cœpit, cæterum Apollinis ſagittam vitare non potuit. *Præſcius imbres.*] *Imbris* ex Berneggeriano & primo Gronovii. *Heinſ.*

233. *Ne qua levis effluat aura.*] Malim *ne quid levis effluat aura.* Idem.

234. Frena

Frena dabat. dantem non evitabile telum
Conſequitur: ſummâque tremens cervice ſagitta
Hæſit; & exſtabat nudum de gutture ferrum.
Ille, ut erat pronus, per colla admiſſa jubaſque
Volvitur; & calido tellurem ſanguine fœdat.
Phædimus infelix, & aviti nominis hæres
Tantalus, ut ſolito finem impoſuêre labori;
Tranſierant ad opus nitidæ juvenile palæſtræ:
Et jam contulerant arcto luctantia nexu
Pectora pectoribus; cum tento concita cornu,
Sicut erant juncti, trajecit utrumque ſagitta.
Ingemuêre ſimul; ſimul incurvata dolore
Membra ſolo poſuêre: ſimul ſuprema jacentes
Lumina verſarunt, animam ſimul exhalarunt.
Aſpice Alphenor, laniataque pectora plangens
Advolat, ut gelidos complexibus allevet artus:
Inque pio cadit officio. nam Delius illi
Intima fatifero rumpit præcordia ferro.
Quod ſimul eductum, pars eſt pulmonis in hamis
Eruta: cumque animâ cruor eſt effuſus in auras.

Ad

234. *Frena tamen dantem.*] Multi ex vetuſtioribus, *Frena dabat tamen hunc.* pri. Vatic. *Frena dabat tandem.* quinque *Frena tamen dantem hunc.* Florentinus *Frena tamen tandem.* quo modo & alter Hamburgenſis. Scribe,

Frena dabat: dantem non evitabile telum
Conſequitur.

eleganter, & pro Naſoniano genio, ni fallor. *Idem.*

236. *Nudum de gutture ferrum.*] *Ferro* unus meus. Neap. *nudo de gutture ferrum.* Lege *nudo ferro.* ſic lib. III. ex antiquis membranis,

——toto deſcendit in ilia ferro.

Idem.

237. *Per crura admiſſa.*] Quomodo volvebatur per *crura admiſſa?* quare amplector *colla admiſſa* quod erat in primo Gronoviano, & ſex aut ſeptem aliis. *Idem. Per admiſſa.*] Per crura equi in curſum concitati, laxatis illi frænis *Farn.*

240. *Finem impoſuere.*] *Poſuere* duo veteres. ut *ponere modum.* mox *Tranſierunt* pro *Tranſierant* Urbin. *Heinſius. Labori.*] Agitationi equorum. *Farn.*

241. *Nitida palæſtra.*] Splendidæ propter oleum, quo ſe luctaturi perungebant.

242. *Et jam contulerant.*] Jam, inquit, luctari cœperant.

243. *Cum tento.*] Mss. noſtri & alii, *contento*, id eſt, extento. ſic infra vſ. 246. *Farn.*

249. *Evolat.*] Vetuſtiores *Advolat.* mox *rumpit* pro *rupit* cum primo Regio & uno Mediceo. *Heinſius.*

253. *Cumque.*] Virg. de Rhæto, *Purpuream vomit ille animam.* Æneid. 9. & *multo vitam cum ſanguine fundit.* ex illorum

At non intonſum ſimplex Damaſichthona vulnus
Afficit. ictus erat, qua crus eſſe incipit, & qua
Mollia nervoſus facit internodia poples.
Dumque manu tentat trahere exitiabile telum,
Altera per jugulum pennis tenus acta ſagitta eſt.
Expulit hanc ſanguis: ſeque ejaculatus in altum
Emicat, & longè terebratâ proſilit aurâ.
Ultimus Ilioneus non profectura precando
Brachia ſuſtulerat: Dique ô communiter omnes,
Dixerat, (ignarus non omnes eſſe rogandos)
Parcite. motus erat, cum jam revocabile telum
Non fuit, arcitenens. minimo tamen occidit ille
Vulnere; non altâ percuſſo corde ſagittâ.

Fama mali, populique dolor, lacrymæque ſuorum
Tam ſubitæ matrem certam fecêre ruinæ,
Mirantem potuiſſe; iraſcentemque, quod auſi
Hoc eſſent Superi, quod tantum juris haberent.
Nam pater Amphion, ferro per pectus adacto,
Finierat moriens pariter cum luce dolorem.
Heu quantum hæc Niobe Niobe diſtabat ab illâ;
Quæ modo Latoïs populum ſubmoverat aris,
Et mediam tulerat greſſus reſupina per urbem,
Invidioſa ſuis; at nunc miſeranda vel hoſti!
Corporibus gelidis incumbit: & ordine nullo

Oſcula

rum mente, qui ſanguinem animæ ſedem eſſe opinantur.

254. *Damaſitona.*] *Damaſichthona* vetuſtiores. Lege *Damaſichthona.* ut & in Ibide, *fratres ſex cum Damaſichthone caſos.* Δαμασίχθων Apollodoro eſt & Tzetzæ in Chiliadibus lib. IV. *Heinſ.*

259. *Qui ſe ejaculatus.*] *Seque ejaculatus.* ex ſcriptis. *Idem.*

266. *Non alte percuſſo corde ſagitta.*] *Non altâ* rectè Oxonienſis. *Idem.*

268. *Certam fecere.*] Admonuere, certiorem fecere.

269. *Iraſcentemque quod auſi.*] Unus Moreti & unus Palatin. *indignantemque* cum altero Twiſdenio. *Heinſ.*

274. *Latoïs.*] A Latonæ altaribus.

275. *Reſupina.*] Superba, elata;

276. *Invidioſa.*] In ſe invidiam concitans. *Vel hoſti.*] Quod quidem maxime eſt miſerandum. unde proverbium in eos qui maxima patiuntur mala à Græcis uſurpatur, τοῖς τριθῦ, hoc eſt, Niobes paſſiones. *Miſeranda.*] Ὡς καὶ παῖ ἐχθροῖς ἄξιος ὀικτρὸν τυχεῖν Sophoclis Ajax. *Vel Priamo miſeranda domus.* Diomedes. II. *Æneid.* Virg.

277. *Gelidis.*] Mortuis. *R. Corporibus gelidis incumbit.*] Totum locum & querimo-

Digitized by Google

Oſcula diſpenſat natos ſuprema per omnes.
A quibus ad cœlum liventia brachia tendens,
Paſcere, crudelis, noſtro, Latona, dolore;
Paſcere, ait; ſatiaque meo tua pectora luctu:
[Corque ferum ſatia, dixit: per funera ſeptem]
Efferor: exſulta; victrixque inimica triumpha.
Cur autem victrix? miſeræ mihi plura ſuperſunt,
Quam tibi felici. poſt tot quoque funera vinco.
Dixerat; inſonuit contento nervus ab arcu:
Qui, præter Nioben unam, conterruit omnes.
Illa malo eſt audax. ſtabant cum veſtibus atris
Ante toros fratrum demiſſo crine ſorores.
E quibus una, trahens hærentia viſcere tela,
Impoſito fratri moribunda relanguit ore.
Altera, ſolari miſeram conata parentem,
Conticuit ſubito; duplicataque vulnere cæco eſt.
[Oraque non preſſit, niſi poſtquam ſpiritus exit.]
Hæc fruſtra fugiens collabitur; illa ſorori
Immoritur: latet hæc; illam trepidare videres.

Sex-

querimoniam Niobes expendit & illuſtrat Faber Semeſtr. lib. 3. cap. 8.

282. *Corque ferum ſatia dixit.*] Cum *ea* jam præceſſerit, otioſum eſt hoc loco Tè *dixit*, quare tollatur meo periculo hic verſus, quem commenti ſunt, qui non intelligebant quantum eſſet acuminis in illo, *Efferor*. niſi mavis præcedentem tolli. alteruter certe eſt amovendus. Nam primus Palatinus pro poſteriori hunc ſubſtituebat,

Dum pars noſtra jacet, & dum per funera ſeptem.

qui in plurimis membranis exſtat. *H. Funera.*] Toties mihi viſa ſum mori, toties efferri ad funus, quoties alius atque alius filiorum interfectus eſt.

283. *Efferor.*] Mss. omnibus Her. Ciofani ſubſcribunt mei, habentque verſum geminatum ad hunc modum: *Per funera ſeptem dum pars noſtra jacet: & dum per funera ſeptem Efferor; exulta, &c.* Fam. *Efferor.*] Ad ſepulturam feror. Videbatur enim ſibi Niobe una cum filiis efferri. *Victrixque.*] Voti compos. Hinc autem ſtulta Niobes ſuperbia colligitur, quæ ne filiorum quidem morte in Deos maledicta jactare deſinat.

284. *Miſera felici.*] Antitheton elegantem maxime reddens orationem. Hæc autem idcirco Niobe furioſa jactat, quod ſeptem ei filiæ ſupererant.

286. *Dixerat, & ſonuit.*] *Inſonuit* Arondel. & unus Patavinus, omnino rectius. *Heinſius.*

289. *Demiſſo crine.*] Diſſolutis capillis, ut fieri in luctu ſolet. *R. Toros.*] Lectulos, in quibus erant ad funus compoſiti. *Farn.*

294. *Oraque compreſſit.*] *Non preſſit* cum primo Medic. Thuan. ſec. Vatic. & quatuor aliis. *exit* etiam pro *ibat* meliores. Sed & hic verſus eſt adulterinus. *Heinſius.*

301. *Orba.*]

Sexque datis leto, diverſaque vulnera paſſis,
Ultima reſtabat: quam toto corpore mater,
Totâ veſte tegens, Unam, minimamque relinque;
De multis minimam poſco, clamavit, & unam.
Dumque rogat; pro qua rogat, occidit. orba reſedit
Exanimes inter natos, nataſque, virumque:
Diriguitque malis. nullos movet aura capillos.
In vultu color eſt ſine ſanguine: lumina mœſtis
Stant immota genis: nihil eſt in imagine vivi.
Ipſa quoque interius cum duro lingua palato
Congelat, & venæ deſiſtunt poſſe moveri.
Nec flecti cervix, nec brachia reddere geſtus,
Nec pes ire poteſt. intra quoque viſcera ſaxum eſt.
Flet tamen, & validi circumdata turbine venti
In patriam rapta eſt. ibi fixa cacumine montis
Liquitur, & lacrymas etiamnum marmora manant.

Tum

301. *Orba.*] Niobe inquit Palæphatus, lapideam imaginem ſuam ſupra natorum ſuorum ſepulchrum poſuit. Notum eſt illud Agathiæ, Anthol. γ. Ὁ τύμβος ὗτος ἔνδον ἐκ ἔχει νεκρόν. Ὁ νεκρὸς ὗτος ἐκτὸς ἐκ ἔχει τάφον, Ἀλλ' αὐτὸς αὐτῷ νεκρός ἐστι καὶ τάφος. *Farn.*

303. *Diriguitque.*] Λιθωθεῖσα, petrefacta, quia ſtupefacta. τὴν δὲ Νιόβην ἔφασαν ἐνδακρυν λίθον εἶναι, Ὅτι πάντὸς αἰαίσθητος ἐκ πάθος γιγνεῖα. Πρὸς μόνον ἦν τὸ δάκρυον, Tzetzes 4. Chil. 141. *Farn.*

305. *Nihil eſt in imagine vivum.*] *Vivi* Urbinas eleganter, & pro diverſa lectione alter Erfurtanus. *Heinſ.*

306. *Lingua.*] Quæ peccarat pars, luit pœnas. ἀ ἀχάλινος Ἀφροσύνα πίπτει πολλάκις δυσχίαν. Anthol. 4. 9. *Farn.*

308. *Nec brachia reddere motus.*] *Geſtus* primus & ſec. Palat. aliique plurimi. recte. geſtus enim proprie eſt manuum. hinc geſticulatio. lib. XI. *geſtumque manus Ceycis habebat.* ubi fruſtra quidam codices *ſceptrumque*, lib. XIV. *Oraviique fugam geſtu.* non *gemitu* quod in multis veterum. Auctor Panegyrici ad Piſonem,

Seu geminare pilam juvat, aut revocare cadentem.

Et non ſperato fugientem reddere geſtu. Pont. *in tenebris numeroſos ponere geſtus*, de ſaltantibus. ubi male *greſſus* ſubſtituerant. vide quæ noto Remed. Amor. vſ. 334. *Heinſ. Nec flecti.*] Ταύτην τὴν Νιόβην καὶ αὐτὸς εἶδον ἀναβᾶν εἰς τὸν Σίπυλον. Et ut hanc Nioben viderem, inquit Pauſanias in Atticis, Sipylum montem aſcendi qui prope aſſiſtenti neque mulieris neque lugentis formam oſtentat: qui vere procul aſpexerit, mulierem lacrimantem videre ſibi videbitur. *Farn.*

311. *In patriam.*] Thebis, inquit Apollodorus lib. 3. relictis vidua jam atque orba in Sipylum ad Tantalum patrem rediit, &c.

312. *Lacrymis etiam nunc Marmora manant.*] *Lacrymas manant* Florentinus S. Marci, primus Mediceus, & unus Baſileenſis cum Norico, quem ex publica civitatis patriæ bibliotheca de-

prom-

Digitized by Google

Tum vero cuncti manifeſtam numinis iram
Fœmina virque timent: cultuque impenſius omnes
Magna gemelliparæ venerantur numina Divæ.
Utque ſit, à facto propiore priora renarrant.
E quibus unus ait: Lyciæ quoque fertilis agris
Haud impune Deam veteres ſprevêre coloni.
Res obſcura quidem eſt ignobilitate virorum;
Mira tamen. vidi præſens ſtagnumque lacumque
Prodigio notum. nam me jam grandior ævo,
Impatienſque viæ genitor deducere lectos

Juſſe-

promptum ad me miſit vir doctiſſimus Chriſtophorus Arnoldus. venuſtè. Seneca Agamemnone, ubi de Niobe,

Stat nunc Sipyli vertice ſummo
Flebile ſaxum, & adhuc lacrymas
Maſta æternum marmora manant.

ita veterrimus liber Mediceus. poſſit & legi, ut vulgatæ ſcripturæ propius accedatur,

——— *& adhuc lacrymas*
Marmora manant antiqua novas.

nam utrumque agnoſcit membrana. niſi quod *Marmora ſundunt* cum vulgatis illa. Reſpexerat haud dubie hunc Naſonis locum Seneca. Juvenalis Satyra VI. de Claudio Cæſare,

Illic ſenis tremulumque caput deſcendere
juſſit
In cœlum, & longam manantia labra
ſalivam.

ita codices vetuſti magna ex parte. Idem Juvenalis Sat. XV.

——— *cujus manantia fletum*
Ora puellares faciunt incerta capilli.

ita vetuſtus liber Voſſianus, ſic *manare poſſita mella* Horat. in Epiſt. *ſtillare, rorare* & ſimilia verba etiam cum quarto nunc, nunc cum caſu ſexto jungebant. *Heinſ. Lacrymis.*] Utrum hoc propter ſudorem, ut videtur, marmoris; ubi aër, ad ſolidum & frigidum corpus condenſatur, mox fluit ſolutus? An à rupis aut metalli vapore ſalſo? Namque, Sipylum, referente Plinio lib. 5. cap. 29. quod ante Tantalis vocabatur, caput eſt Mæoniæ, ubi nunc eſt ſtagnum ſale abundans. *Farn.*

FAB. V. *Arg.* Tunc vero, &c.] *Latona Cei filia, cum Junonis ira ob adulterium ex Jove conceptos Apollinem & Dianam parere non poſſet, & nulla eam errantem regio reciperet, neviſſime venit in Lyciam, & cum ex ardore æſtus ac longitudine viæ ſitim ſedare vellet, ab iis quæ ulvam & juncum ſecundum lacum legebant, prohibitâ eſt propius accedere. Quamobrem accenſa ira digrediens petit à Diis, ut accolæ nunquam ſtagno carerent. auditis itaque precibus ejus Jupiter agricolas in ſpeciem ranarum transfiguravit.* Lact.

315. *Gemelliparæ Divæ.*] Latonæ, quæ gemellos peperit, Apollinem & Dianam.

320. *Stagnumque lacumque.*] *Lacumque* primus Vatic. Bernegger. Cantabr. tert. & quartus è Mediceis, aliique complures. Quomodo mox *Ecce lacus medio.* nam ita Barberinianus, pro *lacu.* Niſi illic *loci medio* reponas. Nam in medio lacu aram fuiſſe vix eſt veriſimile. *Heinſius.*

321. *Prodigio notum.*] Malim *notas*, ſi Tò *lacum* non admittimus, & *grandior avi* pro *avo.* tam hic, quam Triſt. IV. Eleg. ult.

Sæpe ſuas volucres legit mihi grandior
avi.

ſic *avi maturus.* Vide infra lib. VIII. vſ. 618. *integer avi* lib. IV. vſ. 441. *Idem.*

322. *Impatienſque viæ.*] Sic paſſim boni auctores. *Savi inops animi.* Virg.

Pra-

Jusserat inde boves; gentisque illius eunti
Ipse ducem dederat. cum quo dum pascua lustro,
Ecce lacûs medio sacrorum nigra favillâ
Ara vetus stabat, tremulis circumdata cannis.
Restitit; & pavido, Faveas mihi, murmure dixit
Dux meus: & simili, Faveas, ego murmure dixi.
Naïadum, Faunine foret tamen ara rogabam,
Indigenæne Dei; cum talia reddidit hospes:
Non hac, ô juvenis, montanum numen in arâ est.
Illa suam vocat hanc, cui quondam regia Juno
Orbe interdixit: quam vix erratica Delos
Orantem accepit, tum cum levis insula nabat.
Illic, incumbens cum Palladis arbore palmæ,

Ed-

Præceps animi. Largus *lacrymarum.* Plaut. Asinar. 31. *Nullius timidus Dei:* Ovid. de Cyclope. *Ingratus salutis.* Virgil. sed Livius in abl. 1. 6. *Mitulinus nimius animis.* Ovid. in genit. *Elpenor vini nimius.*

323. *Gentisque.*] Mihi itineris ducem addit Lycium. *Farn.*

327. *Pavido murmure.*] *Paulo murmure* Florent. S. Marci, Neap. pri. Palat. sec. Mediceus, uterque Erfurt. & decem alii. quod Zinzerlingo arridebat, non mihi. Unus Mediceus, *pavio.* hinc *paulo* perperam fecerunt. lib. x.

——— *Cum mœrore functus ad aras*
Constitit, & timide, si, di, dare cuncta potestis,
Sit conjunx opto, dixit, mea.

& lib. VIII.

Concipiunt Bauciside preces timidusque Philemon.

proximo versu *Faveas ego.* non *mihi*, cum melioribus. *Heinsius.*

330. *Cum Italia rettulit hospes.*] *Cui* primus Moreti, & unus Voss. & Basil. deinde *reddidit* Bernegger. pri. Basil. & sex alii. *Idem.*

331. *Montanum numen.*] Qualis est Faunus.

333. *Orbem interdixit.*] *Orbe interdixit.* quod Naugerius in suis invenit. alterum tamen etiam Latinis auctoribus usitatum Gronovius docuit. mox *Orantem accepit* cum castigationibus, pro *Errantem.* nam *erratica Delos* sequitur. *Regia* etiam *Juno*, non *conjux* pri. Basil. Langerman. Hamburg. & decem alii. ut apud Statium Theb. VII. *nunc regia Juno queritur.* Noster ipse hoc libro supra,

——— *quam regia Juno*
In volucrem vertit.

sed lib. XIV.

Assensere Dei, nec conjux regia vultus
Immotos tenuit.

& lib. x. de Proserpina,

——— *nec regia conjux*
Sustinet orami, nec qui regit ima, negare. Heinsius.

Erratica Delos.] Quam errare, instabilemque esse idcirco poëtæ finxerunt, quia crebro terræ motu vexabatur, donec ex oraculo Apollinis desiverunt illic cadavera sepelire. R. *Orbe.*] Respice quæ ad v. 186. supra. *Farn.*

335. *Cum Palladis arbore.*] Cum oliva. Significat autem illam & palmæ & olivæ innixam peperisse. R. *Palladis.*] Ἔνθα πρῶτόν σε τὸ φοινιξ Δάφνα δ' ἱερὰς ἀνέσχε Πτόρθους Λατοῖ φίλα, Eurip. in Hecuba. Ὅτε μὲν σε θεὰ τίκτε πόντια Λατὼ ἐλαίνᾳ ῥαθυῖς χερσὶν ἐφαψαμίνη. Theognis. ἐρείσα-

μένη

Edidit invitâ geminos Latona novercâ.
Hinc quoque Junonem fugisse puerpera fertur:
Inque suo portasse sinu duo numina natos.
Jamque Chimæriferæ, cum Sol gravis ureret arva,
Finibus in Lyciæ, longo Dea fessa labore,
Sidereo siccata sitim collegit ab æstu:
Uberaque ebiberant avidi lactantia nati.
Forte lacum melioris aquæ prospexit in imis
Vallibus: agrestes illic fruticosa legebant
Vimina cum juncis, gratamque paludibus ulvam.
Accessit, positoque genu Titania terram
Pressit; ut hauriret gelidos potura liquores.
Rustica turba vetant. Dea sic affata vetantes:
Quid prohibetis aquis? usus communis aquarum.
Nec Solem proprium Natura, nec aëra fecit,
Nec tenues undas. ad publica munera veni.

Quæ

μὲν ἐκ φυτῶν, ἀλαίας καὶ φοίνικος, δι' ὧν ἀνιᾶται πάλαι. Eustath. in Homer. Il. ε. Catullus in seculari ad Dianam; Quam mater prope Deliam deportat olivam. Et mos est, ut habet Apollonii scholiastes, parturientium, proxima quæque apprehendere, ut sic dolores sublevent enixios.

338. *Inque suo portasse sinu.*] *Suos sinu* multi ex melioribus. Forte,

Inque suum portasse suos duo numina natos. Heinsius.

339. *Chimæriferæ.*] Chimæra mons est Lyciæ ignivomus à Bellerophonte habitabilis creditur. Quem fabulati sunt monstrum triforme, ut esset Πρόσθεν λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα, δεινὸν ἀναπνείουσα πυρὸς μένος. intelligerentur autem montem, cujus pars summa leonibus, media igne, ima serpentibus infestatur aut Ethice, amorem, qui cum impetu invadit, per libidinem progreditur, in fine aculeos doloris & pœnitentiæ post se relinquit, lib. 9. v. 646. *Farn. Chimæriferæ.*] Chimæras feminas, id est, captas.

341. *Ab æstu sydereo.*] A calore Solis. Nam *sydus* quamvis proprie signum ex multis stellis constans vocetur, κατ' ἐξοχὴν tamen interdum pro Sole ponitur.

343. *Forte lacum mediocris aquæ.*] *Melioris aquæ* conjeceram. quod unus Strozæ confirmat. *Heinsius. Lacum.*] Fontem Melam vocat Probus ad Virg Georg. 2. lib. & pastorem, qui prohibebat, Neoclem. *Farn.*

348. *Rustica turba vetat.*] Scribe *vetant*, cum sic exigat Τὸ *vetantes*, quod sequitur.

349. *Quid prohibetis aquas.*] *Aquis* ex Florentino S. Marci, Neapol. prim. Pal. prim. Vatican. prim. Erfurt. & septem aliis. Adi Notas Artis lib. 11. v. 335. *Idem. Quid prohibetis aquas?*] Ex Virgil. 1. Æneid.

Quod genus hoc hominum? quæve hunc tam barbara morem
Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ:
Bella cient, primaque vetant consistere terra.

Quæ tamen ut detis ſupplex peto. non ego noſtros
Abluere hîc artus, laſſataque membra parabam:
Sed relevare ſitim. caret os humore loquentis;
Et fauces arent; vixque eſt via vocis in illis.
Hauſtus aquæ mihi nectar erit: vitamque fatebor
Accepiſſe ſimul. vitam dederîtis in undâ.
Hi quoque vos moveant; qui noſtro brachia tendunt
Parva ſinu. & caſu tendebant brachia nati.
Quem non blanda Deæ potuiſſent verba movere?
Hi tamen orantem perſtant prohibere: minaſque,
Ni procul abſcedat, conviciaque inſuper addunt.
Nec ſatis hoc. ipſos etiam pedibuſque manuque
Turbavêre lacus: imoque è gurgite mollem
Huc illuc limum ſaltu movere maligno.
Diſtulit ira ſitim. neque enim jam filia Cœi
Supplicat indignis; nec dicere ſuſtinet ultra
Verba minora Dea. tollenſque ad ſidera palmas,
Æternum ſtagno, dixit, vivatis in iſto.
Eveniunt optata Deæ. juvat iſſe ſub undas;
Et modo tota cavâ ſummergere membra palude:
Nunc proferre caput; ſummo modo gurgite nare:
Sæpe ſuper ripam ſtagni conſidere: ſæpe
In gelidos reſilire lacus. & nunc quoque turpes
Litibus exercent linguas: pulſoque pudore,

Quam

357. *Simul vitam dederitis in undis.*] Poſtquam mihi vitam aquis inſtauraveritis. videtur eſſe hemiſtichion Ennii poëtæ, unde & *dederitis* verbi penultima eſt producta. *Dederitis in undis.*] *In unda* meliores. *Heinſ.*

358. *Hi quoque vos moveant.*] Infantes enim Apollinem & Dianam illis oſtendit, ut ſaltem eorum ætate moveantur.

366. *Suſtulit ira ſitim.*] *Diſtulit* cum melioribus. ſic apud Statium Theb. x.
Diſtulit ira preces. Theb. VII.
——*gaudentque in corpore capto*
Securam differre famem.
Val. Flaccus lib. v.
Diſtuleratque ſed bella thorum.
Heinſ. *Filia Cœi.*] Latona.

370. *Juvat eſſe ſub undis.*] *Undas* nus Baſil. Lego *iſſe ſub undas.* Cerre uno Mediceo *ire ſub undas.* primus M reti *ire ſub undis.* Heinſius.

373. *Super ripam ſtagni conſidere.*] R pone cum ſec. Pal. tert. Medic. & G nev. *conſidere.* Idem.

374. *Sed nunc quoque.*] Scribe & *quoque.* quomodo prior Hamburg. diverſa lectione. *Idem.*

376. Qua

Quamvis ſint ſub aquâ, ſub aquâ maledicere tentant.
Vox quoque jam rauca eſt; inflataque colla tumeſcunt:
Ipſaque dilatant patulos convicia rictus.
Terga caput tangunt; colla intercepta videntur:
Spina viret: venter, pars maxima corporis, albet:
Limoſoque novæ ſaliunt in gurgite ranæ.
Sic ubi neſcio quis Lycià de gente virorum
Rettulit exitium; Satyri reminiſcitur alter:
Quem Tritoniacâ Latöus arundine victum
Affecit pœnâ. Quid me mihi detrahis? inquit.
Ah piget: ah non eſt, clamabat, tibia tanti!
Clamanti cutis eſt ſummos derepta per artus:
Nec quicquam, niſi vulnus erat. cruor undique manat:
Detectique patent nervi: trepidæque ſine ullâ
Pelle micant venæ. ſalientia viſcera poſſis,

Et

376. *Quamvis ſint ſub aqua.*] *Sunt* ſec. Moreti. pri. Gronov. *ſtant.* Puto, *Quamvis nent ſub aquâ.* Virgil. Culice de ranis,

— *queis nantia limo*
Corpora lympha fovet.

Idem. *Sub aqua.*] Repetitio immediatarum vocum *ſub aqua, ſub aqua* ranarum coaxationem eleganter exprimit. *Farn.*

379. *Colla intercepta.*] De medio ſenſu, nam ranæ collo carent.

380. *Spina viret.*] Tergum viride eſt.

381. *Limoſo gurgite.*] *Margine* unus Mediceus. *Heinſ.*

FAB. VI. Exitium Satyri.] *Marſyas quidam Satyrus fuit, tibias inflandi adeo peritus, ut cum Apolline certare ſit auſus, quem ſuperatum, indignatus Apollo, pelle privavit. Ex ejus vero corpore tantum defluxit ſanguinis, ut à terra exceptus in fluvium fuerit commutatus, qui à Satyri nomine* Marſyas *fuit appellatus. Eſt autem Phrygia fluvius in Maandrum labens.*

383. *Rettulit exitium.*] Ita diſtingue. *Hi neſcio quis exitium narravit viro-* *Lycià de gente, ſic Arondel. Heinſ.*

384. *Latous.*] Apollo Latonæ filius. *Tritoniaca.*] Pallas & ipſa Tritonia, conſpecta in Tritonide palude oris ſui deformitate dum tibias à ſe inventas inflaret, indignata, eas abjecit. Reperit Marſyas Satyrus, earumque è ſono in tantum ſibi placuit ut ipſum Apolliqem in Muſicæ certamen provocare auſus fuerit. à quo victus eſt & excoriatus. leges certaminis, progreſſus, ſucceſſum lege apud Diodorum lib. 4. Ovid. Faſtorum 6. lib. Athen. 14. lib. 2. cap. Xenophon ἀναβάσεως α. refert Marſyam victum ab Apolline & excoriatum ἰρίζοντα οἱ περὶ σοφίας. & Tzetz. Μαρσύας ὁρὺξ φιλόσοφος εὗρεν αὐλὸς τὸ πρῶτον, &c. 1. Chil. 15. Aliter refert fab. Marſyæ Apuleius 1. Floridorum. Niſi forte tibia dici poſſit Tritonica à Tritonide palude, juxta quam Lotus materia tibiis apta, & Lothopagi. *Farn.*

385 *Quid me mihi detrahis?*] Cur mihi meam pellem deripis.

387. *Clamanti cutis eſt derepta.*] *Derepta.* monui libro III. v. 52. *Heinſ.*

390. *Micant.*] Palpitant. *Salientia viſcera.*] *Sidentia*, Cantabrig. *Heinſ.*

Digitized by Google

Et perlucentes numerare in pectore fibras.
Illum ruricolæ ſilvarum numina Fauni,
Et Satyri fratres, & tunc quoque clarus Olympus,
Et Nymphæ flêrunt: & quisquis montibus illis
Lanigeroſque greges, armentaque bucera pavit.
Fertilis immaduit, madefactaque terra caducas
Concepit lacrymas, ac venis perbibit imis.
Quas ubi fecit aquam, vacuas emiſit in auras.
Inde petens rapidum ripis declivibus æquor,
Marſya nomen habet, Phrygiæ liquidiſſimus amnis.
Talibus extemplo redit ad præſentia dictis
Vulgus; & extinctum cum ſtirpe Amphiona lugent.
Mater in invidiâ eſt. tamen hanc quoque dicitur unus
Fleſſ

391. *Fibras.*] Fibræ venulæ ſunt minores. *R.*

393. *Et tunc quoque clarus Olympus.*] Non ſatis intelligo. Florentinus S. Marci *carus*. Puto, *& tunc quoque carus, Olympo*. qui Marſyæ diſcipulus, aliis frater. *Heinſ. Olympus.*] Satyrus Marſyæ diſcipulus. Tzetzes. 1. Chil. 15. Οὗτος δ' ὁ παῖς Τ' ἄγνιδος τὸν Ὄλυμπον διδάσκει. & Ovid. 3. eleg. 2. de Ponto. Meminit & Olympi cujuſdam Diodor. lib. 4. Jovi puero præfecti, à quo eruditus & ad virtutem inſtitutus, Olympius dictus eſt. Sed & Strabo lib. 10. Σειληνόν καὶ Μαρσύαν καὶ Ὄλυμπον συνέλοιτες εἰς ἓν, καὶ ἰυρητὰς αὐλῶν ἱστοροῦντες. *Farn.*

395. *Armenta bucera.*] Hoc eſt, boves.

397. *Concepit.*] Excepit. *R. Ac venis perbibit imis.*] Venas terræ puta eſſe meatus aquarum & ſpirituum. *Pont.*

399. *Quas ubi fecit aquas.*] *Aquam* ex melioribus. *Heinſ.*

390. *Ripis declivibus.*] Pronis, atque inclinatis.

400. *Liquidiſſimus.*] Puriſſimus, limpidiſſimus. *R. Marſya.*] Iſti loco, inquit, Strabo l. 14. adſignant fabulam Olympi & Marſyæ, & certamen Marſyæ & Apollinis. Superne eſt palus calamos proferens, ad tibiarum lingulas aptos, unde fortaſſe occaſio fab. Ex hac paludi oriuntur & Marſyas fluv. & Mæander de utroque Max. Tyrius. *Farn.*

FAB. VII. *Arg.* Talibus, &c.] *Tantalus epulis Jovis cum intereſſet, & cum vellet experiri an futurâ proſpiceret, invitavit eo ad epulas, Pelopen nothum ex filiis interemit, viſceraque ejus reliquis dapibus immiſcuit. Quo pro merito puniti, miſericordia Deorum, qui convivii participes fuerant, partes viſcerum Pelopis compoſuerunt & humerus qui defuerat, effectus eſt de ebore.* Lact.

401. *Talibus exemplis.*] Scribe *exemplo*. ut optime Florentinus S. Marci, unus Strozzæ pro diverſa lectione, me *lugent* pro *luget* nonnulli. *Heinſius.*

403. *Mater.*] Niobe Tantali filia, ſi ror Pelopis, qui in luctu ob ſororem v ſtes lacerans ad planctum, vel mutat rus purpureas pullis, ut infra vſ. 50 oſtendit humerum eburneum, quc ſuppleverant Dii; quos cum excepiſ Tantalus, iiſque filiam inter alias ep las appoſuiſſet, abſtinuerunt cæteri, C res ſola ex humero decerptum edit. Pi darus 1. Ode Olymp. *Farn. Hanc tu quoque dicitur unus.*] *Tamen hoc quoq dicitur* ex primo Gronovii, Aroodel decem aliis. ni mavis, *ſi hanc quoq* Heinſ.

404. Fl

Digitized by Google

Fleſſe Pelops: humeroque ſuas ad pectora poſtquam
Deduxit veſtes, ebur oſtendiſſe ſiniſtro.
Concolor hic humerus, naſcendi tempore, dextro,
Corporeuſque fuit. manibus mox cæſa paternis
Membra ferunt junxiſſe Deos, aliiſque repertis,
Qui locus eſt juguli medius, ſummique lacerti,
Defuit. impoſitum eſt non comparentis in uſum
Partis ebur: factoque Pelops fuit integer illo.
Finitimi proceres coëunt: urbeſque propinquæ
Oravêre ſuos ire ad ſolatia reges,
Argoſque, & Sparte, Pelopeïadeſque Mycenæ,
Et nondum torvæ Calydon inviſa Dianæ,
Orcho-

404. *Fleſſe Pelops.*] Pelops enim Tantali fuit filius. *A pectore poſtquam Deduxit veſtes.*] *Ad pectora.* quomodo iactus, quem ab Ægidio Menagio habui, & fragmentum Moreti. Dictum Amor. lib. 1. El. VII. vſ. 48. malim crimen humeriſque. Heinſ.

405. *Ebur oſtendiſſe ſiniſtro.*] Elegantior codex Palatin. *Ebur oſtendiſſe ſiniſtrum.* Idem.

406. *Concolor huic humerus naſcendi tempore dextro.*] *Hic humerus* meliores. ſanitiei videlicet. *Idem.*

411. *Illo facto.*] Illo Deorum beneficio.

FAB. VIII. *Arg.* Finitimi, &c.] *Tereus rex Thracum, cum Athenas obſidione liberaſſet, accepta in uxorem Progne Pandionis regis filia, in Thraciam rediit, ubi cum jam filium ſuſcepiſſet, rogatus ab uxore, ut aut ſe Athenas deduceret, aut ſororem ad ſe Philomelam mitteret, arceſſere: profectus ipſe Philomelam quidem à patre accepit, ſed cum in Thraciam perveniſſet, non ſolum ei vim intulit, ſed linguam etiam, ne vulgare ſcelus poſſet, amputavit, ac ſuis ſtabulis mancipavit. Caterum Philomela tanta crudelitate ſtimulata, totum infortunium ſuum in velo deſcriptum ſorori indicavit. Progne vero furore accenſa Bacchi ſacra ſe celebraturam ſimulans, una cum Bacchis ad ſororem venit: eamque ſecum pampinis tectam in urbem adduxit, in cubiculoque ſuo occultavit. Perfectis vero Bacchi ſacrificiis, Progne Itym communem filium interemit: cujus carnes coctas patri appoſuit comedendas. Cum vero Tereus Itym filium inter cænandum frequenter vocaret, Philomela cubiculo exiliens, caput filii ac pedes in Tereum conjecit: qui ſtricto enſe cum ambas perſequeretur, ipſe quidem in upupam, Itys in phaſianum, Progne in hirundinem, Philomela in luſciniam converſi fuiſſe narrantur.*

414. *Argoſque.*] Argos urbs eſt clariſſima Peloponneſi, quæ variis nominibus eſt cognominata. *Et Sparta.*] Regio Laconicæ. At Strabo, urbem Lacedæmoniorum Spartam vocat. *Pelopeiadeſque Mycenæ.*] Mycenæ urbs eſt Peloponneſi, quas Pelops non condidiſſe, ſed auxiſſe fertur, unde & *Pelopeiades* vocat poëta. Vel potius Pelopidæ: hoc eſt, Poſteri Pelopis Mycenas auxerunt. *Et Pelopeiadeſque.*] Διὸ τῶν τῶν Πελοπιδῶν εἰς Μυκήνας μεθίδρυσιν, inquit Strabo lib. 8. Namque Agamemnon rerum potitus, Argolicum regnum Mycenæo adjecit: Laconicum Menelaus tenuit. *F.*

415. *Torvæ.*] Iratæ, immiſſo in Calydonios agros apro, quod Oeneus Ætoliæ rex primitias Diis obtuliſſet prætermita Diana. lib. 8. *Farn. Et nondum Calydon.*] Urbs eſt Ætoliæ, à Calydone Endymionis filio cognominata.

Orchomenoſque ferox, & nobilis ære Corinthos,
Meſſeneque ferax, Patræque, humileſque Cleonæ,
Et Nelêa Pylos, neque adhuc Pittheïa Trœzen.
Quæque urbes aliæ bimari clauduntur ab Iſthmo,

Exte-

416. *Orchomenoſque ferax.*] Recte *ferax*. nam λιπαρὰι Ορχόμενον vocavit Pindarus, Olymp. Od. XIV. ἀφνεὸς Apollonio dicitur Argonauticon tertio. hic tamen id ferri non poteſt, cum verſu proximo *Meſſene* etiam *ferax* dicatur. Veteſtiores *Orchomenoſque ferox*. quidam *Meſſeneque ferox*. Puto ſcribendum,

Orchomenoſque, Pheraque, & nobilis ære Corinthus.

vel *Pharaque*. ut à Pheris Theſſaliæ diſtinguantur. nam Stephano φαραὶ tam Meſſenes, quam Achajæ oppidum. neque aliter Herodotus. Homero φέρη. A Ptolemæo φεραὶ ad Meſſeniacum ſinum in Peloponneſo ponuntur. ſic apud Gratium de canibus,

Comparat his verſuta ſuas Athamania frandes,
Argiveſque, Pheraque & clandeſtinus Acarnan.

ita ſcribo. Vulgati nullo ſenſu, *Acyruſque*. Exaratum fuerat *Arciveſque* ſolenni librariorum lapſu, mutato *g*. in *c*. *Taygetuſque*, quod doctiſſimo amico meo videbatur, longius abit à veſtigiis membranarum, & de Spartanis ſeu Laconicis aget poſtea Gratius. Α'ρχόλεως inter nobiliores venaticas à Polluce recenſentur. Sequitur non longe poſt apud eundem Gratium,

Ad veſtram non vile genus, non patria vulgo
Sparta ſuos & Creta ſuos promittit alumnos.

Locus contaminatiſſimus. Scribe,

Par veſtro non vile genus, Nonacria, vulgo
Sparta ſuos & Creta ſuos promittit alumnos.

Nihil enim cauſæ erat, cur Gratius canes Arcadas, tantopere in venatu ab omnibus commendatos, omitteret, recenſitis aliis longe ignobilioribus, hos recte Spartanis & Cretenſibus, qui maxime vulgares, conjungit. quod & noſter in Actæonis fabula fecit. eos autem leporinæ venationi habiles fuiſſe exiſtimatos in compero eſt. Noſter Artis Am. lib. I.

Manalius lepori det ſua terga canis.

Poteſt etiam apud Gratium ſcribi,

Par veſtro non vile genus nunc, Caria, vulgo.

Cares enim Creſſarum traduces. Cretenſes non minus quam Arcadas & Argivos Oppianus commendat. At ſi vulgatæ apud Gratium ſcripturæ credendum, nec Argivos ille, nec Arcadas, nec Caras commendarit. præſtat tamen prior conjectura. *vulgus* pro canibus idem Gratius alibi quoque non ſemel dixit. Nunc ad Naſonem redeamus. *Heinſius. Orchomenoſque.*] Arcadiæ oppidum. Neque enim hic de illo Bœotiæ mentio. *L. Nobilis.*] Corintho à L. Mummio capta & incenſa, in commune fluxit quicquid erat in ſtatuis & vaſis aeri, argenti, æris. Flor. lib. 2. cap. 16. Plin. 34. lib. c. 1.

417. *Humileſque.*] Πόλισμα inter Argos & Corinthum. Strab. 8. *Parague.*] Urbs eſt Achajæ. *Humileſque Cleonæ.*] A Strabone inter Argolicas urbes numerantur Cleonæ. *Humiles* autem poëta vocat, non à ſitu, ſed à quantitate. Modicum enim fuit oppidum. *Laſt.*

418. *Nelea.*] Neleo Neſtoris patri regnata. *Nec adhuc.*] Nondum Pittheus Theſei avus maternus ibi regnavit. *Et Nelea Pylos.*] Urbs eſt in Meſſenia. *Trœzen.*] Trœzen urbs eſt Peloponneſi.

419. *Quæque.*] Urbes aliæ Peloponneſiacæ, quas claudit Corinthus ἀπὸ θαλάσσας in Iſthmo inter Ægeum & Ionium mare ſita.

420. Ex-

Exteriuſque ſitæ bimari ſpectantur ab Iſthmo.
Credere quis poſſit? ſolæ ceſſatis Athenæ.
Obſtitit officio bellum; ſubvectaque ponto
Barbara Mopſopios terrebant agmina muros.
Threïcius Tereus hæc auxiliaribus armis
Fuderat: & clarum vincendo nomen habebat.
Quem ſibi Pandion opibuſque viribuſque potentem,
Et genus à magno ducentem forte Gradivo,
Connubio Procnes junxit. non pronuba Juno,
Non Hymenæus adeſt, non illi Gratia lecto.
Eumenides tenuêre faces de funere raptas:
Eumenides ſtavêre torum: tectoque profanus
Incubuit bubo, thalamique in culmine ſedit.
Hac ave conjuncti Procne Tereuſque; parentes
Hac ave ſunt facti. gratata eſt ſcilicet illis
Thracia: Diſque ipſi grates egêre: diemque,

Qua-

420. *Exteriuſque.*] Urbeſque Achaicæ, extra Iſthmum. *Farn.* *Ab Iſthmo bimari.*] Iſthmus brevis dicitur terra inter duo maria conſtituta. Iſthmus vero Peloponneſi & Ægæo mari & Ionio adjacet. Intra Iſthmum autem ſunt Peloponneſi urbes, extra vero Achajæ.

421. *Credere quis.*] Hæc interrogatio eo ſpectat, ut ſignificet Athenienſes & humaniſſimos, & officioſos maxime fuiſſe. *Lact. Sela.*] Quis crederet urbem humanitatis ſtudiis claram defuturam officio? ſed excuſanda erat, quippe obſidione preſſa à barbaris, forte Amazonum, copiis. *Farn.* *Ceſſaſtis Athenæ.*] *Ceſſatis* & *poſſit* meliores. *Heinſ.*

424. *Threïcius.*] Thraciæ rex, filius Martis. *Farn.*

426. *Pandion.*] Rex Athenarum. *Opibuſque.*] Παυσανίας ἐν τοῖς inquit Pauſanias in Atticis, ſibi regem Thraciæ affinitate junxit. *Farn.*

428. *Procnes.*] Vetuſtiores & hoc, & aliis locis *Procnes*, Græcorum more. κύκνος pro *cygnus*. πρόκνη καὶ κύκνος neque aliter apud Virgilium l. IV. Georg. vetuſtiſſimi codices ſcribunt, & in antiquo marmore Romæ CÆCILIA PROCNE DIANÆ VALERIANÆ. *Heinſ.* *Non pronuba.*] De inauſpicatis nuptiis, vide quæ nos ad Senecæ Medeam 15. vſ. Octav. vſ. 23. ad Lucan. lib. 2. vſ. 255. & deinceps. Virgil. 4. Æneid.

430. *Eumenides tenuere faces.*] Furiæ, inquit, infernales præſtulerunt faces novæ nuptæ, quas de funere rapuerunt. Dicuntur autem Eumenides furiæ, κατ' ἀντίφρασιν, quaſi minime benevolæ. *Eumenides tenuere faces.*] Sen. Octav. vſ. 24.

Illa, illa meis triſtis Erinnys
Thalamis Stygios prætulit ignes
Σὺν δαδὶ, σὺν κλαυθμῷ.
—— Fumida lumine fulvo
Involvi.

Virgil. de Lavinia. *φονίοις ὑμεναίοις. Adeſt, adeſt fax, abvoluta ſanguine atque incendio.* Videatur Cicero de divinat. 1.

—— Diro ferales omine tædæ.

Lucan. 1.

431. *Profanus bubo.*] Dirum mortalibus omen, lib. 5. vſ. 350. *Farn.*

433. *Hac ave.*] Hoc augurio.

435. *Diſque ipſis grates egere.*] Imo

Quaque data eſt claro Pandione nata tyranno,
Quaque erat ortus Itys, feſtam juſſêre vocari.
Uſque adeo latet utilitas. jam tempora Titan
Quinque per autumnos repetiti duxerat anni:
Cum blandita viro Procne, Si gratia, dixit,
Ulla mea eſt: vel me viſendæ mitte ſorori;
Vel ſoror huc veniat. redituram tempore parvo
Promittes ſocero. magni mihi numinis inſtar
Germanam vidiſſe dabis. jubet ille carinas
In freta deduci: veloque & remige portus
Cecropios intrat; Piræaque littora tangit.
Ut primum ſoceri data copia, dextraque dextræ

Jun-

ipſi. quod primus Gronovianus, unus Leid. & Lovan. confirmant. ſuperiori verſu *gratataque ſcilicet illis* non *gratata eſt* primus Moreti, Langerman. & quatuor alii. *Heinſ.*

436. *Quoque data eſt.*] *Quaque* tam hoc, quam proxime ſequenti verſu meliores. & tum *feſtam* ſcribe pro *feſtum.* quomodo Gronovianus tertius, & duo alii. *Idem.*

439. *Repetiis annis.*] *Repetiti anni* vetuſtiores. *Idem.*

440 *Si gratia ulla mea eſt.*] Si quid apud te poſſum.

441. *Viſendam mitte ſoroti.*] *Viſenda* legendum, quicquid diſſuadent libri veteres. Certe *viſenda* in primo Strozzæ & uno Medic. *Heinſius.*

442. *Magni mihi muneris inſtar.*] *Numinis* optimus Thuanæus, Arondelianus, & ſex alii. probe. lib. XIV.

Numinis inſtar eris ſemper mihi.

& ibid.

——— *& offer*
Conjugis ora mihi; cælum aſpexiſſe fatebor.

mox *Piræaque littora* non *Pyræaque* Græcis τυρρὰς. *Idem.*

446. *Cecropios portus.*] Athenienſes. *Piræaque littora tangit.*] Attica. Athenarum portus, Piræum. *R. Piræaque.*] Piræum, inquit Pauſanias in Atticis, λιμὴν μέγιστος, navale & portum fecit Themiſtocles, namque Phalerum prius navale fuerat Athenis. F.

447. *Dextera dextræ.*] *Dextraque* multi veteres. deinde pro *infauſto committitur omine ſermo* cave legas *ordine:* quod multos codices tam editos quam ſcriptos occupavit. Virg. Æneid XI.

Triſtis ubi infauſto commiſſa fragore pugna.

Valerius Flac. lib. VII. vſ. 250.

——— *tripes thalamos infauſtaque cerno*
Omina.

ſic ſcribendum. ubi vulgo legitur *inſtataque cerno omnia.* Claudianus præfatione lib. II. in Eutropium,

Infauſtum populis in ſe convertitur omen.

& Raptu Proſerpinæ,

Somnia quin etiam variis infauſta figuris
Sæpe monent.

Noſter ipſe Triſt. II.

Carmina fecerunt, ut me cognoſcere vellent
Omine non fauſto.

contra *fauſtum omen.* Silius libro III.

Famque Deûm regi Martique ſub omine fauſto
Inſtauratus honos. libro IX.

Haud ſecus ac ſi fauſta forent & proſpera pugna
Omina ventura.

Noſter lib. IX.

——— *fauſto tamen omine Læta*
Mater abit templo. Heinſ.

450. Recu-

Digitized by Google

Jungitur; infausto committitur omine sermo.
Cœperat, adventus causſam, mandata referre
Conjugis; & celeres missæ spondere recursus:
Ecce venit magno dives Philomela paratu;
Divitior formâ: quales audire solemus
Naïdas & Dryadas mediis incedere silvis:
Si modo des illis cultus, similesque paratus.

Non

450. *Recursus celeres.*] Veloces reditus. *Missa.*] Philomelæ. Quæ quidem nondum fuerat missa, sed si missa fuisset, celerem pollicebatur Tereus reditum.

451. *Magno paratu.*] Ornatu. R. Ecc.] Ne à nostris pura vacet margo, neve amatoriis impura sordeat, adnectere visum est fabulam, uti alias refertur ab Ant. Liberali, cujus Metamorphos. liber rarior est. Πανδάρεως ὤκει γὰρ τὴν Ἐφεσίαν, &c. Pandareus in agro Ephesio habitavit. Huic filia erat Aëdon, quam in matrimonium dedit Polytechno fabro qui Colophone Lydia habitavit. His unicus erat filius Itys. Ex dissidio cum uxore Polytechnus ad socerum proficiscitur, ubi simulat se ab uxore missum ad adducendam secum sororem Chelidonem. Pandareus nihil suspicatus mali, filiam Chelidonem illi committit. Cui Polytechnus in sylva virginitatem eripit, tonso deinde capite, aliis eam vestibus induit, mortem minatus si quid horum unquam Aëdoni indicasset; ita domum reversus eam ancillæ loco uxori tradit. Aliquandiu eam sororis exigendis attrivit: donec Chelidonis cum urna ad fontem deplorans calamitatem suam, à sorore exaudita est. Ubi vero se mutuo agnoverunt, malum illico Polytechno machinabantur. Filium ejus in frusta conciderunt, carnes in ollam conjectas coxerunt, cumque Aëdon vicino suo mandasset, ut Polytechnum eas edere juberet, ipsa cum sorore ad patrem Pandareum pervenit, indicavitque in quas devenisset miserias. Polytechnus, cognito se filii sui carnes epulatum fuisse, eas ad patrem usque insequutus est. Famuli eum Pandarei, quod tantum familiæ Pandarei probrum intulisset, correptum vinculis constrinxerunt; corpusque melle inunctum in pascuum projecerunt. ubi cum muscæ eum vexarent, Aëdon pristini amoris memor, eum miserata muscas abigebat. Quod ubi deprehendissent parentes & frater, odio concitati eum interficere statuerunt. Sed Jupiter Pandareum miseratus antequam graviora in domum ejus inciderent mala, eos omnes in aves convertit: quæ partim ad mare provolabant, partim in aërem subvolaverunt. Pandareus mutatus est in Halyæetum, mater Aëdonis in Halcyonem: seque statim in mare dejicere voluerunt, sed id Jupiter prohibuit. Polytechnus in Pelecanem transiit, quod ei Vulcanus fabricanti securim dedisset. Frater Aëdonis upupa extitit. Aëdon in luscíniam versa, circum fluvios & nemora filium Itym deplorat. Chelidonis hirundo facta est, hominum contubernalis, Dianæ beneficio, quod invita virginitatem amiserat, plurimum invocata Diana. *Farn.*

454. *Si modo des illis cultus, similesque paratus.*] *Cultus illis* nonnulli. videtur scribendum,

Si modo des cultus similes, similesque paratus.

Neglexerat librarius geminare *To similes* solenni errore. *Heinsius.*

455. *Conspectâ virgine Tereus.*] *Thracus* in uno Mediceo & uno Ambrosiano. venuste. sic infra,

Thracius ingenti mensas clamore repellit.

Ausonius,

Intulit incestam tibi vim Philomela sorus Thraï.

Non ſecus exarſit conſpectâ virgine Tereus;
Quam ſi quis canis ignem ſupponat ariſtis:
Aut frondem, poſitaſque cremet fœnilibus herbas.
Digna quidem facies. ſed & hunc innata libido
Exſtimulat: pronumque genus regionibus illis
In Venerem eſt. flagrat vitio gentiſque ſuoque.
Impetus eſt illi, comitum corrumpere curam,
Nutriciſque fidem: nec non ingentibus ipſam
Sollicitare datis; totumque impendere regnum:
Aut rapere, & ſævo raptam defendere bello.
Et nihil eſt, quod non effræno captus amore
Auſit: nec capiunt incluſas pectora flammas.
Jamque moras malè fert; cupidoque revertitur ore
Ad mandata Procnes; & agit ſua vota ſub illis.
Facundum faciebat amor. quotieſque rogabat
Ulterius juſto; Procnen ita velle ferebat.
Addidit & lacrymas; tanquam mandaſſet & illas:
Prô Superi, quantum mortalia pectora cæcæ
Noctis habent! ipſo ſceleris molimine Tereus
Creditur eſſe pius: laudemque à crimine ſumit.
Quid quod idem Philomela cupit? patrioſque lacertis
Blan-

Poſſet & *Threcus* legi. Vide Notas Triſt. l. IV. El. 1. v. 21. *Thraca tellus* & *Thraca palus* apud Virgilium, Horatium, Val. Flaccum, alios. *Idem.*

456. *Quam ſi quis ignem ſupponat ariſtis.*] Sic poëta de Apolline. 1. Metam. vſ. 492.

Utque leves ſtipula demtis adolentur ariſtis,
Ut facibus ſepes ardent, quas forte viator
Vel nimis admovit, vel jam ſub luce reliquit:
Sic Deus in flammas abiit: ſic pectore toto
Uritur.

461. *Curam.*] Cuſtodiam.

465. *Effreno captus amore.*] *Inopino* Priſcianus, & pro diverſa lectione codex Urbinas. mox *curas* pro *flammas* unus meus. Vide Notas ad lib. Remed. Amor. vſ. 495. *Heinſ.*

468. *Mandata ad Procnes.*] Alii *Ad Procnes mandata.* Vetuſtiores *Ad mandata Procnes*, eleganter & Græcorum more. ſic in Antholog.

Χαῖρε Πρόκνη παρὰ σεῖο παστυόεντι φιλομήλης.

Petronius,

Dignus amore locus, teſtis ſilveſtris Aëdon,
Atque urbana Procne.

ſic ſcribendum. perperam in vulgatis *ſilveſter iaſdon.* Idem Petronius *Et lauro redimita Daphne.* priore correpta. quomodo & in *cycnus* apud Horatium ac Auſonium. ſecundam quoque ſyllabam in *Therapnæus* apud Silium libro XIII. correptam invenias. pro *ſub illa.* etiam recte *illis* unus Mediceus. *Idem.*

477. *Pan*

Blanda tenens humeros, ut eat viſura ſororem,
Perque ſuam, contraque ſuam, petit uſque, ſalutem.
Spectat eam Tereus; præcontrectatque videndo:
Oſculaque, & collo circumdata brachia cernens;
Omnia pro ſtimulis, facibuſque, ciboque furoris
Accepit. & quoties amplectitur illa parentem;
Eſſe parens vellet: neque enim minus impius eſſet.
Vincitur ambarum genitor prece. gaudet, agitque
Illa patri grates: & ſucceſſiſſe duabus
Id putat infelix; quod erit lugubre duabus.
Jam labor exiguus Phœbo reſtabat: equique
Pulſabant pedibus ſpatium declivis Olympi.
Regales epulæ menſis, & Bacchus in auro
Ponitur. hinc placido dantur ſua corpora ſomno.
At rex Odryſius, quamvis ſeceſſit, in illâ
Æſtuat: & repetens faciem, motuſque, manuſque;
Qualia vult fingit, quæ nondum vidit; & ignes
Ipſe ſuos nutrit, curâ removente ſoporem.
Lux erat: &, generi dextram complexus euntis,
Pandion comitem lacrymis commendat obortis:
Hanc ego, care gener, quoniam pia cauſſa coëgit,
[Et voluêre ambæ, voluiſti tu quoque, Tereu,]

Do

477. *Petit illa.*] *Uſque* rectius vetuſtiores, vel, *ipſa.* Idem.

478. *Præcontrectatque videndo.*] Hoc eſt, ante oculis quam manibus ſibi eam contrectare videtur.

483. *Amborum prece.*] *Amborum* vetuſt. ſequentia confirmant. *Heinſ.*

485. *Quod erat lugubre.*] *Erit* cum altero Hamburgenſi. *Idem.*

486. *Jam labor exiguus Phœbo.*] Significat finem diei adveniſſe.

487. *Equique——Pulſabant pedibus ſpatium declivis Olympi.*] Item 2. Metam. v. 156. —— *brumalibus auras —— Flammiferis implent, pedibuſque repagula pulſant.*

490. *At rex Odryſius.*] Odryſæ populi ſunt Thraciæ, & Odryſa urbs eorum, quæ & Odryſia dicitur, unde *Odryſius* derivatur. Eleganter autem amantum cogitationes deſcribit poëta.

491. *Repetens faciem, motuſque manuſque.*] Sic Virgil. 4. Æneid. de Didone.

Multa viri virtus animo, multuſque recurſat
Gentis honos, haerent infixi pectore vultus,
Verbaque, nec placidam membris dat cura quietem.

Et paulo poſt.

——— *illum abſens abſentem auditque videtque.*

495. *Lacrymis commendat obortis.*] *Commisit* pti. Gronov. & duo alii. *Heinſius.*

497. *Ut voluere ambæ.*] Quidam codi-

ces

Do tibi: perque fidem, cognataque pectora ſupplex,
Per Superos oro, patrio tuearis amore:
Et mihi ſollicitæ lenimen dulce ſenectæ
Quamprimum (omnis erit nobis mora longa) remittas.
Tu quoque quamprimum, ſatis eſt procul eſſe ſororem)
Si pietas ulla eſt, ad me, Philomela, redito.
Mandabat; pariterque ſuæ dabat oſcula natæ:
Et lacrymæ mites inter mandata cadebant.
Utque fide pignus dextras utriuſque popoſcit;
Inter ſeque datas junxit; natamque nepotemque
Abſentes memori pro ſe jubet ore ſalutent:
Supremumque vale, pleno ſingultibus ore,
Vix dixit: timuitque ſuæ præſagia mentis.
At ſimul impoſita eſt pictæ Philomela carinæ;
Admotumque fretum remis; telluſque repulſa eſt:
Vicimus, exclamat: mecum mea vota feruntur.
[Exſultatque, & vix animo ſua gaudia differt]
Barbarus: & nuſquam lumen detorquet ab illa.

Non

ces hunc verſum ſuperiori præmittunt, ego ejiciendum cenſeo. nonnulli, *Et voluere. propia cauſa cogit* alter Hamburg. & unus Mediceus *ſubegit*. ſic Virgilius aliique, paſſim lib. IV. Georg. ut quidem ſcripti codices uno conſenſu agnoſcunt,

——— dum gravis aut hos
Aut hos verſa fuga victor dare terga ſubegit

nam vulgati *cogit*. dixi nonnihil ad Claudianum. Silius libro I. v. 622. ex optimis membranis,

——— populi ferro parere ſubacti.

Idem.

499. *Patrio ut tuearis amore.*] *Tò ut* non agnoſcunt ſecundus & quartus Mediceus cum Mureti excerptis. elegantèr. pro *ſollicito* lege *ſollicitæ ſenectæ* cum utroque Hamburgenſi, & decem aut duodecim aliis. *Idem.*

502. *Satis eſt vidiſſe ſororem.*] *Procul eſſe* ſcripti omnes uno Patavino & uno Strozzæ exceptis. quod cur rejiciamus, nihil cauſæ eſt. *Idem. Satis eſt procul eſſe ſororem.*] Satis eſt inquit quod Progne longe à me abeſt.

506. *Dextras utraſque popoſcit.*] *Utriaſque* ex Priſciano lib. VIII. *Heinſius.*

507. *Natamque nepotemque.*] Et Prognem & Ityn.

508. *Pro ſe.*] Nomine ſuo, & ſuis verbis. *Rogat ſalutent.*] *Jubet* Sixtianus, & unus meus. ex veteri formulâ, *Jubeo ſalvere*. Heinſius.

511. *At ſimul.*] Multi veteres, *ut ſimul*. Idem.

512. *Telluſque.*] Hypallage. vel ita judicante oculo, qui motu conſpecto ſe quieſcere ſibi viſus, terram retrocedere opinatur. *Provehimur portu, terraque urbeſque recedunt.* 3. Æn. vide quæ nos ad 466. vſ. lib. II. *Farn.*

514. *Exſultatque.*] Hic etiam verſus eſt ſuſpectus. *Heinſius.*

516. Non

Digitized by Google

Non aliter, quam cum pedibus prædator obuncis
Depoſuit nido leporem Jovis ales in alto:
Nulla fuga eſt capto: ſpectat ſua præmia raptor.
Jamque iter effectum; jamque in ſua littora feſſis
Puppibus exierant: cum rex Pandione natam
In ſtabula alta trahit, ſilvis obſcura vetuſtis:
Atque ibi pallentem, trepidamque, & cuncta timentem,
Et jam cum lacrymis, ubi ſit germana, rogantem,
Includit: faſſuſque nefas, & virginem, & unam
Vi ſuperat; fruſtra clamato ſæpe parente,
Sæpe ſorore ſuâ, magnis ſuper omnia Divis.
Illa tremit, velut agna pavens, quæ ſaucia cani
Ore excuſſa lupi, nondum ſibi tuta videtur:
Utque columba, ſuo madefactis ſanguine plumis,
Horret adhuc, avidoſque timet, quibus hæſerat, ungues,
Mox ubi mens rediit; paſſos laniata capillos,
[Lugenti ſimilis, cæſis plangore lacertis,]
Intendens palmas, Prô diris, Barbare, factis,
Prô crudelis, ait! nec te mandata parentis

Cum

516. *Non aliter.*] *Qualis ubi aut leporem aut candentem corpore cycnum Sustulit alta petens pedibus Jovis armiger ales.* Virgil. 3. Georg. *Farn. Pedibus adunci.*] *Obuncis* Florentinus S. Marci, & Neap. cum duobus Mediceis. bene *abuncis* unus Moreti. & tres alii. proximo veiſu *nido in alto* multi ex melioribus pro *ab alto* Heinſius.

520. *Pandione natam.*] Philomelam.

524. *Et virginem & unam Vi ſuperat.*] Maximam hominis barbariem oſtendit poëta, qui ſuſtinuerit virginem, & ſolam, & ſibi creditam, & patrem, & ſororem, & inprimis Deos implorantem violare. *R. Faſſuſque.*] Nefandum profeſſus amorem. *Et unam.*] Aliter refertur hæc fabula ab Hygino. Tereus Atheuas ad Pandionem ſocerum venit rogatum, ut Philomelam alteram filiam ſibi in conjugium daret: Prognem ſuum diem obiiſſe. Pandion ei veniam dedit, Philomelam & cum illa cuſtodes miſit: quos Tereus in mare præcipitavit: Philomelam deinde in monte compreſſit fab. 45.

528. *Excuſſa.*] Ejecta. *Cani lupi.*] Lupi namque canicie infecti eſſe videntur.

530. *Horret.*] *Terretur minimo parva ſtridore columba, Unguibus accipiter ſaucia facta tuis.* Ovid. Triſt. lib. 1. Eleg. *Farn.*

532. *Lugenti ſimilis.*] Verſus adulterinus. *Heinſius.*

533. *O diris barbare factis.*] Duo veteres *Prob.* Scribe,

——— *Pro diri barbare facti,*
Pro crudelis, ait.

Idem.

527. *Omnia*

Cum lacrymis movêre piis, nec cura ſororis,
Nec mea virginitas, nec conjugalia jura?
Omnia turbaſti. pellex ego facta ſorori:
Tu geminis conjux. [non hæc mihi debita pœna.]
Quin animam hanc (ne quod facinus tibi, perfide, reſtet)
Eripis? atque utinam feciſſes ante nefandos
Concubitus! vacuas habuiſſem criminis umbras.
Si tamen hæc Superi cernunt; ſi numina Divûm
Sunt aliquid; ſi non perierunt omnia mecum;
Quandocunque mihi pœnas dabis. ipſa pudore
Projecto tua facta loquar. ſi copia detur;
In populos veniam: ſi ſilvis clauſa tenebor;
Implebo ſilvas, & conſcia ſaxa movebo.
Audiat hæc æther, & ſi Deus ullus in illo eſt.
Talibus ira feri poſtquam commota tyranni;
Nec minor hac metus eſt: cauſſâ ſtimulatus utraque,
Quo fuit accinctus, vaginâ liberat enſem:
Arreptamque comâ, flexis poſt terga lacertis,
Vincla pati cogit. jugulum Philomela parabat;
Spemque ſuæ mortis viſo conceperat enſe.
Ille indignanti, & nomen patris uſque vocanti,
Luctantique loqui comprenſam forcipe linguam

Ab-

537. *Omnia turbaſti.*] Omnia, inquit, jura & humana, & divina confudiſti. *Pellex ego facta ſororis, Tu geminus conjux.*] *Geminis* primus Gronovii. *ſorori* unus meus chartaceus. utrumque probum. *Heinſius.*

538. *Non hæc mihi debita pœna eſt.*] *Hoſtis mihi debita* veteres plerique. Hoc hemiſtichium puto additum à ſciolo: & lacunam eſſe relinquendam, quales in Virgilio etiam multæ occurrunt. *Idem.*

539. *Quin animam hanc.*] Multi delent *To hanc.* Idem.

542. *Si tamen hoc.*] *Hæc* meliores. *Idem.*

548. *Audiet.*] Iidem *Audiat.* Idem.

551. *Liberat enſem vagina.*] E vagina eripit enſem.

552. *Arreptamque comâ.*] *Arreptaque* nonnulli. *Heinſ.*

555. *Ille indignantem.*] *Indignanti, vocanti, & Luctantique loqui,* Arondelianus. quod probo, pro *forcipe* prim. Medic. prim. Erfurt. prim. Vatic. unus Mentel. & Noricus, *forpice.* S. Marci, *forfice.* & Spirenſis. ſic libro IX.

ceu guttura forcipe preſſus.

& libro XII.

quod forcipe curva
Cum faber eduxit.

poſteriore loco idem S. Marci codex *forfice.* priori *forpice* Bernegg. Spir. & prim. Vatic. *Idem.*

558. *Tre-*

Abſtulit enſe fero. radix micat ultima linguæ.
Ipſa jacet, terræque tremens immurmurat atræ.
Utque ſalire ſolet mutilatæ cauda colûbræ,
Palpitat; & moriens dominæ veſtigia quærit.
Hoc quoque poſt facinus (vix auſim credere) fertur
Sæpe ſuâ lacerum repetiſſe libidine corpus.
Suſtinet ad Procnen poſt talia facta reverti.
Conjuge quæ viſo germanam quærit: at ille
Dat gemitus fictos, commentaque funera narrat.
Et lacrymæ fecêre fidem. velamina Procne
Deripit ex humeris auro fulgentia lato:
Induiturque atras veſtes: & inane ſepulcrum
Conſtituit: falſiſque piacula manibus infert:
Et luget non ſic lugendæ fata ſororis.
Signa Deus bis ſex acto luſtraverat anno.
Quid faciat Philomela? fugam cuſtodia claudit:
Structa rigent ſolido ſtabulorum mœnia ſaxo:
Os mutum facti caret indice. grande dolori

In-

558. *Tremens immurmurat atra.*] Puto *fremens*. quod & alibi non ſemel corruptum. *tremens* enim, & *palpitat*, quod ſequitur, eadem ſunt. *Idem.*

559. *Utque.*] *Qualis ſæpe via deprenſus in aggere ſerpens, Æreus quem obliquum rota tranſiit, aut gravis ictu Semineci liquit ſaxo, lacerumque viator*, &c. Æn. 5. *Farn.*

561. *Hoc quoque poſt facinus.*] Poſt extractam linguam.

562. *Lacerum corpus.*] Lingua mutilatum.

565. *Commenta funera.*] Fictam Philomelæ mortem. *R. Commentaque.*] Iis qui peregre interierant, extruebantur κενοτάφια, imaginaria ſepulchra, ad placandos defunctorum manes tranſitumque Stygium impetrandum.

566. *Et lacryma fecere fidem.*] Scribe *Ut lacryma.* Deinde *Deripit* pro *Diripit*; ex fide vetuſtiorum, de quo alibi. l. IX.

——— *à poſtere veſtem*
Deripuit.

apud Maronem libro x. in veterrimis exemplaribus,

Strymonio dextram fulgenti deripit enſe.

Heinſ. *Et lacryma fecere fidem.*] Effecerunt lacrymæ ut Progne mortem Philomelæ veram eſſe crederet.

569. *Falſis manibus.*] Cum nondum Philomela mortua foret. *Piacula manibus infert.*] Male alii *offert*. hinc enim & *Inferia*. pari modo apud Maronem Æneid. v. de inferiis,

——— *nec meritos Anchiſa inferret honores.*

piamina Ovid. voce Naſoniana. *Heinſ.*

571. *Signa Deus, &c.*] Jam, inquit, duodecim tranſierant menſes. *Luſtraverat.*] Illuſtraverat. quo enim in ſigno Sol eſt, idem illuſtrare videtur, quanquam circuierat quoque intelligere poſſumus. *R. Deus.*] Apollo, Sol, & eſt anni notatio. *Farn.*

573. *Mœnia.*] Parietes.

574. *Os mutum facti caret indice.*] Os inquit mutum ſcelus indicare non poteſt.

Digitized by Google

Ingenium eſt: miſeriſque venit ſollertia rebus:
Stamina barbaricâ ſuſpendit callida telâ:
Purpureaſque nota filis intexuit albis:
Indicium ſceleris: perfectaque tradidit uni:
Utque ferat dominæ geſtu rogat. ille rogata
Pertulit ad Procnen: nec ſcit quid tradat in illis.
Evolvit veſtes ſævi matrona tyranni:
Germanæque ſuæ carmen miſerabile legit:
Et (mirum potuiſſe) ſilet. dolor ora repreſſit:
Verbaque quærenti ſatis indignantia linguæ

Dé-

eſt. *Grande.*] O quantum eſt ſubitis caſibus ingenium! Martial. 14. epiſt. Spect. *Farn. Grande doloris ingenium eſt.*] *Dolori* in quatuor ſcriptis: ut verbum ſubſtantivum forte ſit tollendum. *Heinſius.*

576. *Stamina ſuſpendit candida.*] Multi ex vetuſtioribus *pallida*, ſed *callida* verum eſt. quomodo Zulichemianus. Cantabrigienſis etiam, & unus meus, cum Moreti fragmento pro diversâ lectione. lib. IV.

Callida per tenebras verſato cardine Thisbe,
Egreditur.

lib. VII.

——*quas tempore callida parvo*
Colchis amicitiæ mendacis imagine cepit.

ſimile mendum ex Propertio quoque tollendum libro IV. Eleg. III.

Aſſidet una ſoror curis; & callida nutrix
Pejerat hyberni temporis eſſe moras.

vafra, inquit, nutrix pejerat moram reditus tui hybernæ tempeſtati eſſe imputandam. Codices ſcripti editique perperam illic *pallida nutrix.* Idem. *Stamina.*] Γᾶ ποικίλμασι τόμαλι χρησαμένη. Tzetzes 7. Chil. 142. ἰσοπορ@ Φιλομήλη μαρτυρίην βοόωσα λιπογλώσσοιο σιωπῆς. Nonn. Dionyſ. 12. *Farn.*

577. *Purpureas notas.*] Rubras literas.

578. *Indicium ſceleris.*] A Tereo Perpetrati. *Uni.*] Ex ancillis.

579. *Illa rogata.*] *Ille* primus Mediceus, excerpta Calandræ, prior Hamburg. & octo alii. quomodo Urbinas quoque & Neapol. pro diversâ lectione. quod ſi admittimus, ut admittendum cenſeo, mox pro *nec quid tradat in illis*, repono, *quid tradat neſcius illi.* nam nonnulli, *quod tradat neſcit in illis*, vel *quid tradat neſcia in illis*, aut etiam, *quid neſcia tradat in illis*, ut de ancilla ſermo ſit. lib. IX.

——*quid tradat neſcia, luctus*
Ipſa ſuos tradit.

Lucianus libro VII.

Mœret, & ignorat cauſas, animumque dolentem
Corripit, Eumathiis quid perdat neſcius arvis.

ita optimæ membranæ. vulgati, *quid perdat neſcit in arvis.* duo veteres *ille rogatur.* nonnulli *rogatum.* Heinſius.

581. *Evolvit.*] Explicat. *Matrona ſævi tyranni.* Progne uxor crudelis Terei, *Veſtes.*] Velum à Philomela miſſum Progne.

582. *Fortunaque ſua.*] Tres Voſſiani, unus Moreti, unus Patav. *Germanæque ſuæ* rectius. *Heinſ. Carmen.*] Narrationem, indicium. lege ſis l. 1. Anthologcap. 9. qualia verba ſcripſiſſe potuerit Philomela ad ſororem. alterum egit. orditur, Σὲς μὲ πόσις κακόεργος ἐπὶ σπήλυγγι βαθείῃ. alterum, Χαῖρε Πρόκνη παρὰ σεῖο κασιγνήτας, &c. *Farn.*

585. *De-*

Defuerunt: nec flere vacat. ſed fâſque nefaſque
Confuſura ruit: pœnæque in imagine tota eſt.
Tempus erat, quo ſacra ſolent Triëterica Bacchi
Sithoniæ celebrare nurus. nox conſcia ſacris.
Nocte ſonat Rhodope tinnitibus æris acuti:
Nocte ſuâ eſt egreſſa domo regina: Deique
Ritibus inſtruitur; furialiaque accipit arma.
Vite caput tegitur: lateri cervina ſiniſtro
Vellera dependent: humero levis incubat haſta.
Concita per ſilvas turbâ comitante ſuarum
Terribilis Procne, furiiſque agitata doloris,
Bacche, tuas ſimulat. venit ad ſtabula avia tandem:
Exululatque, Evoëque ſonat, portaſque refringit:
Germanamque rapit: raptæque inſignia Bacchi
Induit: & vultus hederarum frondibus abdit:
Attonitamque trahens intra ſua limina ducit.
Ut ſenſit tetigiſſe domum Philomela nefandam,
Horruit infelix; totoque expalluit ore.
Nacta locum Procne, ſacrorum pignora demit,

Ora-

585. *Defuerant.*] *Defuerunt* unus Voſſ. bene. *Heinſ.*

587. *Trieterica.*] Orgia tertio quoque anno repetita in memoriam triennalis expeditionis Liberi patris in Indiam.

588. *Sithonia.*] Thraciæ mulieres. Sithonia regio eſt Thraciæ. *Farn. Nox conſcia ſacris.*] Nocte enim ſacra Bacchi celebrabantur. *Nox conſcia ſacri.*] *Sacris* meliores. & ſane præeſſerat *ſacra*, non *ſacrum*. ſic apud Maronem in veterrimo codice Mediceo aliiſque lib. IV. *conſcius æther Connubiis.* Auſonius Parental. carmine IV. ut in Voſſiano ſcribitur exemplari, ex quo Elias olim Vinetus iſtud poëma edidit,

Tu cæli numeros & conſcia ſidera fatis
Callebas.

ſacris nunc legitur. neque obſtant Virgilii & Manilii loca à Vineto adducta, cum ammque ſit in uſu. libro VII. Noſter,

—— *Hecate quæ cœptis conſcia noſtris*
Adjutrix venis. Heinſius.

591. *Furialiaque.*] De Bacchanalium immanitate, vide quæ ad 528. verſ. l. 3.

592. *Cervina Vellera.*] Nebrides. *Farn.*

593. *Levis haſta.*] Quæ pampinis ornata thyrſus vocatur.

596. *Stabula avia tandem.*] *Stabularia* fragmentum Moreti & unus Palat. Boxhornii fragmento *Τὸ avia* abeſt. *Heinſ.*

597. *Evoëque ſonat.*] Utitur Bacchanarum clamoribus. Nam Evoë & Evan in ſacris Bacchi jactabantur ab iis qui ipſum invocabant. Evoë Græce εὐοῖ quaſi dicas, *bene ſit tibi. R. Evoëque.*] Lib. 4. vſ. 523. *Farn.*

599. *Frondibus abdit.*] *Obdit* tres ſcripti. *addit* pri. Vatic. & duo alii *ambit* quatuor. *Heinſ.*

600. *Intra ſua mœnia.*] *Limina* ſec. Palat. Urbin. excerpta Jureti, & ſex alii. quod magis placet, cum à ſequentibus confirmetur. *Idem.*

603. *Nacta locum Progne.*] Secretum ſubaudiamus. *Sacrorum.*] Habitum &

Oraque develat miſeræ pudibunda ſorori;
Amplexuque petit. ſed non attollere contra
Suſtinet hæc oculos; pellex ſibi viſa ſororis:
Dejectoque in humum vultu, jurare volenti,
Teſtarique Deos, per vim ſibi dedecus illud
Illatum, pro voce manus fuit. ardet, & iram
Non capit ipſa ſuam Procne: fletumque ſororis
Corripiens, Non eſt lacrymis hîc, inquit, agendum,
Sed ferro; ſed ſi quid habes, quod vincere ferrum
Poſſit. in omne nefas ego me, germana, paravi.
Aut ego, cum facibus regalia tecta cremaro,
Artificem mediis immittam Terea flammis:
Aut linguam, aut oculos, aut quæ tibi membra pudorem
Abſtulerunt, ferro rapiam: aut per vulnera mille
Sontem animam expellam. magnum quodcunque paravi.
Quid ſit, adhuc dubito. peragit dum talia Procne;
Ad matrem veniebat Itys. quid poſſit, ab illo

Ad-

ornatum Bacchantis, quo modo Philomelam in ſimulatis Orgiis diſſimularat, exuit. *Farn.*

604. *Ora develat ſororis.*] *Sorori* ſeptem veteres. bene. *Heinſius.*

605. *Amplexumque petit.*] *Amplexuſque* tres. duo *Amplexamque.* Lege *Amplexuque petit*, cum duobus Mediceis & uno Boſchiano. ora videlicet. ſic Epiſt. Hypermneſtræ,

Dum petis amplexus, ſopitaque brachia jactas.

ita enim ſcribendum. *Idem.*

607. *Dejectoque in humum vultu.*] *Dejectaque* quartus Medic. unus item *in humo.* Forte,

Dejectaque in humo vultum jurare volenti. Idem.

611. *Non eſt lacrymis hoc, inquit, agendum.*] *Hic* ſcribe. nam duo libri *bis.* Lovanienſis pro diverſa lectione, ut conjecimus. *Idem.*

612. *Sed ſi quid habes.*] *Sed ſi quid* ex ſcriptis. *Idem.*

614. *Cum facibus cremabo.*] Scribe vel invitis libris, *cremaro.* Idem.

615. *Artificem.*] Auctorem, actorem ſceleris hujus inceſtus nefandi. *Farn.*

616. *Et quæ tibi membra.*] *Aut* rectius multi veteres. & *Abſtulerunt* pro *Abſtulerant* cum melioribus. & *magnum quodcunque* ſine *eſt.* Heinſ.

619. *Quid ſit adhuc dubito.*] Nondum inquit, decrevi quo malo Tereum afficiam. *Quid ſit.*] Futurum ſubaudiatur. *Peragit dum talia Progne.*] Dum talia loquitur, & minatur.

620. *Ad matrem veniebat Itys.*] Fuere Prognes & Terei filii nomen, qui & Ityli fuit cognominatus. *Quid poſſit ab illo Admonita eſt.*] Quo malo, inquit, afficere Tereum poſſit ex Ityli adventu cogitavit, de illo namque interficiendo cogitare cœpit. *R. Itys.*] Ex Helladio Phi-

ti

Admonita eſt: oculiſque tuens immitibus, Ah quam
Es ſimilis patri! dixit. nec plura locuta,
Triſte parat facinus; tacitâque exæſtuat irâ.
Ut tamen acceſſit natus, matrique ſalutem
Attulit, & parvis adduxit colla lacertis,
Miſtaque blanditiis puerilibus oſcula junxit;
Mota quidem eſt genitrix; infractaque conſtitit ira:
Invitique oculi lacrymis maduêre coactis.
Sed ſimul ex nimiâ matrem pietate labare
Senſit: ab hoc iterum eſt ad vultus verſa ſororis;
Inque vicem ſpectans ambos, Cur admovet, inquit, Alter

tius hic ita narrat: ὡς Σίτας ὁ Βορέου ἔλαβε Ἀθήνας, &c. Zetes filium Borez duxiſſe Philomelam filiam Dulichii Pandarei: illis filium natum eſſe nomine Actylum. Philomela autem ſuſpicata virum Nymphàm quandam Hamadryadem adamare, zelotypa, cum filius Actylus illi videretur conſcius ac adjutor furtivi concubitus, eum venatu redeuntem interfecit. Venus autem miſera calamitatem, matrem in luſciniam mutavit. *Fern.*

622. *Et ſimilis patri.*] *Quam ſimilis patris es* non inconcinna repetitione unus Baſil. & unus Medic. *Heinſ.*

625. *Parvis adduxit colla lacertis.*] *Matris lacertis* primus Moreti, pri. Hamburg. & alii duo. *patriis* Moreti fragmentum. Forte *varis*. lib. IX.

——— *temens varas in ſtatione manus.*

lib. II.

——— *longos quoque brachia vara*
Eſſe putes ramos.

ſic omnino ſcribendum puto. ubi *vera* nunc circumfertur. Martial. l. 7. Ep. 33.

Vara nec injecto ceromate brachia tendis.

ut ibi legendum viri docti jam monuerunt. Statius Theb. VI.

Collaque demerſere humeris, & brachia late
Vara tenent. Idem.

627. *Infractaque conſtitit ira.*] Puto excidit. Idem. *Infractaque conſtitit ira.*] Hoc eſt, ira quam conceperat in filium. Progne ipſius blanditiis fracta eſt. *Infracta* namque hoc loco valde & penitus fracta intelligitur. *Infracta.*] Redi ad tom. I. P. 409. vſ. 52.

628. *Lacrymis maduere coactis.*] Redi ad tom. I. p. 346. v. 83.

629. *Ex nimia mentem pietate labare.*] *Mortem* Cantabrig. Oxon. ſecundus Mediceus, prior Erfurt. Spirenſis, uterque Hamburg. & octo aut decem alii. Lege *matrem* cum tertio Medic. Lovan. & uno Baſil. *matrem*, pro materno adfectu. Seneca Medea,

——— *ira deceſſit loco:*
Materque totâ conjuge expulſa redit.

ſic lib. VIII. de Althæa,

——— *pugnante materque ſororque.*

libro XIII.

——— *poſtquam pietatem publica cauſa*
Rexque patrem vicit.

quod non eſt mutandum. Statius Theb. XI. de Creonte,

——— *jam flectere patrem*
Incipit, atque datis abolere Menœcea regnis.

& poſtea,

Mox redit in regem. Heinſ.

Mentem labare.] Commoveri, flecti. Ter. Eunuch. I. 2.

Labaſcit, victus uno verbo.

630. *Ab hoc.*] Ab hujus ityli aſpectu.

631. *Inque vicem.*] Viciſſim, per vices. *Cur admovet alter blanditias*] Cur valent apud me, alterius filii ſcil blan-

Alter blanditias; raptâ silet altera linguâ?
Quam vocat hic matrem, cur non vocat illa sororem?
Cui sis nupta vide, Pandione nata, marito.
Degeneras. scelus est pietas in conjuge Tereo.
Nec mora; traxit Ityn: veluti Gangetica cervæ
Lactentem fœtum per silvas tigris opacas.
Utque domûs altæ partem tenuêre remotam;
Tendentemque manus, & jam sua fata videntem,
Eia, & jam, mater, clamantem, & colla petentem
Ense ferit Procne, lateri qua pectus adhæret.
Nec vultum avertit. satis illi ad fata vel unum
Vulnus erat: jugulum ferro Philomela resolvit.
Vivaque adhuc, animæque aliquid retinentia membra
Dilaniant. pars inde cavis exsultat aënis:
Pars verubus stridet: manant penetralia tabo.
His adhibet conjux ignarum Terea mensis:

Et

ditiæ, ut parcam, & non valet alterius (sororis Philomelæ) dedecus, propter quod linguam amisit, ut ulciscar? Mater quidem sum illius; sed eadem soror hujus. *Pont.*

634. *Pandione nata.*] Seipsam alloquitur Progne.

636. *Gangetica tigris.*] India, à Gange maximo Indiæ fluvio.

637. *cervæ lactentem fœtum.*] Periphrasis est hinnuli.

640. *Et mater mater, clamantem.*] In Bernegg. inter utrumque *mater* tres literæ erant erasæ. *&* vel *eia* fuisse videbatur. *Et eia mater clamantem* Neapolitanus à manu prima. Scribe,

Eia & jam mater clamantem.

quod est blandientis. Sæpe hanc vocem corruptam esse jam supra monuimus. Apud Senecam Hippolyto Act. 11.

Hecate triformis eia ades cœptis favens
Animum vigentem tristis Hippolyti doma.

sic scribo. Vulgati *en.* veterrimus liber *an.* *Heins.*

642. *Nec vultum vertit.*] Malim *avertit* cum uno Vossiano. *Idem. Nec vertit vultum.*] Magna matris sævitia atque indignatio, quæ citra vultus aversionem filium necare sustinuerit.

643. *Jugulum.*] Hinc vindictæ Virgil. in eclog. 6. *Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit.* & aliis, qui Philomelam in hirundinem, Procnen in luscíniam mutatam referunt. Πανδαρίη τε κούρη χλωρηΐς ἀάδων Πανὸς ὀλοφυρομένη Ἴτυλον φίλον, ὃν ποτε χαλκῷ Κτείνε. Hom. Odyss. 19. varro 4. Orig. Luscinia ex Attica Procne in luctu facta avis. Scholiastes Aristoph. Πρόκνη εἰς ἀηδόνα ἡ Φιλομήλα εἰς χελιδόνα μεταβληθείσα. Sic Apollod. lib. 3. & Tzetz. 7. Ch. l. 142. πρόκνην εἰς ἀηδόνα, τὴν φιλομήλαν ἤμυψαν Θεοὶ εἰς χελιδόνα. Ovid. ipse epist. Sapphus. *Mater. Concinit Ismarium Daulias ales Ityn.* Anacreon ut ad 557. vers. supra. Contra plurimorum autorum testimonium asseritur metamorphosis Procnes in hirundinem, Philomelæ in luscíniam. *Farn.*

645. *Dilaniat.*] *Dilaniant* ex castigationibus. *Heinsius.*

648. E

Et patrii moris ſacrum mentita, quod uni
Fas ſit adire viro, comites famuloſque removit.
Ipſe ſedens ſolio Tereus ſublimis avito
Veſcitur: inque ſuam ſua viſcera congerit alvum.
Tantaque nox animi eſt, Ityn huc arceſſite, dixit.
Diſſimulare nequit crudelia gaudia Procne:
Jamque ſuæ cupiens exſiſtere nuntia cladis;
Intus habes, quod poſcis, ait. circumſpicit ille,
Atque ubi ſit quærit, quærenti, iterumque vocanti,
Sicut erat ſparſis furiali cæde capillis,
Proſiliit: Ityoſque caput Philomela cruentum
Miſit in ora patris, nec tempore maluit ullo
Poſſe loqui, & meritis teſtari gaudia dictis.
Thracius ingenti menſas clamore repellit,
Viperea ſque ciet Stygiâ de valle ſorores:
Et modo, ſi poſſit, reſerato pectore diras
Egerere inde dapes, ſemeſaque viſcera geſtit:

Flet

648. *Et patrii moris ſacrum.*] Athenienſe ſacrificium; hic autem veriſimilia reddit ea, quæ à Progne & Philomela perpetrata fuiſſe narrantur.

652. *Tantaque nox animi eſt,*] *Animo* fragm. Boxhorn. *Heinſ.*

655. *Intus habes.*] Intra temetipſum habes. *Ubi ſit.*] Itys ſubaudiatur. *Quem poſcis.*] *Quod poſcis* meliores. *Heinſ.*

656. *Quærenti iterumque vocanti.*] *Itymque* quinque veteres. Lege *Itylumque*. & mox *Itylique caput Philomela cruentum*. nam ſcripti omnes *Ityſque* non *Ityſque* cum vulgatis. niſi malis *filique caput*. *Ityli ὑποκορισικῶς* Catull. *Daulias abſumti fata gemens Ityli*. & apud Homerum de aëdone Odyſſ. XIX. Παῖδ' ἀπολωλότα Ἴτυλον εἶλεν. Tum etiam paulo ante reponendum,

—— *Itylum huc arceſſite, dixit.*

Idem.

658. *Proſiliit.*] *Proſiliit* ex ſcriptis, quia vocalis litera ſequitur. *Idem.*

660. *Et meritis teſtari gaudia dictis.*] *Meris dictis* veteres plerique. & recte. *Idem. Meritis dictis.*] Convenientibus verbis.

661. *Thracius.*] Tereus Thracius tyrannus. *Repellit.*] Evertit. R. *Thracius.*] In Phocide, verſus ortum Solis à Delphis, inquit Strabo l. 9. eſt oppidulum Daulis, ubi ferunt Tereа Thracium imperaſſe: eodemque fab. de Procne & Philomela referunt, ut etiam Thucydides.

662. *Viperea ſque.*] Furias, l. 4. v. 452. & 580. *Farn. Ciet.*] Vocat.

664. *Demerſaque viſcera geſtit.*] *Emerſaque* vel *immerſaque* plurimi veterum. tertius Mediceus, Jureti excerpta, & quatuor alii *ſemeſaque*. quod verum eſt. neque aliter pro diversâ lectione Neap. ſecund. Mediceus, & prior Hamburg. ſic *ſemeſa corpora* apud Petronium, *ſemeſa oſſa* apud Statium, & Virgilium, & Silium. *ſemeſa præda* apud eundem, *Semeſa lardi fruſta*, & *ſemeſi piſces*, apud Horatium. apud Silium libro VI, *ſemeſa membra*. Heinſius.

Flet modo, ſeque vocat buſtum miſerabile nati:
Nunc ſequitur nudo genitas Pandione ferro.
Corpora Cecropidum pennis pendêre putares;
Pendebant pennis. quarum petit altera ſilvas:
Altera tecta ſubit. neque adhuc de pectore cædis
Exceſſêre notæ; ſignataque ſanguine pluma eſt.
Ille dolore ſuo; pœnæque cupidine velox,
Vertitur in volucrem: cui ſtant in vertice criſtæ:
Prominet immodicum pro longâ cuſpide roſtrum.
Nomen Epops volucri: facies armata videtur.
Hic dolor ante diem longæque extrema ſenectæ
Tempora, Tartareas Pandiona miſit ad umbras.
Sceptra loci, rerumque capit moderamen Erechtheus;

667. *Corpora Cecropidum.*] Athenienſium Progne & Philomelæ.

668. *Quarum petit altera ſylvas.*] Philomela, quæ in luſciniam fuit converſa. *Quarum.*] Illæ, inquit Pauſan. in Att. cum Athenas ad patrem confugiſſent mœrore & luctu contabuerunt. inde nata fab. Procnem in hirundinem mutatam, filium Itym lugere, Philomelam in luſciniam verſam clamare, τίρινξ μὲ ἐζίασεν, ut habet comment. Heſiod. 2. l. ἔργ. quod avis utraque luctuoſos edat cantus, ait Pauſan. quamvis ἀδὺν ὄρνεον ἄδει ὅταν πτυῖ ἢ μέλοι, ἢ τινα ἄλλην λύπην λυπῆται ἀηδὼ αὐτὴ ἴτυς ἀηδών, καὶ χελιδὼν, καὶ ὁ ἴτυλος, ἄδη φασὶ διὰ λύπην θρηνῆται ἄδων. Plato in Phædone. Intra Daulios vero fines neque hirundo parit, neque luſcinia apparet, Pauſanias in Phocicis. *Farn.*

669. *Alterate&a ſubit.*] Progne, quæ in hirundinem fuit transfigurata.

670. *Signataque.*] *Et manibus Progne pectus ſignata cruentis.* Virg. 4. Georg. *Farn.*

671. *Pœna cupidine.*] Qua Prognem Philomelamque afficeret. Upupam autem, quæ à Græcis *epops* appellatur, poëta deſcribit.

674. *Facies armata videtur.*] Ita etiam pennæ circa oculos ſunt diſpoſitæ, ut eos galea ferè tectos habere videatur, ideoque torvo eſt aſpectu hæc avis. *Farn.* *Epops.* Tereus upupa factus πὺ πὺ clamat Tzetz. in Heſiodum, in tumulo autem Terei upupa primum viſa eſt ab iis qui ibi parentabant. upupæ autem perpetuo hirundines atque luſcinias inſectantur. Photius ex Conone. *Farn.*

675. *Hic dolor ante diem.*] Pandiodolore, quem ex filiabus conceperat, mortuo, Erechtheus à Pallade educatus (ut ſcribit Homerus) & Athenienſibus rex traditus, in regno ſucceſſit: cujus filiam Orithyiam amavit Boreas Thraciæ ventus, & rapuit, in Thraciamque aſportavit: ex qua filios ſuſtulit Zetes & Calaim, qui pueri quidem ſine ali fuerunt; juvenes vero alati effecti, una cum aliis Argonautis ad vellus aureum rapiendum ſunt profecti.

FAB. VIII. *Arg.* Hic dolor ante diem, &c.] *Aquilo cum Orithyiam filiam diligeret, nec ullis precibus à parentibus puellæ impetrare poſſet, ut ſe in affinitatem reciperent, viribus uſus ſuis, Athenas devenit, & puellam raptam in Thraciam retulit, ibique gravidam facit: ex qua gemellos procreavit Zetum & Calaim: quorum poſtea humeris ala volucrum increverunt, per quas parentis imaginem referrent.*

677. *Sceptra loci.*] Athenarum imperium. *Rerum moderamen.*] Regni gubernatio-

Digitized by Google

Juſtitia dubium, validiſne potentior armis.
Quattuor ille quidem juvenes, totidemque creârat
Fœmineæ ſortis: ſed erat par forma duarum.
E quibus Æolides Cephalus te conjuge felix,
Procri fuit: Boreæ Tereus Thraceſque nocebant;
Dilectâque diu caruit Deus Orithyïa,
Dum rogat, & precibus mavult quam viribus uti.
Aſt ubi blanditiis agitur nihil, horridus irâ,
Quæ ſolita eſt illi nimiumque domeſtica vento;
Et meritò, dixit: quid enim mea tela reliqui,
Sævitiam, & vires, iramque, animoſque minaces,
Admovique preces; quarum me dedecet uſus?
Apta mihi vis eſt. vitriſtia nubila pello:

Vi

nationem. Videtur hoc loco Ovidius ſeriem hiſtoriæ, atque ordinem ſucceſſionis regum Atticorum confundere. Primus enim Atticam tenuit Actæus, Poſt hunc regnavit Cecrops, gener Actæi, Poſt Cecropen Cranaus, quo per vim ejecto, regnum Amphictyon gener Cranai accepit. Amphictyoni autem ſucceſſit Erichthonius, quem fabulæ ex Pallade & Vulcano genitum ferunt. Erichthonio Pandion, Pandioni Erechtheus, is de quo hic dicitur. *Micyl. Erichtheus.*] Pauſanias in Atticis refert Pandiona poſteriorem, fuiſſe patrem Prognes & Philomelæ. Invertiſſe itaque temporum ſeriem & ſucceſſionum ordinem videtur poëta, qui hujus Pandionis, qui à Metionidis regno pulſus obiit Megaris, ſucceſſorem facit Erechthea, qui prioris Pandionis filius erat. Ita enim ſe habet ſeries, Cecrops, Cranaus, Amphictyon, Erichthonius, Pandion, Erechtheus, Cecrops II. Pandion II. Ægeus. *Farn. Erichtæus.*] *Erectheus* Florentinus S. Marci. Lege *Erechtheus*, tam hic, quam alibi. Græcis eſt Ἐρεχθεύς. Heinſ.

680. *Sed erat par forma duarum.*] E quatuor filiabus duas æquales pulchritudine fuiſſe ait, Procrin, quæ Cephalo Deionei filio nupſit: & Orithyiam, quæ à Borea vento dicitur fuiſſe rapta. *R.*

Forma duarum.] *Duabus* cum uno Voſſiano. *Heinſ.*

681. *Æolides.*] Cephalus erat filius Deionei, cui pater Æolus, ſecundùm Pauſaniam; Deionei gener ſecundùm Strabonem lib. 10.

682. *Borea.*] Boreæ Strymonis filia Thraci nuptias Orithyiæ ambienti in mora erat facinus recens Terei & Thracum nota ſævitia. *Farn. Borea Tereus Thraceſque nocebant.*] Crudelitas, inquit, Terei ac Thracum, Boreæ ne Orithyiam duceret uxorem nocebat.

683. *Dilectaque.*] *Dilataque* codex Sixanus. *Heinſ. Dens.* Boreas.

685. *Horridus ira.*] Terribilis, indignatione. Boreæ autem naturam deſcribit: eſt enim ventus valde impetuoſus & violentus.

689. *Quarum me dedecet uſus.*] Quibus mihi turpe eſt uti. *R.*

690. *Apta.*] Amatorum more, viribus & virtute ſua gloriatur, ſed Phyſice, nivium vellentibus, grandinis globulis, conflictu cum ceteris ventis, fulgure, tonitru, terræ motibus. *Farn. Hæc triſtia nubila pello, hæc freta concutio.*] *Ut pellam, ut concutiam* multi veteres. & mox *vertam, indurem & pulſem. ut pello, ut concutio* Florentinus S. Marci, tertius Mediceus, excerpta Mureti, prior Erfurt. prior

Vi freta concutio, nodoſaque robora verto,
Induroque nives, & terras grandine pulſo.
Idem ego, cum fratres cælo ſum nactus aperto,
(Nam mihi campus is eſt) tanto molimine luctor;
Ut medius noſtris concurſibus intonet æther; 695
Exiliantque cavis eliſi nubibus ignes.
Idem ego, cum ſubii convexa foramina terræ,
Suppoſuique ferox imis mea terga cavernis;
Sollicito manes, totumque tremoribus orbem.
Hac ope debueram thalamos petiiſſe: ſocerque 700
Non orandus erat, ſed vi faciendus, Erechtheus.
Hæc Boreas, aut his non inferiora locutus;
Excuſſit pennas. quarum jactatibus omnis

Afflata

Strozzæ, & duo alii. Scribe, ut monuimus ad Epiſt. XVII. v. 181. ubi ſimile mendum tollebamus,

Apta mihi vis eſt: vi triſtia nubila pello,
Vi freta concutio, nodoſaque robora verto.

quam conjecturam poſtea confirmavit codex Johannis Georgii Græcii, qui in manus meas pervenit dum hæc prælo typographico committuntur. Poteſt & pro *verto* legi *vello* cum uno Mediceo & uno Thuaneo. Certe in uno Leidenſi & uno Ambroſ. *Vi freta concutio*, unus meus *Vi concutiam*. *I* & *T*. literæ in ſcriptis exemplaribus frequenter confunduntur. ita libro proximo v. 208. pro *aut* reſtituimus *avi*. apud Valerium quoque Flaccum libro 1. in pulchertima Æſonis oratione ſimilis error commiſſus, ubi pro *ut dent* reponendum *video en*. Audiamus illum,

Sed patria valuere preces, auditaque magnis
Vota deis. video en noſtro tot in æquore reges,
Teque ducem. tales, tales ego ducere ſuetus.

pro *video en* legebatur ante Carrionem *videam*. ille ex ſuo codice *ut dent* proxime verum repoſuit. recte autem *noſtro in æquore*. cujus aperti laus Jaſoni ſit ſervata. *Heinſ.*

693. *Cælo aperto.*] Aëre patenti, in quo venti confligunt.

694. *Tanto molimine luctor.*] Tantis viribus reſiſto. *R.* *Nam mihi campus is eſt.*] In cælo aperto, in aëre libero eſt campus meus, in quo pro arbitrio volito ac diſcurro. *Pont.*

695. *Ut medius noſtris.*] Phyſicorum ſententiam ſequitur, qui ex colliſione nubium tonitrua ajunt commoveri, & fulmina emitti. *Noſtris concurſibus*, Sic Virgil. *Venturi prælia venti.* Et 4. Æneid.

At velut annoſam valido cum robore quercum
Alpini Borea, nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter ſe certant.

Inſonet æther.] *Intonet* rectius nonnulli. *Heinſ.*

696. *Eliſi ignes.*] Expulſi. eſt autem fulminum periphraſis

697. *Idem ego cum ſubii.*] Terræ motus ex phyſicorum ſententia fiunt à ventis in cavernis terræ clauſis, unde ſine magno impetu exire non poſſunt.

701. *Non orandus erat mihi, ſed faciendus.*] Langermannianus & prior Twiſdenius concinne,

Non orandus erat, ſed vi faciendus Erechtheus. Heinſ.

703. *Excuſſit pennas.*] Concuſſit alas,

et

Afflata eſt tellus; latumque perhorruit æquor.
Pulvereamque trahens per ſumma cacumina pallam,
Verrit humum: pavidamque metu caligine tectus
Orithyïan amans fulvis amplectitur alis.
Dum volat; arſerunt agitati fortius ignes.
Nec prius aërii curſûs ſuppreſſit habenas,
Quam Ciconum tenuit populos & mœnia, raptor.
Illic & gelidi conjux Actæa tyranni,
Et genitrix facta eſt; partus enixa gemellos;
Cætera qui matris, pennas genitoris haberent.
Non tamen has unâ memorant cum corpore natas:
Barbaque dum rutilis aberat ſubmiſſa capillis;
Implumes Calaïſque puer Zetheſque fuerunt.
Mox pariter ritu pennæ cœpêre volucrum
Cingere utrumque latus; pariter flaveſcere malæ.
Ergo, ubi conceſſit tempus puerile juventæ,
Vellera cum Minyis nitido radiantia villo

Per

ex quarum jactatione maximum ventum excitatum fuiſſe ait.

705. *Pulvereamque.*] Eleganter, & ex natura ſicci venti. unde Boreas vocatur, *Scopa viarum*, & verſu ſeq. *Verrit humum.* Farn.

707. *Orithyiam adamans fulvis complectitur alis.*] *Amplectitur* ſcripti fere omnes. ſed hoc leve. præterea legendum *Orithyiam amans*, cum primo & ſec. Pal. primo Medic. Cantabrig Oxon. aliiſque complutibus. Florent. S. Marci, Urbinas, Neap. aliique nonnulli *Orythiam amans* proxime verum. aliter alii. ſed mendoſe. ſic ultimam in *Iphigenian* corripuit in Pont.

——— *feciſſe per auras*
Neſcio quam dicunt Iphogenian iter.
Heinſ.

710. *Ciconum populos.*] Thraciæ populum ad Iſmarum montem & Biſtonidem lacum.

711. *Actæa.*] Orithyia, ex Atticis Athenis. *Farn.* *Gelidi tyranni.*] Boreæ venti, qui omnium frigidiſſimus.

712. *Gemellos.*] Zeten & Calain. & tres inſuper puellas, Cithoniam, Chionen & Cleopatram. *Farn.*

715. *Subnixa capillis.*] *Submiſſa* decem libri veteres. recte. ſic & *promiſſam barbam* dicebant. Niſi legendum *ſubpexa*, ut *propexa barba* paſſim apud poëtas. Certe unus meus *ſubnexa*. Heinſius.

720. *Vellera.*] Pellem arietis auream, quam Phryxus cum ab eo ad Colchos uſque incolumis fuiſſet delatus, Jovi Phryxio, hoc eſt, fugæ faventi immolavit, ac ejus pellem aurei velleris, eidem dicavit. *& Minyis.*] Theſſaliæ popul. ab Orchomeno fluvio Theſſaliæ, qui prius Minyeus dictus eſt. vel à Minya filio Orchomeni, ut Scholiaſtes Apollonii ad 230. verſ. 1. lib. Argonaut. Ab his tanquam præſtantiſſimis Argonautarum, cæteri omnes Minyæ dicti ſunt. Erant & alii Minyæ Bœotici à Minya rege, filio Chryſæ, cui pater Neptunus. de quibus Pauſan. in Bœoticis.

Digitized by Google

Per mare non motum primâ petiêre carinâ.

721. *Per mare non notum.*] Fri. tert. Medicei, & undecim alii, *non tutum*. Legendum forte, *tritum*. duo *non tactum*, ut *intacti clauſtra freti* apud Claudianum bello Getico, ubi agitur de Argo. Valerius Flaccus tamen libro v. vſ. 660. de Jaſone,

——*maria & nondum qui nota ſubibat.*

tres codices *mare non totum*. Scribo *non motum*. & ſic unus meus. quomodo & Conſtantius Faneſis in ſuis invenerat. ſic lib. 11. Amor.

O utinam, ne quis remo freta longa moveret,
Argo ſumeſtas preſſa bibiſſet aquas.

Val. Flaccus lib. v.

Te ſine, Theſpiade, nos ulla movebimus ultra
Æquora? Heinſius.

Per mare.] Pelias, quo ſibi retineret Theſſaliæ regnum, quod tutelæ ſuæ commiſſum fuerat ab Æſone patre Jaſonis ſub hac fide, ut reſtitueretur Jaſoni adulto; ſimul oraculo monitus, ut ſibi caveret ab Æolidis, cum ex his multos de medio ſuſtuliſſet, neque idem in Jaſone liceret, ſub prætextu ſpecioſo immortalis gloriæ ex repetito vellere aureo quod Phryxus in Colchidem portaverat, in certum mortis diſcrimen illum amandavit. qui tamen victor rediit. Iſ. Tzetzes ad Lycophronem ibi: τῆς ξυνοδίτχης ὃν πρῶτ Οἰνώνης φυγάς. *Prima.*] Primam hanc navem longam memorant Græci. Alii tamen priorem à Dauno factam narrant. Hæc ab artifice ejus, nomen ſortita eſt Argo. Alii à celeritate dictam autumant. ſunt qui non unica nave, ſed claſſe ſuſcepiſſe Jaſonem hanc expeditionem referant. *F. Prima carina.*] Redi ad Tom. 1. p. 412. verſ. 1.



Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER VII.

ARGUMENTUM.

At postquam domum cum Medea rediit, Æsoni illa juventutem reddidit. Eandemque & Pelia pollicita, promisso arietis in agnum reformati specimine, dolo eum occidit. Inde per varia loca multis insignia transformationibus delata, post occisos liberos, Ægeo nupsit. Contra hunc postea bellum movit Minos; collectis undique copiis: ut & è Paro. Quam cum Arne quondam prodidisset, in monedulam fuerat conversa. Æacus verò ab Ægeo stetit, & ad eum Myrmidones suos, è formicis ortos, auxilio misit, duce Cephalo: qui aliquando uxorem suam, mutata sibi forma, in adulterium pellexerat, canemque suum simul cum vulpe in saxa converti viderat.

AMque fretum Minyæ Pagasæâ puppe secabant,
Perpetuâque trahens inopem sub nocte senectam
neus visus erat; juveneſque Aquilone creati

Vir-

1. *Arg.* Jamque fretum Mi- Pagasæa puppe secabant, &c.] *Æsonis filius missus à Pelia Ne- cum proceribus Grajorum Colchos pellem auream apportandam, adjuvante Junone ac Minerva, ut Æeta filiæ contigit regiam, pulchritudine sua Medeam avertitque à patre, ut sibi quam patria consuluerit. Ergo obliviosum Jasonem cœgit, ut fidem præstaret sibi: erga se, nam tauros spirantes ignem, draconem custodientem templum, venenatis carminibus cœgit parere Jasoni, qui esso solo dentes observaret serpentis, quos armatorum seges procreseeret: quos, ut ei præceptum erat à Medea, felice cœgit eos inter se dimicare, bello conciderunt. His gestis Jason Medea Iolcon abiit.* Lact. *Jamque fretum Minyæ.*] Populi sunt Thessaliæ Minyæ. *Pagasæa puppe.*] Argo navis. *Pagasæa.*] Fabricata sub Pagaso promontorio & opp. Thessaliæ. Ἐπίσιον τῶν ὀρῶν Παγασαί. Strabo lib. 9. ἀκρωτήριον Μαγνησίας. ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ τῆς ἐκεῖ ποπῆς θεὰς τὰν Ἀργώ. Scholiastes Apollonii lib. 1.

3. *Phineus visus erat.*] Sic plerique veteres. unus Leidensis, *jussus erat.* unus meus *ausus.* duo Medic. *Phineus ultus erat.* eleganter. Val. Flaccus lib. 1v. sub finem de Amyco,

Nec vero præcepta mihi suprema tyranni
Fata queror, bellove magis latarer & armis
Occubuisse meis; quam lege quod occidit ultus
Ipse suâ.

sic *inultus* quoque tam active quam passive sumitur. *Heinf. Phineus.*] Phineus rex Arcadiæ Plexippum & Pandiona ex Cleopatra Boreæ & Orithyiæ filia natos falso ab Harpalice, Diodoro, Idæa, superinducta iis noverca insimulatos occæcavit. Quam impietatem excitatis talione ulti Dii Harpyias insuper immit-

Virgineas volucres miſeri ſenis ore fugarant;
Multaque perpeſſi claro ſub Iaſone, tandem
Contigerant rapidas limoſi Phaſidos undas.
Dumque adeunt regem, Phryxêaque vellera poſcunt;
Lexque datur numeris magnorum horrenda laborum;
Concipit interea validos Æetias ignes:
Et luctata diu, poſtquam ratione furorem
Vincere non poterat; Fruſtra, Medea, repugnas;
Neſcio quis Deus obſtat, ait. mirumque, niſi hoc eſt,
Aut aliquid certè ſimile huic, quod amare vocatur.
Nam cur juſſa patris nimium mihi dura videntur?
Sunt

mittunt qui cibos ipſi appoſitos raperent fœdarentque. Sed vide Diodorum 5. lib. cap. de Argonautis. & Palæphatum de Phineo. *Juveneſque.*] Argonautis à Phineo benigne exceptis & de itinere atque expeditione admonitis, Calais & Zetes alati Boreæ filii, Harpyias ad Inſ. Plotas inde Strophades dictas fugarunt.

4. *Virgineas.*] Virg 3. Æneid. vſ. 212. *Farn.*

6. *Phaſidos.*] Fl. Colchidis in Euxinum mare ſe exonerantis.

7. *Phryxeâque.*] Aurei arietis, quo huc vectus eſt Phryxus, vellus. verſ. penult. lib. præced. & infra.

8. *Voxque datur Minyis.*] *Lexque* cum primo Gronovii. & *numeris laborum*, non *Minyis* cum vetuſtioribus majori ex parte. Vide Notas Pont. 11. El. 1x. Florent. S. Marci, *Viſque datur.* Heinſ. *Lexque.*] Jaſoni aureum vellus nomine Peliæ poſcenti reſpondit Æetes, Non hoc licere aut poſſe reddi, priuſquam tauros quis ignivomos domuiſſet, draconem vigilem cuſtodem cecidiſſet, dentes ejus ſeminaſſet, natoſque inde terrigenas ſtraviſſet. Apollon. 3. l. 405. verſ. Pindarus Pyth. 4. *Farn. Lexque datur numeris.*] Hoc eſt, reſponſum datur ab Æeta, magnos ineſſe labores in rapiendo vellere aureo ſignificans.

9. *Concipit interea.*] Juno & Pallas de Jaſone follicitæ propter certamina tam periculoſa illi ab Æeta propoſita, Veneri perſuaſerunt, ut Cupidinem ad Medeam mitteret; qui Jaſonis amore ipſam inflammaret. *Æetias.*] Medea Æetæ regis Colchorum filia. R.

12. *Neſcio quis Deus obſtat.*] Sic de Didone Virgil. 1. Æneid.

——*hæc oculis, hæc pectore toto*
Hæret, & interdum gremio fovet, inſcia
Dido
Inſideat quantus miſeræ Deus.

Mirumque quid hoc eſt.] Alii *mirorque* fruſtra. duo Voſſiani *quis hic eſt. quid hic* Rottendorph. Lovan. *quod hoc ſit.* Scribe, *mirumque, niſi hoc eſt.* Mirum eſt, inquit, niſi amo. ita veteres loquebantur. Plautus Amphytr. Act. 1. Sc. 1.

Mirum, ni hic me quaſi murænam exoſſare cogitat.

& paulo ante,

Mira ſunt, niſi invitavit ſeſe in cenâ pluſculum.

& ſæpe alibi. ſic & *mirum quin.* paſſim apud eundem. ut Amphytr. Act. 11. Sc. 11. *Mirum, quin te adverſus dicat.* Sulpicius Servaſtus de Cupiditate in Caracteſtis Pithœi,

Mirum, ni pulcras artes Romana juventus
Diſcat, egregio ſudet in eloquio.

Heinſius.

14. *Nimium mihi dura videntur.*] *Tibi* Langermannianus codex. & mox duo Medicei, *ſi poſſet, ſanior eſſet.* ut pergat

Medea

Sunt quoque dura nimis. cur, quem modo denique vidi,
Ne pereat, timeo? quæ tanti cauſſa timoris?
Excute virgineo conceptas pectore flammas,
Si potes, infelix. ſi poſſem, ſanior eſſem.
Sed trahit invitam nova vis; aliudque Cupido,
Mens aliud ſuadet. video meliora, proboque:
Deteriora ſequor. quid in hoſpite, regia virgo,
Ureris? & thalamos alieni concipis orbis?
Hæc quoque terra poteſt, quod ames, dare. vivat, an ille
Occidat, in Dîs eſt. vivat tamen. idque precari
Vel ſine amore licet. quid enim commiſit Iäſon?
Quam, niſi crudelem, non tangat Iäſonis ætas,
Et genus & virtus? quam non, ut cætera deſint,
Forma movere poteſt? certè mea pectora movit.
At, niſi opem tulero, taurorum afflabitur ore:
Concurretque ſuæ ſegeti tellure creatis
Hoſtibus: aut avido dabitur fera præda draconi.
Hoc ego ſi patiar, tum me de tigride natam,
Tum ferrum & ſcopulos geſtare in corde fatebor.
Cur non & ſpecto pereuntem? oculoſque videndo
Conſcelero? cur non tauros exhortor in illum,
Ter-

Medea ad ſe ipſam ſermonem convertere. Adi Notas ad Epiſt. x. v. 75. *Idem.*

16. *Sed trahit invitam.*] *Gravat* Florentinus S. Marci, primus Vatican. prior Hamburgenſis & unus Bononienſis. ut apud Senecam Hercule Furente, *qua domum clades gravat.* ita frequenter veteres. *Idem. Nova vis.*] Magna amoris poteſtia mihi nunquam antehac experta.

20. *Video.*] Euripidis Medea, τὰ χεῖρ' ὑπερβάλλω καὶ γιγνώσκουσ', Οὐκ ἐπιτρέψω δέ. F. *Video meliora, proboque.*] Ex Græco.

Καὶ μανθάνω μὲν οἷα δρᾶν μέλλω κακὰ,
Θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.

25. *Quid enim.*] Τίνητε μὲ δυσλαβὴ σὺ ἔχω ἀχθ' εἰ ἔγε πάντων θεόντας ἡρώων προφρίσαι, εἴτε χερσὶν, Εἰρίτω, &c. Medea apud Apollonium 3. lib. v. 464. *Farn.*

26. *Quem niſi crudelem.*] *Quam* probe unus Voſſianus pro diverſâ lectione. & tum mox quoque *quam non.* quomodo Lovanienſis, & unus Mediceus. *Heinſ.*

28. *Forma movere poteſt.*] *Ore* multi ex melioribus. quod ſi admittimus, verſu proximo pro *taurorum ore* erit reponendum *igne.* cum prim. Moreti, Oxon. prim. Hamburg. & aliis duodecim. *afflabitur aura* Grævianus pro diverſa lectione. *Idem.*

35. *Cur non.*] Iſta eodem compendio exprobrantur Jaſoni à Medea Euripidis: Ἐσωσά σε, πυμφθέντα ταύροις πυρπνόοις ἐπιστάτην ζεύγλῃσι καὶ σπαρτὸν θανάσιμον γύαις, δράκοντα δ' ὃς πάγχυσον

Terrigenaſque feros, inſopitumque draconem?
Dî meliora velint. quamquam non iſta precanda,
Sed facienda mihi. prodamne ego regna parentis,
Atque ope neſcio quis ſervabitur advena noſtrâ,
Ut per me ſoſpes ſine me det lintea ventis,
Virque ſit alterius; pœnæ Medea relinquar?
Si facere hoc, aliamve poteſt præponere nobis,
Occidat ingratus. ſed non is vultus in illo,
Non ea nobilitas animo eſt, ea gratia formæ;
Ut timeam fraudem, meritique oblivia noſtri.
Et dabit ante fidem: cogamque in fœdera teſtes
Eſſe Deos. quid tuta times? accingere; & omnem
Pelle moram. tibi ſe ſemper debebit Iaſon,

Te

χρυσοῦ ἀμφίτομον δίραις σπείραις ἰσαχὲς πολυμπλόκοις Αὐτῷ. Imitatur Seneca in Medea, v. 466. *Farn.*

36. *Terrigenaſque feros.*] Homines è terra natos. *Inſopitumque draconem.*] Pervigilem.

37. *Di meliora velint.*] Puto, *Di meliora, velim.* ex veteri formula, *Di meliora*, vel *Di melius.* cui *forant* vel *dent* ſubintelligitur. ſic Græcis ὐφέμαι. Virgil. *Di meliora piis.* Cicero Philipp. VIII. *Ergo habet Antonius, quod ſuis polliceatur? quid nos? numquid tale habemus? Di meliora.* Val. Maximus lib. IV. cap. III. *Sophocles ætate jam ſenior cum ab eo quidam quæreret, an etiamnum rebus Venereis uteretur: Di meliora, inquit.* Idem Valerius lib. VI. cap. I. ſub finem. neque aliter Livius non uno loco. De Sophocle narrationem Valerius ex Catone Ciceronis hauſit, ille ex ſui Platonis libro primo de Republica. uterque *Di meliora* in reſ, onſo Sophoclis reddiderunt, quod apud Platonem, ὐφέμαι, ὦ ἄνθρωπε. Noſter Art. Am.

Di melius, quam nos moneamus talia quenquam. &.

Di melius: vix hoc nupta tenere poteſt. Lucanus libro II.

Di melius, belli tulimus quod damna priores. libro III.

Di melius, quod non Latias Eous in oras
Nunc furor incubuit.

atque ita ſæpe. ſic & *Di bene.* de quo Triſt. lib. I. El. diximus. verſ. 41. *Heinſius.*

41. *Pœna.*] Aut dolori quo afficiar ex illius amore, aut ſupplicio, quod de me pater ſumet.

44. *Ea gratia formæ.*] Quia præceſſerat, *ſed non is vultus in illo*, ne bis idem dicat, videtur reſcribendum, *ea gratia morum.* Heinſius.

46. *Et dabit ante fidem.*] Et antequam illi opem feram jurejurando promittit me ſibi uxorem futuram. *R. Fidem.*] Quam ſpondet ille, 3. Argon. Apollon. 1078. verſ. & apud Val. Flaccum lib 7. verſ. 498. *Per te quæ ſuperos, diviſque potentior imis, Perque hæc, virgo, tuo reſidentia fidera nutu, Atque per has noſtri juro diſcriminis horas: Unquam ego ſi meriti ſim nocliis & immemor hujus, Site ſceptra, domum, ſite, &c.* Farn.

48. *Tibi ſe ſemper debebit Iaſon.*] Sic Virgil. 12. *Turnum jam debent hæc mihi ſacra.* Et X—— *ſoli mihi Pallas debetur.* Et in Propert. 1. Eleg. 6. ſimilis elegantia. —— *illa meam mihi jam ſe denegat.* Juven. Satyr. 3. *Nil tibi ſe debere velit.* & Sat. 6. —— *ut ſe tibi ſemper* —— *Impune.*

49. *Per-*

Te face ſolenni junget ſibi: perque Pelaſgas
Servatrix urbes matrum celebrabere turba.
Ergo ego germanam, fratremque, patremque, Deoſque
Et natale ſolum ventis ablata relinquam?
Nempe pater ſævus, nempe eſt mea barbara tellus,
Frater adhuc infans: ſtant mecum vota ſororis.
Maximus intra me Deus eſt. non magna relinquam;
Magna ſequar: titulum ſervatæ pubis Achivæ,
Notitiamque loci melioris, & oppida, quorum
Hic quoque fama viget, cultuſque, arteſque virorum:
Quemque ego cum rebus, quas totus poſſidet orbis,
Æſoniden mutaſſe velim: quo conjuge felix
Et Dis cara ferar, & vertice ſidera tangam.
Quid, quod neſcio qui mediis concurrere in undis

Di-

49. *Perque*] Τιμήσουσι γυναῖκες καὶ ἀνέρες ἀθάνατοι ἔσσομαι, &c. Apollon. 3. lib. verſ. 1. 112. & 991. καὶ σώτειραν Ἄργει καὶ πρυτόλοις. Pindarus Olymp. 13. *Farn.*

51. *Germanam.*] Chalciopem. *Fratremque.*] Abſyrtum.

54. *Sororis.*] Chalciopes, quæ Phryxo nupſerat, & de filiis patrimonium petentibus ſolicita, opem artemque ſororis Medeæ implorabat. *Farn.*

56. *Servata pubis Achivæ.*] Cave admittas, quod in plurimis exſtat membranis, *puppis Achivæ.* apud Val. Flaccum ſimili modo non ſemel peccatur. ut initio lib. VI, ubi, *Grajamque abſumere pubem.* pro *puppem* ſcribendum. ut & libro V. vſ. 620.

Promiſſaque vellera pubi Theſſalicæ.

& libro IV.

Nec abit, & ſocia vector petit agmina pubis.

apud Statium quoque libro V. Sylv. Epicedio Filii,

Non ego mercatus Pharia de pube loquaces
Delicias.

legendum. ſic *primo* pro *Primo* apud Propertium lib. II, Eleg. 11. & infra hoc libro apud Noſtrum *flumina Phœbes* pro *Bœbes* conſtanter in membranis. *Heinſ.*

58. *Cultuſque arteſque virorum.*] *Locorum* plerique vetuſtiores, quod impensè placeret, niſi jam præceſſiſſet, *Notitiamque loci meliores.* ſed forte illic *ſoli* reponendum. Vide quæ notavi l. IV. vſ. 765. *colonum* primus Medic. Bernegger. & unus Moreti. Triſt. III. Eleg. VIII. ex veſtigiis veterum librorum,

Cumque ſolum, moreſque hominum, cultuſque locorum
Cernimus. Idem.

61. *Et vertice ſydera tangam.*] Illi vertice ſydera tangere dicuntur, qui ſibi felices videntur.

62. *Neſcio qui montes.*] Cyaneas petras innuit, quæ & Symplegades dicuntur R. *Mediis.*] Symplegades, Cyaneæ, inſ. in maris Euxini oſtio, quæ longè navigantibus modo coire, modo disjungi videntur. Pindarus Pyth. 4. συνδρόμους πλαγὰς ἀμαιμάκετον ἐκφύγειν πόρον. *Mediis incurrere in undis Dicuntur montes.*] Codices majori ex parte *occurrere.* ſecundus & tertius Palat. primus Baſil. Rottendorph. & decem alii, *concurrere*, vere. ita de Cyaneis

Dicuntur montes, ratibuſque inimica Charybdis,
Nunc ſorbere fretum, nunc reddere; cinctaque ſævis
Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo?
Nempe tenens quod amo, gremioque in Iaſonis hærens,
Per freta longa ferar. nihil illum amplexa verebor:
Aut, ſi quid metuam, metuam de conjuge ſolo.
Conjugiumne vocas, ſpecioſaque nomina culpæ
Imponis, Medea, tuæ? quin aſpice quantum
Aggrediare nefas: &, dum licet, effuge crimen.
Dixit: & ante oculos rectum, pietaſque, pudorque
Conſtiterant: & victa dabat jam terga Cupido.
Ibat ad antiquas Hecates Perſeïdos aras:

Quas

cautibus paſſim ſcriptores. Noſter Amor. lib. II.

Qua concurrentes inter temeraria rupes
Conſpicuam ſulvo vellere vexit avem.

& Metamorph. lib. XV.

—— *timuit concurſibus Argo*
Undarum ſparſas Symplegadas eliſarum.

Virgil. Æn. IX.

—— *credas innare revulſas*
Cycladas, aut montes concurrere montibus altos.

Statius Theb. XI.

—— *Cyaneos vetuit concurrere montes.*

Juvenal. Sat. XV.

—— *vel concurrentia ſaxa Cyaneis.*

Claudian. lib. II. in Eutrop. *Concurrêre freti fauces.* & initio libri de bello Getico *De.eptum vaga concurſum rupis* dixit agens de Argonautis. Accius Argonautis apud Ciceronem lib. II. de Naturâ Deorum *undas concurſantes.* Plinius lib. XV. cap. XIII. *Cyanea, aliis Symplegades appellata, traditaque fabulis inter ſe concurriſſe.* Mela l. II. c. VII. *Contra Thracium Boſporum dua parva parvoque ſpatio diſtantes, & aliquando credita dictaque concurrere, & Cyanea vocantur & Symplegades.* ſic & Hyginus Fab. XIX. neque aliter paſſim Valerius Flaccus. Theocritus Idyll. XXII. πέτρας εἰς ἐν ξυνιούσας appellavit. à concurrendo *συνδρόμιδας* dictæ, *Heinſ. Montes mediis concurrere in undis.*] Redeatur ad Tom. I. p. 160. vſ. 121.

63 *Charybdis Scylla.*] Virgil. 3. Æn. 420. verſ. quæ nos ibi. *Farn.*

67. *Per freta longa ferar.*] *Trahar* ſecundus Vatic. pri. Baſil. opt. Thuan. & duo alii. ut lib. VIII.

—— *puppimque amplexa recurvam*
Per freta longa trahar

ferar paulo ante præceſſerat. *Heinſ.*

69. *Conjugiumne putas?*] *Vocas* ſecundus Mediceus, Neap. & duo alii. ut apud Virgil.

Conjugium vocat: hoc prætexit nomine culpam. Idem.

74. *Hecates Perſeïdos.*] Hecate filia fuit Perſæ Solis filii. vide Natal. lib. 3. Mythol. cap. 5. & 15. *Ibat ad.*] Admonuerat Jaſonem Argus filius Chalciopes, Medeam Hεφίην Ἑκάτης ἱερὸν μετὰ νηὸν ἰέναι. ἐπεὶ ῥα Ζηνὸς αἴσιά πάλιν ἐφοίτα. Apol. 3. *Hecates.*] Soli in Scythis duos fuiſſe filios refert Diodorus lib. 5. Æetem & Perſen; Æeta in Colchis regnavit, in Taurica Perſes; crudeles ambo efferique. Ex Perſe Hecate orta eſt, immanitate patrem ſuperans, & venefica; patrio more advenas Diana ſacrificare ſolita, venenique varias ſpecies à ſe miſtas in advenis experiri. Patre ſublato regni habenas ſumpſit, patruo Æetæ nupſit, cui tres peperit libe-

ros,

Quas nemus umbrosum, secretaque silva tegebant. 75
Et jam fortis erat, pulsusque resiederat ardor;
Cum videt Æsoniden: extinctaque flamma revixit.
Erubuêre genæ, totoque recanduit ore.
Ut solet à ventis alimenta assumere, quæque
Parva sub inductâ latuit scintilla favillâ, 80
Crescere; & in veteres agitata resurgere vires:
Sic jam lentus amor, jam quem languere putares.
[Ut vidit juvenem, specie præsentis inarsit.]
Et casu, solito formosior Æsone natus

Illâ

ros, Circen, Medeam, Ægialeum, qui aliis dictus Absyrtus. aliter Hesiodus in Theogonia, Η'ελίῳ τίκε κλυτὸ Περσείς Κίρκην τε καὶ Αἰήτην βασιλῆα. Αἰήτης δὲ γάμε Ἰδυῖαν, Η' δὴ οἱ Μήδειαν τέκνατο. Idem alio in loco Theogn. Aßerien ex Perse peperisse Hecaten, τὴν περὶ πάντων Ζεὺς Κρονίδης τίμησεν. τόθεν δὲ οἱ ἀγλαὰ δῶρα, Μοίρην ἴσχειν γαίης, θαλάσσης καὶ ὐρανοῦ, &c. Ita ut in sacris invocetur Hecates nomine. Eandem esse volunt cum Diana, Proserpina, Luna, dicique quod ἑκάς, id est, longe radios jaciat, uti soror Apollinis. Farn.

75. *Umbrosaque silva tegebat.*] *Tegebant* primus, & multi alii. Heinsius.

76 *Et jam fortis erat, pulsusque residerat ardor*] Fractus erat multi veteres ex melioribus. *residerat* etiam Bernegg. & tres nostri. Puto,

Et jam fortis erat, fractusque residerat ardor. Idem.

77. *Extinctaque flamma revixit.*] Ἀνεζώπυρε longe elegantius primus Gronovii, Arondel. & alii complures. Remed. Amor.

Ut pene extinctum cinerem si sulphure tangas;
Vivet, & è minimo maximus ignis erit.
Fast. III.

Quæ simulâ fovet ille manu, bene vivitis ignes,
Vivite inextincti flammæque duxque procer,

Plaut. Aulularia,

Nam si ignis vivet, ut extinguere extemplo.

Propertius libro IV. Eleg. III.

Hanc Venus, ut vivat, ventilat ipsa facem.

atque ita passim optimi Latinitatis auctores. ut & contra *mori.* Noster Amor. libro I. Eleg. II.

Vide ego jactatas mota face crescere flammas,
Et vidi nullo concutiente mori.

Martiali quoque libro IV. Ep. IV.

——*spurca moriens lucerna Ledæ.*

sic *vivens favilla* & *viva flamma* apud Nostrum in Fastis. *Viva lucerna* apud Horatium, *vivi carbones* apud Petronium, & apud Capitolinum in Pertinace, *vivacissimi carbones.* Idem.

78. *Erubuere gena.*] *Et rubuere* meliores. & mox *Ut solet à ventis*, non *Utque solet ventis.* Idem.

82. *Sic jam lenis amor.*] *Lentus* primus Reg. & tres alii. de quo ad Epist. Sapphus & Remed. vers. 768. *lasus* Genev. Cæterum versus proximus pro spurio ὀξ κόραπας ablegandus. *Idem.*

83. *Specie.*] Pulchritudine.

84. *Et casu.*] *Imo Juno lumenque juventa Purpureum & lætos oculis adfulsit honores:* Ἐν θ' ἄμα τὴς τοῖσ' ἐπὶ πορφύρεον γλυκὺ αἰδῶ Οἷον Ἰάονα θῆκε δίεν δάμασε δὲ μετὰ κάλλος Η'μὲν ἐς ἄντα ἰδεῖν ἠδὲ προτιμυθήσασθαι, Apollon. 3. lib. 918. Farn.

Illâ luce fuit. poſſes ignoſcere amanti.
Spectat; & in vultu, veluti nunc denique viſo,
Lumina fixa tenet: nec ſe mortalia demens
Ora videre putat: nec ſe declinat ab illo.
Ut verò cœpitque loqui, dextramque prehendit
Hoſpes, & auxilium ſubmiſſa voce rogavit;
Promiſitque torum; lacrymis ait illa profuſis:
Quid faciam video: nec me ignorantia veri
Decipiet, ſed amor. ſervabere munere noſtro:
Servatus promiſſa dato. per ſacra triformis
Ille Deæ, lucoque foret quod numen in illo;
Perque patrem ſoceri cernentem cuncta futuri,
Eventuſque ſuos, per tanta pericula jurat.
Creditus, accepit cantatas protinus herbas,
Edidicitque uſum; lætuſque in tecta receſſit.
Poſtera depulerat ſtellas Aurora micantes:
Conveniunt populi ſacrum Mavortis in arvum;
Conſiſtuntque jugis. medio Rex ipſe reſedit
Agmine purpureus, ſceptroque inſignis eburno.
Ecce adamantêis Vulcanum naribus efflant

Æri-

88. *Nec ſe declinat.*] Nec oculos ſuos ab illo avertit ſpectando.

90. *Submiſſa voce.*] Ne ab aliis quæ dicebant perciperentur. Ꝛ. Πρὸς αὐτὴν Ἡκάτης μειλίσσομαι ὄφρ᾽ τοκῆον. Καὶ Δίες ὃς ξείνοις ἱκέτῃσι τε χεῖρ᾽ ὑπερίσχει. 985. verſ. & deinceps. *Farn.*

94. *Triformis dea.*] Hecates, quæ & Luna, & Diana, & Proſerpina creditur eſſe. Ꝛ. *Triformis.*] Vide quæ ad 417. vſ. 2. lib. & quæ ad Hippolytum Senecæ 417. verſ. *Farn.*

96. *Perque patrem ſoceri.*] Per Solem Æetæ patrem, quem ſibi ſocerum Medeæ conjugio cupiebat. *Cernentem cuncta.*] Omnia aſpicientem. nam Sol omnia & audit & videt. Ꝛ.

97. *Et tanta pericula.*] *Per tanta* primus Gronov. tert. Medic. & tres alii, & deinde *recedit* pro *receſſit* cum iiſdem & optimo Thuan. *Heinſ.*

98. *Cantatas.*] Φάρμακον προμήθειον, quo qui ungitur, neque vulnerabilis fuerit, neque obnoxius igni, illo die ſuperior omni vi futurus. Apollonius 3. lib. verſ. 843. Νάφθας, à Græcis dici Medeæ olim refert Suidas. *Farn.*

101. *Sabrum Mavortis in arvum.*] In ſacrum Martis campum. In illo namque vellus aureum ſuper fago arbore collocatum à pervigili dracone ſervabatur. Ꝛ. Ibi ſub jugum tauri miſſi, & dentes ſerpentis ſeminati fuere. Lucus autem Martis, in quo vellus aureum ſervabatur, alio loco, & ab urbe Colchorum aliquantum remotiore fuit. *Micyll.*

103. *Sceptroque inſignis eburno.*] *Inſignis* in nonnullis veterum. ut lib. 1. *Celſior ipſe loco, ſceptroque inſignis eburno.* Heinſ.

104. *Adamanteis.*] Παρῖσιν ἀπὸ τῶν ὄφρυν ξυγὸν χάλκεον φαίνων. Δι-

Æripedes tauri: tactæque vaporibus herbæ
Ardent. utque solent pleni resonare camini,
Aut ubi terrenâ silices fornace soluti
Concipiunt ignem liquidarum aspergine aquarum:
Pectora sic intus clausas volventia flammas,
Gutturaque usta sonant. tamen illis Æsone natus
Obvius it. vertêre truces venientis ad ora
Terribiles vultus, præfixaque cornua ferro;
Pulvereumque solum pede pulsavêre bisulco;
Fumificisque locum mugitibus implevêre.
Diriguêre metu Minyæ. subit ille; nec ignes
Sentit anhelatos: tantum medicamina possunt.
Pendulaque audaci mulcet palearia dextrâ:
Suppositosque jugo pondus grave cogit aratri
Ducere & insuetum ferro proscindere campum.
Mirantur Colchi: Minyæ clamoribus implent,

Adji-

Λιτόμην τ' ἐπὶ τοῖς σκληρῷ ἀδάματι θ' ἁρτον, &c. Apollon. 3. lib. 1282. v. & Pindarus 4. Pyth. Ἀλλ' ὅτ' Αἰήτας ἀδαμάντινον ἐν μέσσοις ἄροτρον σχίμφαλόν τε βοὲ ὀξὺ ἀπὸ ξανθᾶς γενύων πτίον ἀμφέπνευε πυρός.

105. *Æripedes.*] Χαλκόπους δ' ἐπνεον, ἀμφὶ στόμιον γυῖα, &c. Habemus pedes ex ære solidos, à Vulcano scil. factos: ut Χαλκόποδες ἵπποι, Homero; non à cursu celeri; ut *æripedes cervi.* Jos. Scal. ad Auson. lib. 1. cap. 6. *Farn.*

106. *Herbæ Ardent.*] *Arent.* malim. vide Notas lib. VIII. v. 289. *Heins.*

107. *Silices fornace.*] Periphrasis est calcis, quæ fit lapidibus ita excoctis, ut nihil humoris retineant, in quos quidem si immittatur aqua, cum quodam fridore & ignem concipiunt, & dissolvuntur. *R.*

114. *Fumificis.*] Furnum efficientibus. Spondeo autem in quinta carminis sede usus est poëta, ut boum mugitus exprimeretur.

115. *Nec ignes sensit anhelatos.*] Frustra plurimi veterum, *illos anhelatus* vel *illos anhelantes.* Noster Epistola Medeæ, ut jam vidit Naugerius,

Isset anhelatos non præmedicatus in ignes
Immemor Æsonides.

lib. IV. Fast. de Ætna,

Cujus anhelatis ignibus ardet humus,

sic & *anhelata flamma.* Ausonio in Mosell. Præterea *sentit* legendum cum nonnullis. *Heins.*

118. *Suppositosque.*] Tauros hosce interpretatur Diodorus lib. 5. satellitum regis Taurici excubias; draconem, sacerdotem Martis, custodiæ templi præfectum: Phryxi pædagogum appellat Arietem: vel etiam avectum narrat Phryxum navi, cujus insigne erat aries. *Farn.*

120. *Mirantur Colchi.*] Colchi Scythiæ sunt populi, Ægyptiorum coloni. *R. Minyæ clamoribus augent.*] *Implent* prim. Reg. rect. Mediceus, & quinque alii. recte. ne bis idem dicat. *implere* pro hortari. appositè apud Virg. l. VII.

Turnus Rutulos animis audacibus implet.

Adjiciuntque animos. galeâ tum ſumit aënâ
Vipereos dentes; & aratos ſpargit in agros.
Semina mollit humus validò prætincta veneno:
Et creſcunt, fiuntque ſati nova corpora dentes.
Utque hominis ſpeciem maternâ ſumit in alvo; 125
Perque ſuos intus numeros componitur infans;
Nec niſi maturus communes exit in auras:
Sic ubi viſceribus gravidæ telluris imago
Effecta eſt hominis, fœto conſurgit in arvo:
Quodque magis mirum, ſimul edita concutit arma. 130
Quos ubi viderunt præacutæ cuſpidis haſtas
In caput Hæmonii juvenis torquere parantes;
Demisêre metu vultumque animumque Pelaſgi.
Ipſa quoque extimuit, quæ tutum fecerat illum:

Utque

Silius libro I.
Attollitque animos hortando & talibus implet.
lib. V.
Nunc hos nunc illos adit atque hortatibus implet.
lib. VIII.
——— *blandis hortatibus implet.*
Val. Flaccus lib. IV.
——— *defert celeranda parentis*
Imperia, atque alacrem latis hortatibus implet.
& libro II.
Hanc ſuperincendit Venus, atque his vocibus implet.
Statius Theb. X.
——— *ſic illo truces hortatibus implet.*
Labdacidas.
Paulo aliter ſumitur apud Virgilium lib. XI.
Turnum in ſilvis ſaviſſimus implet.
Nuncius.
Idem Statius lib. VII.
——— *venit attonita Cadmeius heros*
Obvius, & raptam lacrymis gaudentibus implet.
ſic *Munera* bus *deos implere* infra hoc ipſo libro. Epicedio Drusi,
Gradivumque patrem donis implere parabas.
Val. Flaccus lib. II.
——— *tum voce deos, tum queſtibus implent.*
& *implere ſpes, vota* & ſimilia. *Heinſ.*

122. *Vipereos.*] Patrem dentium ſerpentis à Cadmo interfecti ad Æëtem miſerunt Pallas & Mars. ὀδόντας Ἀονίους δράκοντος, οὓς Ἀγυγίη τις Θεὸς Καδμῳ ἔπεμψε, &c. Apollon. 3. l. v. 1176 vide v. 101. lib. 3. Sopitus enim hic draco non interfectus eſt. *Farn.*

123. *Semina præcincta.*] Infecta potenti veneno, ut ex quibus homines armati ſint nati. *R. Semina mollit, &c.*] Mori vulgo dicuntur ſemina in terram jacta, cum molleſcere & diffundi incipiunt, cum comprehenduntur, ut loquitur Columella. *Pont.*

126. *Perque ſuos numeros.*] Per ſuas omnes particulas.

131. *Peracuta cuſpidis haſtas.*] *Præacuta* ex ſcriptis pleriſque. ſic *præacuta ſudes* Salluſtio apud Servium, & Ammiano l. XVIII. *præuſta ſudes.* Virgilio. *Heinſius.*

133. *Pelaſgi.*] Minyæ Theſſali.

134. *Ipſa quoque.*] Medea.

137. *Gra-*

Utque peti vidit juvenem tot ab hoſtibus unum,
Palluit; & ſubito ſine ſanguine frigida ſedit.
Neve parum valeant à ſe data gramina, carmen
Auxiliare canit; ſecretaſque advocat artes.
Ille, gravem medios ſilicem jaculatus in hoſtes,
A ſe depulſum Martem convertit in ipſos.
Terrigenæ pereunt per mutua vulnera fratres;
Civilique cadunt acie. gratantur Achivi:
Victoremque tenent; avidiſque amplexibus hærent.
Tu quoque victorem complecti, barbara, velles;
[Obſtitit incepto pudor: at complexa fuiſſes;]
Sed te, ne faceres, tenuit reverentia famæ.
Quod licet, affectu tacito lætaris: agiſque
Carminibus grates, & Dîs auctoribus horum.
Pervigilem ſupereſt herbis ſopire draconem:
Qui criſtâ linguiſque tribus præſignis, & uncis
Dentibus horrendus, cuſtos erat arietis aurei.

Hunc

137. *Gramina.*] Herbæ. R. *Carmen auxiliare.*] Reſervare ſibi ſolebat Medea carmen magicum potentiſſimum, quod tanquam arietem & machinam extremam adjuvandis veneficiis adhiberet. Hoc ab effectu *Auxiliare* & *ſecretas artes* idoneè nominat Poëta. *Pont.*

139. *Ille.*] Ita enim edoctus fuerat à Medea. Apollon. 3. lib. 1055. vſ. Αἶψα δ' ὑπερμήνιες πολῖται γυιοῖο δοκεύσης. Λαθρη δὲ λάας ἄφες σιδαρόφορον. οἱ δ' ἂν ἰὼν ἀνδρῶν Καρχαλέαι κύνες ὣς περὶ βριμὺν ὀλέκοιεν Ἄλλήλους. Conjectum ab Jaſone in vulgus ſeditionis ſemen innuitur, unde mutuo inter ſe civilique bello interiemunt, ut lib. 3. vſ. 118. *Farn.*

145. *Obſtitit incepto pudor.*] Etiam hunc verſum meo tolle periculo. *Heinſ.*

147. *Affectu tacito.*] Amore occulto. *Et Diis auctoribus horum.*] Diis inferis, Hecatæque inprimis.

149. *Pervigilem.*] Draco hic, ut habet Diodorus lib. 5. cuſtodiæ templi Martis dux erat, pelli aureæ uſque incubans. Erat autem templum longe ab urbe Sybari, ſtadiis 70. Medea itaque noctu accedens, corrupto, vel veneno peremptō Dracone, vigiles Taurica lingua appellavit, quæ admiſſa introduxit ſimul Argonautas, qui erepta pelle aurea, è veſtigio nave conſcenſa in patriam reverſi ſunt. *Farn.*

151. *Aurea arboris.*] In qua vellus aureum ſuſpenſum erat, & à vaſto & monſtroſæ magnitudinis dracone cuſtodiebatur. R. *Cuſtos erat arboris aureæ.*] Neſcio an rectè dicatur arbor aurea, quod aureum vellus ferat. in altero Hamburgenſi pro diverſa lectione, *arietis auri*, cum gloſſa, *celeuſmaticus pro dactylo.* Scribe: *arietis aurei.* Epiſtola Medeæ, *Aureus ille aries villo ſpectabilis aureo.* ita paſſim Latinis aries Pelopeus dictus: κριὸς χρυσόμαλλος Græcis. eſt autem κελευσματικὸς. quo pede nihil uſitatius, maxime apud Virgilium qui pari modo Tū *abiere, ariete, abiebus, arietes,*

Hunc poſtquam ſparſit Lethæi gramine ſucci;
Verbaque ter dixit placidos facientia ſomnos,
Quæ mare turbatum, quæ concita flumina ſiſtant;
Somnus in ignotos oculos ſubrepit: & auro

tat, & ſimilia ſolet contrahere. Vide quæ notamus lib. IV. vſ. 221. certe in Norico, qui inter meliores eſt,

——— *cuſtos erat velleris aurei.*

Heinſ.

154. *Flumina ſiſtunt.*] *Siſtant* ex octo libris. *Idem.*

155. *Somnus in ignotos oculos ubi venit.*] Interrupta oratio, ab uno Mediceo *Tò ubi* abeſt. Editio Gryphii, *advenit.* unus Moreti, *nunc venit.* alius *huic venit.* unus Voſſianus, *ſibi venit.* Scribe,

Somnus in ignotos oculos ſubrepit.

vel *obrepit.* Statius lib. I. Sylvar. Soteriis,

——— *feſſos penitus ſubrepit in artus*
Infidioſa quies.

Horat. Arte Poëtica,

Verum opere in longo fas eſt obrepere ſomnum,

ubi ſcribendum, *operi longo.* Seneca Troad.

Breviſque feſſis ſomnus obrepſit genis.

Noſter Faſt. III. quæ illic vera lectio,

Blanda quies furtim victis obrepit ocellis.

non *victos oppreſſit ocellos. ſubit lumina victa ſopor.* Epiſtola Herus. *vergúntur lumina ſomno.* apud Valerium Flaccum lib. VIII. v. 65.

——— *an lumina ſomno*
Vergitur, & domitum potius tibi tradimus anguem?

ita ſcribo. perperam nunc *Mergitur* in vulgatis exſtat exemplaribus. Elegans Græciſmus & familiaris Valerio. ſic *declinari ſomno oculi* Propertio dicuntur libro II. Eleg. I.

Seu cum poſcentes ſomnus declinat ocellos.

ubi tamen *poſcentes ſomnum* cum ſcriptis malim. ut apud Noſtrum lib. II. Faſt.

Fanctus erat dapibus: poſcunt ſua tempora ſomnum.

Idem Propert. lib. IV. Eleg. VII. *inclinare oculos.*

At mihi non oculos quiſquam inclinavit euntes.

ubi *hiantes oculos* opinor reponendum eſſe, quo verbo ſæpe utitur Propertius. ſic *hiantem calamum* & *hiantes flores* & *morſus hiantes* alibi. perperam Scaliger *inclamavit. dulci declinare lumina ſomno* apud Maronem Æneid. IV. *ſubmittere* Noſter Amor. lib. III. Eleg. V.

Nox erat & ſomnus laſſos ſubmiſit ocellos,

malim etiam *at auro potitur* pro &. Id. *Auro.*] Aureo vellere. Sed quid illud? Utrumne aries vere aureo vellere inſignis ex Mercurii contactu? ut volunt Orpheus, Apollonius, Catullus, cujuſmodi à Simonide vocantur purpurea aut candida. J. Tzetz. Πρόβατα χρυσόχροα φέροντα τὰν ἰρίαν? An nativo inſignia rutilo, qualia habet Iberia. quippe ibi talento ſingulos emi arietes εἰς τὰς ἰσοχείμας refert Strab. à l. Spart. in vita Diadumeni inter imperii adipiſcendi omina recenſet in agro patris ejus oves purpureas natas. Vide quæ nos ad Thyeſten Senecæ vſ. 222. de arcano Tantalidarum ariete & ſceptro auraro. An forte phiala erat aurea, cujus in medio prominebat caper, aut agnus aureus? ut habet Athenæus, lib. 6. cap. 4. An opulentia Scytharum, apud quos aurifodinæ, nec non ramenta auri fluminibus devecta & ab incolis excerpta tabulis perforatis, & velleribus tranſverſo flumine ſuſpenſis. Phryxo prius, deinde Jaſoni expeditionis cauſam, poëtis fabulandi argumentum dederunt? An utique templum erat à Phryxo, qui Chalciopen regis Colchici filiam duxerat, condidum, auroque quod ex Græcia ſecum abſtulerat, aliiſque ἀναθήμασι ditatum, ad quod vel reperendum, vel etiam prædandum navigarunt Argonau-

tæ

Heros Æsonius potitur: spolioque superbus,
Muneris auctorem secum spolia altera portans,
Victor Iölciacos tetigit cum conjuge portus.
Hæmoniæ matres pro gnatis dona receptis,
Grandævique ferunt patres; congestaque flammâ
Thura liquefiunt, inductaque cornibus aurum

Victi-

12. spoliatum id à Pharnace prius, deinde à Mithridate Pergameno tradit Strabo l. 11. An denique liber membranaceus ex arietum pellibus contextus, auri per chymiam conficiendi artem continens? ut inter alios, in Φυσικοῖς μύλοις, vide 4. l. v. 638. Qui ad mores fabulam referunt, Jasonem voluntà Chironis educatum, doctumque ἤθεσι, artem medendi sanandique tum mentis tum corporis morbos, accepisse. Medeæ itaque id est μάθημα, consilii ope violentorum affectuum tauros, injuriæ, fraudis, avaritiæ, libidinis, aliorumque vitiorum serpentes domuisse. *Farn.*

156. *Heros Æsonius.*] Jason Æsonides.

157. *Muneris auctorem.*] Medeam aliorum spolium, quæ auctor & causa fuit, ut Jason vellere aureo potiretur.

158. *Iölciacos tetigit portus.*] Libri magnâ ex parte, *Colchiacos, Cecropios, Thessalicos, ad Hæmonios.* frustra. Scribe *Iölciacos portus.* Græcis enim est Ἰωλκός, non Ἰωλχὸς, portus Thessaliæ, unde Jasonem cum Argonautis solvisse testis Pindarus Pyth. Od. IV. hinc Senecæ in Troad. *maris vasti domitrix Iölcos* dicta. apud Propertium eadem vox corrupta,

Colchis Colchiacis urit ænea focis.

ubi *Iölciacis* legendum, cum ad Æsonis recocti fabulam alludat, quod video magnum Scaligerum quoque jam vidisse. apud Martialem quoque lib. XII. ep. LVII. legendum aliquando arbitratus sum.

Cum secta Iölco luna vapulat rhombo.

non *Colcho.* nam lib. IX. Ep. XXX. *Thessalicum rhombum* dixerat, apud Virgilium in Ciri, *Iölciacis animum defigere votis.* apud Horatium quoque vera lectio est Epod. V. quam codices castigatissimi adstruunt:

Herbasque quas Iölcos atque Iberia
Mittit venenorum ferax.

Perperam nuperæ editiones *Colchos,* Heins. *Iölciacos.*] Thessalicos. Iölcos enim opp. Thessaliæ. *Farn.*

FAB. II. *Arg.* Æmoniæ matres.] *Jason enim cum Medea à Colchis reversus, cum Æsonem patrem senio confectum offendisset, uxorem Medeam rogavit, ut sibi ademptos annos patri apponeret. Medea vero majus quam petebatur pollicita, variis undique herbis collectis, unaque concoctis, Æsonem jam decrepitum ad quadragima annorum ætatem revocavit.*

159. *Æmoniæ matres.*] Thessalæ. Hæc vero ad copulationem sequentis Metamorph. enarrantur. *Dona ferunt.*] Templis subaudiatur: Diis enim sacrificabant propter filiorum reditum. *Re. Inductaque.*] Hostiarum majorum in sacris cornua inaurare moris erat. *Farn. Pro natis.*] *gnatis* ἀρχαϊκῶς, quatuor meliores. *Heinsius.*

160. *Congestaque flamma.*] *Flamma* duo veteres. nisi pro *liquefaciunt* malis cum primo Regio & uno meo, *liquefiunt.* quomodo & duo Basileenses. est enim communis syllaba, qualis in *liquefaciunt.* Idem.

161. *Inductaque cornibus aurum.*] *Inductaque* meliores maxima ex parte, quod probum est. libro X.

—— *pandis inducta cornibus aurum*
Conciderant ictæ nivea cervice juvencæ.

ita & illic membranæ veteres. Adi Notas Pont. lib. IV. Eleg. XII. *Idem.*

Digitized by Google

Victima vota cadit. ſed abeſt gratantibus Æſon,
Jam propior leto, feſſuſque ſenilibus annis.
Cum ſic Æſonides: O cui debere ſalutem
Confiteor, conjux, quanquam mihi cuncta dediſti
Exceſſitque fidem meritorum ſumma tuorum;
Si tamen hoc poſſunt: quid enim non carmina poſſunt?
Deme meis annis; & demtos adde parenti.
Nec tenuit lacrymas. mota eſt pietate rogantis:
Diſſimilemque animum ſubiit Æëta relictus.
Non tamen affectus tales confeſſa, Quod, inquit,
Excidit ore pio, conjux, ſcelus? ergo ego cuiquam
Poſſe tuæ videar ſpatium tranſcribere vitæ?
Nec ſinat hoc Hecate; nec tu petis æqua: ſed iſto,
Quod petis, experiar majus dare munus, Iäſon.
Arte meâ ſoceri longum tentabimus ævum,
Non annis revocare tuis. modo Diva triformis
Adjuvet; & præſens ingentibus annuat auſis.

Tres

162. *Victima vota facit.*] Imò *cadit* cum Berſmanni codice. primus Gronovianus *Victima grata cadit.* Amor. l. II. *pro reditu victima vota cadet.* Pont. IV. Eleg. IX.

Dum caderet juſſu victima ſacra tuo. Idem.

164. *Tum ſic Æſonides.*] *Cum* ex ſcriptis. *Idem.*

168. *Deme meis annis & demtos adde parenti.*] *Meos annos* Urbin. Neap. duo Medicei. Forte,

Deme meis annos, & demtos adde paternis.

præcedenti verſu *quid enim non poſſint* pro *poſſunt* prior Hamburgenſis. *Idem.*

170. *Subiit pater Æta relictus.*] Tò *pater* ejiciunt Florentinus S. Marci, primus Pal. pri. Vatic. Neapol. & Noricus. rectè. ut jam monui ad Epiſtolam Hypſipyles. *Idem.*

172. *Excidit ore tuo.*] *Ore pio* Neapol Urbin. Bernegg. prior Hamburg. duo alii. bene. Virgilii illa reſpexit lib. II.

——*tantumne nefas patrio excidit ore?* Idem.

174. *Videor.*] *Videar* ex quinque ſcriptis. *Idem. Spatium tranſcribere vitæ.*] Ex Virgil. V.

Tranſcribunt urbi matres, populumque volentem
Deponunt.

174. *Non ſinat.*] *Nec ſinat* cum melioribus. *Heinſius.*

175. *Quod petis experiar majus.*] O Jaſon, tu munus à me petis de patris ætate renovanda; conabor majus dare quam petis: nam illum ad juventutem traducam; & de tuis annis qui reſtant, nihil decerpam. *Pont.*

177. *Non annis renovare.*] *Revocare* meliores. ſic & poſtea puto legendum,

——*per quos revocata ſenectus*
In florem redeat.

vel, *revocata juventus.* quod eſt in nonnullis. *Heinſ. Diva triformis.*] Hecate veneficiorum carminumque auctor.

178. *Præſens,*] Propitia.

179. *Tres.*

Digitized by Google

Tres aberant noctes, ut cornua tota coïrent:
Efficerentque orbem poſtquam pleniſſima fulſit,
Ac ſolidâ terras ſpectavit imagine Luna:
Egreditur tectis veſtes induta recinctas,
Nuda pedem, nudos humeris infuſa capillos:
Fertque vagos mediæ per muta ſilentia noctis
Incomitata gradus. homines, volucreſque, feraſque
Solverat alta quies: nullo cum murmure ſepes,
Immotæque ſilent frondes; ſilet humidus aër.
Sidera ſola micant. ad quæ ſua brachia tenens
Ter ſe convertit; ter ſumtis flumine crinem

Irro-

179. *Tres.*] A plenilunio tres deerant noctes. Luna autem veneficiorum præſes, quæ plena efficacius *deſpumat in herbis*, & largius *virus lunare miniſtrat*. Lucan. 6. *Farn.*

182. *Veſtes induta recinctas.*] Alii *veſtes exuta relictas. exuta relictis* Cantabrig. & Neap. ut apud Senecam Hercule Furente,

Et citi tectis properant relictis
Attici noctem celebrare myſta.

alii aliter codices, niſi mavis *adductas recinctas*. vel, *incinctas reductas*. nam in multis veterum, *induita recinctas*. de *tunica recincta* vide quæ notamus ad Acertos mores. *Heinſius.*

183 *Nuda.*] Magarum Nudipedalia, Nυκτέλια ritus certos habes apud Theoc. Idyll. 2. Virg. 8. Eclog. & 4. Æneid. 518. Senec. in Medea. v. 751. Lucan. 6. l. vi. 654. & quæ nos ad illos. nec pigeat adire quos citavi in Poëtico Indice noſtro titul. *Veneficia.* Farnab.

186. *Solverat alta quies.*] De ſilentio noctis, & quale illud, quomodo & quo tempore ſit ſervandum *Cicero docet de Divinat.* Quo etiam reſpicit Virgil. 4. Æneid. *Nox erat, &c.* quem locum Scaliger *de re poëtica* divinum prædicat. Virgil. autem hoc ſumſit ex Argonaut. 3. v. 743. Νὺξ μὲν ἔπειτ' ἐπὶ γαῖαν ἄγεν ἀνέρας, &c. & alibi: Δὴ τότε μέσσην Νύκτα διαμοιρηδὸν φυλάξας Plutarch. Sympoſ. 8. quæſt. 3. διὸ γὰρ ἀνεπιφυλάκτως ἀέπτατό τε ἔφετ' ἀνίμων. Et Simætha apud Theocrit. Idyll. 2. —— σιγᾷ μὲν πόντος, σιγᾶσι δ' ἄνεμοι. Et Eurip. Fab. 9. Οὔκουν θόρυβός γ' ἦν' ἡσυχίαν —— Οὔτε θαλάσσης σιγὴ δὴ ἀνέμων, &c. *Nullo cum murmure ſerpens Sopitæ ſimilis, nullo cum murmure ſerpit; Immotaque ſilent frondes.*] Piget diverſas lectiones congerere. Id unum monebo: pro *ſerpens* multos veteres agnoſcere *ſepes*. probe, ſi verſum proxime ſequentem tollas. & abeſt profecto ab uno Mediceo melioris notæ. videtur enim inde conflatus, quod in nonnullis exemplaribus pro *Immotaque ſilent frondes*, ut ſuſpicor, legeretur *Sopitaque*. quomodo Ovidium ſcripſiſſe nullus dubito. ſic *ſopiti titiones* apud Petronium, *ſopitus ignis* apud Virgilium. Scaliger quoque in ora codicis ſui verſum eſſe eradendum, quem eraſimus, monuerat. *Heinſius. Serpens.*] Sunt qui legunt ſepes, *Sopito ſimilis nullo cum murmure ſerpit.* Sed poëtæ ipſius elegantia rejicit ineptam iterationem, & Ms. unus meus non admittit verſum illum ſecundum: nihil hic de ſerpente, ſed de nocte quam Noſter exprimere voluit ad illud Virg. 2. Æneid. *Tempus erat, cum prima quies mortalibus ægris Incipit, & divum dono gratiſſima ſerpit.* Farn.

191. Ter-

Irroravit aquis: ternis ululatibus ora
Solvit: & in durâ ſubmiſſo poplite terrâ,
Nox, ait, arcanis fidiſſima, quæque diurnis
Aurea cum Lunâ ſucceditis ignibus aſtra,
Tuque triceps Hecate, quæ cœptis conſcia noſtris
Adjutrixque venis, cantuſque, artesque magarum,
Quæque magas, Tellus, pollentibus inſtruis herbis;
Auræque, & venti, monteſque, amneſque, lacuſque,
Dîque omnes nemorum, Dîque omnes noctis adeſte:
Quorum ope, cum volui, ripis mirantibus amnes
In fontes rediêre ſuos: concuſſaque ſiſto;
Stantia concutio cantu freta; nubila pello;
Nubilaque induco: ventos abigoque vocoque:
Vipereas rumpo verbis & carmine fauces:

Vi-

191. *Ternis & hiatibus ora.*] *Terniſque. . . iatibus* Florent. S. marci. *terniſque & hiatibus* Neap. in Urbinati penitus eraſa vetus lectio. *ternis hiatibus* nonnulli, *ternis ululatibus* primus Baſil. Græviaus, & tres alii probe: niſi mavis,

——— *terniſque ululatibus ora*
Solvit.

lib. XIV.

——— *& magicis Hecaten ululatibus orat.*

duo tamen veteres *latratibus*. qui magis etiam a Lucano dantur. *Heinſ.*

195. *Triceps.*] Τριπροσωπος, cui caput dextrum equinum, ſiniſtrum canium, medium humanum, vel ſuillum. Vide Floridi Subciſiva, l. 3. c. 11. *Farn.*

196. *Cantus.*] Incantamenta. *Arteſque magorum.*] *Magarum* & mox *magas* unus Argent. & Thyſii. placet quodammodo. *Heinſ.*

197. *Inſtruis herbis.*] *Armis* Bernegger. *Idem.*

199. *Ripis.*] Quid operari valeat Magia; Goëtia ſit illa vel etiam Theurgia: quid per motum localem, vel per cauſſas naturales, applicanda activa paſſivis, vel ſenſibus illudendo; quid per dæmonia, herbas, verba, figuras, characteres, numeros, &c. an poſſint naturæ curſum mutare, ſidera devocare, procellas excitare, &c. præter Platonicos Jamblichum, Plotinum, Porphyrium, Apulejum, præter Cornel. Agrippam de occulta Philoſophia, Wierum de Magis infam. Binsfieldum, & alios quos citavi ad 4 Æneid. Virg. ℣. 487. vide Magiam omnifariam Cigognæ, lib. 3. & 4. Delrii diſquiſ. magic. Auguſtin. de natura dæmonum. Eund. lib. 10. de Civitate Dei. cap. 9. 10. 11. Item l. 18. cap. 17. & 18. Arnobium contra Gentes lib. 1. Tertullianus adverſus gentes & lib. de Anima. & adverſus Apollonium, Lactantium lib. 2. de orig. Erroris cap. 16. & 17. Euſebium præp. Euang. lib. 5. cap. 8. & 10. & contra Hierocl. lib. 5. Bullingerum de licita & vetita Magia. Laërtium in vita Empedoclis lib. 8. & quos auctores citat. Index poëticus noſter ſub tit. *Magia vis.* Farn.

202. *Stantia freta.*] Maria quieta, nunquam enim ſtat mare.

203. *Vipereas rumpo verbis.*] *Herbis* unus Ambroſ. *rumpoque herbis* unus Bonon. Fonte,

Vipe-

Vivaque ſaxa, ſuâ convulſaque robora terrâ,
Et ſilvas moveo; jubeoque tremiſcere montes:
Et mugire ſolum maneſque exire ſepulcris.
Te quoque, Luna, traho; quamvis Temeſæa labores
Æra tuos minuant. currus quoque carmine noſtro
Pallet avi; pallet noſtris Aurora venenis.
Vos mihi taurorum flammas hebetaſtis; & unco
Haud patiens oneris collum preſſiſtis aratro.
Vos ſerpentigenis in ſe fera bella dediſtis:
Cuſtodemque rudem ſomni ſopiſtis: & aurum
Vindice decepto Graias miſiſtis in urbes.
Nunc opus eſt ſuccis; per quos renovata ſenectus
In florem redeat, primoſque recolligat annos.

Et

Viperea ſque herbis & rumpo carmine fauces.

herbas enim ſeu gramina in re magicâ paſſim conjungebant carminibus. l. III. Amor.

—— *Num miſero carmen & herba nocent?*

Sabini Paris ad OEnonem,

Cur ceſſant herba, carmina curve tua.

Gratius,

—— *Magicis adjutas cantibus herbas.*

Heinſius.

207. *Te quoque.*] Lib. 4. vſ. 333. *Temeſæa.*] A Temeſa Brutiorum opp. ære claro 5. Faſtor. 471. *Temeſæaque concrepat æra.* & Statius in ſylv. *Nuſquam Temeſæaque notabis æra.* vulgò legitur *temerata.*

208. *Currus quoque carmine noſtro Pallent, & pallet noſtris Aurora venenis.*] *Pallent aut pallet*, prim. Pal. Cantabrig. Neapol. Bernegger. prim. Reg. ſec. tert. quart. Medic. aliique magno numero. Scribe,

—— *currus quoque carmine noſtro*
Pallet avi, pallet noſtris Aurora venenis.

Æetes Solis filius. unde liquet, quare aurum Medea hic vocet Solem. Nihil verius eſt hac conjectura. appoſite de Medea Val. Flaccus lib. VI.

Illius ad fremitus ſparſoſque per avia ſuccos
Sidera fixa pavent, & avi gemit orbita Solis.

ipſa Medea apud Senecam in cognomine Tragœdia.

Avoque clarum Sole deduxi genus.

Heinſius.

212. *Impatiens.*] *Haud patiens* meliores. *Idem.*

213. *Cuſtodemque rudem ſomno ſopiſtis.*] *Rudem ſomni* bene Junianus. quod in ſuis etiam Naugerius non intellectum invenerat. ſic *rudes operum juvenci* alibi apud Noſtrum, pro ignaris operum. *rudis armorum* apud Statium, *rudis exemplorum* apud Ciceronem. atque ita paſſim ſcriptores. ſic & *rudis malorum* Triſt. lib. III. Eleg. III. ubi plura. *Idem.*

213. *Rudem ſomno.*] Sic quidem legitur, exponiturque expertem ſomni draconem atque pervigilem. Sed cum hoc nomen *rudis* genitivo jungatur, aut *omni* mihi videtur legendum; aut certe *rudem* in *rubrum* vertendum, quo quidem modo is, qui in Græcam linguam hoc opus convertit, legere videtur, hoc eſt φοινικοῦν φύλακα, ut ad criſtas & oculos rubentes referamus. *Aurum.*] Aureum vellus.

214. *Vindice.*] Cuſtode dracone.

223. *Et*

Et dabitis: neque enim micuerunt ſidera fruſtra;
Nec fruſtra volucrum tractus cervice draconum
Currus adeſt. aderat demiſſus ab æthere currus.
Quo ſimul aſcendit; frænataque colla draconum
Permulſit, manibuſque leves agitavit habenas;
Sublimis rapitur: ſubjectaque Theſſala Tempe
Deſpicit, & creteis regionibus applicat angues:
Et quas Oſſa tulit, quas altus Pelion herbas,
Othryſque, Pinduſque, & Pindo major Olympus,
Perſpicit: & placitâ partim radice revellit;
Partim ſuccidit curvamine falcis aënæ.
Multa quoque Apidani placuerunt gramina ripis,

Multa

223. *Et viſis regionibus applicat angues*] *Cretis regionibus* ſcripti fere omnes, niſi quod *certis* nonnulli. In Rottendorphiano hæc gloſſa erat addita, *Iſti montes circumeunt Theſſaliam.* optime. Legendum enim *creteis regionibus*, pro cretoſis. atque ita primus Vaticanus. Politianus in ora libri ſui ex antiquo exemplari, *cretes.* quomodo Florentinus S. Marci, unus Mediceus *Gracis.* Theſſaliam cretæ fuiſſe feraciſſimam quis neſcit? Noſter infra non diſſimili modo:

——— *cretoſaque rura Cymoli.*

Cretea perſona Lucretio lib. IV. ita enim conſtanter vetuſti codices, quos vidi, pro forma cretea. In Catalectis Petronianis,

Dum ſumit creteam faciem Sertoria, cretam
Perdidit illa ſimul, perdidit & faciem.

ita puto ſcribendum apud Juvenalem Satyra VI. illo verſu,

Dicite vos neptes Lepidi, cocive Matelli;

vetuſtus codex Pulmanni. *cretsive Metelli*, exhibet. etſi & vulgata lectio eſt commoda. *cretis* autem eliſa ſecunda *e.* ſic in *igneus*, *aureus* ſæpe. ſupra l. II.

Aureus ut Danaën Aſopida luſerit igneus,

lib. X.

——— *non auſus eburnea virgo*
Dicere Pygmalion. ſimilis mea dixit eburnea.

ita utroque loco caſtigatiſſimi codices. Horatius lib. I. Sat. VIII.

Abſiderim furtim terris & imagine cerâ,

ſic & in *oſtrea* eliſit lib. II. Sat. II. Ipſo verſus initio Virgilius,

Ferretque Enmenidum thalami.

qui plenus horum, ut & Lucretius. *Heinſ.*

225. *Otryſque & Pindus.*] *Otryſque Pinduſque* primus Palat. tert. & quart. Medicei prior Hamburg Arondel. pri. Baſil. Cantabrig. multique alii. Ne dubita, quin vere. *Idem.*

226. *Perſpicit.*] Diligenter inſpicit. *Placitas radice revellit.*] *Placitâ* pri. Vatic. ſecundus Mediceus, Oxon. & tres alii. revellit cum placita radice. *Heinſius.*

227. *Curvamine.*] Falce æreâ curvâ. *Ahena.*] Æris, utpote puritis metalli quam ferri uſus in herbis ſecandis, ſpectris fugandis, Lunæ laboribus ſublevandis. Macrob. 5. lib. Saturn. 9. Cœl. Rhod. 19. lib. 10. cap. Virgil. 4. Æn. *Falcibus & meſſa ad Lunam quæruntur abenis Pubentes herba.* Ἀ'ς ὁ βοῶν' ἐλαύνων χαλκείοισιν ἄμα ἠρώτροισι. Sophocl. *Farn.*

228. *Apidani,*] Hic etiam obtrudunt nobis

Multa quoque Amphryſi: neque eras immunis, Enipeu:
Nec non Penêæ, nec non Spercheïdes undæ
Contribuêre aliquid, juncoſaque littora Bœbes.
Carpit & Euboïcâ vivax Anthedone gramen,
Nondum mutato vulgatum corpore Glauci.
Et jam nona dies curru penniſque draconum,
Nonaque nox omnes luſtrantem viderat agros;
Cum rediit: neque erant paſti, niſi odore, dracones;
Et tamen annoſæ pellem poſuêre ſenectæ.
Conſtitit adveniens citra limenque, foreſque;
Et tantum cœlo tegitur: refugitque viriles
Contactus; ſtatuitque aras è ceſpite binas,
Dex-

nobis lect. *Eridani*, Sed lege quæ dicta à nobis ad 580. vſ. lib. 1. quibus adde. Planudem hic melioribus exemplaribus vel ſaniori conſilio tranſtuliſſe: πολλα δὲ αὐτῇ καὶ ταῖς ἐχθαις τὸ Ἀπιδανὸ ὑφεσαν. *Farnab. Multa quoque Apidanus.*] Apidanus notiſſimus Theſſaliæ fluvius.

229. *Nec eras immunis Enipeu.*] Apoſtrophe ad fluvium, quem immunem, hoc eſt, ſine munere, non fuiſſe ait, quia Medea in illius quoque ripis multas collegit herbas. *Micyl. Amphryſi.*] Paludis Theſſaliæ. *Farn.*

230. *Nec non Peneus.*] *Peneos* Thuan. *Peneides* Bernegger. & multi alii. vel *Peneides. Penei* unus Gronov. *Peneios* Cantabr. & quatuor alii. Forte,

Nec non & Penei.

ut apud Virgilium Georg. IV.

Penei genitoris ad undam.

Spercheides etiam, non *Sperchiades* in melioribus. Puto,

Nec non Peneæ, nec non Spercheides undæ. Heinſ.

Nec non Peneus.] Fluvius eſt Theſſaliæ qui & Araxes fuit vocatus.

231. *Juncoſaque littora Bœbes.*] Bœbe urbs Theſſaliæ fuit Bœbeidi lacui adjacens. Videtur autem poëta *Bœben* pro Bœbeide lacu poſuiſſe, cujus littora juncoſa, à juncorum multitudine vocat.

232. *Carpſit.*] *Carpit* rectius alii. *Heinſ. Anthedone.*] Bœotiæ oppido.

233. *Nondum.*] Lib. 13. vſ. 904. F. *Nondum. vulgatum.*] Nondum vulgo notum. In tranſcurſu autem poëta Glauci quoque Metamorphoſin tangit: quam tamen in tertiodecimo libro vſ. 904. copiosè deſcribit. *Micyl,*

234. *Nona dies illam.*] *Et jam* plerique. *Et jam nona dies*, octo. probe. *Heinſ. Nona dies illam, &c.*] Novem dies totidemque noctes in luſtrandis quæ nominata ſunt locis conſumpſit. Videtur etiam novenarius ut ternarius numerus ad veneficium pertinere. *Pont.*

236. *Neque erant tacti niſi odore dracones.*] *Paſti* alter Twiſdenius, & pro diverſa lectione duo Medicei, elegantèr. Appoſitè Juvenalis,

Virro ſibi & reliquis Virronibus illa jubebit
Poma dari, quorum ſolo paſcaris odore.

Heinſ. *Nec erant tacti.*] Aliam quoque Metamorphoſin tangit. Nam dracones illi alati, odore tantum herbarum, quas Medea collegerat, ſenectam depoſuerunt. *Micyl.*

239. *Tantum.*] Sub dio pernoctavit ſecubans à viro. *Farn.*

240. *Statuitque aras.*] Virgil. 1. Æneid. *Urbem quam ſtatuo ? Veſtra eſt.* Et deinde.

Crateras magnos ſtatuunt.

241. *Ab-*

Dexteriore Hecates, at lævâ parte Juventæ.
Quas ubi verbenis, ſilvâque incinxit agreſti;
Haud procul egeſtâ ſcrobibus tellure duabus
Sacra facit: cultroſque in guttura velleris atri
Conjicit; & patulas perfundit ſanguine foſſas.
Tum ſuper invergens liquidi carcheſia Bacchi,
Æneaque invergens tepidi carcheſia lactis;
Verba ſimul fundit, terrenaque numina poſcit:

Um-

241. *Aſt læva parte.*] Sic vetuſtiores. *Heinſ.*

242. *Verbenis.*] Verbena proprie dicta, *vervain*, eſt herobotane. περιστερεὼν Sacra recta. uſurpatur tamen pro omni herba & fronde qua ſternuntur & coronantur aræ. de uſu ejus in ſacris & Magia, lege quæ Plinius habet lib. 25. c. 9.

243. *Scrobibus.*] Rite omnia Diis Inferis nigræ pecudes, nocturno tempore, ſub terra nempe in ſcrobe depreſſo victimæ capite, latice & omnibus inverſis immolabantur *Farn.*

244. *Velleris atri.*] Ovium nigrarum, quæ Hecatæ, aliiſque Diis inferis ſunt gratæ.

246. *Invergens.*] Ex Virgil. 6. Æneid.
—— *frontique invergit vina ſacerdos.* ubi Servius: *Vergere eſt converſa in ſiniſtram partem manu ita fundere, ut patera convertatur: quod in ſacris inferis fit: Fundere autem eſt ſupina manu libare: quod fit in ſacris ſupernis. Vergere ſibi venenum.* Lucret. 5. *Patera verguntur.* Stat. Thebaid. 3. *Invergere in me liquores tuos ſine dubium.* Plaut. Curcul. 1. 2. *Carcheſia.*] Macrob. 3. Saturnal. ait poculum eſſe Græcis tantummodo notum. Præterea Aſclepiades carcheſia ducta eſſe à re navali confirmat: & inferiorem mali partem, pateram vocari: mediam circa partem τράχηλον dici; ſummam verò partem carcheſium appellari: indeque in utrumque veli latus diffundi, cornuaque dici. *Liquidi carcheſia vini.*] *Bacchi* pro diverſa lectione Neapolitanus & prior Hamburgenſis, quod placet. infra lib. XIII.

Munera cum liquido capiunt Cerealia Baccho.

Virgil. lib. V.

Hoc duo rite mero libans carcheſia Baccho.

in plurimis *liquidi mellis.* Heinſ. *Carcheſia.*] vaſa ſunt ad potandum accommodata.

247. *Alteraque invergens carcheſia.*] *Æneaque* primus. Palat. Neapol. Urbin. ſecundus Mediceus, alter Hamburg & prior Erfurt. at Cantabrig. pro diverſa lectione *Æreaque.* quod verum eſt. Æris enim plurimus in magicis uſus. hinc *falcem æneam* ſupra habuimus. & lib. 11. Faſt. ubi ſacra diis inferis fiunt, *acum æneam.* Heinſ.

248. *Terrenaque numina lenit.*] Plerique veterum *poſcit. levit* primus Mediceus. Florentinus S. Marci *livit.* Forte pro aſperſit. ut apud Virgil. *paribus lita corpora guttis.* an *civit?* Statius Theb. 1.
—— *Phœbum ante alios, Phœbum omnis ad aras*
Lauda ciet comitum.
ſic *manes excire* paſſim apud Poëtas. Virgil. lib. IV.
Nocturnoſque ciet manes.
certe idem Florentinus *fudit* quoque pro diverſa lectione. quomodo primus Vatican. ſecundus Palatin. & tres alii. Putabam aliquando,
——*terrenaque numina paſcit.*
ut lib. 11. Faſtor.
—— *nunc poſito paſcitur umbra cibo.*
ſic & *paſcere aras.* Adi Notas Triſt. IV. El. IV. VI, 64. *Idem poſcit.*] Invocat.

249. *Vitæ*

Umbrarumque rogat raptâ cum conjuge regem,
Ne properent artus animâ fraudare ſeniles.
Quos ubi placavit precibuſque & murmure longo;
Æſonis effetum proferri corpus ad aras
Juſſit: & in plenos reſolutum carmine ſomnos
Exanimi ſimilem ſtratis porrexit in herbis.
Hinc procul Æſonidem, procul hinc jubet ire miniſtros:
Et monet arcanis oculos removere profanos.
Diffugiunt juſſi. paſſis Medea capillis
Bacchantum ritu flagrantes circuit aras:
Multifidaſque faces in foſsâ ſanguinis atrâ
Tingit: & intinctas geminis accendit in aris.
Terque ſenem flammâ, ter aquâ, ter ſulfure luſtrat.
Interea validum poſito medicamen aëno
Fervet; & exſultat; ſpumiſque tumentibus albet.
Illic Hæmoniâ radices valle reſectas,

Semi-

249. *Umbrarum regem.*] Plutonem. *Rapto cum conjuge.*] cum Proſerpina in Sicilia à Plutone rapta. *Micyl.*

250. *Ne properent.*] Ne anima ſenis intercipiatur, ne caput, cui diuturniorem vitæ uſum deſtinavit Medea, aut Orco damnet Pluto, aut tondeat Proſerpina. *Farn.*

254. *Porrexit.*] Extendit. *Micyl. Porrexit.*] Virgil. 6. Æn.

——*per tota nervos cui jugera corpus*
Porrigitur.

Livius 1. dec.

Hoſtemque caſum in ingens ſpatium porrexit.

256. *Profanos.*] Non initiatos.

259. *In foſſa ſanguinis atri.*] *Atra* meliores. *Heinſ.*

260. *Tingit & infectas.*] *Et intinctas* Bernegger. prior Hamburg. & ſex alii. quales repetitiones Naſoni in deliciis. *Idem.*

261. *Terque ſenem flamma.*] Ter, inquit, ſenem purgat, igne, aqua, ſulfure. *Tum. II.* hæc enim tria purgationibus ab antiquis adhibebantur. Ῥ. *Terque.*] Τὸ πᾶν καὶ τὰ πάντα τοῖς τρισὶν ἄρισται *Numero Deus impare gaudet.* Virg. 8. eclog. & quæ nos ibi. *Farn. Ter ſulphure luſtras.*] κακὸν ἄχθ'. Homer. Odyſſ. χ. Hinc & Θεῖον, vel Θεῖον vocatur Θεῖον δὲ θυμιάματος εἶδος καθαίρειν δοκοῦντος τὰς μιάσμας. Euſtath. d. l. in fine *Cærulei fiant puro de ſulphure fumi.* Faſtor. 4. *Terque meum tetigit ſulphuris igne caput.* Propert. 4. eleg. 9. Θεῖον δὲ σὰμνὶ θυομὸν αἰθέρος μυχῶν —— Ὡς πνεῦμα καθαρὸν ὑρανοῦ. Eurip. Helena Theocrit. Idyll. 24. —— καθαρῷ δὲ πυρὶ σάτω δῶμα Θείῳ.

262. *Calido poſitum medicamen aheno.*] *validum poſito* Florentinus S. Marci, Bernegg. & duo alii. quidam *validum, poſitum*, vel *valido poſitum*. proxime verum. ſic lib. XV.

Apollinea valido medicamine prolis. Heinſ.

264. *Æmonia valle.*] In vallibus Theſ-

Seminaque, floreſque, & ſuccos incoquit acres.
Adjicit extremo lapides Oriente petitos,
Et, quas Oceani refluum mare lavit, arenas.
Addit & exceptas Lunâ pernocte pruinas,
Et ſtrigis infames, ipſis cum carnibus, alas;
Inque virum ſoliti vultus mutare ferinos
Ambigui profecta lupi. nec defuit illic
Squamea Cinyphii tenuis membrana chelydri,

Viva-

ſaliæ. *Micyl. Illix.*] Variam magicæ hujus farraginis ſuppellectilem habes apud Senec. Lucanum, & quos ſupra citavi auctores, locis dictis. *Farn.*

265. *Seminaque & flores & ſuccos incoquit acres.*] *Seminaque floreſque*, Naſoniano more, Florentinus S. Marci. Bernegger. prim. Pal. prim. Vatican. prim. Medic. & tres alii cum Norico. deinde *ſuccos acres* cum multis meliorum reponi placet. ſic apud Gratium, *venas dum ſuccus comprimat acer. validos ſuccos* Noſter infra dicturus eſt. *Heinſ.*

267. *Mare lavit arenas.*] Lucretius lib. II.

Littoris incurvi bibulam lavit æquor arenam.

ſic nempe ex Nonio legendum licet editi ac ſcripti, quos vidi, codices, *pavit* agnoſcant. *Idem.*

268. *Addidit exceptas Lunæ de nocte pruinas.*] *Addit* & meliores. *Lunæ de nocte* unus Patav. Lovan. & Langerm. *Lunæ & de nocte* duo Medicei. *per Lunam nocte* primus Gronovii. unus meus *Lunæ ſub nocte*, cum altero Erfurt. at Florentinus S. Marci *Lunæ per nota.* Unde ilico conjeci, *Lunâ pernocte*, quod poſtea in Viri Illuſtris Conſtantini Hugenii Zulichemii codice, qui magni Lipſii olim fuerat, pro diversâ lectione inveni adſcriptum, cum hæc gloſſâ, *pernox pernoctis.* Ne dubita, quin vere & elegenter. ſic *Phœbe pernox* Senecæ Hippolyto, & *Trivia pernox* Medeâ. *Lunæ pernox* Livio lib. v. & Plinio lib. II. c. IX. Hiſt. Nat. *pernox Eleuſin* Statio Theb. VII. *pernox cana* Auſonio in Idylliis. *pernox alca* Juvenali. quam vocem Manilio bis reddidit ad Hiſtoriam Auguſtam Salmaſius. Val. Flaccus lib. III.

Linquit & undantes menſas infeſtaque pernox
Sacra Medon.

& ibid.

——— *luſtralia pernox*
Vota fero.

videtur autem *ſpumam Lunæ*, quam Lucanus dicit, innuere. eam & *Lunare virus* idem vocat. *Idem.*

269. *Strigis.*] Eſſe maledictis jam antiquis ſtrigem convenit, inquit Plin. lib. II cap. 39. quod ubera infantium labris immulgere dicuntur, quod tamen fabuloſum autumat, infantes etiam fugere creduntur, Ovid. 6. Faſt. in has ſe ſagæ vertere putantur. Spenger in Malleo venefic. 2. par. & Alb. Spina quæſt. de Strigibus. *Farn. Et ſtrigis infames.*] Strix Avis eſt nocturna, magno capite, roſtro & unguibus aduncis. Vulgus eotem putat ſtriges non eſſe aves, ſed vetulas, quæ ſe veneficio quodam in aves convertunt, infanteſque dormientes aggrediuntur, ac eorum ſanguinem exſugunt. Unde & poëta hoc loco ſtrigis alas infames ait, & vulgus veneficas omnes ſtrigas vocat.

270. *Inque.*] De lycanthropis dictum adv. 236. lib. I. *Farn.*

271. *Profecta.*] Interſtinæ, à proſecando & recidendo dicta. *R. Defuit illic.*] *Illi* in pleriſque. at ſepem *illic*. quod ſequor. *Heinſ.*

272. *Cinyphii.*] Libycæ natricis ſpolium, exuvias. Cinyps fl. Libyæ.

273. *Vene-*

Vivaciſque jecur cervi: quibus inſuper addit
Ora caputque novem cornicis ſæcula paſſæ.
His & mille aliis poſtquam ſine nomine rebus
Propoſitum inſtruxit mortari barbara munus;
Arenti ramo jampridem mitis olivæ
Omnia confundit; ſummiſque immiſcuit ima.
Ecce vetus calido verſatus ſtipes aëno
Fit viridis primo: nec longo tempore frondem
Induit; & ſubitò gravidis oneratur olivis.
At quacunque cavo ſpumas ejecit aëno
Ignis, & in terram guttæ cecidêre calentes;
Vernat humus: floreſque, & mollia pabula ſurgunt.
Quod ſimul ac vidit; ſtricto Medea recludit
Enſe ſenis jugulum: veteremque exire cruorem
Paſſa, replet ſuccis. quos poſtquam combibit Æſon
Aut ore acceptos, aut vulnere; barba comæque
Canitie

273. *Vivaciſque.*] Τῆλεμαχοιο. Nam quater egreditur cornicis ſecula cervus Auſonius de ætat. anim. *Farn.*

274. *Ora caputque cornicis.*] Non video quid inter *ora* & *caput* interſit. Quare arbitror ſcribendum *Ova.* ſic *ſtrigis ova* magicis adhiberi docet Horatius Epod. v. Noſter in Amoribus lib. 1. Eleg. XII. de arbore infelici,

Vultures in ramis & ſtrigis ova tulit.

Heinſ. *Novem.*] Ætatem hominum novies ſuperat vivendo garrula cornix. ibidem, ἐννεάχηϱα κορώνη. Aratus in Phænomenis. *Farn.*

276. *Propoſitum inſtruxit mortali.*] Forte *mortari.* Nam Gloſſa codicis Urbanatis, *mortali, id eſt, in mortario.* atque ita Barthium in Adverſariis conjeciſſe video. Haſtenus tamen auctorem deſidero, qui *mortare* dixerit. *mortaria* his occurrunt apud auctorem Moreti. Juvenalis Satyra VII.

Fuſa venena ſilent, malus integatque mariti,
Et quæ jam veteres ſanent mortaria cœci.

mortalis Cantabr. & tres alii. unus *mortalia.* pro *barbara* vox alia fuerat in Berneggeriano, ſed eraſa. Omnino arbitror majoris rei ulcus latere. *Heinſ. Mortali.*] Æſoni, quem ex ſene, ac decrepito juvenem Medea erat effectura.

281. *Gravidis.*] Succo plenis.

288. *Aut ore acceptos.*] *Acceptos* plerique. *Heinſius. Barba.*] Medea, inquit Palæphatus, herbam invenit quæ canos capillos in nigros verteret. Prima quoque invenit lavacrum calidum, cujus vis medica vegetiores redderet homines & ſanitati reſtitueret. compoſitioni illi παρέλυσις nomen, ſeu decocti, fabulæ occaſionem dedit. Diogenes (apud Stobæum) refert Medeam inveniſſe rationem qua molles & inertes, fortes & prudentes fierent. Quo alluſum videtur in Euthydemo Platonis. εἰ ἐγὼ ἐπιδὼν καὶ προσδύντες εἰμὶ παραπεδυνύειν ἑταίρῳ, καὶ παραδίδωμι ἐμαυτὸν διοχετεύειν τούτῳ ὅστις τῇ Μηδείᾳ τῇ Κόλχῳ ἀπολλύτω με, καὶ εἰς μὲν βέλτιστα ἐφίτω, εἰ δὲ, τι βέλτιστα τοῦτο ποιήτω. μόνον χρηστὸν ἀπεργάσηται. *Farn.*

Canitie posità nigrum rapuêre colorem.
Pulsa fugit macies: abeunt pallorque situsque;
Adjectoque cavæ supplentur sanguine venæ;
Membraque luxuriant. Æson miratur, & olim
Ante quater denos hunc se reminiscitur annos.
Viderat ex alto tanti miracula monstri
Liber: & admonitus juvenes nutricibus annos
Posse suis reddi; capit hoc à Tethye munus.
Neve doli cessent; odium cum conjuge falsum
Pha-

289. *Rapuere.*] Celeriter accepêre, contraxêre.

291. *Supplentur corpore ruga.*] *Sanguine vena* rectius pri. Moreti, aliique complures. sic infra,

Ut repleam vacuas juvenili sanguine venas. Heinf.

292. *Et olim Ante quater denos.*] Significat Æsonem ex decrepito sene in virum quadraginta annos natum fuisse conversum: vel quem vigorem ante annos quadraginta habuerat, eum nunc se beneficio Medeæ recepisse.

293. *Hunc se reminiscitur.*] Sic Naugerius conjecit. & sic primus Basil. reliqui cum vulgatis *nunc*. Val. Flaccus lib. VII.

——*sed te quoque tangat*
Cura mei quocunque loco, quoscunque per annos,
Atque hunc te meminisse velis.
Heinf.

FAB. III. *Arg.* Viderat ex alto.] *Bacchus cum vidisset ex decrepito sene juvenem factum Æsonem, Medeam rogavit, ut nymphas quoque suas nutrices juvenilibus annis restitueret, quod facile à Medea impetravit.* Vide Natal. lib. 5. Mytholog. cap. 13. *R.*

295. *Nutricibus.*] Quas lib. 3. v. 314. Nyseidas dixit. Sed Fast. 5. Hyadas. Pherecydes apud Homeri comment. Dodonæas. *Farn.*

296. *Suis nutricibus.*] Nymphis, quæ infantem Bacchum educarunt. *A Colchide.*] A medea *R.* *Petit hoc à Colchide munus.*] *Ab Æthide* primus Medicæus & sex alii. *ab OEtide* primus Vatican. aliique quinque. *ab Æthide* Cantabrig. *ab etheide* Arondel. *ab ethelide* primus Moreti. *a theide* tertius Medic. *a Ceide* primus Palat. & quartus Medic. *aethide* sec. Palat. In nonnullis vetus lectio penitus erasa. alter Hamburgensis & Genev. *à Thenide.* Scribe *a Tethye.* apud quam Bacchum latuisse, dum Lycurgum fugit, ex fabulis discimus. *cana Tethyi* habes apud Catullum in casu tertio. Silius lib. x.

Cum pater Oceanus cum sevâ Tethye Calpen
Herculeam ferit.

ita ex vestigiis veterum librorum restituendum, cum *sævior æthere* antea legeretur. veterrimus Silii codex Colonienſis *sæva cetye.* videtur illa Lucani è libro primo imitatus;

——*Tethys majoribus undis*
Hesperiam Calpen summumque implevit Atlanta.

Avienus in Arateis,

——*abditur altâ*
Tethye, & occidui tegitur Padus æquore ponti.

Tethya pro *Tethyn* nove dixerunt Priscianus in Periegesi, & Solinus in fragmento Pontificum. Depravata hujus loci lectio non auctorem tantum argumentorum in has fabulas decepit, sed Hyginum quoque fab. CLXXXII. ut Medeæ tribuerint, quod Tethyi erat adscribendum. Præterea malo *capit hoc munus*, quam *hoc*, annos videlicet. *Heinf.*

FAB. IV. *Arg.* *Medea enim cum Peliam*

Digitized by Google

Phasias assimulat: Peliæque ad limina supplex
Confugit. atque illam (quoniam gravis ipse senectâ)
Excipiunt natæ. quas tempore callida parvo
Colchis amicitiæ mendacis imagine cepit.
Dumque refert, inter meritorum maxima, demtos
Æsonis esse situs; atque hac in parte moratur;
Spes est virginibus Peliâ subjecta creatis,
Arte suum parili revirescere posse parentem.
[Idque petunt: pretiumque jubent sine fine pacisci.]
Illâ brevi spatio silet; & dubitare videtur:
Suspenditque animos fictâ gravitate rogantes.
Mors ubi pollicita est, Quo sit fiducia major
Muneris hujus, ait: qui vestras maximus ævo est
Dux gregis inter oves, agnus medicamine fiet.

Pro-

Peliam Jasoni inimicum esse cognoscerat, quo facilius eum perdere posset, & se ab Jasone odio haberi simulavit, & Pelia filias sibi conciliavit: quæ cum vidissent arietem vetulum in agnum converti, impensius à Medea petierunt, ut Peliam sibi parentem restitueret ætati juvenili. Ipsa vero eis persuasit, ut ipsum interficerent, ac in vase aqua pleno coquendum imponerent. quod quidem cum perpetrassent, ipsa à draconibus in aërem sublata aufugit, Corinthumque tandem pervenit.

297. *Neve.*] Aliter refertur hæc fab. ab aliis. Diodorus lib. 5. scribit Medeam in anum se vertisse, adduxisseque simulachrum Dianæ, & religionis specie se Peliæ filiabus & populo insinuasse. tum techna hac ultam esse Peliæ scelera & cædes in Jasonem & suos, adeoque viam struxisse Jasoni ad recuperandum Thessaliæ regnum. nec multo ab hoc Hyginus 24. fab. Pausanias item in Arcadicis. Μαθοῦσα μὲν ἐπιβεβουλευκότα τῷ Πελίᾳ, τῷ ἔργῳ μὲν συμπράσσουσα τῷ Ἰάσονι, τῷ λόγῳ δὲ ἀπεχθανομένη, &c. Idem If. Tzetzes in Lycophronem *Farn.*

298. *Phasias.*] *Medea* à Phasi Colchorum fluvio declinata.

301. *Cepit.*] Sibi conciliavit, & decepit.

302. *Refert.*] Commemorat.

303. *Situs.*] Squalores, & senium.

304. *Subjecta.*] Injecta, proprie namque spes injici dicitur.

305. *Revirescere.*] *Revivisscere* contra metrum Priscianus, & multi ex vetustioribus scripsit. *juveneſcere* septem. quod arridet. *Heins.*

306. *Idque petunt, pretiumque jubent sine fine pacisci.*] *Pretium juvenis, juvenes, juvene, juvenem* libri veteres. Tu versum totum hinc ablega: est enim spurius. *Idem. Sine fine.*] Maximum & immensum. *R.*

308. *Ficta gravitate.*] Simulata rei difficultate. *Rogantum.*] Peliæ filiarum. *Animos rogantum.*] Elegantius omnino *rogantes.* quod Florentinus S. Marci, Neapol. secundus Mediceus, & prior Hamburgensis agnoscunt. sic *dextram precantem* dixit Virgilius. Adi notas ad Epist. 11. v. 93. mox pro *vestri gregis* meliores *vestras inter oves.* Heins.

309. *Quo sit fiducia, &c.*] Quo firmius credatis me largiri vobis posse quod flagitatis. *Pont.*

Protinus innumeris effœtus laniger annis
Attrahitur, flexo circum cava tempora cornu:
Cujus ut Hæmonio marcentia guttura cultro
Fodit, & exiguo maculavit sanguine ferrum;
Membra simul pecudis, validosque venefica succos
Mergit in ære cavo. minuuntur corporis artus:
Cornuaque exuitur, nec non cum cornibus annos:
Et tener auditur medio balatus aëno.
Nec mora; balatum mirantibus exsilit agnus:
Lascivitque fugâ; lactantiaque ubera quærit.
Obstupuêre satæ Peliâ: promissaque postquam
Exhibuêre fidem; tum verò impensius instant.
Ter juga Phœbus equis in Ibero gurgite mersis
Demserat; & quartâ radiantia nocte micabant
Sidera; cum rapido fallax Æetias igni
Imponit purum laticem, & sine viribus herbas.
Jamque neci similis, resoluto corpore, regem,

Et

317. *Minuunt ea corporis artus, Cornuaque exuunt.*] *Minuunt ea* Cantabrig. *minuunt è* unus meus: alius ex meis, & unus Ambros. *minuuntur.* & pro *exuunt* alter Erfurtanus *exuit.* Græv. *exsurgunt. exuitur* Bersmanni codex scriptus. Refinge,

—— *minuuntur corporis artus,*
Cornuaque exuitur,

familiari Græcismo, quomodo vidi postea Farnabium ex nescio quibus antiquis libris edidisse. *Heins.*

319. *Et tener balatus.*] Hoc est, teneri agni balatus.

321. *Lascivitque fuga.*] *Fugam* Florentinus S. Marci, post Tò *fuga* in Berneggeriano codice litera erat erasa. Puto *fugax* reponendum. Seneca Hercule Furente,

Errat cursu levis incerto
Molli petulans hœdus in herba.

agni petulci Lucretio. *Heins. Lactantia ubera.*] Lacte plena.

323. *Exhibuere fidem.*] Fecere fidem.

324. *Ter juga.*] Tres ipquit transierant dies. Nam Phœbus demere juga fingitur equis currum Solis trahentibus, nocte adveniente. R. *Ibero.*] Mari Hesperio seu Atlantico, in quod Iberus fl. Hispaniæ se exonerat. ex sensu vero vulgi poëtis sol dicitur se in occiduo æquore mergere, ibique diurnum emensus iter equos reficere. *Farn. In Hibero flumine mersis.*] *Gurgite* excerpta Calandræ, Lovan. & Genev. ut apud Virgilium lib. XI.

Ni roseus fessos jam gurgite Phœbus Hibero
Tingat equos.

Columella lib. X.

—— *cum Phœbus equos in gurgite mergat Hibero.*

sed & *flumine* ferri potest. sic Homerus ubi agit de occidente sola περιμελλία λίμνην dixit. Tibullus libro III. itidem de Sole,

—— *Cæruleo laverat amne rotas.*

& libro II.

Solis anhelantes abluit amnis equos. Heins.

326. *Fallax Æetias.*] Medea fallendi perita.

329. Cum

Et cum rege ſuo cuſtodes ſomnus habebat,
Quem dederant cantus, magicæque potentia linguæ.
Intrarant juſſæ cum Colchide limina natæ:
Ambierantque torum: Quid nunc dubitatis inertes?
Stringite, ait, gladios: veteremque haurite cruorem;
Ut repleam vacuas juvenili ſanguine venas.
[In manibus veſtris vita eſt ætaſque parentis.]
Si pietas ulla eſt, nec ſpes agitatis inanes;
Officium præſtate patri: teliſque ſenectam
Exigite; & ſaniem conjecto emittite ferro.
His, ut quæque eſt, hortatibus impia prima eſt:
Et ne ſit ſcelerata, facit ſcelus. haud tamen ictus
Ulla ſuos ſpectare poteſt: oculoſque reflectunt;
Cæcaque dant ſævis averſæ vulnera dextris.
Ille, cruore fluens, cubito tamen allevat artus;
Semilacerque toro tentat conſurgere: & inter
Tot medius gladios pallentia brachia tendens;

Quid

329. *Cum rege ſuo cuſtodes.*] *Suo* meliores, & mox *dederant cantus* pro *dederæ*. Heinſ.

332. *Quid nunc dubitatis.*] *Tò nunc* in primo Vaticano à manu ſecunda extabat, veteri lectione eraſa. Forte *quid iò dubitatis*. quæ vox frequenter eſt corrupta, imprimis apud Martialem. apud quem pro,

Ibis iò Romam tu peregrine liber.
Ibis nunc repoſuerant pari modo homines inſciti. *Idem.*

335. *In manibus veſtris vita eſt.*] Ne hic quidem verſus meo calculo inter Naſonianos eſt admittendus. *Idem.*

341. *Ulla.*] Omnes præter Alceſtin. Diodorus 5. lib. Nomina virginum, inquit Pauſanias, poëtarum indicavit nemo, Micon pictor duarum imaginibus adſcripſit Afteropæam, & Antinoën. Hyginus recenſet Alceſtin, Pelopeam, Meduſam, Iſodocen, Hippothoën, & Medeen. quæ pudore & metu ſe in Arcadiam recepere Pelia ſublato, Jaſon dicitur Acaſto Peliæ filio regnum reliquiſſe. aliter tamen Diodorus lib. 5. *Farn.*

342. *Cæca vulnera.*] Quæ ipſæ filiæ non videbant. R.

343. *Subito tamen allevat artus.*] *Subito* excerpta Calandræ, unus Moreti, unus Argent. & unus Baſil. quod & Ciofanus jam monuit. *ſubitos artus* pri. Vatican. pri. Gronov. & Cantabr. Pont. lib. III. Eleg. III.

Territus in cubitum relevo mea membra ſiniſtrum.

ſic & infra Met. VIII. IX. XI. Epiſt. Cydipp. & Faſt. II. Virgilius quoque in Ciri,

Noctem illam ſic mœſta ſuper mœrentis alumnæ
Frigidulos cubito ſubnixa pependit ocellos.

ubi *morientes* perperam legitur. Propertius libro I. Eleg. III.

Sic ait in molli fixa toro cubitum,

ubi malim reponi *nixa*. Virgilius,

Ter ſeſe attollens cubitoque innixa levavit.

idem Propertius paulo ante hacipſa elegia,

——*non certis nixa caput manibus.*

Heinſ.

Quid facitis, gnatæ? quid vos in fata parentis
Armat, aït? cecidêre illis animique manusque.
Plura locuturo cum verbis guttura Colchis
Abstulit, & calidis laniatum mersit aënis.
Quod nisi pennatis serpentibus isset in auras;
Non exemta foret pœnæ, fugit alta superque
Pelion umbrosum Philyreia tecta, superque
Othryn, & eventu veteris loca nota Cerambi.
Hic ope Nympharum sublatus in aëra pennis,
Cum gravis infuso tellus foret obruta ponto,
Deucalionêas effugit inobrutus undas.
Æoliam Pitanen à lævâ parte relinquit,
Factaque de saxo longi simulacra draconis:

Idæumi-

346. *Quid.*] Erasmus fabulam hanc interpretatur de Chymicis. Junius de Monachis & librariis, qui dum vetera exemplaria corrigere volebant, corruperunt. *Nata.*] Vetustiores *gnata*. & *quid vos* pro *quis*. pri. sec. Fal. & sex alii. *Heinf.*

349. *Mersit in undis.*] *Mersit ahenis*. rectius sex scripti, Propertius libro II. Eleg. 1.

Colchis Iolciacis urat ahena focis.
Heinf.

CERAMBUS IN AVEM.

FAB. V. VI. VII. VIII. & IX. *Arg.* Quæ nisi pennatis, &c.] *Hodoporicon Medeæ hoc loco describit poëta, quo videlicet itinere, & per quas regiones ex Thessalia ubi Pelias regnaverat, Corinthum, & mox perpetrata cæde filiorum, & arce cum nova Jasonis conjuge incendio consumpta, è Corintho Athenas ad Ægeum Thesei patrem pervenerit, perstringens breviter quæ quibusque locis fabulosa, aut alias memorabilia accidissent.*

350. *Quæ nisi.*] *Quod nisi* rectius meliores. *Heinf.*

351. *Fugit.*] A Colchis, Corintho, Athenis. Verum stratagema hoc lege apud Diodorum lib. 5. *Farn.*

352. *Pelion umbrosum Philyreaque tecta.*] *Philyreta tecta* prior Hamburg. Arondel. aliique complures. optime. sic libro III.

Quid faciat? repetatne domum regalia tecta?

ita passim Noster. *Heinf. Philyreta tecta.*] Chironis domum, quem Philyra nympha ex Saturno (ut diximus) peperit. *R. Pelion Philyraque Othryn.*] Montes Thessaliæ; in quibus habitavit Chiron Saturni & Philyræ filius. lib. 1. vs. 632.

353. *Cerambi.*] In avem à Nymphis mutatus, ut alii in scarabæum, in Parnassum sublatus superfuit Diluvio Deucalioneo. *Farn. Veteris Cerambi.*] Antiquissimi, quippe qui ante diluvium fuerit.

357. *Æoliam Pitanen.*] Pitane urbs est Æolica. Tradunt apud Pitanam lateres super aquis fluitare. *Reliquit.*] *Relinquis* meliores. *Heinf.*

358. *Factaque de saxo.*] Metamorphosin serpentis in lapidem signat. Hic autem videtur esse ille draco, qui spectantibus Græcorum ducibus apud Aulidem significavit decimo tandem anno Trojam esse capiendam. *R.* Ego de Lesbio serpente, de quo etiam infra lib. II. vs. 60. mentio fit, intelligendum magis puto: qui quod Orphei caput, in Hebrum abjectum, & ad Lesbum inde delatum

Idæumque nemus: quo raptum furta juvencum
Occuluit Liber falsi sub imagine cervi;
Quaque pater Corythi parvâ tumulatur arenâ:
Et quos Mæra novo latratu terruit agros.
Eurypylique urbem, qua Coæ cornua matres
Gesserunt, tum cum discederet Herculis agmen:
Phœbêamque Rhodon, & Ialysios Telchinas,
Quorum oculos ipso vitiantes omnia visu
Jupiter exosus, fraternis subdidit undis.
Transit & antiquæ Cartheïa mœnia Ceæ,

Qua

latum violare morsu voluisset, ab Apolline in saxum mutatus fuit. R.

359. *Idæumque nemus.*] Idas duas esse certum est: Alteram in Creta, alteram in Phrygia. de Phrygia nunc videtur poëta sentire. *Quo nati furta.*] Thyoneus Bacchi filius juvencum Phrygiis pastoribus abegerat: eum cum pastores persequerentur, Bacchus Thyoneum quidem in venatorem, juvencum vero in cervum convertit: quod cum rustici vidissent, à persequendo Thyoneo destiterunt. R. Thyonei etiam Aero meminit in 17. ode l. 1. car. Horatii, filium Bacchi, dicens, patrem Thoantis, ejus qui Hipsipylen genuit, regnasseque in insula Chio. *Mycyl. Nati furta juvencum.*] Multi ex melioribus *raptum furta juvencum, prati furta.* pri. Med. & duo alii. *Heinf.*

361. *Quaque pater Corythi.*] *Corythi*, παρὰ τὸ Græcis. Paridis & OEnones filius, pro *tumulatus arena est*, ex melioribus *tumulatur.* Idem. *Pater.*] Paris ex Oenone suscepit Corytum. Tzetz. in Lycophr. Paris autem in Cebrina oppidulo Troadis sepultus est. Strabo 13. lib.

362. *Mæra.*] In figuram canis conversa. fab. minus trita. *Farn.*

FAB. X. XI. XII.

COÆ MATRONÆ IN BOVES, ET JALYSII IN SCOPULOS.

363. *Coæ.*] In vaccas mutatæ à Junone, ut alii à Venere. *Farn. Eurypylique urbem.*] Eurypylus Herculis fuit filius, qui in Co insula regnavit, augur peritissimus. *Qua Cææ cornua matres.*] Cos insula est Ægæi, à quo Cous derivatur, non Cæus, unde Coæ mihi legendum videtur. Mulieres autem Coæ cum ægre ferrent ab Hercule armenta Geryoni erepta per agros suos fuisse acta, Junoni dicuntur conviciatæ. Quare Juno indignata, eas omnes in vaccas transfiguravit. R

364 *Herculis.*] In Co insula urbem cognominem expugnavit Hercules, cæso Eurypylo, abductaque filia ejus Chalciope.

365. *Phœbeamque.*] Lib. 4. vs. 204. *Jalysios.*] Jalysi opp. in Rhodo inf. incolas, artifices peritos, sed fascinatores, quos in Junonis odium, mari submersit Jupiter. Diodor. 6. lib. *Farn. Phœbeamque Rhodon.*] Phœbo consecratam. R.

368. *Carcheïa mœnia Cææ.*] *Cea* legendum. Græcis Κεῖος, Cea Latinis. *Heinf. Cartheïa.*] Carthea urbs insul. Ceæ. Ptol. *Farn. Antiquæ Ceæ.*] Cea insula est; quæ à Græcis & Ceos & Hydrusa vocatur. R. Stephanum secutus est hic Regius, qui Con & Ceon eandem facit. Sed falso: sunt enim diversæ insulæ. Id quod & gentilia inde facta indicant: à Cos enim Cous fit, à Ceos autem Ceus *e* longa, & Ceius tribus syllabis, perinde ut à Teos, Teius. Et *Con* inter Caricas insulas Plinius recenset, *Ceam* autem inter Græcas & Ægæas. *Mycil. Cartheïa.*] Carthea una est ex quatuor urbibus Ceæ insulæ, à Carthæo

Digitized by Google

Qua pater Alcidamas placidam de corpore natæ
Miraturus erat naſci potuiſſe columbam.
Inde lacus Hyries videt, & Cycneïa Tempe,
Quæ ſubitus celebravit olor. nam Phyllius illic
Imperio pueri volucreſque ferumque leonem
Tradiderat domitos: taurum quoque vincere juſſus
Vicerat; &, ſpreto toties iratus amore,
Præmia poſcenti taurum ſuprema negabat.
Ille indignatus, Cupies dare, dixit: & alto
Deſiluit ſaxo. cuncti cecidiſſe putabant:
Factus olor niveis pendebat in aëra pennis.
At genitrix Hyrie, ſervari neſcia, flendo
Delicuit: ſtagnumque ſuo de nomine fecit.
Adjacet his Pleuron: in qua trepidantibus alis
Ophias

ibi mortuo cognominata. Cauhæa item urbs eſt Iberiæ. R.

FAB. XIII. & XIV.

CYCNUS IN AVEM, ET HYRIE IN STAGNUM.

371. *Inde lacus Hyries videt, & Cygneïa Tempe.*] Hujus fabulæ qui meminiſſet neminem vidi præter Antoninum Liberalem. is ex Nicandri ἑτεροιωμένων libris narrat Metamorphoſi XII. apud quem Ὑρίη eſt, non ὑρίη. unus ex meis *videt hac.* unus Mediceus *vidit &c.* Puto, *Inde lacus Hyries adiit, Cycneïa tempe.* ſic paulo ante habuimus *Pelion Philyreïa oſtia.* pro *Phyllius* multi veterum *filius.* Scribe *Phylius.* φύλλος eſt Antonino Liberali multis locis. *Heinſ. Inde lacus Hyries.*] Hyrie fluvius eſt Bœotiæ, eſt & Hyria regio juxta Aulidem: ſed *lacus Hyries* juxta Tempe eſſe innuit poëta, ſic dictos à caſu Hyries, quæ flendo amiſſum filium in fontem ſui nominis converſa fuit. R. *Cycneia.*] Tempe, non Theſſalica illa, ſed Bœotica Teumeſia dicta à monte Teumeſo, ubi Cycnus filius Hyries in olorem verſus eſt. *Farn. Cygneia* autem Ovidius vocaſſe videtur ob eventu, quod circa hæc puer de quo hic dicitur, in cygnum converſus fecit. R.

372. *Nam Phyllius illic.*] Phyllius quum Cycnum, Apollinis & Hyries filium deperiret; primum leonem ſine ferro conficere: tum duos vultures vivos capere; deinde taurum manibus ad Jovis aram pertrahere, præmii longè ampliſſimi loco, juſſus eſt: ut ex Nicandro Anton. Liberalis in Metamorph. ſcriptum reliquit. *Salvagnius.*

375. *Stricte toties iratus amore.*] *Stricto* unus Mediceus. Forte pro *tracto*, id eſt, dilato. Nangerius, Conſtantius Fanenſis, & Ciofanus *ſpreto* in ſuis invenerunt. quod ſequor. *Heinſ.*

380. *Servatum neſcia.*] Florent. S. Marci, Bernegger. & prior Hamburg. *ſervari.* Puto *ſervati*, quod in uno Mediceo extabat. & paulo ante *in æra* non *ære* meliores. ſic & poſtea meliores, *Eumeſique domum lugentis in æra natam.* Idem.

Flendo.] In lacum cognominem ſoluta, ut Cyane lib. 5. vſ. 427. *Farn.*

FAB. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX.

COMBE IN AVEM, ET MENIPHRON IN FERAM, &c.

382. *Pleuron.*] Pleuron Æoliæ urbs cum

Ophias effugit natorum vulnera Combe.
Inde Calaurêæ Latoïdos aſpicit arva,
In volucrem verſi cum conjuge conſcia regis.
Dextera Cyllene eſt: in qua cum matre Menephron
Concubiturus erat, ſævarum more ferarum.
Cephiſon procul hinc deflentem fata nepotis
Reſpicit in tumidam Phocen ab Apolline verſi;
Eumelique domum lugentis in aëre natam.
Tandem vipereis Ephyren Pirenida pennis
Contigit. hîc ævo veteres mortalia primo
Corpora vulgarunt pluvialibus edita fungis.

Sed

cum extra oleas in hoc Medeæ volatu longo ſit, *Brauron* legi volunt, qui Geographis notiſſimus Atticæ vicus.

383. *Ophias.*] Scaliger *Iphias.* Heinſ. *Ophias.*] Ophii filia Combe. Planudi Ἐμβή.

384. *Calaurea.*] Inſ. ſinus Argolici contra Trœzenen. Demoſthenis letho nota. *Latoïdos.*] Latona primum præſide clarx, ſed quam poſtea pro Delo permutavit cum Neptuno. *Latoïdos.*] *Latoïdes* primus Palat. primus Vatic. primus Medic. Florent. Neap. Urbin. & octo alii. ſic ſæpe in antiquis libris apud Noſtrum, ut ſuo loco monebimus. Triſt. lib. III. Eleg. II. Λατοΐδης Græcis. pro *aſpicit*, quidam ex vetuſtioribus *attigit* vel *aſtitit*. & mox *Cyllene* pro *Cyllena* iidem. Noricus *adſtat in arva.* Heinſ.

385. *In volucrem verſi.*] Hic fuiſſe videtur Ceix rex Trachinis, qui cum tempeſtate in mari periiſſet, Halcyoneque ipſius uxor Æoli filia flendo perire vellet, ambo in aves Halcyonides converſi fuerunt, ut in XI. poëta plene deſcribit. R.

386. *Menephron.*] Menephron cum Cyllene filia in Arcadia (ubi mons Cyllene) & cum Bliade matre ſua concubuit. Hyginus fab. 253. *Farn. Dextera Cyllene eſt.*] Cyllene mons eſt Arcadiæ Mercurii nativitate notiſſimus, à Cyllene nympha cognominatus. R. Sed Cyllenem montem, à Cyllene Elati filio Arcade, dictum, Pauſanias autor eſt. Mela autem Mercurium Cyllenium à Cyllene portu, ſive navalibus Elienſium, ubi & natum illum arbitrantur, appellatum dicit. *Micyl. In qua cum matre Menephron.*] Taxat Menephrona quendam poëta, quem cum matre coïre non puduit.

388. *Cephiſon procul hinc.*] Cephiſus fluvius eſt Bœotiæ præterlabens Delphos: cujus filius ab Apolline in phocam, hoc eſt, vitulum marinum, fuit converſus. R. *Cephiſon.*] Sex fluvios Cephiſos & fontem hujus nominis unum recenſet Strabo lib. 9. fab. determinare non ita facile.

389. *Reſpicit.*] Puto *Deſpicit* pro *tumidam Phocen* quoque ſex ſcripti *timidam.* quanquam nec male *tumida* dicantur Phocæ. cum tumido & inflato ſint corpore. In duobus *nitidam.* Heinſ.

390. *Eumelique.*] Patras, in qua regnavit Eumelus, qui hoſpitio acceperat Triptolemum: cujus currum, dormiente illo conſcendit Antheus Eumeli filius, unde dejectus interiit. *natam* itaque legendum volunt. ſed neque ſic expedita eſt fabula.

391. *Ephyren.*] Corinthum, ab Ephyre Oceani filia, quæ ibi habitavit prima. *Pirenida.*] A Pirene fonte ad radices Acrocorinthi, Pauſan. in Corinthiacis.

394. *Nova*

Sed poſtquam Colchis arſit nova nupta venenis,
Flagrantemque domum regis mare vidit utrumque;
Sanguine natorum perfunditur impius enſis:
[Ultaque ſe male mater, Iaſonis effugit arma.
Hinc Titaniacis ablata draconibus, intrat
Palladias arces: quæ te, juſtiſſime Phineû,
Teque, ſenex Peripha, pariter videre volantes,
Innixamque novis neptem Polypemonis alis.
Excipit hanc Ægeus, facto damnandus in uno:
Nec ſatis hoſpitium eſt, thalami quoque fœdere jungit.
Jamque aderat Theſeus proles ignara parenti;

Qui

394. *Nova nupta.*] Creuſa Creontis Corinthiorum regis filia. *R.*

396. *Flagrantemque domum regis male vidit utroque.*] *Utrumque* tredecim ex vetuſtioribus. Unde ſagaciſſimus Gronovius veram lectionem unius literæ mutatione eruebat,

Flagrantemque domum regis mare vidit utrumque.

de Iſthmo Corinthiaco agit. de quo Noſter Epiſt. Phædræ,

Et tenuis tellus audit utrumque mare.

Propertius libro III. Eleg. XX.

Iſthmos qua terris arcet utrumque mare. Heinſ.

398. *Ultaque ſe male mater.*] Hic etiam verſus pro genuino vix cenſendus. *Idem. Ultaque.*] Piliis à ſe cæſis. Quos tamen Pauſanias à Corinthiis lapidibus obrutos ſcribit 2. lib. Euripidem vero accepiſſe pecuniam à Corinthiis ut cædem illam in Medeam tranſferret, ſcribit ipſius commentator.

399. *Titaniacis.*] Ex Titanum ſanguine natis. Pindarus in Theriacis aut etiam quos à Titane, id eſt, ſole ſuſceperat: ut alii. *Farn.*

400. *Palladias.*] Athenas. *Phineu.*] Obſcuriores ſunt hæ fabulæ. Polypemonis mentio in carmine in Ibin.

FAB. XX. XXI. & XXII. *Arg.* Excipit hanc Ægeus facto.] *Ægeus rex Athenarum conſuluit oraculum, quo modo prolem virilem ſuſcipere poſſet, à quo cum accepiſſet ut priusquam Athenas reverteretur, cum muliere coiret, ad Pitheum Trœzenis regem proſectus, ei oraculum communicavit. Quo cognito Pitheus ei filiam Æthram à Neptuno vitiatam copulavit. Inde vero Ægeus diſceſſurus, uxorem jam gravidam ad ſaxum ſolam cum adduxiſſet, illi calceos gladiumque ſubjecit. Uxori deinde mandavit, ut ſi maſculum pareret, cum ad ſe non ante mitteret, quam adultus ipſe per ſe revoluto ſaxo gladium & calceos tolleret ſecum ferret. Hinc enim Ægeus ſe cognituram ſperabat, an quem Æthra foret peritura, ſibi filius eſſet. Theſeus igitur ex illa natus Ægei quidem filius putatus eſt, cum Neptuni foret, ut Iſocrates in Helenes laudatione ait. Is vero cum adoleviſſet, indicante matre & ſaxum revolvit, & calceos & gladium ſuſtulit, Athenaſque proficiſcens, multos latrones Iſthmum obſidentes interfecit. Cum vero Athenas perveniſſet, non ante à patre agnitus eſt, quam capulum gladii ſui, quem ſaxo pater ipſe ſubjecerat, aſpexit. Quo cognito poculum venenatum, ſimulante Medea, jam porrectum è filii manibus excuſſit.*

402. *Innexamque alis.*] *Innixamque* prim ſec. tertius Mediceï. Florentinus S. Marci, Urbin. Neapolit. Bernegg. aliique multi. quod verum eſt. ſic *ceratis niti pennis* apud Horatium libro IV. Ode II. *Heinſ.*

403. *Facto in uno.*] In hoc uno facto, quod Medeam hoſpitio ſuſcepit. *R.*

405. *Ni-*

Qui virtute ſua bimarem pacaverat Iſthmon.
Hujus in exitium miſcet Medea, quod olim
Attulerunt ſecum Scythicis aconiton ab oris.
Illud Echidnêæ memorant è dentibus ortum
Eſſe canis. ſpecus eſt tenebroſo cæcus hiatu:
Eſt via declivis, per quam Tirynthius heros
Reſtantem, contraque diem radioſque micantes
Obliquantem oculos, nexis adamante catenis,
Cerberon abſtraxit: rabidâ qui concitus irâ
Implevit pariter ternis latratibus auras:
Et ſparſit virides ſpumis albentibus agros.
Has concrêſſe putant; nactaſque alimenta feracis
Fœcundique ſoli, vires cepiſſe nocendi.
Quæ quia naſcuntur dura vivacia caute,
Agreſtes aconita vocant. ea conjugis aſtu
Ipſe parens Ægeus nato porrexit, ut hoſti.
Sumſerat ignarâ Theſeus data pocula dextra;
Cum pater in capulo gladii cognovit eburno

Signa

405. *Bimarem.*] Peloponneſum intra, Achaiam, & alias regiones extra Iſthmum Corinthiacum inter mare Ionium & Ægeum.

407. *Aconiton.*] Inf. v. 421. *Farn.* *Aconiton.*] Herba eſt præſentiſſimi veneni Aconitum, ἀπὸ τῆς ἀκόνης, hoc eſt, à cote dictum, quod in cotibus naſcatur.

408. *Echidnea canis.*] *Lethei* tres ex melioribus. *Heinſ.* *Echidnea canis.*] Cerberi canis tricipitis. R. Echidneæ autem canis dicit, quoniam ex Echidna monſtro Cerberus natus fingitur. *Myth.* *Echidnea.*] E ſpumis Cerberi canis, extrahente ab inferis Hercule, ortum narrant fabulæ, inquit Plin. 27. l. 2. cap.

409. *Specus.*] Ideoque apud Heracleam Ponticam, ubi monſtratur is ad inferos aditus, copioſe naſcitur. Plin. ibid. *Farn.*

410. *Tirynthius heros.*] Hercules à Tirynthe patria cognominatus.

413. *Cerberon attraxit.*] *Abſtraxit* rectius prim. Palat. multique alii. Sophocles apud Ciceronem de Hercule,

Hic è Tartarea tenebricâ abſtractum plaga
Tricipitem eduxit Hydra prognatum canem. Heinſ.

414. *Ternis.*] Lib. 4 v. 450. *Farn.*

416. *Nactaſque alimenta feracis.*] Videndum, an rejiciendum, quod è Palatino ſuppeditat Gruterus: *nactaſque alimenta furoris, &c.* nam de aconito agit. *Heinſ.*

418. *Quia naſcuntur.*] *Naſcantur* cum uno Baſil. & tum mox *vocent* pro *vocant* ſcribendum. *Heinſ.* *Caute.*] Quæ Græcis Ἀκόνη.

419. *Conjugis.*] Theſea ſublatum è medio cupientis, quo regni ſucceſſio ad filium Medum, quem Ægeo peperierat, deſcenderet. *Farn.*

422. *In capulo.*] Auream forte cicadam capulo eburneo inſculptam. vide quæ ad Senecæ Hippolyt. v. 896. de enſe & calceis ab Ægeo relictis ſub ſaxo

apud

Signa ſui generis; facinuſque excuſſit ab ore.
Effugit illa necem, nebulis per carmina motis.
At genitor, quanquam lætatur ſoſpite nato;
Attonitus tantum leti diſcrimine parvo
Committi potuiſſe nefas, fovet ignibus aras,
Muneribuſque Deos implet: feriuntque ſecures
Colla toroſa boum vinctorum cornua vittis.
Nullus Erechthidis fertur celebratior illo
Illuxiſſe dies. agitant convivia patres,
Et medium vulgus: nec non & carmina, vino
Ingenium faciente, canunt. te, maxime Theſcu,
Mirata eſt Marathon Cretæi ſanguine tauri:

Quod-

apud Trœzenen, legatur Plutarchi Theſeus.

FAB. XXIII. *Arg.* At genitor, &c.] *Poſt hæc referunt feſtos dies agentes, laudes Theſei, quemadmodum taurum Marathonium interemiſſet, ut etiam Procruſten, Cercyoniſque necem peregerit, qui trabes opponebat hoſtibus, ita ut victi exanimarentur: ab eis Scyronem quoque Neptuni, ſolitum iter facientibus tendere inſidias; qui poſtquam à Theſeo eſt interfectus, ejus oſſa ſtudiis agitata propter crudelitatem ſcopulo inhæſerunt, unde Scironides petræ ſunt nominata ab ejus nomine.* Lact.

425. *At genitor quanquam.*] Theſei geſta commemorat poëta, quo commodius Metamorphoſin Scyllæ in avem cum ſuperiore fabula connectere poſſit.

426. *Attonitus tamen eſt ingens.*] *Tamen eſt geniti* vel *lethi* veteres plerique. pro *tamen* unus meus & unus Leid. *tantum.* Scribe,

Attonitus tantum, lethi diſcrimine parvo,
Committi potuiſſe nefas.

Virgilianum hemiſtichium lib. III.

Inter utramque viam, lethi diſcrimine parvo,
Ni teneant curſum.

lib. IX.

——*lethi diſcrimina parva*
Dant animis.

lib. X.

——*ſed certior auctor*
Advolat Æneas, tenuis diſcrimine lethi
Eſſe ſuos.

Columella libro X. de malis Perſicis,

At nunc expoſiti parvo diſcrimine lethi
Turbatus.

Silius libro XII.

Avehitur raptus dubio diſcrimine lethi
Ambroſios præbent ſuccos oblita nocendi.

ſic contra *vita diſcrimen* lib. X. Noſter,

——*caraque jubet diſcrimine vita*
Conjugium petere hoc. Heinſ.

Diſcrimine parvo.] Parva differentia. Paulum enim abfuit quin venenum Theſeus hauriret. *R.*

427. *Fovet ignibus aras.*] Focos accendi curavit ad peragenda ſacrificia. *P.*

429. *Victorum cornua.*] Habentium cornua vittis colligata. Ita enim victimæ exornari ſolebant ad aram.

430. *Erechthidis.*] Athenienſibus ab Erechtheo rege. vide l. 6. v. 677. *Fam.*

433. *Te maxime Theſeu.*] Carmina refert, quæ in Theſei laudem canebantur. Theſeus enim Ægei filius ex Æthra Pitthei filia toe præclara geſſit, ut inter Hercules unus numeretur. Nam & taurum ab Euryſtheo immiſſum, Atticam totam vaſtantem, in Marathone interfecit: & varios Græciæ latrones ſuſtulit. *Raph.*

434. *Marathon.*] Opp. ad 10. millia ab Athenis, cujus incolas & armenta in-

Quodque ſuis ſecurus arat Cromyona colonus;
Munus, opuſque tuum eſt, tellus Epidauria per te
Clavigeram vidit Vulcani occumbere prolem:
Vidit & immitem Cepheſias ora Procruſten;
Cercyonis letum vidit Cerealis Eleuſin.
Occidit ille Sinis, magnis male viribus uſus;

Qui

infeſtavit taurus efferatus ab Hercule ex Creta ad Euryſthea ductus *Farn.* Cretenſis. ex Creta enim ab Hercule ad Euryſtheum ductus eſt. Nam Minos (ut fertur) Neptuno ſacrificaturus, victimam optavit majeſtate illius dignam, cui Neptunus taurum obtulit pulcherrimum. Eum cum ſervare vellet Minos, datus Neptunus tauro furorem immiſit, à quo tota fere inſula fuit devaſtata. Ad eum domandum miſſus eſt Hercules, quem vinctum ad Euryſtheum duxit. Ab eo vero dimiſſus, cum Atticam devaſtaret, à Theſeo fuit interfectus. *R.*

435. *Quodque ſuis ſecurus arat.*] *Suum* duo veteres. Scribe *ſuis ſecurus* cum Dionyſio Salvagnio, Boëſſio, & noſtro Gronovio. de ſue Cromyonio res eſt notiſſima. *Securus amorum Germana* apud Virgilium. Elegans ſecundi caſus eſt & frequens apud optimos ac elegantiſſimos ſcriptores. Non abſimile mendum ex Valerio Flacco tollendum l. VI. v. 266.

Parte alia infeſtis (nam ſors advexit) in armis
Styrus adeſt, latuſque viri cognoſcit Amanſin.

ſic ſcribendum. non *ſors adjunxit* & *latuſque virum.* Pleni horum Virgilius, Statius, hic ipſe Flaccus, & præ cæteris Silius Italicus. vulgata lectio vehementer friget. pari modo *latus opum* apud eundem Valerium lib. III.

Latus opum paciſque mea, tutuſque manerem
Quis genitor materque loci.

& libro I. v. 485.

Ductor ovans latuſque doli cognoſcit Acaſtum
Horrentem in jaculis.

ita & ibi cenſeo ſcribendum. Vulgati *avens latuſque dolis agnoſcit.* nam quod apud eundem Valerium lib. VI. v. 74. *Maſta necis* legitur, locus eſt mendoſus.

Maſta necis ſæva lucos reditura Diana.

cum ſcribendum ſit,

Maſta, nec in ſæva lucos reditura Diana.

ita *latum animi & ingenii Marcum Marcellum* Velleius Paterculus vocavit l. II. *Heinſ. Cromyona.*] Opp. in agro Corinthiaco, ubi Theſeus ſuem peremit. *Farn.*

436. *Tellus Epidauria.*] Epidaurus urbs eſt Peloponneſi, Æſculapii templo nobilis. *R.*

437. *Clavigeram.*] Periphetam latronem, Corynetam dictum à κορύνη clava. ſed de his vide Plutarchi Theſea, & Diodorum lib. 5.

438. *Cepheſias.*] Qua Cephiſus præterfluit Eleuſin urbem Atticæ. *Procruſten.*] Latronem, qui, ad lectum hoſpites emenſus, breviores extendebat, longiores decurtabat.

439. *Cercyonis.*] Latronis, qui viatores in palæſtra victos, aut etiam certare recuſantes interfecit. Pauſan. in Atticis. *Farn. Eleuſin.*] Eleuſis autem vicus eſt & urbs Atticæ, ubi Cereris eſt templum. Apud Eleuſina autem Cereris myſteria cognomento majora celebrabantur, ſicut Argis, qui & ipſe Atticæ vicus eſt, minora in honorem Proſerpinæ. in Herculis gratiam inſtituta: cum majoribus initiari, quia civis & indigena non eſſet, legibus prohiberetur. *Cerealis Eleuſin.*] *Eleuſin* prim. tert. quart. Medicæi. pri. ſec. Pal. pri. Reg. prior Erfurt. Noricus, quatuor alii. de quo ad Epiſt. IV *Cepheſias* quoque *ora* meliores, non *Cephiſias.* Heinſ.

440. *Occidit ille ſcinis.*] *Sinis.* Græcis Σίνις. de quo ad Epiſt. II. *cæſte ſonis* eſt

in

Qui poterat curvare trabes; & agebat ab alto
Ad terram latè ſparſuras corpora pinus.
Tutus ad Alcathoën Lelegeïa mœnia limes
Compoſito Scirone patet: ſparſique latronis
Terra negat ſedem, ſedem negat oſſibus unda:
Quæ jactata diu fertur duraſſe vetuſtas
In ſcopulos. ſcopulis nomen Scironis inhæret.
Si titulos annoſque tuos numerare velimus;
Facta premant annos. pro te, fortiſſime, vota
Publica ſuſcipimus: Bacchi tibi ſumimus hauſtus.
Conſonat aſſenſu populi, precibuſque faventum
Regia: nec totâ triſtis locus ullus in urbe eſt.
Nec tamen (uſque adeo nulli ſincera voluptas;
Sollicitique aliquid lætis intervenit) Ægeus
Gaudia percepit nato ſecura recepto.

Bella

in nonnullis Mſſ. *Idem. Occidit ille Sinis.*] Sinis latro fuit, iſthmum obſidens, qui duas pinus flectebat, ac utrique hominis brachia alligabat, deinde ſurſum emittens, corpus vi diſcerptum maximo cruciatu afficiebat; iſtum quoque Theſeus interemit. *R.* Hic filiam habuit, Perigimen nomine, ex qua Theſeus Menalippum genuit patrem Toxianis. *Mycil.*

441. *Curvare.*] Hinc Πιτυοκάμπτης dictus Pauſ. Corinth.

443. *Alcathoën.*] Megaras, ab Alcathoo reſtauratas, poſtquam ſublato Niſo vaſtatæ fuiſſent à Minoë. Pauſan. Attic. *Lelegeia.*] A Lelege condita.

444. *Compoſita.*] Præcipitavit Theſeus Scyrona ex iiſdem ſcopulis, è quibus viatores à ſe ſpoliatos, & lavare pedes coactos ipſe pede in mare proturbaſſet. Plutarch. Theſ. Strabo l. 9. *Farn. Compoſito Scirone.*] Interfecto, ſublato.

447. *Scopulis nomen Scironis inhæret.*] Scironides petræ Atticis finibus imminent, juxta mare tranſitum non relinquentes. Supra eas autem eſt via in Aticam atque Megara ab iſthmo ducens, Caunum quoque ventum ab illis ſaxis ſtantem, procellaſque cientem, Scirona Athenienſes vocant. Fingit autem poëta oſſa Scironis in mare projecti fuiſſe in ſcopulos converſa.

449. *Facta premant.*] *Premant* meliores. *Heinſius. Facta premant annos.*] Hoc eſt, geſta tua annos ſuperabunt. *Pro te fortiſſime vota.*] Theſeïa ſignificat, quæ feſta in Theſei honorem Athenienſes inſtituerunt. *R.*

450. *Bacchi tibi ſumimus hauſtus.*] Malebam aliquando *ducimus.* vide Notas lib. XII. v. 316. *Heinſ.*

453. *Nec tamen (uſque adeo, &c.*] Dicturus Ægæum Athenarum regem, non diu recepto filio felicem fuiſſe, locum communem præmittit de inconſtantia & mobilitate felicitatis humanæ, negatque dari ullam ſinceram voluptatem, cui nihil interveniat moleſtiæ. *Nihil enim eſt ab omni parte beatum. Nulla.*] Apollon. 4. lib. Ἀλλὰ γὰρ ἔτι τοῖσι θεοῖς ἀνεπαύετον, &c. *Semperque è fonte lepor um Manat amari aliquid.* Farn. *Nulla eſt ſincera voluptas.*] *Nulli eſt* unus meus. *nulli* Regius alter. & poſtea *ſollicitique aliquid* non *ſollicitumque* unus Mediceus. *Heinſ.*

Pan-

Bella parat Minos: qui quanquam milite, quanquam
Classe valet; patriâ tamen est firmissimus irâ:
Androgeïque necem justis ulciscitur armis.
Ante tamen bellum vires acquirit amicas:
Quaque potens habitus, volucri freta classe pererrat.
Hinc Anaphen sibi jungit, & Astypaleïa regna;
Promissis Anaphen, regna Astypaleïa bello:
Hinc humilem Myconon, cretosaque rura Cimoli,
Florentemque Cythnon, Scyron, planamque Seriphon, Mar-

FAB. XXIV. *Arg.* Bella parat Minos, &c.] *Arne cum insulam Sithon, in qua ipsa genita esset, hosti Athenas oppugnanti, capta pulchritudine auri vendidisset patriam, ne pro meritis supplicia penderet, in volucrem monedulam est transfigurata: qua adhuc amore splendoris ejus tenetur.* Lact.

456. *Bella parat Minos.*] Minoëm Jovis filium ex Europa regem fuisse Cretæ notius est, quam ut sit exponendum. Huic Androgeus filius fuit athletico certamine clarus, qui cum Athenis ex Palæstra victoriam reportasset, maximam in se invidiam concitavit. Quapropter insidiis Ægæi Athenienſium regis occisus, cum domum non rediret, Minos patet adversus Athenienses bellum movit, ipsis & pestilentiam & famem imprecatus, ut Androgei cædem ulciscerētur. Prius autem quam oppugnare cœpisset Athenas, varia sibi auxilia comparavit, quasdam insulas expugnavit, quas enumerat poëta.

457. *Firmissimus.*] Ferocissimus. *Irâ patria.*] Patri conveniente ob filii cædem. R.

458. *Androgeïque.*] Filii Minois, qoem in certaminibus victorem, ut Diodorus 5. lib. vel à patre missum qui tributum poscereț, vel ad studia ut Philosophos audiret, ut Plutarchus in Theseo, insidiis atque invidia Athenienses sustulerunt. *Farn.*

459. *Ante tamen bello.*] *Ante bellum* cum tertio Mediceo & quinque aliis. *Heins.*

460. *Quaque patent aditus.*] *Patens* multi ex vetustioribus. sed probe Florentinus S. Marci à manu prima, *Quaque potens habitus.* classe nimirum. *Idem.*

461. *Anaphen.*] Insl. Cretici pelagi. *Astypaleïa.*] Astypalæa insl. Carpathii maris.

463. *Hinc humilem Myconen.*] *Myconon* ex scriptis. adi Notas ad Epist. XXI. v. 81. *Heins. Hinc humilem Myconem.*] Mycone, quæ & Myconus à Strabone vocatur, una est ex Cycladibus. *Cretosaque rura Cimoli.*] Insula in Cretico mari, una ex Sporadibus, à qua terra Climolia nuncupatur, ut Strabo scribit, quæ dicitur, purgandis vestibus apta. *Lact.*

464. *Florentemque Cythnon, Scyron.*] *Florentemque Tyron, Cyprón*, vel *Cyprumo* scripti plerique. unus Thuan. *Florentemque Chiron* tres *Ciron.* Forte *Siphnon*, & pro *Scyron*, lego *Syron.* quanquam utraque inter Cycladas recensetur. Certe priorem in *Syros* producendam esse constat ex Strabonis libro x. & Eustathio in Odysseam & in Periegeten. *Heinsius. Planamque Seriphon.*] Seriphos una est ex Cycladibus, adeo lapidosa, ut qui Seriphiis conviciantur, id inspecta obveniſſe Gorgone causentur. Vel καὶ ἀντίφρασιν, quasi quæ minime plana sit, sed aspera ac petricosa: Vel, ut supra, planam ac humilem. R. *Florentemque.*] Inclino in Micylli conjecturam, ut legatur *Florentemque viris Siphnon* quæ prius Meropia, vel *Florentemque auro Siphnon, planamque. Ser.* namque auro aliquando claruit. Strab. Plin. Pausan. ut singulis

Marmoreamque Paron, quaque impia prodidit arcem
Sithonis accepto, quod avara popoſcerat, auro.
Mutata eſt in avem, quæ nunc quoque diligit aurum;
Nigra pedem; nigris velata monedula pennis.
At non Oliaros, Didymæque, & Tenos, & Andros,
Et Gyaros, nitidæque ferax Peparethos olivæ,
Gnoſſiacas juvêre rates: latere inde ſiniſtro
Oenopiam Minos petit Æacideïa regna.
Oenopiam veteres appellavêre: ſed ipſe
Æacus Æginam genitricis nomine dixit.

Turba

inſulis ſua conſtent epitheta. vide 251. vſ. lib. 5. *Planamque.*] Quæ tamen aſpera & petricoſa eſt. 242. v. lib. 5. *Farn.*

465. *Marmoreamque Paron.*] Paros etiam una eſt ex Cycladibus, primo Platea, deinde Minois appellata, quæ lapidem produxit, quem parium vocant, ad marmoreas ſculpturas aptiſſimum. *Quamque impia prodidit, &c.*] Quænam fuerit illa Sithonis puella, quæ accepto auro hoſtibus Arnen inſulam prodiderit, atque in monedulam avem auri maxime furacem converſa fuerit, non memini me legiſſe. ℟. Arnen Bœotiæ urbem invenio fuiſſe, ab Arne Æoli filia dictam. Item, alteram Theſſalicam. De inſula autem Arne, nihil alibi reperio. Sed locum hunc corruptum eſſe, etiam verborum contextus arguit, ex Lactantii tamen ſententia, lege *Arne*, nomi nativo caſu, pro Sithonis autem *Cythnon* cum particula *&*, vel, *ubi.* Micyl. *Quamque impia prodidit arce.*] *Quamque Arne* vel *Arnen* vetuſtiores, vel, *quaque Arnen.* Latet mendum. mox *nigra pedem* non *pedes* in melioribus. *Heinſ*

466. *Sithonis.*] Thracia mulier: eſt enim Sithonia Thraciæ pars, Macedoniæ finitima ℟.

FAB. XXV.

FORMICÆ IN HOMINES SIVE MYRMIDONAS MUTATÆ.

469. *At non Oliaros.*] In longe vetuſtiſſimo Virgilii codice bibliothecæ Medicææ l. III. Æn. *Olearos* ſcribitur. quomodo & alii cum hoc Mediceo, quotquot videre contigit codices. Ὠλίαρος etiam Straboni eſt. at Stephano & Ptolemæo Ὠλιάρος. Heinſ. *At non Oliaros, &c.*] Inſulæ ſunt Ægei ex Cycladibus, quæ Minoi adverſus Athenienſes auxilium non tulerunt. *Didymeque.*] Inſula eſt à figura ſic appellata: gemella namque videtur. ℟. Quare conjectura docor hoc loco, legendum *Didymeque & Tenos & Andros.* Duæ enim inſulæ à Stephano dicuntur eſſe, non longe à Syro ſitæ. *Micyl. Et Tenos.*] Inſula eſt una ex Cycladibus Tenos urbem non ſanæ magnam habens, verum Neptuni fanum ampliſſimum in luco extra muros ſpectatu dignum. *Et Andros.*] Una eſt ex Cycladibus Andros, ab Andro Anii filio cognominata. ℟.

470. *Et Gyaros.*] Gyaros autem una eſt ex Sporadibus. *Nitidaque ferax Peparethos olivæ.*] Peparethos inſula eſt una ex Cycladibus oleo abundans.

473. *Sed ipſe Æacus.*] Æacum Jovis fuiſſe filium conſtat: cui tres filii fuerunt, Telamon, Peleus, Phocus. ℟.

474. *Æginam.*] *Æginan* Juniantus. *Heinſ Æginam.*] Huc enim ex Phliunte rapuit Jupiter Æginam Aſopi filiam. ὃς ἐς Πελοπόνησον Οἰνώνην ἐσγάγετο κούρην, διὸς ὑβριστὴς Αἰακός. Pindar. 8. Iſthm. *Nomine.*] Hinc orta Junonis invidia, immiſſaque peſtilentia.

476. *Et-*

Digitized by Google

Turba ruit, tantæque virum cognoſcere famæ
Expetit. occurrunt illi Telamonque minorque
Quam Telamon, Peleus, & proles tertia Phocus.
Ipſe quoque egreditur tardus gravitate ſenili
Æacus: & quæ ſit veniendi cauſſa requirit.
Admonitus patrii luctus ſuſpirat, & illi
Dicta refert rector populorum talia centum:
Arma juves oro pro gnato ſumta; piæque
Pars ſis militiæ. tumulo ſolatia poſco.
Huic Aſopiades, Petis irrita, dixit, & urbi
Haud facienda meæ: neque enim conjunctior ulla
Cecropidis hac eſt tellus. ea fœdera nobis.
Triſtis Abit, Stabuntque tibi tua fœdera magno,
Dixit: & utilius bellum putat eſſe minari,
Quam gerere, atque ſuas ibi præconſumere vires.
Claſſis ab Oenopiis etiamnum Lyctia muris
Spectari poterat; cum pleno concita velo
Attica puppis adeſt, in portuſque intrat amicos:
Quæ Cephalum, patriæque ſimul mandata ferebat.
Æacidæ longo juvenes poſt tempore viſum

Agno-

476. *Expetit.*] *Excipit* Florent. S. Marci, Neap. Urbin. pri. & ſec. Pal. Cantabrig. pri. Gronov. uterque Erfurt. aliique complures. duo *Expedit.* in nonnullis vetus lectio penitus eraſa. an *Percupit* an *Exigit*, cum uno meo? Sed vetus *Rex cupit*, vel *Plebs cupit*. Heinſ.

480. *Admonitus patrii luctus.*] Paterni mœſtitiæ, quam de filio conceperat Minos, ab Athenienſ. interſecto.

481. *Populorum centum.*] Nam Creta centum olim urbes habuiſſe fertur. *R. Lector.*] Minos, cujus imperio paruit Creta ἑκατόμπολις. Farn.

482. *Pro nato.*] Pro ulciſcenda filii cæde. *Gnato.*] Ita vetuſtiores. *Heinſ.*

484. *Aſopiades.*] Æacus Æginæ filius, hæc autem filia erat Aſopi fluv. Bœotiæ. *Farn.*

486. *Cecropidis hac eſt tellus.*] *Eſt hac* meliores. *Heinſ. Ea fœdera nobis.*] *Sunt* ſubaudiendum, ut amici ſimus, & nos invicem juvemus.

490. *Etiamnum.*] Ita præſtantiores tam hic quam paulo poſt. *dedere* quoque pro *dederunt*. Heinſ. *Lyctia.*] Cretenſis. Lyctus urbs Cretæ eſt. Ita Cydonia, Dictæa, Gnoſſia, Gortynia, ab urbibus Cretæ.

492. *Et portus intrat amicos.*] *In portus* Florent. S. Marci, Neap. ſec. tert. Medic. Spir. Oxon. & octo alii. Lege *in portuſque* cum Urbinati & altero Hamburgenſi. ſic *intrare in domum, in Capitolium*, paſſim apud ſcriptores optimos, imprimis Ciceronem. Martial. lib. III. *Intrare in iſtum ſola fax poteſt.* lib. IV. idem,

Nec madidos intret penetrabile frigus in artus. Heinſ.

Agnovêre tamen Cephalum; dextraſque dedêre:
Inque patris duxêre domum. ſpectabilis heros,
Et veteris retinens etiamnum pignora formæ,
Ingreditur; ramumque tenens popularis olivæ
A dextrâ lævaque duos ætate minores
Major habet, Clyton & Buten, Pallante creatos.
Poſtquam congreſſus primi ſua verba tulerunt;
Cecropidum Cephalus peragit mandata, rogatque
Auxilium; fœduſque refert, & jura parentum:
Imperiumque peti totius Achaïdos addit.
Sic ubi mandatam juvit facundia cauſſam;
Æacus in capulo ſceptri nitente ſiniſtrâ,
Ne petite auxilium, ſed ſumite, dixit, Athenæ.
Nec dubiè vires, quas hæc habet inſula, veſtras
Ducite, & omnis eat rerum ſtatus iſte mearum.

Ro-

497. *Veteris formæ.*] Priſtinæ pulchritudinis. Nam Cephalus formoſiſſimus fuit.

498. *Popularis olivæ.*] In Attica natæ, populove gratæ: erat autem id ſignum pacis, & auxilii petendi R. *Popularis.*] Quæ Minervæ Atticæ munus in certamine de urbis nomine l. 6. vſ. 77. pacis item inſigne. *Pacifera quæque manu ramum prætendit olivæ.* Æneid. lib. 8. Virg.

499. *Et dextra.*] *A dextra* ex iiſdem. *Heinſ.*

500. *Major habet, Clyton & Buten.*] Cenſeo legendum *Bryten*: atque eum ipſum eſſe à quo familia Athenienſis Βρυτιάδαι ſeu Ἐρυτεΐδαι appellata. Meurſ. de regn. Athen. libro 11. p. 103.

501. *Poſtquam congreſſi, primi ſua verba tulerunt Cecropida.*] *Congreſſu primo* multi veteres. quidam *congreſſi primo* vel *primum*. *Congreſſus primi* opt. Florent. & Neapol. prim. ſec. Palat. prim. Vatican. tert. Medic. prior Hamburgenſis. aliique nonnulli. Scribe,

Poſtquam congreſſus primi ſua verba tulerunt,
Cecropidum Cephalus peragit mandata.

ſic ſupra,

——*neque enim conjunctior ulla*
Cecropidis hac eſt tellus. Heinſ.

502. *Peragit mandata.* Exponit mandata, quæ ab Athenienſibus acceperat.

503. *Fœduſque refert.*] Commemorat fœdus à ſuis majoribus cum Æginetis percuſſum.

506. *In capulo regni.*] Scribe *in capulo ſceptri.* quomodo unus Baſil. & unus Bonon. in priore Erfurtano pro Gloſſa id erat adſcriptum. ſec. Pal. & unus Baſil. *in ſceptro regni.* Noticus pro diverſa lectione, *in capulo gladii.* Heinſ.

509. *Ducite & omnis rerum ſtatus.*] Pro *omnis eat*, prim. Pal. pri. Medic. Arondel. Hamburg. & octo alii, *ait. erat* Cantabr. & alii duo. totidem *erit. esit.* prim. Ambroſ. *& omnia quæ* veterrimus Florentinus à manu prima. Locus mendi ſuſpectus Fontem erroris indagemus. Scriptum primò fuerat. *omnis* pro *commemis.* unde perperam iterata ultima *tũ Ducite* proxime præcedentis littera, *& omnis* factum. Deinde ſulciendo verſui Τὸ *ait* ex Gloſſa interlineari additum, quòd poſtea in *eat* mutatum eſt, cum ſenſum commodum non efficeret.

Digitized by Google

Robora non desunt: superat mihi miles, & hosti.
Gratia Dîs; felix & inexcusabile tempus.
Immo ita sit, Cephalus, crescat tua civibus opto
Res, ait. adveniens equidem modo gaudia cepi;
Cum tam pulcra mihi, tam par ætate juventus
Obvia processit, multos tamen inde requiro,
Quos quondam vidi vestrâ prius urbe receptus.
Æacus ingemuit; tristique ita voce locutus
Flebile principium melior fortuna sequetur.
Hanc utinam possem vobis memorare! sine ullo
Ordine nunc repetam. neu longâ ambage morer vos;

Ossa

cerer. *communis rerum status iste mearum est.* mihi videlicet cum Athenis. hinc & *communicare.* similis usus τῦ κοινοῦ apud Græcos. Epistola Acontii,

Hæc mihi sunt tecum, tibi sunt communia mecum.

In bona cur quisquam tertius ista venit? sic *communis Græciæ* apud Nostrum lib. XIII. & Cornelium Nepotem vita Alcibiadis. apud eundem vita Aristidæ, *communem avarium* & *communis classis, in communem consulere* apud scriptores. *Idem.*

510. *Robora nam desunt: superat mihi miles & hosti.*] Imo *non desunt* cum melioribus. postea *hostis* pri. Palat. tert. Medic. prior Erfurt. utrumque Hamburg. Florentinus S. Marci, Neapol. Urbin. & duodecim alii. primus Vatican. *hostes*, hæc est Excerpta Calandræ. non *superat* quinque *superest.* Scribo,

——*superat sat militis, hospes.*

ut Tè *mihi* ex cognatione literarum vocis proximæ, vel ex glossa interlinearii in contextum irrepserit. *hospes*, in *hostes* facile depravari potuit. unde *hostis* postea, atque ex eo *hosti* factum sit. mox lego,

Imo ita: sic, Cephalus crescat tua civibus opto
Urbs, ait: ut veniens equidem modo gaudia cepi.

vel *Res ait* cum Cantabrig. fragmento Boxhorn. & Sixiano libro. quomodo supra.

——*rerum status iste mearum.*

rem Danaam similiter dixit lib. XIII. Nostser, & *rem Romanam.* Virg. Æn. VI. *Id. Robora.*] Vires. *Superat mihi miles, & hosti.*] Hoc est, mihi milites superstunt, & ad juvandos amicos, & ad repellendos hostes. *R.*

515. *Multos.*] Παραστικὸν ad Pestis descriptionem, cujus ἀρχέτυπον ex 2. l. Thucydidis in sextum suum transtulit Lucretius. Hos ut & Homerum 1. Iliad. sequitur Virg. 2. Georg. v. 478. & Æn. 3. 137. v. Seneca in Oedip. c. 36. & 110. Lucan. 6. l. 84. v. Statius 1. Theb. 360. vers. Silius 14. lib. 582. vs. quos comparat inter se Scaliger 5. libr. Poëtices c. 11. *Multos.*] Hanc pestis διατύπωσιν omnes plerique poëtæ ex Homero desumserunt, cujus frusta esculenta redolent: uti eleganter de Æschylo Athenæus lib. 8. c. 8. Τὰς αὐτῦ τραγῳδίας τεμάχη εἶναι τῶν Ὁμήρου μεγάλων δείπνων. Vide & Plutarchum Sympos. 4. quæst. 1. Justin. lib. 19. c. 2.

518. *Fortuna secuta est.*] *Sequetur* pri. Gronov. & excerpta Langermanni. in narratione mea videlicet. quod placet. nec aliter Græviανus pro diversa lectione. *Heinf.*

519. *Sine ullo.*] Sine ullo proœmio.

520. *Longa ambage.*] Superflua oratione. Cum Junonis ira Æginæ incolæ pestilentia fuissent absumpti, Æacus Jovem patrem rogavit, ut aut sibi popu-

Oſſa ciniſque jacent, memori quos mente requiris.
Et quota pars illi rerum periêre mearum!
Dira lues irâ populis Junonis iniquæ
Incidit exoſæ dictas à pellice terras.
Dum viſum mortale malum, tantæque latebat
Cauſſa nocens cladis; pugnatum eſt arte medendi.
Exitium ſuperabat opem; quæ victa jacebat.
Principio cœlum ſpiſſa caligine terras
Preſſit; & ignavos incluſit nubibus æſtus.
Dumque quater junctis implevit cornibus orbem
Luna; quater plenum tenuata retexuit orbem,
Letiferis calidi ſpirarunt flatibus Auſtri.

Con-

lum ſuum reſtitueret, aut ſe quoque vita privaret. Cum autem magnam formicarum multitudinem in vetuſta quercu vidiſſet, Jovem rogavit, ut ſibi tot cives, quot illæ formicæ erant concederet. Juppiter vero Æaci precibus motus, quotquot formicæ in illa quercu erant, in homines commutavit, quibus Æacus ipſe agros diviſit. *R. Morer vos.*] Florentinus S. Marci. prim. Vatican. prim. Medic. & duodecim alii, *moreris.* tres *morer te.* Heinſ.

524. *Exoſæ.*] Æginam inſulam à pellice quam oderat denominatam. vſ. 478. ſuprà.

527. *Exitium ſuperabat opem, quæ victa jacebat.*] Sic Florentinus S. Marci, & alii duo. In reliquis *opes victæque jacebant.* Valde metuo, ne hoc poſterius hemiſtichium ſit ab aliena manu, quæ ſupplere verſum à Naſone mutilum relictum voluerit. niſi videtur reſcribendum, *ſpes victa jacebat.* ut ex *opem ſpes, opes* ſit factum. Certe in primo Gronoviano *victaque jacebat.* ſic Noſter lib. I.

Victa jacet pietas.

paulo ante malim *arte medenti*, quam *medendi.* pro arte medicâ. ut lib. XV. *artes nil poſſe medentum.* & epiſt. OEnones, *radixque medenti Utilis*, non *medendi.* Heinſ.

530. *Dumque.*] Nigrum aëra triſtemque non purgabat, nec refrigerabat ventus alius, tum morbidus graviſque Auſter per 4. menſes continuos æſtu ſuo corrumpit cœli tractum. *Farn. Quater plenis explevit cornibus orbem.*] *Junctis cornibus* primus Gronovii & alter Hamburgenſis. bene. *implevit* quoque idem primus Gronovianus, ſecundus Palatinus, & duodecim alii. ſic lib. II.

Luna quater junctis impleras cornibus orbem.

& lib. II. Faſtorum,

Luna novum decies impleras cornibus orbem.

Seneca Hippolyto de Luna,

Cum ſuos ignes coëunte cornu Junxit.

ſic contra *dividua Lunæ cornua.* de quibus Notæ ad lib. IV. ſuprà. Vidit jam veram hujus loci lectionem doctiſſimus Gronovius Obſervat. lib. IV. cap. XV. *Heinſ.*

532. *Spirarunt æſtibus Auſtri.*] Æſtu jam præceſſerat. quare verius tres noſtri, unus Thuan. & unus Ciofani *flatibus.* Noſter lib. XI.

Auſter & ingenti jactatam flamine ſolvit.

Cicero Aratels,

Aram, quam flatu permulcet ſpiritus Auſtri.

Plura Triſt. lib. I. Eleg. X. ubi de navi *propulſaque flatibus Auſtri*, ut quidem codices nonnulli. *Idem.*

533. *Vi-*

Conſtat & in fontes vitium veniſſe, lacuſque;
Milliaque incultos ſerpentum multa per agros
Erraſſe; atque ſuis fluvios temeraſſe venenis.
Strage canum primâ, volucrumque, oviumque, boumque,
Inque feris ſubiti deprenſa potentia morbi.
Concidere infelix validos miratur arator
Inter opus tauros; medioque recumbere ſulco.
Lanigeris gregibus balatus dantibus ægros
Sponte ſuâ lanæque cadunt, & corpora tabent.
Acer equus quondam, magnæque in pulvere famæ,
Degenerat palmas; veterumque oblitus honorum,
Ad præſepe gemit, morbo moriturus inerti.
Non aper iraſci meminit; non fidere curſu
Cerva; nec amentis incurrere fortibus urſi,
Omnia languor habet. ſilviſque, agriſque, viiſque
Corpora fœda jacent. vitiantur odoribus auræ.
Mira loquor. non illa canes, avidæque volucres,
Non

533. *Vitium.*] Aëris corruptionem. R. *Conſtat.*] Quin & aqua corrumpitur partim vitio aëris, partim venenoſis ſerpentibus. *Farn.*

536. *Strage canum primo.*] Hæc ex primo Iliados ſumpta eſſe videntur, nam Homerus peſtem in exercitum Græcorum Apollinis ira immiſſam deſcribens, aſſerit primo canes muloſque interiiſſe. R. *Strage.*] Pecudes ad terram pronæ & cerebro minus frigidæ quam homines, τὰς γοναδὸς ἀτμὸς hauriebant, & ex his primum quibus odora vis. Οὐρῆας μὲν πρώτον ἐπώχετο καὶ κύνας ἀργούς. Iliad. α. *Avimmque boumque.*] *Oviumque* recte vetuſtiores. nam de quadrupedibus eſt ſermo. deinde *Strage canum primâ* rectius duo Medicei & unus Bononienſis, quam *primo.* Heinſ.

538. *Concidere Lanigeris, &c.*] Conferhis Virgilium 3. Georg. & ſupra citatos ad vſ. 520. & comparationes Scaligerianas 5. lib. poët. 11. cap. *Farnabius.*

539. *Inter opus.*] Inter arandum.

542. *Magnaque in pulvere famæ.*] In certaminibus, in quibus maximus pulvis excitatur.

543. *Degenerat palmas.*] Alii *Degener ad palmas.* at vetuſtiores magno numero *Degenerat palmas.* quomodo & Zinzerlingus Promuliſide Criticâ. Adi omnino Notas noſtras lib. 111. Pont. Eleg. 1. *Heinſ. Degenerat.*] A generoſitate ſua recedit. *Palmæ.*] Victoriæ. *Veterum honorum.*] Antiquæ gloriæ.

544. *Morbo moriturus inerti.*] Veteres multi *letho inerti.* plures ex vetuſtioribus *longo inerti.* Scripſerit fortaſſe Naſo, *languore obiturus*, vel *torpore.* quia *languor* ſequitur. *Heinſ.*

547. *Agriſque viiſque.*] *Jugiſque* duo Medicei. *Idem.*

549. *Mira loquar.*] *Loquor* meliores. *Idem.*

Digitized by Google

Non cani tetigêre lupi: dilapſa liqueſcunt; 550
Afflatuque nocent; & agunt contagia latè.
Pervenit ad miſeros damno graviore colonos
Peſtis, & in magnæ dominatur mœnibus urbis.
Viſcera torrentur primo: flammæque latentis
Indicium rubor eſt, & ductus anhelitus ægrè. 555
Aſpera lingua tumet; trepidiſque arentia venis
Ora patent: auræque graves captantur hiatu.
Non ſtratum, non ulla pati velamina poſſunt:
Dura ſed in terrâ ponunt præcordia: nec fit
Corpus humo gelidum, ſed humus de corpore fervet.
Nec moderator adeſt: inque ipſos ſæva medentes
Erumpit clades; obſuntque auctoribus artes.

Quo

550. *Dilapſa.*] Cadavera intacta à canibus ac vulturibus tabes abſumebat. Liv. lib. 41. *Farn.*

551. *Afflatuque nocent.*] Exſpirant enim odoris fœditatem intolerabilem. *Pont.*

552. *Pervenit.*] Ἐπίσης δὲ αὐτὸς μᾶλλον καὶ ἡ συγκομιδὴ ἐκ τῶν ἀγρῶν εἰς τὸ ἄστυ, καὶ οὐχ ἧσσον τοὺς ἐπελθόντας. Thucyd. Nec minimum partim ex agris, &c. Lucretius 6.

554. *Viſcera.*] Spectemus, hic, inquit Scaliger, quid ad puritatem Lucretii addiderit Ovidius. Principio caput incenſum, &c. uterque ex Thucydide. Πρῶτον μὲν τῆς κεφαλῆς θέρμαι ἰσχυραὶ, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἐρυθρήματα καὶ φλόγωσις ἐλάμβανε. *Farn.*

555. *Et ductus anhelitus igni.*] *Igne* plurimi veteres, quos inter Oxon. prim. Gronov. prim. Hamburgenſis. *eris.* pri. Morer. Arondel. & alii quatuor. quatuor itidem *ore.* Legendum arbitror *& ductus anhelitus agre.* Virgilio,

—— *laſſos quatit ager anhelitus artus.*

Lucilius apud Nonium in *Deponere*,

Exſpirans animam pulmonibus ager agebas.

ſic *agre reſpirare.* Heinſ.

556. *Tepidiſque arentia ventis ora.*] *Trepidiſque ventis* prim. Vatican. prim. Baſil. ſec. Medic. & Neapol. niſi quod in illis duobus poſterioribus pro diverſa lectione *venis. venis* quoque Cantabr. ſec. Pal. prim. & tert. Medic. pri. Moreti, & complures alii. Scribendum *trepidiſque venis.* atque ita prior Hamburgenſis. lib. VII. de Marſya,

—— *trepidaque ſine ullâ*
Pelle micant venæ.

vide Notas lib. III. vſ. 125. de peſte Virgilius Georg. III.

Nec via mortis erat ſimplex: ſed ubi ignea venis
Omnibus ille ſitis miſeros adduxerat artus.

mox pro *auraque graves captantur hiatu* malim *gravi hiatu.* quod Baſileenſis unus confirmat. *Idem.*

558. *Non ſtratum.*] Μήτε τῶν παυλεττῶν ἱματίων καὶ σινδόνων τὰς ἐπιβολὰς, μήτε ἄλλο τι, ἢ γυμνὸν αὐτοὺς. Thucyd. 2. *Farn.*

561. *Moderator.*] Medicus imperitor. Senec. 6. de Benef. 16. cap. *Farnabius.*

562. *Obſuntque auctoribus artes.*] Medicæ, inquit, artes ſuis profeſſoribus nocent. Peſte enim medici quaque corripiebantur.

564. *At-*

Digitized by Google

Quo propior quiſque eſt, ſervitque fidelius ægro;
In partem leti citius venit. utque ſalutis
Spes abiit; finemque vident in funere morbi;
Indulgent animis: & nulla, quid utile, cura eſt:
Utile enim nihil eſt. paſſim, poſitoque pudore,
Fontibus, & fluviis, puteiſque capacibus hærent:
Nec prius eſt exſtincta ſitis, quam vita, bibendo.
[Inde graves multi nequeunt conſurgere; & ipſis
Immoriuntur aquis: aliquis tamen haurit & illas.]
Tantaque ſunt miſeris inviſi tædia lecti;
Proſiliunt: aut, ſi prohibent conſiſtere vires,
Corpora devolvunt in humum, fugiuntque penates
Quiſque ſuos: ſua cuique domus funeſta videtur.
[Et quia cauſa latet, locus eſt in crimine notus.]
Semanimes errare viis, dum ſtare valebant,
Aſpiceres; flentes alios, terræque jacentes;
Laſſaque verſantes ſupremo lumina motu.
[Membraque pendentis tendunt ad ſidera cæli;
Hîc,

564. *Atque ſalutis Spes abiit.*] *Utque* cum Florentino S. Marci, primo Vatic. Calandrino, aliiſque multis. *Heinſ.*

566. *Et nulla, quid utile cura eſt.*] *Et cura quid utile, nulli eſt* rectius tertius Mediceus. *Idem.*

568. *Fontibus.*] Ἡ δὲ ἁ τι ἂν ἐς ὕδωρ ψυχρὸν σφᾶς αὐτὰς μίπτειν. Καὶ πολλοὶ ἐς φρέατα, τῇ δίψῃ ἀπαύστῳ συνεχόμενοι. Thucyd. 2. *Farn.*

570. *Inde graves multi.*] *Graves morbo* multi ex vetuſtioribus. Mihi verſus hic cum proxime ſequenti nonnihil ſunt ſuſpecti. nam quid ſibi volunt iſta, *aliquis tamen haurit & illas*, cum paulo ante è puteis bibiſſe jam dixerit? quare malebam olim, *aliquis tunc haurit & illas. Jamque graves multi* Cantabrig. non male. *Heinſ.*

575. *Funeſta.*] Peſtifera, mortifera.

576. *Et quia cauſa latet, locus eſt in crimine notus.*] Alii *in crimine totus.* vel *morbi*, vel *magno* prim. Gronov. *natus.* Florent. S. Marci, Neapol. Urbin. prim. Medic. tres alii cum Notico, *parvus. parvæ*, pri. Vatic. Bernegg. ſec. Medic. & duo alii. *pravo* Cantabr. & primus Gronovii. mihi Τὸ *morbi* placet imprimis. niſi ſcribas,

—— *locus eſt in crimine: totis*
Semanimes errare viis.

vel *notis viis.* Sed, ne quid diſſimulem, etiam hic verſus inter ſuſpectos referendus. *Heinſ.*

578. *Flentes alios.*] Lacrymas inter ſymptomata & notas peſtis ſtatuunt medicorum filii. *Terræque jacentes.*] *Terraque* rectius Arond. & duo alii. *Heinſ.*

579. *Laſſaque.*] Vide quæ ad v. 71. l. 5.

580. *Membraque pendentis tendunt ad ſidera cæli.*] *Tendentia ſidera* Florent. S. Marci, *tendentia ſidera* pri. Medic. *tendentes ſidera* pri Pal. *pendentia ſidera lasti* Spirenſis. alii aliter. Piget enim in his quiſquiliis hærere. Eſt videlicet verſus ſcutica dignus, non Naſoniana elegantiâ. *Heinſ. Pendentis.*] Suſpenſi undique, convexi.

Hîc, illic ubi mors deprenderat, exhalantes.]
Quid mihi tunc animi fuit? an, quod debuit eſſe,
Ut vitam odiſſem, & cuperem pars eſſe meorum?
Quo ſe cunque acies oculorum flexerat; illic
Vulgus erat ſtratum. veluti cum putria motis
Poma cadunt ramis, agitataque ilice glandes.
Templa vides contra gradibus ſublimia longis:
Jupiter illa tenet. quis non altaribus illis
Irrita thura tulit? quoties pro conjuge conjux,
Pro gnato genitor, dum verba precantia dicit,
Non exoratis animam finivit in aris:
Inque manu thuris pars inconſumta reperta eſt!
Admoti quoties templis, dum vota ſacerdos
Concipit, & fundit purum inter cornua vinum,
Haud exſpectato ceciderunt vulnere tauri!
Ipſe ego ſacra Jovi pro me, patriâque, tribuſque
Cum facerem natis, mugitus victima diros
Edidit: & ſubito collapſa ſine ictibus ullis
Exiguo tinxit ſubjectos ſanguine cultros.

Fibra

581. *Hic illic ubi mors deprenderat exhalantes.*] Etiam hic ejiciendus, tanquam minime Latinus, niſi emendatione placet ſuccurri, ut reſcribatur,

Hic, ubi mors, animam, deprenderat, exhalantes. Heinſ.

582. *Aut quid debuit eſſe, Ni vitam odiſſem.*] *Ut vitam* plerique vetuſtiores. Florentinus S. Marci, & Urbinas, *an quod debuit.* Neapolit. *an quid.* Scribe,

Quid mihi tunc animi fuit: an, quod debuit eſſe,
Ut vitam odiſſem?

ſibro v.

Quid mihi tunc animi miſera fuit? anne, quod agna eſt?

pro *odiſſem* Zulichemianus *odirem* ἀφαιτικῶς. *Idem.*

585. *Cum putria motis Poma cadunt ramis.*] Conſiciebam aliquando *cum mitia.* id eſt, matura. de qua voce Faſt. lib. 11. vſ. 286. plurimi veteres *putrida.* ſec. Medic. *putrea.* primus Medic. & unus meus *patria.* unus Bonon. *putea.* unus Thuaneus *Punica.* ſed *putria* bene ſe habet. Poma enim putreſcentia facillime fluunt ex arbore. *Idem.*

587. *Templa vides contra.*] Virg. 6. Æneid. *Contra elatam mari reſpondet Gnoſſia tellus, Contra.* E regione.

590. *Pro nato.*] *Gnato* vetuſtiores. *Heinſ.*

593. *Admoti.*] *Sæpe in honore Deum medio ſtans hoſtia ad aram, Inter cunctantes cecidit moribunda miniſtros.* Virg. 3. Georg. *Farn. Vota ſacerdos concipit.*] Ex formula —— *dictataque verba* —— *Protulit, ut mos eſt, & aperta palluit agna.* Juven. Satyr. 6. —— *ipſe concipiam preces* —— *Jove, meque dignas.* Senec. Herc. Fur. a. 4.

594. *Fundit.*] Foſt liBaram, avulſis ſetis; poſt immolatam, ſale & farre fronti inſperſis; probata eſt hoſtia, vino, eoque mero, inter cornua fuſo. *Farn.*

599. *Exiguo.*] *At vix ſuppoſiti tinguntur*

Fibra quoque ægra notas veri, monituſque Deorum
Perdiderat. triſtes penetrant ad viſcera morbi.
Ante ſacros vidi projecta cadavera poſtes:
Ante ipſas, quo mors foret invidioſior, aras.
Pars animam laqueo claudunt; mortiſque timorem
Morte fugant: ultróque vocant venientia fata.
Corpora miſſa neci nullis de more feruntur
Funeribus: neque enim capiebant funera portæ.
Aut inhumata premunt terras: aut dantur in altos
Indotata rogos. & jam reverentia nulla eſt:
Deque rogis pugnant: alieniſque ignibus ardent.
Qui lacryment, deſunt: indefletæque vagantur
Natorumque virûmque animæ, juvenumque ſenumque.
Nec locus in tumulos, nec ſufficit arbor in ignes.
Attonitus tanto miſerarum turbine rerum,
Jupiter ô, dixi, ſi te non falſa loquuntur
Dicta

tur ſanguine cultri, Summaque jejuna ſanie infuſcatur arena. Virg. 3 Georg. *Farn.*

600. *Fibra quoque ægra notas veri perdiderat.*] *Prodiderat* ſecundus Palat. & ſeptem alii cum Norico. *Heinſ. Fibra quoque ægra.*] Vitiata. *Notas veri.*] Signa quibus verum cognoſcitur.

603. *Ante.*] Τότε ἰσχὺς ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἐγένετο, πλεῖστον πλέα ἦν αὐτῶ ἐγκρατῆ γενόμενον. Thucyd. 2.

604. *Pars animam laqueo claudit.*] Μὴ καθαρῷ θανάτῳ. Homer. Odyſſ. χ. v. 462. *Mortiſque.*] *Annon hic furor eſt, ut moriare mori?* Martial. 2. lib. epigr. 80. cujus tanta trepidatio fuit, ut pecuniam omnem in mare jufſerit mergi, ne periret; claſſem cremari, ne incenderetur. Florus lib. 2. cap. 12. *Farn.*

605. *Ultroque vocant venientia fata.*] *Vehementia* unus Argent. an *renuentia?* ſic *renuente deo aliquid facere* apud Propertium & Martialem. Vide Notas l. 12. vſ. 506. *Heinſ.*

606. *Nullis funeribus.*] *Funere felici ſpolier.* Virgil. *Nec te, tua funera,* —— *Prodixi.* Æneid. 9. *Defodere inſepultum.* Eleganter Plaut. Moſtellar. 2. 2. *Feruntur.*] Efferuntur. *Nullis funeribus.*] Nullis exequiarum honoribus.

609. *Indotata.*] Nec thure in rogum ingeſto, nec collatis muneribus ab amicis.

612. *Natorumque virûmque anima.*] *Natorum matrumque* duo veteres, & editiones nonnullæ. Legendum, *Natarum matrumque*, vel *Natorumque patrumque.* Heinſ.

614. *Tanto turbine rerum.*] Sic Stat. *Tanta vertigine rerum.*

615. *Si te non falſa loquuntur Ægina amplexus quondam ſub Aſopidos iſſe.*] Prima in *Aſopus* producitur, ut Amor. lib. 111. Eleg. 11.

Quid referam Aſopon?

unde apparet hanc ſectionem ferri non poſſe. Scripti magnâ ex parte, ut & alii obſervant,

—— *Iſſe ſub amplexus Ægina Aſopidos olim,*

vel *ignem.* Nec pauciores,

Dicta ſub amplexus Æginæ Aſopidos iſſe:
Nec te, magne pater, noſtri pudet eſſe parentem;
Aut mihi redde meos: aut me quoque conde ſepulcro.
Ille notam fulgore dedit, tonitruque ſecundo.
Accipio, ſintque iſta precor felicia mentis
Signa tuæ, dixi: quod das mihi, pigneror, omen.
Forte fuit juxta patulis rariſſima ramis
Sacra Jovi quercus de ſemine Dodonæo.
Hîc nos frugilegas aſpeximus agmine longo
Grande onus exiguo formicas ore gerentes,
Rugoſoque ſuum ſervantes cortice callem.
Dum numerum miror, Totidem, pater optime, dixi,
Tu mihi da cives: & inania mœnia reple.

In-

Iſſe ſub amplexus quidam Aſopidos Ægina.
unde legendum olim conjiciebam,
Ipſe ſub amplexus Aſopides Æginai.
ut Ennii aut alterius antiqui poëtæ hemiſtichium exprimat. Alii codices aliter. ſed quid ſibi vult *non falſa loquuntur?* Sordet mihi hæc locutio. Quare accedo optimo Florentino S. Marci, in quo,
—— ſi te non falſa loquuntur
Dicta, ſub amplexus Ægina Aſopidos iſſe.
neque aliter unus Ambroſianus. huc alludit etiam primi Vaticani ſcriptura.
Iſſe ſub amplexus Æginæ Aſopidos iſſe. Heinſ.

616. *Aſopides Ægina.*] Aſopi filiæ. Eſt enim Aſopus Bœotiæ fluvius in ſinum Corinthium labens.

619. *Notam.* Signum. *Fulgere.*] Fulgoris ſplendore.

621. *Quæ das mihi pignoris omen.*] *Quod das mihi pignoris omen*, vel, *pignoris nomen* veteres plerique. Florent. S. Marci, duo Palat. prim. Gronov. & ſex aut ſeptem alii. *quod das mihi, pigneror, omen.* verè. ſic apud Ciceronem Philipp. XIV. *Mars ipſe in acie fortiſſimum quemque pignerari ſolet.* Vide. Nonium in *Pignerari.* ita etiam in Indice Lucretiano Giſanium reſtituiſſe jam video, voce *Pergere.* paulo ante pro *tonitruque ſecundo* pri. Medic. & quatuor alii, *tonitrumque ſecundum.* Forte,
Ille notam fulgurque dedit tonitrumque ſecundum.
ut ſit appoſitio. ſic contra apud Claudianum bello Gildon.
—— adverſamque notam duxere futuri.
tonitrum pro *tonitru* etiam alibi habes. ut *cornum* pro *cornu.* lib. XIV.
—— tonitrumque ſecuta
Cum ſaliente graves ceciderunt grandine nimbi.
atque ita paſſim Lucretius. *Heinſ. Quæ das mihi pignoris omen.*] Quæ mihi pro pignoris ſigno oſtendis. *R.*

623. *De ſemine Dodonæo.*] Laus à loco. Dodona enim urbs eſt Moloſſidis in Epiro, juxta quam fuit ſylva Jovi dicata, in qua columbæ reſponſa dabant. Dicta autem *Dodona*, vel à Dodono Jovis & Europæ filio, vel à Dodone fluvio, ut Stephanus ait. Unde *Dodonis, Dodonæuſque* derivantur.

626. *Rugoſo cortice.*] Aſpero.

628. *Inania mœnia ſupple.*] Alii *comple.* ſeptem *reple.* eſt enim communis ſyllaba. Virgil. lib. XI.
Evandrum, Evandrique domos & mœnia replet.
ita vetuſtiſſimus Florentinus, aliique ex

Intremuit, ramiſque ſonum ſine flamine motis
Alta dedit quercus. pavido mihi membra timore
Horruerant, ſtabantque comæ. tamen oſcula terræ,
Roboribuſque dedi: nec me ſperare fatebar;
Sperabam tamen: animo mea vota fovebam.
Nox ſubit: & curis exercita corpora ſomnus
Occupat. ante oculos eadem mihi quercus adeſſe,
Et ramos totidem, totidemque animalia ramis
Ferre ſuis viſa eſt; parilique tremiſcere motu:
Graniferumque agmen ſubjectis ſpargere in arvis.
Creſcere quod ſubito, & majus majuſque videri,

Ac

ex præſtantioribus. non *complet.* mox dicet,

——*ſed non replenda eſt curia verbis.* Heinſ. *Inania mania.*] Hominibus vacua.

629. *Intremuit.*] Firmando omini; exauditis precibus. *Farn.*

631. *Horruerant, ſtabantque coma.*] Φρίσσω ὀρθόθριξ. Æſchil. Geophor. Et in Agamemnone vocat φίλον ὄχθον.

636. *Et rami totidem.*] *Ramos* omnino legendum cum uno meo, uno Mediceo, & Gryphiana editione. atque ita Naugeriani codices. *Heinſ. Totidemque.*] Ὅσσοι ἴσαν μύρμηκες ἐπιφρὰτν ἐνδόμοισιν, Τὰς ἄνδρας ποίησε. Heſiodus in Theogonia.

637. *Pariterque tremiſcere motu.*] Scribe *parilique motu.* quæ vox Naſoni noſtro in deliciis. libro v.

——*parilique irata colonos*
Ruricolaſque boves leto dedit.

libro VII.

Arte ſuum parili revireſcere poſſe parentem.

lib. VIII.

Quoſque alios parili fuerat dignatus honore.

& mox,

Sed pia Baucis anus, parilique ætate Philemon.

libro XIV.

Optatemque eadem parilique cupidine captam. libro X.

——*parilique ex arte nitebant*
Auribus è geminis circum cava tempora baccæ.

qui locus vulgo mendoſiſſimus circumfertur. *noctes pariles diebus* apud Lucretium, & *parili ratione.* uſus etiam Cicero in Arateis hac voce. ſic & *diſparile* apud eundem Tullium alioſque ſcriptores occurrit. *Heinſius.*

638. *Graniferumque.*] Formicas. *It nigrum campis agmen, prædamque per herbas Convectat.* Æneid. 4. *Farn.*

639. *Creſcere quod ſubito majus majuſque videtur.*] *Videri* meliores magno numero, quos inter Florentinus S. Marci, qui etiam *deſubito.* quomodo & Urbin. uterque Erfurt. prim. Palat. prim. Vatican. prim. Gronov. Oxon & octo alii. Vide Nonium in *Deſubito*, qui monet Ciceronem eâ voce uſum. at tertius Medic. pri. Moreti, pri. Baſ. pri Hamburg. & decem alii, *dehinc ſubito.* quod placet. Scribe,

Creſcere dehinc ſubito, & majus majuſque videri.

ut apud Statium,

Dehinc ſociare choros, caſtiſque accedere ſacris.

niſi mavis *Creſcere dein ſubito.* qua voce Catullus non ſemel uſus eſt. Silius libro XV.

Celſus ceu primâ reflorescente juventâ
Ibat conſul avans, major majorque videri. Heinſ.

644. *Ni-*

Digitized by Google

Ac ſe tollere humo : rectoque adſiſtere trunco ; 640
Et maciem numerumque pedum, nigrumque colorem
Ponere ; & humanam membris inducere formam.
Somnus abit. damno vigilans mea viſa ; querorque
In Superis opis eſſe nihil. at in ædibus ingens
Murmur erat : voceſque hominum exaudire videbar ;
Jam mihi deſuetas. dum ſuſpicor has quoque ſomni ;
Ecce venit Telamon properus : foribuſque recluſis,
Speque fideque, pater, dixit, majora videbis.
Egredere. egredior ; qualeſque in imagine ſomni
Viſus eram vidiſſe viros, ex ordine tales 650
Aſpicio, agnoſcoque. adeunt ; regemque ſalutant.
Vota Jovi ſolvo, populiſque recentibus urbem
Partior, & vacuos priſcis cultoribus agros ;
Myrmidonaſque voco : nec origine nomina fraudo.
Corpora vidiſti. mores, quos ante gerebant, 655
Nunc quoque habent ; parcumque genus, patienſque laborum,
Quæſitique tenax ; & qui quæſita reſervent.
Hi te ad bella pares annis animiſque ſequentur ;
Cum primum, qui te feliciter attulit, Eurus

(Eurus

644. *Nihil.*] Ciofanus, ex omnium librorum fide, contendit legendum eſſe, *nihil. at in ædibus.* quod & Mss. mei agnoſcunt.

647. *Somni eſſe ; venit Telamon properus.*] *Somni. Ecce venit* duo Pall. aliique complures, concinnius. nec invenuſte Lovanienſis & alter Twildenius, *Ecce meus.* ut Τὸ *venit* fabiſ intelligatur. ſed nec male unus Ambroſ. *dum ſuſpicor has quoque ſomnum.* Heinſ. *Properus.*] Alii *properans.* alii, *propere.* Farn.

651. *Aſpicio, noſcoque.*] Ita vetuſtiores magnâ ex parte. niſi quod prim Pal. *noſcique.* Cantabrig. ſec. Palat prim. Gronov. Arond. multique præterea. *nos mox adeunt.* pri. tert. Medic. ac alii decem, *nos hiisque adeunt.* alii aliter. Scribo, *Aſpicio agnoſcoque.* lib. xi.

——— *vidi, agnovique ; manumque*
Ad diſcedentem, cupiens, retinere, tetendi. Heinſ.

655. *Myrmidonaſque.*] Μυρμιδόνας δὲ καλεῖσθαι φασιν, ὡς ὁ μῦθος, &c. Æginetæ non, ut eſt in fabulis, vocantur Myrmidones, quod populo peſte abſumpto, ex voto Æaci, Juppiter formicas in homines mutarit : ſed quod formicarum in morem terram fodiant, cum agriculturam exercentes, tum lateribus coctis deſtituti in antris ſubterraneis habitantes. Strabo lib. 8. *Origine.*] Gentem de formicis natam non fraudo nativo nomine, Myrmidonas ἐκ μυρμήκων voco. *Farn.*

656. *Parcum genus eſt.*] Melius ſex ſcripti *parcumque genus.* pro *quod reſervent* Florent. S. Marci, *qui reſervent.* Hi

(Eurus enim attulerat) fuerit mutatus in Auſtros.
Talibus atque aliis longum ſermonibus illi
Implevêre diem. lucis pars ultima menſæ
Eſt data, nox ſomnis. jubar aureus extulerat Sol:
Flabat adhuc Eurus; redituraque vela tenebat.
Ad Cephalum Pallante ſati, cui grandior ætas,
Ad regem Cephalus, ſimul & Pallante creati
Conveniunt. ſed adhuc regem ſopor altus habebat.
Excipit Æacides illos in limine Phocus:
Nam Telamon fraterque viros ad bella legebant.
Phocus in interius ſpatium pulcroſque receſſus
Cecropidas ducit: cum quis ſimul ipſe reſedit:
Aſpicit Æolidem ignotâ ex arbore factum

Ferre

FAB. XXVI. *Arg.* Talibus, &c.] *Cephalus de donis interrogatur, refert invicem Æaci filio Phoco de Procride conjuge, & cur aut unde telum gereret. Nam cum in monte Hymetto Attica regionis venaretur, ab Aurora ob ſpeciem raptus eſt: quem ut comperit Dea Procridi prioris conjugio implicitum à ſe velle diverti, fecit, ut mutata ſpecie remiſſus Cephalus Athenas contenderet, ut eam pollicitis muneribuſque tentaret, an pudicitiam puram poſſit ſervare. Plurimis itaque rebus ad uſum feminarum comparatis, quibus capi poſſet, fallacia mentem elicuit, quod ut illa compererit, à marito ſe eſſe deceptam, pudore exterrita ut conſpectum ejus vitare poſſit, altis ſe recondidit ſaltibus. Cephalus autem amoris impatientia, cum ejus abſentiam ferre non poſſet, precibus impetravit, ut ad ſe rediret: reverſaque canem ei dedit velociſſimum & jaculum inevitabile, quod nunquam fruſtra jaceretur.* Lact.

662. *Implevere diem.*] Conſumpſerunt. Totum diem, quam longus eſt, in his & ſimilibus ſermonibus tranſegerunt. *Pont. Lucis.*] Diei pars major. Mariangelus leg. *pars ultima* Farn. *Lucis pars optima menſæ.*] *Pars ultima* pri. & ſec. Palat. Calandr. duo Regii, aliique ſeptem. bene. nam prandia vetuſtiori ævo proxſus ignota. *Heinſius.*

665. *Pallante ſati.*] Pallantis Athenienſis filii duo Clytus & Butes, Pandionis regis nepotes; legationis ſocii Cephalum, natu utroque grandiorem mane accedunt. Ille cum iiſdem regem ſalutatum vadit. *Pont.*

666. *Ad regem.*] ad Æacum. R.

669. *Fraterque.*] Et Peleus. *Farn. Viros ad bella legebant.*] In plurimis veterum, *movebant, monebant, parabant, regebant.* in aliis, *gerebant, vocabant, premebant.* Fruſtra. hinc *delectus* ſeu *dilectus militum.* in uno tamen Palatino, pro diversâ lectione *ciebant.* non male. *Heinſius.*

671. *Cum quis ſimul ipſe reſedit;*] Ita diſtingue. *ſimul* pro *ſimulac.* de quo Faſt. IV. VI. 496. *duxit* pro *duxit* mellonge. *Idem.*

672. *Aſpicit Æolidem.*] *Eiusdem* legunt viri eruditi. ut & lib. VI.

E quibus Eumides Cephalus te conjuge felix
Procri fuit.

Deionei filium Cephalum facit Callimachus hymno in Dianam, Apollodorus, Antoninus Liberalis, Palæphatus, Tzetzes Chiliad. fab. XX Euſtathius in Homerum, Hyginus fab. CIX. Mercurii ex Creusa Erechthei filia natum ait. ſic & fab. CCVIII. Niſſum

Deionei

Ferre manu jaculum; cujus fuit aurea cuſpis.
Pauca prius mediis ſermonibus ille locutus,
Sum nemorum ſtudioſus, ait, cædiſque ferinæ:
Qua tamen è ſilvâ teneas haſtile reciſum,
Jamdudum dubito: certè, ſi fraxinus eſſet,
Fulva colore foret: ſi cornus; nodus ineſſet,
Unde ſit ignoro: ſed non formoſius iſto
Viderunt oculi telum jaculabile noſtri.

Exci-

Deionei filium facit, & fab. CCLXX. *Pandionis filium.* quod ipſum quoque pro *Deionei* mendoſum, vel *Deionis.* Scholiaſtes Euripidis ad Hippolytum, Κέφαλος εἰς ἦν τῶν ἐξ Ἐρεχθέως· ſatis perplexe. ſed legendum τῶν ἐξ Δηϊόνης, vel Δηϊόνεος. Nam Apollodoro Δηΐων non Δηϊόνης dicitur, ut & Antonino Liberali, atque Hygino. Hunc Phocidi imperaſſe idem Apollodorus teſtatur. Apud Hyginum fab. XLVIII. male Cephalus *Deionei filius* dicitur pro *Deioni.* quomodo bene fab. CCXLI. & CCLXXIII. apud eundem extat. Callimacho eſt Κέφαλος Δηϊονίδης. Apud Apoſtolium paroemia Τελαμὼν ἀλώπηξ, Cephalus Δηΐονος υἱὸς dicitur pro Δηϊονεύς. corrupte etiam. Fuerunt itaque, qui pro *Æolides*, *Eionides* ſcribendum cenſerent, *Eioneus* enim & *Deioneus* idem. Tzetzes Chiliad. IX. hiſtor. CCLXXIII.

Ἕξιον ὁ Φλεγύα παῖς, ὃν Λαπιθῶν ἐς γένος,
Ἕσχε πρὸς γάμον σύνευνον Δίαν Δηϊονίης
Ἀλλοις ἱστόρησε δὲ, παρεγραφῆς τῷ βίλτα.

quomodo *Thamyris* idem cum *Amyri.* Apud Suidam certe, Zenobium, Diogenianum ac Apoſtolium in paroemiis modo Ἄμυρις μαίνεται, modo Θάμυρις μαίνεται occurrit. Et ſane diſcrimen nominis Euſtathius quoque notavit ad Iliados B. vſ. 595. Cæterum mihi lectio vulgata non videtur ſollicitanda. Apud Apollodorum enim Deioneus vel Deion, inter liberos Æoli recenſetur cum Cretheo, Siſypho, Athamante, Salmoneo, Magnete & Perierete Scholiaſtes quoque Homeri in Odyſſ. Λ. Τυρὼ ἔλθε παρὰ Δηϊονέα τὸν Θέσσαλίαν δι' ὃν κατακὼν αὐτὸν εἰς Θεσσαλίαν δίδωσι Κρηθεῖ τῷ ἀδελφῷ ubi Cretheum & Deioneum fratres habes. Cretheum autem Æoli fuiſſe filium ex auctoribus ſatis liquet. Alius eſt Deioneus apud Plutarchum in Theſeo, Euryti regis OEchaliæ filius, Ioles frater; qui Petigunen Sinidis latronis filiam à Theſeo compreſſam duxit uxorem. *Miletus* quoque *Deionides* Noſtro dicitur Metam. libro X. Cæterum Mercurii filium à nonnullis habitum Cephalum ex Hygino & Apollodoro jam patet. Quare ſollicitanda non eſt lectio apud Noſtrum lib. III. Artis Amatoriæ,

Ecce redit ſylvis Cephalus Cyllenia proles.

Apollodorus matrem ei Herſen quoque aſſignat. *Ignota ex arbore.*] *Ignara* pri. Ambroſ. pri. Moreti, ſec. Palat. & quatuor alii. ſic Tacitus ſæpe pro ignota. Vide Triſt. III. Eleg. VIII. Gellius quoque lib. IV. cap. XII. notat *ignarum* dici tam qui ignoratur quam qui ignorat. ſic & apud Virgilium Eclog. VI. Vaticanus codex literis uncialibus ſcriptus.

Rara per ignaros errent animalia montes.

Idem. *Æolides.*] Cephalum Æoli nepotem. R.

674. *Ille locutus.*] *Ante* multi. Puto *inde.* Heinſ.

676. *Qua tamen.*] E quo ligno. *Fava.*

678. *Si cornus; nodus ineſſet.*] Cornus enim nodoſa eſt arbor.

681. *Altaïs.*]

Digitized by Google

Excipit Actæis è fratribus alter: &, Usum
Majorem specie mirabere dixit, in isto.
Consequitur, quodcunque petit: Fortunaque missum
Non regit; & revolat nullo referente cruentum.
Tum verò juvenis Nereïus omnia quærit:
Cur sit, & unde datum; quis tanti muneris auctor.
Quæ petit, ille refert, sed, quæ narrare pudori est,
Qua tulerit mercede, silet: tactusque dolore
Conjugis amissæ, lacrymis ita fatur obortis:
Hoc me, nate Deâ, (quis possit credere?) telum
Flere facit, facietque diu; si vivere nobis
Fata diu dederint. hoc me cum conjuge carâ
Perdidit. hoc utinam caruissem munere semper!
Procris erat (si forte magis pervenit ad aures
Orithyïa tuas) raptæ soror Orithyïæ.

Si

681. *Actæis*] Athenienſibus. *Uſum.*] Utilitatem. R. *Alter.*] Clytus, vel Botes. *Farn.*

682. *Specie.*] Pulchritudine.

683. *Conſequitur.*] Videtur ex aquifolia factum, cujus meminit Plinius lib. 14. cap. 13. Baculum, inquit, vel jaculum, ex ea factum, in quodvis animal emiſſum, etiamſi citra ceciderit defectu mittentis, ipſum per ſeſe recubitu projus adlabi.

685. *Nereius.*] Phocus quem ſuſtulit Æacus ex Pſamathe filia Nerei. Peleum enim & Telamonem ex Endeide Chironis vel Scironis filia habuit. *Farn.*

687. *Qua petit ille refert, & cætera hæc pudore.*] *Pudori* in nonnullis vetuſtionibus. alii,

Qua patitur pudor, ille refert: & cætera narrat.

vel & *cætera differt.* nonnulli utrumque verſum agnoſcunt. at Florentinus S. Marci,

Qua petit ille refert, cæterum narrare pudori.

ſcripſerat, puto, Noſter,

Qua petit ille, refert. ſed, qua narrare pudori eſt,
Qua tulerit mercede, ſilet.

ſcriptum fuerat *ea* pro *qua*, ex quo & *narra* procuderunt *cætera.* hic fons erroris. Vulgatâ lectione nihil inſulſius. mox *Poſſit credere* caſtigatiores. *Heinſ.*

690. *Nate Dea.*] Phocus, quem alloquitur Cephalus, filius fuit Æaci ex Pſamathe nympha.

694. *Procris erat.*] Procris Erechthei Athenienſium regis filia fuit, quæ cum Cephalo nupſiſſet, Auroræ odio, quæ Cephalum in ſuos amplexus convertere nequivit, ſub forma alieni viri muneribus à Cephalo ipſo tentata, fidem marito datam fractura videbatur. Cum autem ſe Cephalus indicaſſet, aufugiens ſylvas petiit, ac Dianæ comes effecta, tandem Cephalo placatur, domumque reverſa, marito & canem nomine Lælapa, & jaculum admirandæ pulchritudinis, virtutiſque donavit. Cum autem cujuſdam indicio comperiſſet, Cephalum cum quadam nympha nomine Aura congredi ſolitum, clam eum in ſylvas ſecuta, ab inſcio marito, eo telo, quod ab ipſa dono acceperat, fuit interfecta. R. *Procris.*] Redi ad lib. 6. vſ. 81.

695. *Magna ſoror Orithyia.*] *Raptæ ſoror* vetuſtiores plerique. Propertius lib. 11. Eleg. XXVI.

Si faciem moresque velis conferre duarum;
Dignior ipsa rapi. pater hanc mihi junxit Erechtheus:
Hanc mihi junxit Amor. felix dicebar, eramque:
(Non ita Dîs visum est) ac nunc quoque forsitan essem.
Alter agebatur post pacta jugalia mensis;
Cum me cornigeris tendentem retia cervis
Vertice de summo semper florentis Hymetti
Lutea mane videt pulsis Aurora tenebris:
Invitumque rapit. liceat mihi vera referre

Pace

Crudelem & Borean rapta Orythyia negavit.
& lib. III. Eleg. VI.
Infelix Borea rapta memor Orythyia.
Noster Amor. lib. I. Eleg. VI.
Si satis es rapta Borea memor Orythyia.
Stat. Theb. XII.
—— *rapta qui consciis Orythyia*
Celavit Geticos ripis Iliſſos amores.
in primo Gronovii, & Bernegger. pro diversa lectione *sparta*. quod prim. Medic. & tert. & Spirensis, & Noricus, alii duo quoque agnoscunt. quod non intelligo, nisi *spreta* reponas, à me videlicet. in priore Erfurtano *parva*. sed Tè *rapta* sequentia confirmant. mox *Dignior ipsa rapi* ex melioribus. *Heinſ. Magna.*] Al. *rapta*. Farn. *Magna Orythyia.*] Præclarè, ut quæ sua pulchritudine à Borea vento rapta fuisse fingitur.

697. *Dignior ipsa rapi.*] Anteponit Cephalus Procrin Orythyiæ, quamvis ob pulchritudinem Orythyia à Borea vento rapta fuisse feratur. *Ipsa.*] Procris. *Pater Erechtheus.*] Erechtheus Athenarum rex fuit, unde Athenienses interdum *Erechthiada* vocantur.

698. *Hanc mihi junxit Amor.*] *Amor* in Urbinati erat repositum, veteri lectione penitus deleta. Forte, *Hanc mihi junxit Hymen.* Heinſ.

699. *Et nunc quoque forsitan essem.*] *At* plerique vetustiores. *haut* Florent. S. Marci, Thuan. & alii duo, *ac* tres ut sec. Mediceus. Forte,

—— *quin nunc quoque forsitan essem,*
Idem.

700. *Post sacra jugalia.*] *Alta* Urbin. Neapol. sec. Medic. Scribe, *post pacta jugalia.* sponsalia intelligit. quæ *pacta* sæpe vocantur. lib. XIV.
—— *unoque duas ulciscere pacto.*
sic & ibi videtur scribendum. Statius Theb. VIII.
Dum mea nescio quo spondentur fœdera pacto.
idem lib. III.
—— *nec te connubia cœlo*
Pacta, nec ha quicquam lacryma, furibunde, morantur.
ita emendandum. nam in membranis multis *Facta*. in libris vulgatis *Fœta*. in Achilleide,
—— *quid enim illicitis genialia rumpi*
Facta dolis?
sic apud Silium lib. XVII. insulsè vulgo circumfertur, *facta hospita servat*, pro *pacta. connubia cœlo pacta, pactos Hymenæos* Virgilius dixisset. hinc & *pacta* pro sponsis. lib. XIV. *pactaque furit pro conjuge Turnus. pacta virgo* Valerio Flacco. *Idem.*

702. *Semper florentis Hymetti.*] Hymettus mons est Atticæ regionis, thymo semper florens. ubi & mel optimum conficitur, & pulcherrimum marmor effoditur.

704. *Invitumque.*] Κἰφαλ@ τὸ κάλλος ἄνωνα ὑπὸ Ἠμέρας ἁρπαγηνα@. Pausanias in Laconicis. Formosissimos autem quosque à Deabus rapto

Pace Deæ, quod ſit roſeo ſpectabilis ore,
Quod teneat lucis, teneat confinia noctis,
Nectareis quod alatur aquis; ego Procrin amabam:
Pectore Procris erat, Procris mihi ſemper in ore.
Sacra tori, coïtuſque novos, thalamoſque recentes,
Primaque deſerti referebam fœdera lecti.
Mota Dea eſt: &, Siſte tuas, ingrate, querelas;
Procrin habe, dixit. quod ſi mea provida mens eſt;
Non habuiſſe voles. meque illi irata remiſit.
Dum redeo, mecumque Deæ memorata retracto;
Eſſe metus cœpit, ne jura jugalia conjux
Non bene ſervaſſet. facieſque ætaſque jubebant
Credere adulterium: prohibebant credere mores.
Sed tamen abfueram: ſed & hæc erat, unde redibam,
Criminis exemplum: ſed cuncta timemus amantes.
Quærere, quo doleam, ſtudeo; doniſque pudicam
Sollicitare fidem. favet huic Aurora timori:
Immutatque meam (videor ſenſiſſe) figuram.
Palladias ineo non cognoſcendus Athenas:

Ingre-

ptos legere eſt apud Deipnoſophiſtam lib. 13. cap. 2. *Farn.*

710. *Prima fœdera.*] Nam Procridi dederat fidem ſe cum alia muliere non coïturum. *Deſerti lecti.*] Derelictæ uxoris.

712. *Quod ſi mea provida mens eſt.*] Sed ſi, inquit, prævideo futura, cupies nunquam habuiſſe Procrin.

714. *Mecum retracto.*] Mecum cogito.

715. *Eſſe metus cœpit.*] *Ecce* ex quatuor ſcriptis. & præcedenti verſu *Ut redeo*, pro *Dum.* Heinſ.

718. *Sed & hæc erat.*] Sed & Aurora, à qua veniebam, ipſa erat exemplum adulterii.

720. *Quærere quod doleam ſtudeo.*] *Quid doleam* multi veteres. tres *quo.* & *ſtudeo* Cantabrig. prim. Baſil. quart. Medic. prim. Erfurt. & duodecim alii. *Heinſ. Quærere.*] Aliter narratur hæc fabula ab Antonio Liberali, Κόθυλλος, inquit, ὁ Δαΐονος ἤγαμεν, &c. Cephalus Deionis filius Procrin Erechthei filiam in Thorico Atticæ duxit. Erat is Cephalus juvenis forma & fortitudine excellens, cujus pulchritudine mota Aurora eum rapuit, ſibique maritum adſcivit. Tum igitur Cephalus Procrin tentavit, an matrimonii fidem & illa ſervaturа eſſet. Venatum aliquando ſe ire ſimulat, ad Procrin autem mittit ſervum ignotum; qui magnam auri vim ferens, hoc ei à peregrino quodam ipſius amore capto, dari ait, ſi ſui copiam faceret. Procris renuit, ſed cum duplum mitteretur, conſentit. Cephalus ubi eam domum ingredi animadvertit, jamque ad ſe, quem alium putabat, accumbere, facem ardentem infert, facinuſque ejus arguit. 41. fab. Tzetzes 1. Chil. 20. narrat deprehenſam à Cephalo cum Pteleonte juvene, à quo acceperat auream cononam. Hygianus fab. 189. *Farn.*

Ingrediorque domum. culpâ domus ipſa carebat;
Caſtaque ſigna dabat: dominoque erat anxia rapto.
Vix aditu per mille dolos ad Erechtida facto;
Ut vidi, obſtupui: meditataque pæne reliqui
Tentamenta fide: male me, quin vera faterer,
Continui; male quin, ut oportuit, oſcula ferrem.
Triſtis erat: ſed nulla tamen formoſior illâ
Eſſe poteſt triſti; deſiderioque calebat
Conjugis abrepti. tu collige, qualis in illâ,
Phoce, decor fuerit; quam ſic dolor ipſe decebat.
Quid referam, quoties tentamina noſtra pudici
Reppulerint mores? quoties, Ego, dixerit, uni
Servor, ubicunque eſt: uni mea gaudia ſervo?
Cui non iſta fide ſatis experientia ſano
Magna foret? non ſum contentus; & in mea pugno
Vulnera; dum cenſus dare me pro nocte paciſcor.

Mu-

726. *Vix aditus per mille dolos ad Erechthida factus.*] *Aditu facto* Florent. S. Marci, Bernegg. & unus Medic. probe. ita ſæpe peccatum. Val. Flaccus lib. 1. inſtio,

——— *versâ proles tua pandet Idume*
(*Namque poteſt*) *Solymo nigrantem pulvere fratrem.*

ſic ſcribendum, vel *pandat. verſam Idumen* editiones nunc circumferunt, unde variæ conjecturæ promanarunt. nec diſſimile mendum ejuſdem Flacci codices inſedit libro v. vſ. 95.

——— *atque ea vix dum*
Viſa viris: atrâ nox protinus abſtulit umbrâ.

Sthenelum videlicet. *atram umbram* vulgati fruſtra. *Heinſ.*

727. *Ut vidi, obſtupui.* Forte, *ut ſtupui.* conſule quæ notamus ad Epiſt. Medeæ v. 33. *Idem.*

728. *Fide.*] Pro *fidei*, Archaiſmus. Agellius lib. 9. cap. 14. *Libra die ſomnique pares ubi fecerit horas.* Virgil. 1. Georgic. reſpice vſ. 341. lib. 3. *Farn.*

731. *Deſiderioque dolebat.*] *Calebat* eleganter ſcripti majori ex parte. & mox *Conjugis abrepti* pro *erepti.* Silius l. 111. *abripitur divulſa marito.* apud Noſtrum libro x. *Abripis Iliaden* libri optimi. Val. Flac. lib. 1v.

——— *ut dictis perſtantem cernit in iſdem.*
Abripit, & ſociis, quæ ſint ea premere
cogit.

hoc eſt, ſecum abducit. libro 1.

Non juvenem in caſus eademque pericula
Acaſtum
Abripiam?

Propertius lib. 11. Eleg. v111.

Ille etiam abreptâ deſertus conjuge Achilles. Heinſ.

732. *Conjugis abrepti.*] Matiti, quem putabat ab Aurora fuiſſe raptum.

737. *Fide.*] Ut modo vſ. 729. niſi audire malis Cioſanum ex Vaticano. *Cui non iſta ſatis fidei.* Farn.

739. *Dum cenſus dare me promitto loquendo.*] *Pro nocte loquendo* plurimi veteres. *pro nocte paciſcor* Mureti excerpta & decem aut duodecim ex noſtris. quod ſecutus ſum. Noſter in Amoribus,

Parcite, formoſæ, pretium pro nocte paciſci.

pro nocte ſpopondi ſec. Palat. tert. *ſervando*

Digitized by Google.

Muneraque augendo tandem dubitare coëgi.
Exclamo: Male tectus ego en, male pactus adulter
Verus eram conjux: me, perfida, teste teneris.
Illa nihil: tacito tantummodo victa pudore
Insidiosa malo cum conjuge limina fugit:
Offensâque mei genus omne perosa virorum
Montibus errabat studiis operata Dianæ.
Tum mihi deserto violentior ignis ad ossa
Pervenit: orabam venjam; & peccasse fatebar.
Et potuisse datis simili succumbere culpæ
Me quoque muneribus; si munera tanta darentur.
Hoc

unus Moreti *pro nocte locando.* forte *locanda*, sic Amor. 1. *sape loca noctem.* Heins. *Census.*] Amplas divitias.

740. *Muneraque augendo.*] Puto, *Munera ut augendo.* Heins.

741. *Exclamo, male pacta tego, male tectus adulter.*] Mira lectionum diversitas in hoc versu. Spirensis cum vulgatis facit, nisi quod in eo *pacta nego.* Vetustiores alii plerique,

Exclamo, male fidus adest, male fictus adulter.

aut etiam *ego fictus.* vel,

Exclamo mala pectora detego pactus adulter.

vel,

Exclamo, male pacta ego sum, male pactus adulter.

vel,

Exclamo mea pacta nego.

longe plura sunt, quæ proferri poterant. sed tædet hisce sordibus chartam inquinare. Puto scribendum,

Exclamo, Male tectus ego en, male pactus adulter.

nisi malis,

Exclamo me fassus, Ego en male pactus (vel *tectus*) *adulter,*
Ferus eram conjux.

quod verum est. Scriptum fuerat *Exclamo me pactus* pro *me fassus.* vox utraque alibi etiam, præsertim in Fastis, apud Ovidium nonnunquam confunditur. libro VIII. Met. *Fassaque me flammasque meas.* Idem. *Tectus adulter.*] Simulatus, inquit, eram adulter: sed verus maritus. R.

742. *Perfida.*] Ex Virgil. 4. Æneid.

Nec tibi diva parens, generis nec Dardanus auctor,
Perfide.

744. *Insidiosa limina.*] In quibus sibi structæ insidiæ fuerant. R. *Insidiosa.*] Procris ut habet Ant. Liberalis fab. 41. præ pudore Cephalum deserit, & ad Minoëm Cretæ regem confugit, &c. ab eo jaculum & canem accipit, quem nulla fera poterat evitare.

745. *Offensaque mei.*] Quod me offendisset. R.

746. *Montibus errabat.*] Versus nonnihil est suspectus. *Heins. Montibus.*] His sumptis, Procris Thoricum Atticæ venit ubi Cephalus habitabat, & ei in venatione occurrit; sed mutato, ita ut à nemine agnosceretur, habitu. Cephalus animadvertens se venando nihil consequi, Procrin omnia, jaculi istius desiderio captus est. Procris id ei promisit concubitus conditione. Quam ubi ille accepisset, Procris se prodidit, eique exprobravit, quod æque ac ipsa peccasset. Canem quidem & jaculum Cephalus accepit. Liberalis fab. 41. *Fam.*

747. *Violentior ignis.*] Amor vehementior.

Hoc mihi confeſſo, læſum prius ulta pudorem,
Redditur, & dulces concorditer exigit annos.
Dat mihi præterea, tanquam ſe parva dediſſet
Dona, canem munus: quem cum ſua traderet illi
Cynthia, Currendo ſuperabit, dixerat, omnes.
Dat ſimul & jaculum; manibus quod (cernis) habemus.
Muneris alterius quæ ſit fortuna requiris?
Accipe. mirandi novitate movebere facti.
Carmina Laïades non intellecta priorum
Solverat ingeniis; & præcipitata jacebat
Immemor ambagum vates obſcura ſuarum.

Sci-

751. *Hac mihi confeſſo.*] *Hoc* cum meliotibus. *Heinſ.*

752. *Redditur mihi.*] Ad me redit.

753. *Tanquam ſi parva dediſſet.*] Repone ex Florentino S. Marci, Spirenſi, Bernegger. & tribus aliis, *tanquam ſe parva dediſſet dona.* tanquam ſe ipſam parvum dediſſet munus. *Heinſ.*

755. *Cynthia.*] Diana. *R.*

756. *Manibus.*] And. Naugerius edidit, *Quod nos, ut cernis, habemus.* Farn. *Quod nos ut cernis habemus.*] Scripti plerique, *manibus quod cernis habemus*, vel *quod cernis habere.* Scribe, *manibus quod cernis haberi.* vel, quod malo, *manibus quod (cernis) habemus.* ut in illo Maronis,

Ille (vides) purâ juvenis qui nititur haſtâ
Proxima ſorte tenet lucis loca.

vidit jam veram lectionem Gronovius Obſervat. lib. IV. cap. XVIII. qui illic adeundus. *Heinſ.*

FAB. XXVIII.

FERA ET CANIS, IN SAXUM.

758. *Accipe mirandum.*] Scribe vel invitis libris,

Accipe: mirandi novitate movebere facti.

niſi *monſtri* malis cum Arondelliano. ſic *mirabile monſtrum* lib. V. vſ. 258. ubi Notæ noſtræ videantur. *Heinſ.*

759. *Carmina Naïades non intellecta priorum Solvunt ingeniis.*] Hæc nihili ſunt. Conatus tamen eſt locum illuſtrare Janus Parrhaſius Epiſt. Quæſt. XXXVIII. Quæ enim iſtæ Naïades fatidicæ? pro *Solvunt.* pti. Gronov. pri. Ambroſ. Arond. & alter Erfurt. *Solverat.* unde veram lectionem ſum ſubodoratus. Florentinus S. Marci, & Spirenſis *ſolvitur.* In tertio Medicco aliiſque nonnullis vox *Naïades* in litura cubabat. tres quatuorve *Naïadum.* Lege minimâ mutatione,

Carmina Laïades non intellecta priorum
Solverat ingeniis.

De OEdipo Laii filio agitur. ſequentis diſtinctione ſunt juvanda, ut vates illa obſcura, quæ jacebat præcipitata, non ſit Themis, ut in vulgatis libris, ſed Sphinx. quare, *non talia linquit* mutata cum melioribus reponendum, pro *ut talia liquit.* Omnia jam plana ſunt & perſpicua. Incideret tamen antiquis quoque auctor argumentorum in hiſce fabulas editorum, in mendoſos codices, ut errorem de Naïadibus inveteratum eſſe appareat. de *Laïade* aliquid hic loci viſus eſt deprehendiſſe Jacobus Taurellus, teſte Ciofano. ſed quid ille vellet, bonus Ciofanus non intellexit. *Heinſ.*

761. *Obſcura vates ambagum.* Ex Virg. 6. *Horrendas canit ambages* —— *Obſcuris vera involvens.* —— *ſic omnia Tuſcus*
Involvens, multaque ingens ambage canebat. Luc. Δυσξύμβλητον ἔσα. *derivanc.* ἐυσμήτον αἰνιγμάτων χρησμῶν.

Tia-

Scilicet alma Themis non talia linquit inulta.
Protinus Aöniis immittitur altera Thebis
Peſtis; & exitio multi pecorumque ſuoque
Rurigenæ pavêre feram. vicina juventus
Venimus; & latos indagine cinximus agros.
Illa levi velox ſuperabat retia ſaltu:
Summaque tranſibat poſitarum lina plagarum.
Copula detrahitur canibus, quos illa ſequentes
Effugit, & volucri non ſecius alite ludit.

Po-

Tragici paſſim. Septuoſa dicta. ψίλλον τι καὶ δυσίφετον. Æſchyl. Prometh.

763. *Protinus Aoniis immiſſa eſt bellua Thebis.*] *Immittitur bellua* manu prima Neapol. & uterque Hamburgenſis, & Berneggerianus. *immittitur altera* Florentinus S. Marci, & Spirenſis. mox pro *pecorique ſibique* idem *pecorumque ſuumque*. alii aliter. at Cantabrig. pri. Gronov. ſec. Med. Spi. & complures præterea, *pecorumque ſuoque*. quod verum eſt. niſi malis cum duobus *pecoriſque ſuoque*. quo multi ex vetuſtioribus alludant, atque eos inter prim. Palat. in quibus, *pecorique ſuoque*. *multi* etiam pro *multis* Zulichemianus & *Rurigena* caſtigationes pro *Rurigenæ*. Scribe,

Protinus Aoniis immittitur altera Thebis
Peſtis: & exitio multi pecorumque ſuoque
Rurigena pavere feram.

de vera hujus loci ſcriptura opportune me monuit vir in reſtituendis veterum ſcriptorum depravatis locis feliciſſimi ſucceſſus noſter Gronovius, cum in prima editione *immittitur altera*, *pecorumque ſuoque* & *rurigenæ* experimendum curaſſem. *peſtis*. ut l. XI. *peſtis Nemea* pro leone Nemeæo. ita enim libri nonnulli veteres illo loco. Neque aliter paſſim principes poëtæ. *Heinſ. Aoniis Thebis.*] Bœotiis. Aonia enim pars eſt Bœotiæ.

764. *Ceſſit.*] Alii leg. *Ceſſit & exitio multis pecorique ſibique. Ruricola pavere feram.* Planudis verſio Græca agnoſcit lectionem, *pecorimque ſummque. καὶ πολλοῖς οἷς ὀλέθρῳ προέδωκεν καὶ χείρων γέγονεν*, narrat Ant. Liberalis fab. ult. rapuiſſe pueros Cadmæorum: eique puerum trigeſimo quoque die expoſitum, quem illa ablatum devorabat, *οἷς ἐπ' ὀλέθρῳ Τραφεὶς ἁρπάσειεν*. Paul. Bœotic.

765. *Ruricola.*] Al. *Rurigena*. hinc Planudi *Indigena*. *ἔδυσεν δὲ καὶ οἱ ἰθαγενεῖς ἅπλοι*. Farn.

766. *Indagine.*] Multitudine hominum inquirentium. Sic Virgilius, *Saltuſque indagine cingunt*. R. *Indagine.*] Homiuum, plagarum, retium, formidinum circumductu. vide quæ nos ad primam ſcen. Hippolyti Senecæ. *Farn.*

768. *Summa lina.*] Summos funes. metonymia eſt, ex lino enim funes conficiuntur. *Poſitarum lina plagarum.*] *Pictarum* non male Baſileenſis primæ notæ. Ep. OEnon.

Retia ſæpe comes maculis diſtincta tetendi. Senecæ *Picta rubenti linea pinna* in Tragœdiis dicitur. Hanc formidinem etiam appellabant, quæ variis plumarum coloribus diſtinguebatur. videndi Gratius & Nemeſianus in Cynegetico. hinc Noſtro in Remedio Amoris, *varia formido* dicitur. Eunodio in Epiſtolis *mentita pennarum formido diſcoloribus fucis.* eadem & *metus* Latinis, & φόβος Græcis. ſed de his accurate ad Gratium doctiſſimus Vlitius noſter.

769. *Quos illa ſequentes.*] *Quas* pri. Ambroſianus. Vide Notas l. III. v. 140. *Idem.*

770. *Et certum non ſegnior alite ludit.*] in uno meo, *& volucri non ſequius alite.* quomodo primus Gronovii & Sixius

Poſcor & ipſe meum conſenſu Lælapa magno.
Muneris hoc nomen. jamdudum vincula pugnat
Exuere ipſe ſibi, colloque morantia tendit.
Vix bene miſſus erat, nec jam poteramus, ubi eſſet,
Scire. pedum calidus veſtigia pulvis habebat.
Ipſe oculis ereptus erat. non ocior illo
Haſta, nec excuſſæ contorto verbere glandes,
Nec Gortyniaco calamus levis exit ab arcu.
Collis apex medii ſubjectis imminet arvis:
Tollor eò, capioque novi ſpectacula curſûs:
Qua modo deprendi, modo ſe ſubducere ab ipſo
Vul-

pro diverſa lectione. Scribe, *& certum non ſecius alite ludit.* In Norico *ſequier* à manu prima. Adi quæ notamus lib. II. v. 809. *Idem. Et certum.*] Canum multitudinem. *Ludit.*] Deludit, decipit. Vulpes enim circumcurrendo maxime canes eludunt.

771. *Lælapa.*] A velocitate & impetu nomen hoc inditum fuit cani.

772. *Pugnat exuere.*] Conatur detrahere. *R. Vincula.*] Lorum quo tenebatur. vel ipſum copulam. *Farn.*

775. *Pedum calidus veſtigia pulvis habebat.*] Puto *obibat.* Vide Notas lib. I. v. 552. *Heinſ.*

777. *Nec exuta contorto verbere glandes.*] *Nec excuſſa* prim. Vatican. Cantabrig. aliique plurimi. quod placet. Lucanus libro III. appoſite,

Lygdamus excuſſa baleāris torter habena
Glande petens ſolido fregit cava tempora plumbo.

Ita ſcribe ex veterrimis libris. non *excuſſa.* ſic *glande fundis excuſſa* apud Ammianum quoque l. XXXI. & *funda amento excuſſo* l. XXXII. ſic *haſta manu excuſſa* & *cupiens excuti haſta* Senecæ in Phœniſſis, quæ vulgo Thebaïs. *arundo, quam Cydon excuſſit manu* Hercule OEtæo. Prudentius Hamartig.

——*magis eſt medicata ſagitta,*
Quam jacit umbroſi dominatio lubrica mundi,
Eludens excuſſa oculos.

Silius libro VII.

——*ſed totam pectoris iram*
Mandat atrox haſta, telumque volatile modo
Excutit.

at primus Moreti, *exſita*, alii *exuſta, exuſſa, haſura, exita.* Unde *excita* videbatur ſcribendum. quomodo Rottendorpianus & duo alii. ut infra lib. VIII. *Hinc aper excitus*, & lib. XI. *conjux excita tumultu*, apud Lucanum *ſtratis excita juventus. expulſa* alter Erfurt. pro *ocyus haſtâ* malim *ocyus.* ut ad Tò *exit* refertur. *Idem. Expulſa glandes.*] Emiſſæ fundâ glandes plumbeæ.

778. *Calamus.*] Sagitta ex calamo confecta. *Gortiniaco.*] Cretenſi. Nam *Gortyn*, quæ & *Gortys* dicitur, urbs eſt Cretæ. Cretenſes autem præcipue celebrantur arte ſagittaria.

779. *Collis apex medius.*] *Madii* veteres plerique. pro *Tollor in hunc*, Florent. S. Marci, pri. Vatican. pri. Gronov. prior Erfurt. & ſex aut ſeptem alii *Tollor o.* quod præſtat, ſic apud Horatium l. I. Od. I. ——*ſed timor & mina*

Scandunt eodem, quo dominus. Heinſ.

780. *Tollor in hunc.*] In illum verticem aſcendo. *R.* Collem hunc Teumeſſum intelligi puto. *Meyl.*

781. *Qua modo deprendi.*] *Qua* Cantabr. & Arondel. Puto *Quam.* nulla fere mutatione, pro *Cum.* vel *Qua*, unde ex quo loco *Heinſ. Quo.*] Curſu. *Modo.*] Interdum. *Modo ſe ſubducere.*] Interdum ſe ſubtrahere.

782. Et

Vulnere visa fera est. nec limite callida recto,
In spatiumque fugit; sed decipit ora sequentis:
Et redit in gyrum, ne sit suus impetus hosti.
Imminet hic, sequiturque parem: similisque tenenti
Non tenet, & vacuos exercet in aëra morsus.
Ad jaculi vertebar opem: quod dextera librat
Dum mea; dum digitos amentis indere tento;
Lumina deflexi: revocataque rursus eodem
Rettuleram, medio (mirum) duo marmora campo
Aspicio; fugere hoc, illud latrare putares.
Scilicet invictos ambo certamine cursûs

Esse

782. *Fera.*] Vulpem hanc Teumessiam à Thebanorum vico Teumesso vocat Paus. in Bœot. Palæphatus & Tzetzes I. Chil. 20. Hi virum ajunt fuisse cui nomen Alopex, qui à Thebanorum rege propter astutiam suspectus & urbe expulsus, valida militum manu Teumessum collem occupavisse, hunc Cephali auxilio adjutos Thebanos tandem devicisse. Tzetzes addit canem hunc virum fuisse quo usus est conciliatore Cephali & Procridis Minos, eundem cum triremi veloci insequeretur Alopeca, utrumque fractis navibus periisse in petris marinis. *Farn.*

783. *In spatiumque fugit.*] Loci intervallum. Cæsar de bello Africano. *Rursus ad aciem passim, conversis equis, se colligebant, atque in spatio consequebantur,* & deinde: *Quo pede se reciperent ab hoste, & quemadmodum obversi adversariis, & in quantulo spatio resisterent.* Virgil. 5. —*spatioque subit Sergestus iniquo.* Et 6. Æneid. *Corripiunt spatium medium.*

784. *In gyrum.*] In orbem. *Hosti.*] Cani Lælapi.

786. *Et vanos exercet in aëre morsus.*] Alii *vanos motus.* & *in aëra* meliores. *vacuos motus* pri. Gronov. prim. Moreti, & tres alii. prior Erfurt. Neap. aliique complures *vacuos morsus.* ut apud Statium Theb. 11. de Leone, *vacuis ferit aëra malis.* & Val. Flac. lib. 111.

Frangit & absentem vacuis subdentibus hostem.

Ammianus lib XXIX. *Ubi tanquam leo, ob cervum amissum vel capream, morsus vacuos concrepans.* Heins.

788. *Digitos amentis addere.*] *Indere* prim. Palat. pri. Strozz. Oxon. altei Hamburg. & pro diversa lectione pri. Vatic. probe. quod etiam in veterrimo codice invenerat Mariangelus Accursius. *Idem. Amentis addere.*] Imponere. Amenta autem sunt lora, quibus jacula facilius longiusque emittuntur.

790. *Medio campo.*] *Campi* unus Patavinus. ut Fast. 111.

Ut medium capi sciffis tenuere capillis.

Cæterum in plurimis veterum & *medio.* Forte *in medio.* Heins. *Duo marmora.*] Duo marmorea signa.

791. *Fugere hoc, illud.*] *Fugere illud, hoc* quart. Medic. Puto,

—*fugere illud, at hoc latrare putares.*

Heins.

792. *Invictos ambos.*] *Ambo* Florent. S. Marci, sec. Medic. Neap. Bernegerianus. *διχαίτατα.* neque aliter prima Aldi editio. Virgil. Eclog. VI.

—*nam sæpe senex spe carminis ambo*
Laseras. Georg. IV.
Verum ubi ductores acie revocaveris ambo.

sic castigatiores libri: quod pluribus exemplis adstruit Charisius. *Heins.*

Eſſe Deus voluit; ſi quis Deus adfuit illis.
Haſtenus: & tacuit. Jaculo quod crimen in ipſo?
Phocus ait. jaculi ſic crimina reddidit ille.
Gaudia principium noſtri ſint, Phoce, doloris.
Illa prius referam. juvat ô meminiſſe beati
Temporis, Æacida, quo primos rite per annos
Conjuge eram felix; felix erat illa marito.
Mutua cura duos, & amor ſocialis habebat.
Nec Jovis illa meo thalamos præferret amori:
Nec me quæ caperet, non ſi Venus ipſa veniret,
Ulla erat. æquales urebant pectora flammæ.
Sole ferè radiis feriente cacumina primis,
Venatum in ſilvas juveniliter ire ſolebam:
Nec mecum famulos, nec equos, nec naribus acres
Ire

793. *Adfuit.*] Auxilio fuit. R.

FAB. XXVIII. *Arg.* Haſtenus: & tacuit.] *Cephalus cum Diana ſtudio fovas aſſiduè perſequeretur, ſæpeque ex nimio æſtu auram ſæpius invocaret, nymphamque aliquis arbitratus vocari, Procridi ejus uxori indicavit. At illa non immemor priſtini amoris, dum virgultis ſe recondit, ut ſpecularetur, an eſſet aliqua Aura nomine, cujus ille cupiditate impulſus à ſe alienaretur: Cephalus procul ſpeculatus vehementius moveri virgulta, dum latere feram exiſtimat, eo loco recondituin, jaculo emiſſo conjugem imprudens interfecit. Fertur autem id telum cum cane ab eadem conjuge Procride Cephalo tributum: cujus vim ob iram Aurora, ſimiliter ut fera ab eo percuſſa, maximo cum luctu viri experta eſt.* Lact.

794. *Haſtenus.*] Locutus eſt Cephalus. R. *Crimen.*] Dixerat ſupra vſ. 690. *Hoc telum me ſtere facit.* Farn.

795. *Reddidit.*] Reſpondendo expoſuit.

796. *Gaudia.*] Ità Diis placitum, voluptati ut mœror comes conſequatur. Plautus in Amphitryone. & vſ. 457. ſupra, *Sollicitumque aliquid latis intervenit.* Farn.

796. *Sunt, Phoce, doloris.*] *Sint* cum Cantabrig. Norico, & duobus aliis. *Heinſ.*

798. *Æacide.*] *Æacida* Florentinus S. Marci, & Berneggerianus cum primo Vatic. & ſex aliis. Adi Notas Epiſt. III. vſ. 87. *Idem.*

800. *Mutua cura duos.*] Cum alter conjux de altero eſt ſollicitus amantque inter ſe ardentiſſime. *Pont.*

801. *Nec Jovis.*] *Nullî ſe dicit mulier mea nubere malle, Quam mihi; non ſi ſe Jupiter ipſe petat. Dicit ſed mulier cupide quod dicit amanti, In vento & rapida ſcribere oportet aqua.* Catullus 71. epigr. Farn.

803. *Æquales flammæ.*] Par amor.

806. *Nec mecum famuli, nec equi ire ſolebant.*] *Nec mecum famulos, nec equos ire ſinebam* meliores. & mox *umbras* pro *umbram.* niſi quod *frigus opacum* in uno Mediceo, ut apud Virgilium *frigus captamus opacum.* Heinſ. *Nec mecum.*] Here. Ciofanus ex uno ſuo, duobus Vaticanis & uno Cæleſt. in lectionem hanc aſſerit: *Nec mecum famulos, nec equos, nec naribus acres Ire canes, nec lina ſopni nodoſa ſinebam.* Quam leſt. in ver. quibuſdam Mariangelus invenit. & ego in uno Mſ. meo, quam ingeniosam credo; neque cum

Ire canes, nec lina ſequi nodoſa ſinebam.
Tutus eram jaculo. ſed cum ſatiata ferinæ
Dextera cædis erat; repetebam frigus, & umbras,
Et, quæ de gelidis halabat vallibus, auram.
Aura petebatur medio mihi lenis in æſtu:
Auram exſpectabam: requies erat illa labori.
Aura (recordor enim) venias, cantare ſolebam:
Meque juves, intreſque ſinus, gratiſſima, noſtros:
Utque facis, relevare velis, quibus urimur, æſtus.
Forſitan addiderim (ſic me mea fata trahebant)
Blanditias plures: &, Tu mihi magna voluptas,
Dicere ſim ſolitus: tu me reficiſque foveſque:
Tu facis, ut ſilvas, ut amem loca ſola: meoque
Spiritus iſte tuus ſemper captatur ab ore.
Vocibus ambiguis deceptam præbuit aurem
Neſcio quis: nomenque auræ tam ſæpe vocatum
Eſſe putans Nymphæ, Nympham mihi credit amari.
Criminis extemplo ficti temerarius index
Procrin adit: linguâque refert audita ſuſurrâ.
Credula res amor eſt. ſubito collapſa dolore,
Ut ſibi narratur, cecidit: longoque refecta

Tem-

enim voluiſſe Noſtrum tot in eadem vicinia verſus claudere uno verbo *ſolebam* 805. 813. 816.

807. *Lina.*] *Retia rara plaga.* 4. Æn. *Farn.*

810. *Et quæ de gelidis exibat vallibus auram.*] *Exhalæ* plurimi veteres. tres *exhalabat.* Scribe *halabat.* ſic Lucretio *gravis halantes ſulphuris aura.* Heinſ.

814. *Intreſque ſinus gratiſſima.*] Qui æſtuant, pectus captandæ auræ aperiunt; ibi enim potiſſimum calores ſentiuntur. *Pont.*

815. *Relevare.*] *Quaque meos releves æſtus camare ſolebat, Accipienda ſinu nobilis aura veni.* Ovid. 3. de Arte. *Farn.*

818. *Dicere ſim ſolitus.*] *Sim* cum primo Pal. ſecundo Medic. Neap. Bernegger. & tribus aliis. præcedentia id requirunt. *Heinſ.*

820. *Semper captatur ab ore.*] *Captatur* legendum cum Florent. S. Marci, ſec. Medic. & tredecim aliis, vel *captetur* cum Neapol. primo Moreti & Barber. ſic ſupra,

——— *auraque gravi captantur hiatu.*
lib. IV.

Inque vicem fuerat captatus anhelitus oris. Idem.

821. *Vocibus.*] *Conjugis ad timidas aliquis male ſedulus aures Auditos monuit detulit aure ſonos.* Ovid. 3. de Arte. *Farn.*

823. *Eſſe putat Nympha.*] *Putans* ex Cantabrig. Spir. ſec. quart. Mediocis, Neapol. prior Erfurt. & ſex aliis. *Heinſ.*

826. *Subito.*] *Procris ut accepit nomen, quaſi pellicis, auræ; Excipit, & ſubito mota dolore fuit.* Farn.

827. *Ut mihi narratur.*] *Ut ſibi* cum melioribus. *Heinſ.*

830. *No-*

Tempore; ſe miſeram, ſe fati dixit iniqui:
Deque fide queſta eſt: & crimine concita vano,
Quod nihil eſt, metuit; metuit ſine corpore nomen:
Et dolet infelix veluti de pellice verâ.
Sæpe tamen dubitat; ſperatque miſerrima falli:
Indicioque fidem negat; &, niſi viderit ipſa,
Damnatura ſui non eſt delicta mariti.
Poſtera depulerant Auroræ lumina noctem; 835
Egredior, ſilvaſque peto: victorque per herbas,
Aura veni, dixi, noſtroque medere labori.
Et ſubitò gemitus inter mea verba videbar
Neſcio quos audiſſe. Veni, tamen, optima, dixi.
Fronde levem rurſus ſtrepitum faciente caducâ, 840
Sum ratus eſſe feram: telumque volatile miſi.
Procris erat: medioque tenens in pectore vulnus,
Hei mihi! conclamat. vox eſt ubi cognita fidæ
Conjugis; ad vocem præceps amenſque cucurri.
Semanimem, & ſparſas fœdantem ſanguine veſtes, 845
Et ſua (me miſerum!) de vulnere dona trahentem
Invenio: corpuſque meo mihi carius ulnis
Sontibus attollo: ſciſſaque à pectore veſte

Vul-

830. *Nomen.*] Auræ, quod non minus illi fatale, quam Auroræ prius, namque Procris timens Auroram, ut habet Hygin. fab. 189. matutino tempore ſecuta eum, ut obſervaret, inter virgulta delituit. quæ virgulta cum Cephalus moveri vidit, jaculum inevitabile miſit, & Procrin conjugem ſuam interfecit. *Farn.*

836. *Victorque.*] Voti compos, ſatiatus cæde ferarum. *Farn.*

839. *Veni tamen optima dicens.*] *Dixi* caſtigatiores. quare paulo ante *Ut ſubito* puto ſcribendum pro *Et.* niſi mavis *Et* cum uno Mediceo. *Heinſius. Veni tamen optima dicens, &c.*] Melius ad ſenſum Palat. *Veni tamen optima, dixi, Fronde levem, &c.* Heinſ.

840. *Fronde.*] *Surgit, & oppoſitas agitato corpore frondes Movit in amplexus uxor iturâ viri. Illa feram ſommiſſe ratus, juveniliter arcum Corripit.* Farn.

842. *Tenens in pectore vulnus.*] Tuetur unus Medic. & poſtea *vox prodita* pro *cognita* chartaceus probæ notæ in eadem bibliotheca. *Heinſ.*

843. *Hei mihi!*] *Hei mihi, conclamat, fixiſti pectus amicum. Hic locus à Cephalo vulnera ſemper habet.* Farn.

847. *Corpuſque meo mihi carius.*] *Mihi me carius* pri. Palat. Arondel. alter Hamburg. & unus Argent. lib. VIII.

——— *ô me mihi carior, inquit,*
Pars animæ conſiſte meæ.

Triſt. v. Eleg. ult.

O mihi me conjux carior. Heinſ.

848. *Ulnis Mollibus attollo.*] *Ulnis ſontibus* longe efficacius ſecundus Pal. & pro diversâ lectione unus Mediceus. ſic & poſtea *ſceleratum* ſe vocat. Redde eandem

Vulnera ſæva ligo : conorque inhibere cruorem:
Neu me morte ſuâ ſceleratum deſerat, oro.
Viribus illa carens, & jam moribunda, coëgit
Hæc ſe pauca loqui : Per noſtri fœdera lecti,
Perque Deos ſupplex oro, ſuperoſque, meoſque;
Per ſi quid merui de te bene; perque manentem
Nunc quoque, cum pereo, cauſſam mihi mortis, amorem;
Ne thalamis Auram patiare innubere noſtris.
Dixit : & errorem tum denique nominis eſſe
Et ſenſi, & docui. ſed quid docuiſſe juvabat?
Labitur; & parvæ fugiunt cum ſanguine vires.
Dumque aliquid ſpectare poteſt; me ſpectat: & in me
Infelicem animam noſtroque exhalat in ore.
Sed vultu meliore mori ſecura videtur.
Flentibus hæc lacrymans heros memorabat; & ecce
Æacus ingreditur duplici cum prole, novoque
Milite; quem Cephalus cum fortibus accipit armis.

dem vocem Gratii Cynegetico,

——*procul hinc exterribus ire*
Edico præſente Deo, præſentibus aris.

Quis ſcelus aut manibus, ſomi aut in pectore motum eſt. manibus ſumptum perperam ibi circumfertur. *Idem.*

850. *Sceleratum deſerat.*] *Definat* tres ſcripti. Adeantur Notæ lib. 11. Artis. v. 725. *Idem.*

853. *Meoſque.*] Inferos, ad quos jam moritura hinc migro.

854. *Per ſi quid.*] *Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam Dulce meum.* Dido Virg. 4. Æn. *Farn.*

855. *Nunc quoque.*] *Nomine ſuſpectam mihi ſpiritus exit in auram: Jam morior.*

857. *Dixit: & errorem.*] *At errorem* ſcribo. *Heinſ.*

858. *Sed quid docuiſſe.*] *Si quid docuiſſe juvabit.* Arondel. Forte, *ſi quid docuiſſe juvaret.* Idem.

859. *Labitur.*] Moritur. R.

861. *Et in me.*] *Et pectore lapſus Excipitur miſeri ſpiritus ore viri.* Hoc autem ex more veterum apud quos parens, conjux, amicus ut quiſque erat charior, expirantem deoſculatus, extremum halitum & fugientem animam ore excipiebat. *Et extremus ſi quis ſuper halitus errat, Ore legam.* Anna Didonis ſoror. 4. Æneid. *Farn.*

862. *Secura.*] Pellicis cura liberata. Jam enim ex Cephalo cognoverat auram non eſſe nympham, ut ipſa putabat, ſed lenem ventorum flatum. *Meliore.*] *Ante diem morior, ſed nulla pellice læſa; Hoc faciet poſitam te mihi terra levem.* Hæc eadem Procris. 3. de Arte. *Farn.*

866. *Duplici cum prole.*] Cum duobus filiis Telamone & Peleo, qui militum delectum habuerant.

P. OVI-



Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER VIII.

ARGUMENTUM.

Minos interim Alcathoën obſidet. qua capta, Niſus in haliaetum & Scylla in cirin fuerunt tranſlati. Hinc in Cretam ille reverſus eſt, ubi Minotaurus labyrintho erat incluſus. quem cum Theſeus deinde de medio ſuſtuliſſet, cum Ariadne in patriam rediens, eam in itinere dereliquit. Hinc eam Bacchus aſſumpſit, ejuſque coronam inter ſidera collocavit. Icarus vero, cum ex inſula conaretur poſt patrem evolare, ſubmerſus eſt: ejuſque exſequias celebrantem patrem vidit perdix, è Talo nuper transformata. Theſeus interea cum valde celebris jam eſſet, ad aprum Calydonium, cujus interfectore ſublato, ſorores ejus in Meleagrides aves mutatæ ſunt, fuit convocatus. Inde ad Acheloum divertitur, & Echinades inſulas conſpicit, in quas Naiades erant converſæ. Quod ita fieri potuiſſe, Lelex primum Baucidis & Philemonis probat exemplo, qui in arbores fuerint commutati: ſicut & domus ipſorum in templum, ac pagus ipſe in ſtagnum. Achelous deinde Protei & Meſtræ transformationes adjicit, ac ſuas denique, quibus uſus quondam fuerat, cum ipſum premeret Hercules, gratia Deianira.

JAm nitidum retegente diem, noctiſque fugante
Tempora Lucifero, cadit Eurus; & humida ſurgunt
Nu-

FAB. I. *Arg.*] Jam nitidum, &c.] *Minos Jovis & Europæ filius cum propter filium Androgeon interemptum ab Athenienſibus pœnas repeteret, Megaram, in qua urbe Niſus regnabat conjunctus cum Athenienſibus, obſedit. quo expugnato animo conceperat occiſis præſidiis Niſum ſe victoriam conſecuturum. Inter quæ Scylla Niſi filia ſæpe murum aſcendens Alcathoi ſuadi gratia propter lapidem vocalem, quæ Apollinis cithara poſitus ſonum adjecerat, ut animadvertit Minoïm aſſidentem urbi cultu regali, belliciſque rebus intereſſe, deluſa cupidine ejus exarſit, & cum potiendi melliorem viam inveniret, ut victorem hoſtem faceret, crinem purpureum abſcidit genitori dormienti, quo fata patria continebantur. Quem cum reſeratis portis accepta ſuſtulit ad Minoïm pertuliſſet, ille impium facinus adverſatus, noviſſime eam navigio recipere noluit, patre jam in avem transfigurato, quam Græci* Alieton *dicunt, & perſequente filiam, illa quoque in volucrem Cirim transfigurata eſt.* Laſt.

1. *Jam nitidum retegente diem.*] Reditum Cephali cum auxiliis ab Æaco acceptis poëta deſcribens, concinne octavum cum ſeptimo libro connectit. *Retegente.*] Aperiente & oſtendente. *Noctiſque fugante.*] Utrumque ab altero pendet. Cum enim retegitur dies, nox fugatur & contra.

2. *Lucifero.*] Lucifer autem ſtella eſt Veneris, quinque errantium infima, terræque proxima, ut ſcribit Cic. in lib. de Nat. Deorum. *Cadit Eurus.*] Flare deſinit.

4. *Humi-*

Nubilá. dant placidi curſum redeuntibus Auſtri
Æacidis, Cephaloque, quibus feliciter acti
Ante exſpectatum portus tenuêre petitos.
Interea Minos Lelegeïa littora vaſtat:
Prætentaque ſui vires Mavortis in urbe
Alcathoë, quam Niſus habet; cui ſplendidus oſtro
Inter honoratos medio de vertice canos
Crinis inhærebat magni fiducia regni.
Sexta reſurgebant orientis cornua Phœbes:
Et pendebat adhuc belli Fortuna; diuque
Inter utrumque volat dubiis Victoria pennis.

Re-

4. *Æacidis.*] Æginenſi militi ab Æaci filiis conſcripto. *Nam Telamon frater quæ vires ad bella parabant.* 675. vſ. lib. præced. *Farn. Quibus feliciter acti.*] *Vſi* quatuor veteres. ut Epiſt. Ariadn. *nam ventis quoque ſum crudelibus uſa.* l. XIII. Met. *jubet uti navita ventis.* ſic & alibi. ſed vulgatam nihilominus lectionem probo. *Heinſius.*

5. *Ante expectatum.*] Antequam exſpectarentur. *Portus petitos.*] Athenienſes portus, quo pervenire cupiebant.

6. *Lelegeïa.*] Megarenſia, à Lelege, qui ab Ægypto advena Megaras inſtauravit, incolaſque à ſe Lelegas nominari voluit. cujus nepotem Scironem & Niſum de regno diſceptantes arbitrum delegerunt Æacum, is regnum Niſo adjudicavit. Pauſan. in Atticis. *Farn.*

8. *In urbe Alcathoë.*] *In urbem* primus Medic. Noricus & tres alii. *in urbe Alcathoi* puto. de qua lectione dictum Artis Amator. lib. II. verſ. 421. *Heinſ. Quam Niſus habet.*] Poſſidet. Niſus enim ex quatuor Pandionis Athenarum regis filiis unus fuit, cui (ut Strabo narrat lib. 9.) in regni diviſione à Pandione facta Megara obtigerunt. *Alcathoë.*] Megaris, etiam ab Alcathoo reſtauratis & munitis. *Farn.*

10. *Magni fiducia regni.*] Quamdiu enim crinem illum haberet, privari non poterat regno.

11. *Sexta reſurgebant.*] Sexto menſe poſt cœptam obſidionem Megara prodita fuiſſe ait. *Orientis cornua Lunæ.*] *Cornua Phœbes* unus Med. & unus Ambroſ. rectè. niſi mavis *orienti Phœbæ.* nam alter Twiſdenius *orienti Lunæ.* ſic ſæpe alibi Phœben pro Luna ponit. paulo ante *pro medio de vertice* Florent. S. Marci, & alii *medioque in vertice. medio ſub* Neap. Urbin. & ſec. Medic. *Heinſ.*

13. *Inter utrumque volat.*] *Vagat* Florent. S. Marci, unus Medic. & unus Boſ. ſic Plautus Milite Glorioſo,

Te alloquor vitii probrique plena, quæ circum vicinos vagas.

Prudentius Cathemerin. Hymno VI.

Liber vagat per auras Rapido vigore ſenſus.

ita vetuſtiores codices. alii *vacat* vel *vagas.* Vide Nonium in eo verbo. Forte tamen tam apud Naſonem quam Prudentium ſcribendum *vacat.* ſic *vacat ari.* de quo Triſt. IV. Eleg. III. V 77. poſſit & legi *vaga eſt.* idque rectè, ut opinor. *Idem. Inter.*] Νίκη ἀτρεμαίη, Ἀλλοῖς μὲν Μίνως ἐπαμείψεται ἄλλοτε Νίσῳ. Romanæ victoriæ optime conſuluit fulmen, alas illi decutiens. Νίκη γὰρ φυγεῖν ἀνέρα δύνατο. Anthol. 4. *Farn. Dubiis victoria pennis.* Hinc Homero Mars Vocatur ἀλλοπρόσαλος. Cæſ. de bello Civ. lib. 3. *Sed fortuna, quæ plurimum poteſt cum in reliquis rebus, tum præcipue in bello, parvis momentis, magnas rerum commutationes efficit.*

14. *Vo-*

Regia turris erat vocalibus addita muris:
In quibus auratam proles Latoïa fertur
Depoſuiſſe lyram: ſaxo ſonus ejus inhæſit.
Sæpe illuc ſolita eſt aſcendere filia Niſi;
Et petere exiguo reſonantia ſaxa lapillo,
Tum cum pax eſſet. bellum quoque ſæpe ſolebat
Spectare, éque illâ rigidi certamina Martis.
Jamque morâ belli procerum quoque nomina norat,
Armaque, equoſque, habituſque, Cydoneaſque pharêtras.
Noverat ante alios faciem ducis Europæi.
Plus etiam, quam noſſe ſat eſt, hac judice Minos,
Seu caput abdiderat criſtatâ caſſide pennis,
In galeâ formoſus erat: ſeu ſumſerat auro
Fulgentem clypeum, clypeum ſumſiſſe decebat.
Torſerat adductis haſtilia lenta lacertis;
Laudabat virgo junctam cum viribus artem.

Im-

14. *Vocalibus.*] Alcathoë Megara mœnibus cingenti operam navans Apollo lyram depoſuit. ſonus autem lyræ in lapides ſubjectos tranſiit. ita ut ſi quis calculo eos percuſſerit, eundem, quem pulſæ fides, ſonum redderent. Pauſan. Att. *Sæpe lapis recrepat Cyllenia munera pulſus, Et veterem ſonitu Phœbi teſtatur amorem.* Ciris. *Idem. Vocalibus.*] Reſonantibus, vocem reddentibus.

15. *Proles Latonia.*] *Latoïa* Neapol. Thuan. pri. Reg. Arond. & ſex alii. Florent. S. Marci, *Latoïa.* bene. quo etiam alludit tertius Medic. in quo *Latonia.* Vide notas Triſt. XII. Eleg. II. verſ. 3. *Heinſ. Proles Latonia.*] Apollo.

18. *Petere.*] Percutere.

19. *Bello quoque ſæpe ſolebat.*] *Bellum, quoque turre ſolebat*, ſecundus Medicæus & Neap. at Urbinas,

——— *bellum quoque ſæpe ſolebat*
Spectare éque illâ.

bellum etiam à manu prima Bernecgetianus. Lege,

——— *bellum quoque turre ſolebat*
Spectare éque illâ rigidi certamina Martis. Heinſ.

21. *Jamque morâ belli.*] *Moras belli* Neapol. & prior Erfurt. ut *nomina procerum belli moras* appellet. ſic apud Lucanum, *Craſſus erat belli medius mora.* & apud Silium lib. I. *Romani Murrus belli mora.* quamquam paulo alio ſenſu. ſed vulgata bene ſe habet. *Idem. Mora belli.*] Diuturnitate belli. *Procerum.*] Ducum. R.

22. *Cydoneaſque.*] Cretenſes à Cydone Cretæ ube, infra ad v. 40. *Farn.*

23. *Ducis.*] Minois: Jupiter enim ex Europa ſuſcepit Minoa, Rhadamanthum, & Sarpedonem, ut habet Herodotus in Clio, quem tamen Homerus Jovis & Laodamiæ filium fuiſſe ſcribit Il. 16. F.

24. *Plus etiam quam noſſe ſat eſt.*] Nam eum etiam amabat.

26. *Sumſerat aere Fulgentem clypeum.*] *Ore* prim. Vatic. & duo alii. prior Regius *auro.* bene. lib. XIII.

Ipſe niter galeâ clarâ radiantis ab auro Heinſius.

Impoſito patulos calamo ſinuaverat arcus;
Sic Phœbum ſumtis jurabat ſtare ſagittis.
Cum verò faciem demto nudaverat ære,
Purpureuſque albi ſtratis inſignia pictis
Terga premebat equi, ſpumantiaque ora regebat:
Vix ſua, vix ſanæ virgo Niſeïa compos
Mentis erat. felix jaculum, quod tangeret ille,
Quæque manu premeret, felicia fræna vocabat.
Impetus eſt illi, (liceat modo) ferre per agmen
Virgineos hoſtile gradus: eſt impetus illi,
Turribus è ſummis in Gnoſſia mittere corpus
Caſtra; vel æratas hoſti recludere portas:
Vel ſi quid Minos aliud velit. utque ſedebat
Candida Dictæi ſpectans tentoria regis;
Læter, ait, doleamne geri lacrymabile bellum,
In dubio eſt. doleo quod Minos hoſtis amanti eſt.
Sed niſi bella forent, nunquid mihi cognitus eſſet?
Me tamen acceptâ poterat deponere bellum
Obſide: me comitem, me pacis pignus habere.
Si, quæ te peperit, talis, pulcherrime rerum,

Qua-

30. *Sinuaverat arcus.*] Lunaverat, incurvaverat. Redi ad Tom. 1. p. 313. v. 23.

32. *Dempto ære.*] Depoſita galea.

33. *Stratis inſignia pictis Terga premebat equi.*] Non damno hanc lectionem, arridet tamen quod pro diverſa lectione Grævianus exhibebat, *phaleris pictis*; ut apud Maronem,

Primus equum phaleris inſignem victor habeto. Heinſ.

40. *Gnoſſia Dictæi.*] Cretæ ἑκατομπόλεως eximiæ fuerunt urbes Cydon, Gnoſſus, Gortyn, Lyctus, mons Dicte. atque hinc poëtis Cretæ epitheta. *Farn.*

41. *Æratas portas.*] Ære & ferro munitas, & tectas.

42. *Utque ſedebat.*] *Solebat* non male ſeptem veteres. & Neapol. ſec. tert. Medic. pro diverſâ lectione. *Heinſ.*

43. *Dictæi regis.*] Cretenſis. Nam Dicte mons eſt Cretæ.

46. *Nunquam mihi cognitus eſſet.*] *Nunquid* cum primo Mediceo & Norico. mox pro *deponere bellum* quinque codices, *dimittere.* ut apud Statium Theb. VI.

Tiſiphone, quantum poteras dimittere bellum?

ſic Noſter Met. XIII.

Rex jubet incepti curam dimittere belli.

apud Senecam Phœniſſis, *infauſtas, ejice Dimittite pugnas.* Heinſ.

47. *Me tamen.*] Et ſane regum liberi obſides plerumque, pacis & fœderum pignora poſcebantur olim & dabantur.

48. *Haberet.*] Malim *habere.* Heinſ.

49. *Qua te peperit.*] Europa, ad v. 23. ſupra. *Farn. Pulcherrime rerum.*] Rerum decem veteres. omnino rectius. ut Art. Am. I.

Ergo erit illa dies, qua tu, pulcherrime rerum,
Quatuor in niveis aureus ibis equis?

Sic

Qualis es ipſe, fuit; merito Deus arſit in illâ.
O ego ter felix, ſi pennis lapſa per auras
Gnoſſiaci poſſim caſtris inſiſtere regis:
Faſſaque me, flammaſque meas, qua dote, rogarem,
Vellet emi! tantum patrias ne poſceret arces.
Nam pereant potius ſperata cubilia; quam ſim
Proditione potens. quamvis ſæpe utile vinci
Victoris placidi fecit clementia multis.
Juſta gerit certè pro nato bella peremto:
In cauſsâ que valet, cauſſamque tuentibus armis.
Ut puto, vincemur. qui ſi manet exitus urbem;
Cur ſuus hæc illi reſerabit mœnia Mavors,
Et non noſter amor? melius ſine cæde, morâque,
Impensâque ſui poterit ſuperare cruoris.
Quàm metuo certè, ne quis tua pectora, Minos,

Vul-

ſic *fortiſſime rerum*, & ſimilia. mox *ipſa fuit* non *ipſe* meliores. *Heinſ.*

51. *O ego ter felix.*] *Quam felix* nonnulli. *Idem.*

54. *Emi.*] Tribus modis apud veteres nuptiæ fiebant. 1. *Uſu*, ſi mulier per annum unum cum viro, licet ſine legibus fuiſſet; 2. *Farre vel Confarreatione*, cum per Pontificem Max. & Dialem Flaminem per fruges & molam ſalſam conjungebantur: ex quibus nuptiis Patrimi & Matrimi appellabantur. 3. *Coëmptione.* atque in manum conventione, cum illa in filiæ locum, maritus in patris veniebat; ut ſi quis prior fuerit defunctus, locum hæreditatis juſtum alteri faceret. Servius Petri Danielis. Formulas vide apud Briſſonium lib. 6.

55. *Quam ſim proditione potens.*] Quam ſim voti compos prodendo patrem. ut v. 80. infra & 751.

58. *Nato.*] Androgeo ab Athenienſibus ex invidia & inſidiis cæſo, 7. lib. v. 461. *Farn.*

59. *Et cauſaque valet.*] Multi veterum *In cauſaque.* Columella lib. III. c. II. *Vitis eligitur qua & in fructu valet & in materia.* deinde pro *cauſamque tuentibus armis*, Florent. S. Marci, Bernegg. Cantabr. ſec. Medic. Spirenſ. uterque Erfurt. pri. Hamburg. & quinque alii, *tenentibus.* quod verum puto, hoc eſt, per quæ cauſa tenetur. Formula juris. Noſter libro XIII.

Difficilem tenui ſub iniquo judice cauſam.

paulo ante primus Vatic. *quamvis tamen utile vinci*, pro *quamvis ſæpe.* Heinſ.

61. *Cur ſuus hæc illi reſeret mea mœnia Mavors.*] *Reſerabit* prim. Gronov. rectius. Malim tamen *reſerarit.* Idem. *Suus Mavors.*] Sua potentia, & vis bellica.

64. *Nam metuo certe.*] *Non metuam* Florent. S. Marci, Thuan. Bernegger. primus Medic. prim. Erfurt. Spirenſ. & unus meus. alii ex vetuſtioribus *Nam metuam*, vel *Non metuo.* prim. Moreti & alius *Jam metuo.* Scribe *Quam metuo!* ſic lib. IX.

Quam nolim, rata ſint!

Virgil. Æn. VI.

Quam metui, ut quid Libya tibi regna nocerent?

Propertius lib. I. Eleg.

Quam vereor, nec te contempto, Cynthia, buſto
Abſtrahat è noſtro pulvere iniquus Amor! Heinſ.

Vulneret imprudens! quis enim tam dirus, ut in te
Dirigere immitem, nisi nescius, audeat hastam?
Cœpta placent, & stat sententia tradere mecum
Dotalem patriam; finemque imponere bello.
Verùm velle parum est. aditus custodia servat:
Claustraque portarum genitor tenet. hunc ego solum
Infelix timeo: solus mea vota moratur.
Dî facerent, sine patre forem! sibi quisque profecto
Fit Deus. ignavis precibus Fortuna repugnat.
Altera jamdudum succensa Cupidine tanto
Perdere gauderet, quodcunque obstaret amori.

Et

65. *Quis enim tam durus.*] *Diras* præstantiores multi. quod efficacius. pro *non iniscius*, recte etiam *nisi nescius*, duo meliores Moreti, & sex alii cum Græviano. neque aliter pro diversa lectione primus Vaticanus. invenit etiam id in suis Vivianus. sex alii *nisi iniscius*, verum proxime. *Idem.*

67. *Et stat sententia.*] *Exstat* Genev. Scribe *en stat.* nisi malis *tradere secum Dotalem patriam* pro *mecum* cum Florentino S. Marci & primo Vaticano. ut poëtæ interloquentis sint verba. *Idem.*

68. *Dotalem patriam.*] In dotem patriam prodere, ut me accipiat, secumque habeat.

69. *Aditus.*] Portarum ingressus.

72. *Sibi quisque profecto est Deus.*] *Fit Deus* in primo Gronovii, ut apud Maronem,

——*sua cuique Deus fit dira cupido.*

Heins. *Sibi.*] *Ergo animus, qui, ut ego dico, divinus est, ut Euripides audet dicere, Deus est.* Cic. 1. Tusc quæst. *Diina hunc ardorem mentibus addunt Euryale? an sua cuique Deus fit dira cupido.* Nisus Virgil. 9. Æneid. *Animus humanus etiam nunc in corpore situs Damon nuncupatur.* Apulejus de Deo Socratis: Prope est à te Deus, tecum est, intus est, Seneca 41. Epist. *Miraris hominem ad deos ire? Deus ad homines venit. Imo, quo propius est, in homines venit. Nulla sine Deo mens bona est.* Seneca Epist. 73. *Dextra mihi Deus est & telum quod missile libro.* Mezentius 10. Æneid.

73. *Ignavis.*] Fortunam Lacedæmonii admota manu invocabant. Hesiodus præcipit agricolæ, ut stivam manu tenens vota nuncupet Diti ac Cereri. Non Perseum fugientem in Pydnen ex prælio, hoc prætextu, ut Diis sacrificaret; sed Paulum Æmilium stricto ense precantem pugnantem exandivêre Dii, illique victoriam concessêre. Plutarchus in Æmilio. *Fortuna fortes metuit, ignavos premit.* Seneca Med. 159. *Farnab. Ignavis precibus fortuna repugnat.*] *Non muliebribus suppliciis ac precibus res magna geruntur, sed agendo, vigilandoque: ubi te semel tradideris socordiæ, nequidquam deinde opem deorum implorâveris, infensi & irati sunt.* Salust.

75. *Perdere gauderet.*] *Prodere* tres scripti. Vide Festum in eo verbo. at Mediceus primæ notæ, *Pendere.* pro Impendere, vel discrimini objicere summum à lancis examine. unde *pendere tributum, vectigal, panam* & similia. sic Calpurnius Eclogâ VI.

Hunc ego qualemcunque vides in valle, paciscor
Pendere: dum sciat hoc se non sine pignore vinci.

Noster libro X.

Atque ita; Quis Deus hanc fremefis, inquit, iniquus.

Pa-

Digitized by Google

Et cur ulla foret me fortior? ire per ignes,
Per gladios auſim. neque in hoc tamen ignibus ullis,
Aut gladiis opus eſt: opus eſt mihi crine paterno.
Illa mihi eſt auro pretioſior: illa beatam
Purpura me, votique mei factura potentem.
Talia dicenti, curarum maxima nutrix,
Nox intervênit; tenebriſque audacia crevit.
Prima quies aderat; qua curis feſſa diurnis
Pectora ſomnus habet. thalamos taciturna paternos
Intrat: & (heu facinus!) fatali nata parentem
Crine ſuum ſpoliat: prædâque potita nefandâ
[Fert ſecum ſpolium celeris; progreſſaque portâ]
Per medios hoſtes (meritis fiducia tanta eſt)
Pervenit ad regem: quem ſic affata paventem:
Suaſit amor facinus. proles ego regia Niſi
Scylla, tibi trado patrioſque meoſque Penates.
Præmia nulla peto, niſi te. cape pignus amoris
Purpureum crinem. nec me nunc tradere crinem,
Sed patrium tibi crede caput. ſceleratâque dextrâ

Mu-

Pendere vult? caraque jubet diſcrimine vita
Conjugium petere hoc!
ita illic optimus Cantabrig. cum uno Baſileenſi. *penſius cogitare.* Auſonio in gratiarum actione. *penſas herbas* pro ponderatis Noſter dixit Met. XIV. in fabula Circes. Auſonius Idyll. VIII.

— *juſto trutinæ ſe examine pendit.*

ita veterrimus codex, non *penſat* cum vulgatis. Epiſtola V. ad Theonem, idem codex *dependere* pro *dependere:*

Quas tamen explicitis nequeas dependere chartis. Heinſ.

77. *Et gladios auſim.*] *Per gladios* cum uno Voſſiano, uno Gronovii, priore Twiſdenio, & Mediceo uno; deinde *neque in hoc*, non *ad hoc*, cum melioribus. *Per gladias* etiam in uno Berſmanni extabat. *Idem.*

85. *Fatali crine.*] *Vitali* in vetuſtioribus nonnullis. *Idem. Fatali crine.*] In quo urbis fata continebantur. *R. Fatali.*] Crinis hic fatalis ſignificat ſecretum Niſi conſilium, quod in capite ſummo. Hoc autem hoſtibus prodito, quid ſupereſt, niſi urbis expugnatio; Georg. Sabinus, apud quem vide ſimilem hiſtoriam de Romilda Foro Julienſi. *Farn.*

87. *Fert ſecum ſpolium ſceleris.*] *Celeris* in primo Mediceo, priore Erfurt. Calandr. Juret. Spirenſ & quinque aliis. quomodo & Priſcianus agnoſcit, & in veterrimo libro Vivianus invenit. Sed vel ſic verſum hunc tollendum cenſeo. Certe in optimo S. Marci codice margini adſcriptus erat, idque manu recentiori. *Heinſ.*

88. *Meriti fiducia tanta eſt.*] *Meritis* duo. unus Leidenſis *menti.* non male. *Idem.*

91. *Patriamque meoſque penates.*] *Patrioſque* ex melioribus. *Idem.*

Munera porrexit. Minos porrecta refugit.
Turbatusque novi respondit imagine facti:
Dî te submoveant, ô nostri infamia sæcli,
Orbe suo: tellusque tibi pontusque negentur.
Certè ego non patiar Jovis incunabula Creten,
Quæ meus est orbis, tantum contingere monstrum,
Dixit: &, ut leges captis justissimus auctor
Hostibus imposuit, classis retinacula solvi
Jussit; & æratas impelli remige puppes.
Scylla, freto postquam deductas nare carinas,
Nec præstare ducem sceleris sibi præmia vidit;
Consumtis precibus violentam transit in iram:
Intendensque manus, passis furibunda capillis,

Quo

95. *Minos porrecta refugit.*] Minos tanta fuisse justitia apud superos fertur, ut apud inferos judex fuerit constitutus. Pulchre igitur decorum servat poëta, quo ubique Minoëm justum esse ostendit.

96. *Imagine.*] Cogitatione. *Novi facti.*] Inulitati sceleris.

97. *Dii te submoveant.*] Pœnam & supplicium, quo olim parricidæ afficiebantur, Scyllæ Minos imprecatur. Corio namque insuebantur cum simia, gallo, ac serpente, ac in mare fluviumve projiciebantur, ne aut cœlum aspicere, aut in terra, aquave quiescere possent. R. *Di te submoveant Orbe suo.*] *Orbe polus* Neapol. Florent. S. Marci, & Spir. *Orbe suo.* quartus Medic. *Orbe meo.* Scribe *Orbe pio.* postea *negentur* pro *negetur* Mediceus chartaceus. *Heins.*

98. *Orbe suo.*] Ad patricidarum supplicium allusum volunt. de eo Cicer. in oratione pro Roscio Amerino.

99. *Jovis.*] Mons Idæus, ubi, *& gentis cunabula nostræ*, Æn. 3. Callimachus hymno ad Jovem. Gyrald. Syntagm. 1. Farn. Virgil. *Creta Jovis magni medio jacet insula ponto, Mons Idæus ubi & gentis cunabula nostræ*, Æneid. 3.

100. *Qui meus est orbis.*] *Quæ meus* Urbin. & duodecim alii. *Heins. Tantum monstrum.*] Quæ contra naturam fiunt, monstra vocantur. Patrem autem prodi à filia, maxime contra naturam esse videtur. R. *Monstrum.*] Ἀτύχημα. Arrian. Epictet.

101. *Justissimus auctor.*] Olim *uter* legebam. ut supra,

Androgeque necem justis ulciscitur armis.

Nunc nihil muto. Nam *auctor* ad leges referendum: unde & *legiser* Nostro dictus est in Amoribus. sic de Augusto lib. xv.

—— *legesque ferat justissimus auctor.* Heins.

103. *Æratas impleri remige puppes.*] Imo *impelli.* quod præter unum codicem Ciofani, & Mureti excerpta, quinque nostri exhibent. sic *infidum remis impellere marmor.* Maroni in Georgicis. & Æneid. IV. *impellite remos.* Noster Epist. III.

—— *sive paras impellere remige classem.* Idem.

105. *Præstare ducem sceleris sibi præmia.*] *Sceleris sua* unus Mureti. Puto *sceleri sua præmia.* Idem.

108 Quæ

Quò fugis, exclamat, meritorum auctore relictâ,
O patriæ prælate meæ, prælate parenti?
Quo fugis, immitis? cujus victoria noſtrum
Et ſcelus & meritum eſt. nec te data munera, nec te
Noſter movit amor; nec quod ſpes omnis in unum
Te mea congeſta eſt? nam quo deſerta revertar
In patriam? ſuperata jacet. ſed finge manere:
Proditione meâ clauſa eſt mihi. patris ad ora?
Quæ tibi donavi. cives odêre merentem:
Finitimi exemplum metuunt. exponimur orbæ:
Terrarum nobis ut Crete ſola pateret.
Hac quoque ſic prohibes? ſic nos, ingrate, relinquis?
Non genitrix Europa tibi, ſed inhoſpita Syrtis,
Armeniæve tigres, Auſtrove agitata Charybdis.

Nec

108. *Quo fugis*] Veſtigia plane Virgiliana: *Mene fugis?* & mox, *Nec te noſter amor, nec te data dextera quondam, Nec moritura, &c.* 4. Æneid. *Farn.*

111. *Et ſcelus.*] Quia prodidit patrem. *Et meritum.*] Quia Victorem effecit Minoëm.

112. *In unum congeſta.*] *Uno* prim. Moret. ſex alii. *Heinſ.*

113. *Nam quo.*] *Nam quo me referam? quali ſpe perdita nitar? Idaoſne petam montes? an gurgite vaſto, &c. An patris auxilium ſperem?* Ariadne apud Catullum. *Quid moror? an mea Pygmalion dum mœnia frater Deſtruat? aut captam ducat Getulus Iarbas?* Dido Virg. *Farn.*

116. *Quem tibi donavi.*] *Quæ* ex caſtigatioribus. *Heinſ.*!

117. *Obſtruximus orbem Terrarum nobis.*] Sine libris antiquis eſſet, non auderem controverſiam huic loco movere. At inter optimos Neapol. Urbin. ſec. Medic. Spirenſis, & Thylianus *exponimus orbem.* pri. Baſil. *exponimur orbem.* Florent. S. Marci & unus Medic. ex melioribus, *exponimur orbe.* Latet aliquid reconditæ elegantiæ. Scribo,

——— *exponimur orba;*
Terrarum nobis ut Crete ſola pateret.

exponi enim ſeu projici non infantes ſolummodo, ſed exules etiam dicebantur. Noſter in Triſtib.

Expoſuit memet populis fortuna videndum. Idem,

Obſtruximus.] Clauſimus. R. *Obſtruximus.*] Hinc Medea Senecæ; *Quaſcunque aperui tibi vias, cluſi mihi. Quo me remittis?* vſ. 458. *Farn.*

119. *Hanc quoque ſi prohibes, & nos, ingrate, relinquis.*] *Hac prohibes* ex iiſdem, de quo Artis Amatoriæ lib. 11. vſ. 335. Deinde *ſic prohibes* bene terit. Mediceus. & duo alii. *ſic nos relinquis* etiam ex Palatinis unus. alius, *ſi relinquis.* Heinſius.

120. *Sed inhoſpita Syrtis.*] Inhoſpitalis. Accolæ namque Syrtium feri ſunt, & peregrinis infeſtiſſimi. R. *Genitrix.*] *Nec tibi Diva parens, generis nec Dardanus auctor, Perfide; ſed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus, Hyrcanæque admôrunt ubera tigres.* Æn. 4. *Quænam te genuit ſola ſub rupe leæna? Quod mare conceptum ſpumantibus exput undis? Quæ Syrtis, quæ Scilla vorax, quæ vaſta Charybdis?* Catul. 65. epigr. Homerum ſecuti omnes; Νηλεὲς ἦτορ ἄρα σοὶ πατὴρ ἦν, &c. Il. 16. *F.*

Nec Jove tu natus: nec mater imagine tauri
Ducta tua eſt. generis falſa eſt fabula veſtri.
Et ferus, & captus nullius amore juvencæ
Qui te progenuit, taurus fuit. exige pœnas,
Niſe pater. gaudete malis modo prodita noſtris
Mœnia: nam fateor, merui; & ſum digna perire.
Me tamen ex illis aliquis, quos impia læſi,
Me perimat. cur qui viciſti crimine noſtro,
Inſequeris crimen? ſcelus hoc patriæque patrique;
Officium tibi ſit. te verè conjuge digna eſt,
Quæ torvum ligno decepit adultera taurum;
Diſſortemque utero fœtum tulit. ecquid ad aures
Perveniunt mea dicta tuas? an inania venti
Verba ferunt; idemque tuas, ingrate, carinas?
Jam jam Paſiphaën non eſt mirabile taurum
Præpoſuiſſe tibi: tu plus feritatis habebas.
Me miſeram! properare juvat: divulſaque remis
Unda ſonat. mecum ſimul ah mea terra recedit.

Nil

133. *Generis falſa eſt ea fabula; verum Et ferus.*] *Verus* in multis Veterum. unus meus *rerum vel veri.* Aſſentior Joanni Guilielmo Capoferreo, qui dum hæ obſervationes prælo committuntur, opportune reſcribendum monuit,

——*generis falſa eſt ea fabula veſtri.*

pro *mater luſa tua eſt* in Neapol. *capta.* in optimo S. Marci, Florentino *Ducta,* eleganter *Duci* pro trahi etiam pro induci vel ſeduci. Unde *ductari dolis* apud Comicos. lib. XIV.

Invidia ſocios pradaque cupidine ductos.

ita liber optimus. apud Horatium l. II. Sat. II. *Ducit te ſpecies; video.* Propertius lib. II. Eleg. VII.

Uxor me nunquam, nunquam me ducet amica.

ſed finis exemplorum non eſſet pro vulgata tamen lectione quæ faciant, vide notata à nobis ad lib. IV. veri. 698. *Heinſ.*

138. *Sed tamen ex illis aliquis.*] *Me tamen* oppoſita & efficaci repetitione unus Gronovianus. *Idem.*

131. *Officium tibi ſit.*] *Tibi ſit* Cantabrig. & pro diversâ lectione prior Erfurt. & prior Hamburgenſis. Deinde ex melioribus, *te vere conjuge digna eſt*, non *vero.* Idem. *Officium.*] Beneficium.

132. *Torvum taurum.*] Terribilem aſpectu. *Ligno.*] Lignea vaccæ forma. *Ligno.*] Infra vſ. 156. *Farn.*

133. *Diſcordemque utero fœtum tulit.*] Quidquid obloquuntur libri veteres, repone *Diſſortem fœtum*, & adi quæ notamus ad Epiſtolam Ulyſſis Sabiniani v. 35. Certe in fragmento Boxhorniano *Diſcortemque.* Heinſ. *Diſcordem fœtum.*] Nam vir & taurus videbatur Minotaurus.

138. *Properare jubet.*] *Properare juvat* meliores. utrumque probum eſt. *Heinſius.*

139. *Mecumque ſimul mea terra recedit.*] *Mecum ſimul ab mea terra* Florent. S. Marci, prior Hamburg. pri. Medic.

Noti-

Nil agis, ô fruſtra meritorum oblite meorum.
Inſequar invitum: puppimque amplexa recurvam,
Per freta longa trahar. vix dixerat; inſilit undas;
[Conſequiturque rates faciente Cupidine vires.]
Gnoſſiacæque hæret comes invidioſa carinæ.
Quam pater ut vidit, (nam jam pendebat in auras,
Et modo factus erat fulvis Halyaëtos alis)
Ibat, ut hærentem roſtro laniaret adunco.
Illa metu puppim dimittit: at aura cadentem
Suſtinuiſſe levis, ne tangeret æquora, viſa eſt.
Pluma fuit. plumis in avem mutata vocatur
Ciris: & à tonſo eſt hoc nomen adepta capillo.

Vota

Noricus, & duo alii. *mecum ſimul & alter* Erfurt. & Bernegger. in quo vetus lectio penitus erat eraſa. *mecum ſimul mea* Arondel. *ſine me ſimul & mea terra* Zulichemianus, & Genevenſis. Latet acumen aliquod, quod elicies, ni fallor, ſi reſcribas, *mecum ſine me mea terra recedit*. ſic lib. XI. *Et ſine me, me pontus habet*. ubi *ſine te* legebatur frigide mehercules. *Idem. Mea terra recedit.*] Recedere videtur navibus abeuntibus. hoc autem ex opinione vulgari eſt dictum. *R. Recedit.*] Lib. VI. v. 512.

142. *Inſilit undis.*] *Undas* tertius Mediceus, & tres alii. probe. ſic Statius Theb. II.

Nec minus Ogygias eadem dea turbida Thebas
Inſilit.

Horatius Art. Poëtica,

——— *ardentem frigidus Ætnam*
Inſiluit.

Val. Flaccus lib. VIII.

—— *mox attonita cum virgine puppem*
Inſilit.

Lucanus libro III.

Inſiluit ſolo nociturus pondere puppim.

ſic *immurmurare ſilvas* Virgil. Georg. IV.

Frigidus ut quondam ſilvas immurmurat Auſter.

ita enim veterrimus codex. proximus verſus *Inſequiturque rates* eſt adulterinus & inſulſus. *Heinſ. Inſilit.*] Tunc ſuſpenſa novo ritu crine, ut cenſet Ant. Delrius *de navibus altis, Per mare cærulenum trahitur Niſeia virgo.* Neſcio cujus Ciris. Sed Apollodorus 3. lib. Minos Megaris potitus virginem vinctam pedibus è puppi in mare dejectam merſit. Illa, inquit Hyginus, ſe in mare præcipitavit fab. 198. *Farn.*

146. *Halyaetus alis.*] *Halyaetos* Neap. pri. Palat. tert. Medic. Cantabrig. prior Erfurt. duo alii. & mox *laniaret* pro *laceraret* meliores. *Heinſ. Halyaetus.*] Species eſt aquilæ, clariſſima oculorum acie, librans ex alto ſeſe, viſoque piſce in mari præceps in eum ruens, & diſcuſſis pectore aquis rapiens. *R.*

148. *Dimiſit.*] *Dimittit* iidem. deinde *at aura*, non *&* cum Mediceo chartaceo. *Heinſ.*

150. *Pluma.*] Niſus dum filiam perſequitur, ut habet Hyginus fab. 198. in halyæeton, id eſt, aliquam marinam verſus eſt. Scylla filia iu piſcem quem Cirin vocant. hodie ſi quando avis ea piſcem illum natantem conſpexerit, mittit ſe in aquam, raptumque unguibus dilaniat. In avem alii. Virgil. I. Georg. *Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo: Quacunque illa levem fugiens ſecat æthera pennis, &c.*

151. *Ciris.*] A'πὸ τῦ κείρειν, h. e. à tondendo, fuit appellata. Porro quænam avis proprie ſit *Ciris*, apertius aut

Vota Jovi Minos taurorum corpora centum
Solvit, ut egreſſus ratibus Curetida terram
Contigit; & ſpoliis decorata eſt regia fixis.

Cre-

planius alibi nuſquam traditur. Ex noſtris ſunt, qui alaudam interpretentur. Virgilius ſolitariam avem hanc videtur facere, quæ in ſolis rupibus ac ſcopulis & litoribus deſertis, ut ipſe ait, exigat ævum, vertice in medio criſtam purpuream habens, cæteris plumis varie coloratis.

FAB. II. *Arg.* Vota Jovi Minos.] *Deſcripturus quemadmodum Ariadna corona in ſydus fuit converſa, breviter commemorat ea quæ de Minotauri cæde feruntur. Minos enim victor hoc tributo Athenienſes preſſit, ut nono quoque anno quatuordecim nobilium liberi, hoc eſt ſeptem pueri, ac totidem virgines, ſorte ducti mitterentur in Cretam Minotauro objiciendi. Theſeus igitur Ægei regis filius, cum ſors ad eum perveniſſet, ſive cum tantum dedecus, tantamque ſuorum calamitatem ferre non poſſet, ſponte in Cretam profectus, Ariadnæ Minois regis filia amore ſuo capta auxilio ſervatus eſt. Nam quo modo & Minotaurum interficeret monſtravit, & filo ad januam fixo è Labyrintho a Dædalo extructo egrederetur, oſtendit. Quare occiſo Minotauro, Ariadnen, una cum Phædra ſorore abducens in Diam inſulam primum enavigavit, ubi ab ingrato Ariadna relicta, cum ſe deſertam quereretur, opemque Deorum invocaret, Libero patri ita placuit, ut eam ſibi deſponſarit, & ut æterna illius amoris memoria eſſet, ejus coronam in cœlum miſerit, cujus gemmæ in ſtellas converſæ ſydus coronæ ſimile effecerunt.*

152. *Vota Jovi Minos taurorum ſanguine centum.*] *Vota taurorum corpora* Florent. S. Marci, Neapol. ſec. Medic. Bernegger. prior Hamburg. Cantabrig. aliique complures. optime. de quo alibi. *voti boves centum* apud Livium l. XXVIII. cap. XXXVIII. *votum* victimarum *ſanguinem* Noſter hoc ipſo libro infra. l. VII. v. 162. *victima vota* lib. X. v. 693. ex optimis codicibus *vota ſimulacra, delubra vota* lib. XIII. ex membranis. *munera vota*, Amor. II. Eleg. XIII. & eodem libro Eleg. XVIII. *vota lyra.* Heinſ. *Taurorum centum.*] Hecatomben ſignificat. quod erat centum boum ſacrificium. R.

153. *Et egreſſus ratibus Cretæiada terram.*] *Ut egreſſus* cum nonnullis codicibus. Deinde *Curetida terram* vetuſtiores magno numero. optime. Nam *Curetis terra* dicta antiquitus Creta, teſte Plinio lib. IV. cap. XII. *antiquas Curetum oras* vocat Cretam Virgilius. hinc *Curetica tecta* apud Silium lib. XV. nam quod in Ciri Virgiliana reponunt Scaliger & Contarenus,

Carpathium fugiens & flumina Cureta.

pro *Cerata.* non aſſentior. vetus Scholiaſtes ad illa Callimachi Hymno in Dianam, Χαῖρε δὶ Καίρατος ποταμοὶς μέγα, hæc notat, Ποταμὸς Κρήτης καὶ πόλις ἡ Καίρατος ἔστω λεγομένη. *Heinſius. Curetida.*] Cretam, quam incolebant olim Curetes nutritii Jovis, cujus vagitum cymbalis pulſatis atque æris crepitum diſſimulabant. vide quæ nos ad Hercul. Oetæum Senecæ v. 1876. unde orti ſint, unde dicti, an iidem qui Corybantes, Cabiri, Idæi, Telchines, Dactyli. videatur Strab. lib. 10. Diodor. 4. lib. cap. de Saturn. lib. 5. cap. de Creta. Gyrald. 1. Syntagma. Athenæus 12. lib. 6. cap. Paſan. Eliac. prioribus.

154. *Spoliis.*] Ex more victoris, adi Virgil. 7. Æn. verſ. 183. & 11. lib. 4. vſ. Juven. 10. Satyr. 5. *Farn. Et ſpoliis decorata eſt.*] Hoſtium ſpoliis poſtes, ædium limina, atria, ut enſibus, clypeis, galeis, navium roſtris Romani condecorare conſueverunt, quibus antiquitas venerationem & majeſtatem augebat. nec ea conſumpta veſici, nec fracta redintegrari mos erat. Eorum aſpectus ad ſimilia facinora intuentes hortabatur. *Pont.*

155. Op-

Creverat opprobrium generis: fœdumque patebat
Matris adulterium monſtri novitate biformis.
Deſtinat hunc Minos thalamis removere pudorem;
Multiplicique domo, cæciſque includere tectis.
Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis
Ponit opus: turbatque notas, & lumina flexum
Ducit in errorem variarum ambage viarum.
Non ſecus ac liquidus Phrygiis Mæandros in arvis
Lu-

155. *Opprobrium.*] Minotaurus, *Miſtumque genus, proleſque biformis*, 6. Æneid. aliis βυκέφαλον tantum: aliis ſuperne homo, inferne bos. ſane filius Paſiphaës ex Tauro Minois duce vel ſcriba, de quo fuſe Natalis Comes l. 6. cap. 5. Tzetzes. 1. Chiliad. 19. *Farn.*

157. *Thalami removere pudorem.*] *Thalamis* multi veterum cum pri. Reg. & Urbin. pri. Vatican. & pri. Medic. at Neapol. Cant. ſec. Medic. primus Baſil. & tres alii *thalamo*. Heinſ.

158. *Cæciſque includere tectis.*] *Cæcis* quart. Medic. & quindecim alii. ut labyrinthum cæca vocet tecta. *Idem. Cæcis.*] Occultis. *R. Multiplicique.*] De Cretici hujus Labyrinthi à Dædalo conditi, nec non Ægyptiaci, Lemniaci, Italicique portentoſa mole, artificio, ſinuoſis erroribus, &c. Plinius 36. lib. 13. cap. Virg. 5. Æneid. *Ut quondam Creta fertur Labyrinthus, &c.* Cl. Baconi Dædalus. *Farn.*

159. *Dædalus ingenio.*] Dædalus genere Athenienſis, ex iis unus, qui *Erechthida* vocantur, adeo præclarus fuit architectus, ut & opera quædam miranda effecerit, & ſtatuas quæ aſpicere, ambulareque, & ſpirare videbantur, effinxerit. Atque hinc *Dædalea* vocant Græci, opera αὐτόματα: hoc eſt, quæ ſponte ſua moventur, aut vocem edunt. *Micyl.*

160. *Limina flexu.*] Sec. Palat. Neap. Florent. S. Marci. Spirenſis, tres alii, *flexum*. ut ad errorem referatur. pri. Palat. & unus Medic. *flexui*. duo veteres *flexa*. nimirum ambage. Seneca OEdipo,

Ambage flexâ Delphico mos eſt Deo
Arcana tegere.

ita optimus Mediceus, non *nexa* cum vulgatis. Lucanus lib. 1.

——*flexâ ſic omnia Thuſcus*
Involvens multaque tegens ambage canebat.

Statius Theb. IV. *flexâ dubios ambage relinquit. flexum iter*, Lucretio lib. IV. *& flexi aditus.* Pudent. Apotheoſ.

Hos omnes quamvis anceps labyrinthus & error
Circumflexus agat.

apud eundem libro 11. contra Symmach.

——*via neſcia flecti*
In deverticulum, biviis nec pluribus anceps.

Idem Cathemerin. hymno VII. *flexuoſa viarum diſpendia* dixit. idem Apotheoſi,

Artam ſalutis vix viam diſcernere eſt
Inter reflexas ſemitas:
Tam multa ſurgunt perfidorum compita
Tortis polita erroribus.
Obliqua ſeſe conſernunt divortia
Hinc inde textis orbitis.

ſic codex longe vetuſtiſſimus Puteanorum fratrum. non *Obliqua ſeſe conſernunt divortia.* at apud Naſonem hoc loco codices quidam *flexus*. an *flexim? lumina* etiam prior Hamburg. aliique ex antiquioribus multi. rectè. *Heinſ.*

162. *Liquidis Phrygius Mæander in undis.*] *Liquidis Phrygiis Mæandros in arvis* probe caſtigatiores. at prior Twiſdenius argute & ingenioſe mehercules,

Non

Ludit; & ambiguo lapſu refluitque fluitque:
Occurrenſque ſibi venturas aſpicit undas:
Et nunc ad fontes, nunc in mare verſus apertum,
Incertas exercet aquas. ita Dædalus implet
Innumeras errore vias: vixque ipſe reverti
Ad limen potuit; tanta eſt fallacia tecti.
Quo poſtquam tauri geminam juveniſque figuram
Clauſit; & Actæo bis paſtum ſanguine monſtrum
Tertia ſors annis domuit repetita novenis;
Ut ope virgineâ nullis iterata priorum
Janua difficilis filo eſt inventa relecto;

Proti-

Non ſecus ac liquidos Phrygius Mæandros in arcus
Ludit.

hoc eſt, in arcuata curvamina, ut alibi Noſter de Iride, lib. XI. *niger arcus aquarum.* uſus eadem comparatione Silius libro VII.

Qualis Mæonia paſſim Mæandrus in ora
Cum ſibi gurgitibus flexis revolutus oberrat. Idem.

Mæandros.] Fluvius eſt Phrygiæ Mæandros, qui ſæpenumero in ſe redire videtur. Illi ſimilem ait Labyrinthum fuiſſe. Hinc & *Mæandros* vocamus, quæcunque involuta atque perplexa ſunt.

165. *Ad mare verſus.*] *In mare* iidem. paulo ante pro *venturas adſpicit undas*, Arondelianus *proſpicit.* argute. *Heinſius.*

170. *Actæo ſanguine.*] Athenienſi. R. *Actæo.*] Virg. 6. Æneid. & Hyginus 41. fab. quotannis ſeptem Athenienſium liberorum corpora ſorte electa mitti devoranda à Minotauro ſcribunt. Noſter & Plutarchus in Theſeo, puberes ſeptem mares, totidem virgines nono quoque anno. Theſeus vero miſeratus patriæ conditionem (ut Plutarchus habet ibid. & Catullus in nuptiis) extra ſortem ire voluit. Ibi coram rege negavit tributum aut ſtipendium illud deberi jure. Taurus Minois dux dextra ſua ſe illud aſſertum dixit. Qui in certamine à Theſeo ſuperatus occubuit. Minos lætus, odiret quippe hunc Taurum ut adulterum, remiſit Athenienſibus tributum. *Farn.*

171. *Tertia ſors.*] Sorte enim ducebantur, qui mittendi erant. *Annis novenis.*] Poſt novem annos. Variat autem hoc loco nonnihil à cæteris poëta. Nam Virgilius, item Diodorus, atque alii plerique, non nono demum anno, ſed ſingulis annis, Athenienſium liberos in Cretam pro tributo miſſos dicunt.

172. *Utque ope virginea.*] Poſteaquam, inquit, auxilio virginis Ariadnes è Labyrintho Theſeus eſt egreſſus, navem conſcendit. *Nullis iterata priorum.*] Ad quam nemo eorum, qui prius miſſi fuerant ab Athenienſibus in Cretam unquam redire potuit. R. *Nullis iterata priorum Janua.*] Spirenſis liber inter vetuſtiores *nulli ſuperata.* Neapol. & ſec. Medic. *nullis ſuperata.* Spirenſem lectionem veriorem puto, *gravido ſuperant vix ubere limen* apud Virgilium. *Heinſ.*

173. *Janua difficilis filo eſt inventa relicto.*] *Relecto* Palatinus unus, & pro diversâ lectione Arondelianus. optime. ſic apud Horatium Od. XXXIV. libri primi puto ſcribendum,

——— *nunc retrorſum*
Vela dare, atque iterare curſus
Cogor relectos.

ſic ſua *veſtigia relegere, relegere campum* dixit Val. Flaccus lib. VIII. & *relegere viam* lib. IV. Adi Notas Faſtor. lib. III. v. 462.

Protinus Ægides, raptâ Minoïde, Dian
Vela dedit: comitemque ſuam crudelis in illo
Littore deſeruit. deſertæ, & multa querenti;
Amplexus & opem Liber tulit. utque perenni
Sidere clara foret, ſumtam de fronte coronam
Immiſit cœlo. tenues volat illa per auras:
Dumque volat; gemmæ ſubitos vertuntur in ignes:
Conſiſtuntque loco, ſpecie remanente Coronæ:
Qui medius nixique genu eſt, anguemque tenentis.
Dædalus interea Creten longumque peroſus

Exſi-

v. 462. mox *Diæn* pro *Diam* ſec. Pal. & duo alii. rotidem *Chian.* Idem.

174. *Minoïde.*] Ariadne, à qua gladium acceperat, & filum exitus ſui ducem. *Diam.*] Inſul. maris Cretici, in qua Ariadne à Theſeo relicta eſt. Sunt qui in Naxo inſula relictam ferant. Deſertam ibi offendens Bacchus ab Indis reverſus in uxorem duxit. Faſt. 3. lib. epiſtol. Phædræ. Cantullus in nuptiis. *Farn.*

175. *In illo Littore deſtituit.*] *In ſolo* vel *alto* unus Leidenſis, ut apud Statium Hercule Surrentino,

Forte diem Trivia dum littore ducimus udo.

Horat. lib. 1. Od. XXXIII.

Sive jactatam religavit udo
Littore navim.

pro *deſtituit* quinque veteres *deſernit*, cui eleganter reſpondet Tò *deſerta*. Multus eſt in hiſce repetitionibus Noſter. *Heinſ.*

178. *Sumptam de fronte coronam.*] Illa corona dicitur à Vulcano facta ex auro & indicis gemmis, per quas Theſeus exiſtimatur de tenebris Labyrinthi ad lucem veniſſe, quod aurum & gemmæ in obſcuro fulgorem luminis efficiebant. Hanc autem coronam (ut ait Hyginus) quo tempore Bacchus ad Minoa venit, Ariadnæ muneri dedit: qua delectata ſtupri conditionem non recuſavit. *R. Sumptam.*] *Sintque tua tecum faciam monumenta Corona, Vulcanus Veneri quam dedit, illa tibi. Dicta facit; gemmæſque novem transformat in ignes: Aurea per ſtellas nunc micat illa novem.* Faſtor. 3. & Catul. in nuptiis & in Corona Berenices. *Farn.*

180. *In nitides.*] In ſtellas ſplendentes. *Nitidos vertuntur in ignes.*] *Subitos* prim. & ſec. Palat. aliique complures, recte. Lovan. & unus Medic. *rutilos.* Heinſ.

182. *Qui medius, &c.*] Coronæ ſydus medium eſſe ait, & ejus qui ἐν γόνασι à Græcis vocatur, hoc eſt, in genibus, & ejus, qui vocatur Ophiuchos, id eſt, anguem tenens. Videatur Hyginus. *Anguem tenentis.*] Ophiuchi eſt interpretatio, qui anguitenens à noſtris vocatur, tenens manibus anguem medium corpus ejus implicantem. *R. Qui medius.*] Inter engonaſin & Ophiuchum. *F.*

FAB. III. *Arg.* Dædalus interea.] *Dædalus Athenienſis Eupalami filius cum Talum ſororis filium optima indolis juvenem per invidiam, quod & ferram, & circinum inveniſſit, interemiſſe diceretur, judicii eventum timens, in Cretam aufugit: ejus vero opera & Paſiphaë in lignea vacca incluſa cum tauro coivit, & Ariadnæ Theſeum ſervavit. Quæ cum Minos reſciviſſet, illum in Labyrinthum una cum Icaro filio conjecit. Dædalus vero ingenio pollens, pennas ad ſe varii generis aſſerri curavit, ex quibus & ſibi & filio alas confecit, itaque aptavit, ut avium more à Creta evolarent. Ac Dædalus quidem quo voluit, incolumis pervenit, Icarus vero patria*

Digitized by Google

Exsilium, tactusque soli natalis amore;
Clausus erat pelago. Terras licet, inquit, & undas
Obstruat: at cœlum certè patet. ibimus illac.
Omnia possideat; non possidet aëra Minos.
Dixit: & ignotas animum dimittit in artes:
Naturamque novat. nam ponit in ordine pennas,
A minimâ cœptas, longam breviore sequenti:
Ut clivo crevisse putes. sic rustica quondam
Fistula disparibus paulatim surgit avenis.
Tum lino medias, & ceris alligat imas.
Atque ita compositas parvo curvamine flectit;
Ut veras imitentur aves. puer Icarus unâ
Stabat: &, ignarus sua se tractare pericla,

Ore

tris mandatorum neglector. cum alius quam pater evolare gauderet, resolutis calore pennis, in mare cecidit, quod ab eo Icarium, ex sententia Ovidii fuit cognominatum. Lact.

184. *Tactusque loci natalis amore.*] *Soli natalis* in uno Leidensi. rectius. ut in Tristibus,

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit.

Statius Sylvar. lib. III. ad Uxorem,

—— *nam nec mihi barbara Thrace,*
Nec Libye natale solum.

Theb. VIII.

—— *omne homini natale solum.*

Seneca Thyeste,

Tectum soli natalis, & patrios deos.

& Medea,

—— *nisi quas tulerat*
Natale solum, non norat opes.

atque ita passim optimi scriptores. *Heins.*

185. *Clausus.*] Creta insul. cincta mari. Carceris item custodia clausus perhibetur, tum quia Pasiphaës amores promoverat, tum quod Ariadnæ & Theseo labyrinthi vestigia & exitus retexerat. Ὡς τῇ μοιχείᾳ γυναικὸς αὐτῦ συνῳκήσατ' Ἔμελλε πάντας ἀνηλεῖν, δυσμωτηρίῳ κλείσας. Tzetz. I. Chil. 19. *Farn.*

188. *Ignotas animum dimittit in artes.*] Alii *demittit. convertit* Argentinensis unus. quatuor *divertit.* puto *animo deverti.* nam *animos dimittit* in primo Vaticano. Ad Notas Amor. lib. II. Eleg. VI. v. 9. Metam. lib. IX.

Inferior virtute meas devertor ad artes.

præterea *ignaras artes* unus Moreti. de quo alibi. *Heins.*

189. *Naturamque.*] Novitatem in natura excogitat. negatum scil. per aëra iter, pennis non homini datis. *Farn.*

191. *Ut clivo crevisse putes.*] Per clivum ascenditur, sic in aliis illis factitiis erat quidam pennarum ascensus & gradus quidam, breviores sequentibus longioribus. Quod manifeste etiam appareret in fistula disparibus septem compacta cicutis. *Pont.*

192. *Fistula.*] Vide quæ ad 2. eclog. Virgilii: *Et mihi disparibus, &c.* & Tibul. 2. l. 5. el. quin & formam pastoritiæ fistulæ, dabit Panos Syrinx. *Farn.*

193. *Tum lino medias.*] Deinde, inquit, mediam pennarum partem filis, infimam vero ceris alligavit Dædalus.

195. *Ut veras imitentur aves.*] *Imitentur*, pennæ videlicet, prim. Moret. Cantabr. quart. Medic. & sex alii. *Heins.*

198. *Capta-*

Ore renidenti, modo quas vaga moverat aura,
Captabat plumas: flavam modo pollice ceram
Mollibat; luſuque ſuo mirabile patris
Impediebat opus. poſtquam manus ultima cœptis
Impoſita eſt; geminas opifex libravit in alas
Ipſe ſuum corpus: motâque pependit in aurâ.
Inſtruit & natum: Medioque ut limite curras,
Icare, ait, moneo. ne, ſi demiſſior ibis,
Unda gravet pennas; ſi celſior, ignis adurat.
Inter utrumque vola. nec te ſpectare Boöten,
Aut Helicen jubeo, ſtrictumque Orionis enſem.
Me duce carpe viam. pariter præcepta volandi
Tradit; & ignotas humeris accommodat alas.
Inter opus monituſque genæ maduêre ſeniles:
Et patriæ tremuêre manus. dedit oſcula nato

Non

198. *Captabat plumas.*] *Optabat* unus Leidenſis. Forte ſcribendum *Adſtabat.* ſic lib. v.

Crinales vittas aſſtabat anhelitus oris.

Idem.

200. *Manus ultima cœpti.*] Meliores *cœptis.* Idem.

201. *Libravit in alas.*] Experientiam cepit artificii ſui. Alligatis namque ſibi alis illis factitiis, ſe agitatu illarum in aërem ſuſtulit, iiſque expanſis aliquandiu pependit. *Pont*

204. *Ne.*] Præcepta hæc, inquit Natalis Comes, ſi quis diligentius conſideret, parum ſane ad navigationem pertinent, ad inſtitutionem vitæ plurimum, lib 7. cap. 16. lubricus quippe eſt ſumm fortunæ locus, unde altior *caſus & impulſa præceps immane ruina.* locus infimus contemptui exponitur: medius tutus. *Ergo, qui neque ſerpit humi, neque ſidera vertice tangit, Arbitrio ſapiet Dædalus ille meo* Videatur Cl. Baconi Scylla & Icarus in Sapientia vet. *Farn.*

206. *Nec te ſpectare Boöten jubeo.*] *Non* plurimi ex veteſtionibus. Forte *non te jubeam.* Heinſ. *Nec.*] Neque ad ſiniſtram declina, neque ad dextram. uti Phaëthonta ſuum monuit pater lib. 2. v. 137. quod & ibi etiam per ſidera Borealia & Auſtralia deſignabat. *Farn.*

207. *Aut Helicen, &c.*] Helice major eſt urſa, ſic dicta ab Helice urbe Arcadiæ, in qua Caliſto nata eſſe fertur. Vel etiam à gyro, ſeu circulo, quam majorem deſcribit, quam urſa minor. Nam Græcis ἑλίσσω idem quod circumago, ac roto ſignificat. *Strictumque Orionis enſem.*] Orion ἀπὸ τῆς οὔρης, hoc eſt, ab urina fuit cognominatus, quod ex Jovis & Mercurii urina fingatur natus, ut in quinto Faſtorum copioſe narrat Ovidius. Is venator tantis vitibus fuit, ut nulli feræ ſe ceſſurum jactaret. Vide Hyginum. R.

209. *Ignotas alas*] Inſuetas, haud quaquam ante id tempus ab ullo mortalium uſurpatas. *Pont.*

211. *Et patria tremuere manus.*] *Cecidere* alter Hamburgenſis ut de Dædalo quoque poëtarum Princeps,

Bis conatus erat caſus effingere in auro:
Bis patria cecidere manus.

Ep. Hypermn. *Ter male ſublato recidit enſe manus.* Heinſ.

213. *Ante*

Non iterum repetenda ſuo: penniſque levatus
ante volat; comitique timet. velut ales, ab alto
Quæ teneram prolem produxit in aëra nido.
Hortaturque ſequi; damnoſaſque erudit artes:
Et movet ipſe ſuas, & nati reſpicit alas.
Hos aliquis, tremulâ cum captat arundine piſces,
Aut paſtor baculo, ſtivave innixus arator,
Vidit; & obſtupuit: quique æthera carpere poſſent,
Credidit eſſe Deos. & jam Junonia læva
Parte Samos fuerant, Deloſque, Paroſque relictæ:
Dextra Lebynthos erant, fœcundaque melle Calymne.
Cum puer audaci cœpit gaudere volatu;
Deſeruitque ducem: cœlique cupidine tactus
Altius egit iter. rapidi vicinia Solis
Mollit odoratas pennarum vincula ceras.
Tabuerant ceræ: nudos quatit ille lacertos:
Remigioque carens non ullas percipit auras.

Ora-

213. *Ante volet.*] Fabulam hanc, ipſis pene verbis, verſibus non paucis iiſdem habes 2. de Arte, ſi conferre libeat. videantur Virgil. 6. Æneid. Senec. Oedip. v. 891. & Herc. Oet. 683. Sil. Ital. 12. lib. 88. v. *Farn.*

220. *Junonia Samos.*] Junoni dicata; nam ibi Juno & nata & educata, & Jovi uxor tradita dicitur. Eſt autem inſula Cariæ adjacens.

221. *Parte Samos fuerat.*] *Fuerant* rectius ſeptem ſcripti. mox duo *erant*. & pro *Calymna* veteres plerique *Calymne*. niſi quod *Calydne* in uno meo. de qua Art. 11. initio. *Heinſius.*

222. *Dextra Lebynthos erat.*] Lebynthos inſula eſt una ex Cycladibus. Strabo inter Sporadas recenſet, ut & ſequentem. *Calydne.*] Calydne quoque inſula eſt Cycladum una, mellis ferax.

224. *Cupidine captus.*] *Tractus* Florentinus S. Marci, Spirenſis, & quatuor alii. quidam *captus*. Heinſ.

228. *Remigioque.*] Appoſite. ut etiam Virgil. 6. Æneid. *Remigium alarum*, in eadem re. tralatione reciproca à navibus ad volatum, & contra πλοίων ἐρετμοῖσι ἱρεσσόμενοι. Æſchylus in Agamemn. de accipitribus. Et hæc ſane fuga erat navalis. Dædalus, ut habet Pauſanias in Bœoticis, è Creta fugiens, ubi non magna ſibi & filio ædificaſſet navigia, primuſque omnium velificationem inveniſſet, quo Minoïs claſſem, quæ remis tantum impellebatur, anteveteret, ipſe quidem incolumis appulit: Icari vero navem imperitia gubernatoris everſam tradunt. ego eum, novo genere veli dolone invento, prævertiſſe regis claſſem arbitror. Tzetzes. Πτῶσιν δὲ τοῦτον γενέσθαι τὰ λεῖψα τῶν ἱλικάδων. Lucianus de Aſtrologia interpretatur. Ἰκάριον δὲ νήσοντι καὶ ἀταυθαλίᾳ χρώμενον, εἰς πέλαγος ἀνῳθεῖς τῷ πῷ, ἐξίστασθαι τῆς ἀληθείας, καὶ εἰς πέλαγος πατωμένῳ ἀξύστατον πρᾶγμάτων, repræſentatum Icari volatum exhibuit Nero. Sueton. 12. cap. *Farn.*

230. Quo

Oraque cæruleâ patrium clamantia nomen
Excipiuntur aquâ : quæ nomen traxit ab illo.
At pater infelix, nec jam pater, Icare, dixit,
Icare, dixit, ubi es? qua te regione requiram?
Icare, dicebat : pennas aſpexit in undis
Devovitque ſuas artes; corpuſque ſepulcro
Condidit, & tellus à nomine dicta ſepulti.
Hunc miſeri tumulo ponentem corpora nati
Garrula ramoſâ proſpexit ab ilice perdix :
Et plauſit pennis : teſtataque gaudia cantu eſt;
Unica tunc volucris; nec viſa prioribus annis,
Factaque nuper avis, longum tibi, Dædale, crimen.
Namque huic tradiderat, fatorum ignara, docendam
Progeniem germana ſuam, natalibus actis
Bis puerum ſenis, animi ad præcepta rapacis,
Ille etiam medio ſpinas in piſce notatas

Traxit

230. *Quæ nomen traxit ab illo.*] Nam mare Icarium ab Icaro fuit appellatum, ut ſenſit Ovidius : *Icarus Icariis nomina fecit aquis.*

237. *Perdix.*] Quem hic Talum ſubinde vocat Regius, alii Calum vocant, nonnulli etiam Perdicem. Ac Perdicis nomen ipſe etiam Ovidius comprobare videtur, quando infrà ait :

Nomen, quod & ante, remanſit.

Vide Rhodigin. lib. 29. cap. 26.

242. *Progeniem.*] Sororis ſuæ Perdicis filium (aliis Talum, aliis Attalum vel Acalum, Pauſanias Calum vocat tumulumque ejus oſtendit, Noſter infra Perdicem nominat, *Nomen avi quod & ante, remanſit*) artis ſuæ ſibi diſcipulum de tecto per invidiam dejecit, quia ſerram & circinum invenerat. Judicii ſeveritatem Athenis metuens ad Minoën Cretæ regem confugit: inde jam ad Cocalum in Siciliam. *Farn.*

243. *Bis ſenis natalibus actis.*] Exactis. Natus enim erat annos duodecim Talus; cum Dædalo fuit commendatus. *Animi ad præcepta capacis.*] Præceptorum capacis: docile enim nactus erat ingenium. *Animi ad præcepta capacis.*] *Rapacis* eleganter Florent. S. Marci, Neap. Urbin. Bernegger. pri. Pal. ſec. Medic. pri. Baſil. prior Erfurt. prior Hamburgenſis, Arondel. Spir. & tres alii ex melioribus. *rapacis* pro rapidi. nam *ingenii velocis* poſtea eſt dicturus. ſic *celeriter arripere quæ tradantur* auctor vitæ Pomponii Attici, & auctor vitæ Catonis. In Lælio Ciceronis : *Nihil appetentius ſimilium ſui, nihil rapacius quam natura.* Prudentius Cathemerin. hymno VII.

Satis beatus, quiſque dextram porrigit
Laudi rapacem, prodigam pecuniæ,

Lucanus lib. I.

——— *inde ruendi*
In ferrum mens prona viris, animæque rapaces
Mortis.

ita legendum ex optimis membranis. *Heinſius.*

244. *Ille etiam medio ſpinas.*] Talum ſerræ fuiſſe ait inventorem ad exemplum illius ſpinæ quæ eſt in medio piſcium.

Traxit in exemplum: ferroque incidit acuto
Perpetuos dentes; & ſerræ repperit uſum.
Primus & ex uno duo ferrea brachia nodo
Vinxit; ut, æquali ſpatio diſtantibus illis,
Altera pars ſtaret; pars altera duceret orbem.
Dædalus invidit; ſacraque ex arce Minervæ
Præcipitem mittit, lapſum mentitus. at illum,
Quæ favet ingeniis, excepit Pallas: avemque
Reddidit. & medio velavit in aëre pennis.
Sed vigor ingenii quondam velocis in alas,
Inque pedes abiit. nomen, quod & ante, remanſit.
Non tamen hæc altè volucris ſua corpora tollit,
Nec facit in ramis altoque cacumine nidos;
Propter humum volitat: ponitque in ſepibus ova:
Antiquique memor metuit ſublimia caſûs.
Jamque fatigatum tellus Ætnæa tenebat

Dæ-

247. *Et ex uno duo.*] Illum circini quoque inventorem fuiſſe ait poëta. *Ex uno duo ferrea brachia nodo Junxit.*] *Vinxit* meliores magna ex parte. pro *diſtantibus illis* unus Gronov. *alis.* ut alæ ſint eædem quæ brachia. *Heinſ.*

251. *Præcipitem miſit.*] *Mittit* prim. Baſil. mox pro *Quæ favet ingeniis*, Arondelianus *Quæ facit.* ſic Triſt. lib. III. Eleg. XIV.

Cultor & auctiſtes doctorum ſancte virorum,
Qui facis ingenio ſemper, amice, meo.

pro *faves.* Art. Amat. lib. III.

Dum facit ingenio, petite hunc præcepta, puellæ.

ita puto ſcribendum, ut ad Venerem referatur. Vulgati ne illud quidem *ingenium*, omnino male. ut Triſt. lib. III. Eleg. XI.

Nec cœlum, nec aqua faciunt, nec terra, nec aura.

vide quæ notamus ad Epiſt. II. vſ. 39. *Idem.*

254. *Sed vigor ingenii.*] Sed vis, inquit, & acrimonia ingenii Tali pueri in alas & pedes avis tranſivit. Perdices enim acerrimi ſunt & volatus & curſus. R. *Viger.*] De aſtu perdicis, Ariſtoteles, Plinius, Plutarchus, Ælianus, Athenæus, alii. Aldrovandus in Ornithologia. *Farn.*

255. *Nomen quod & ante remanſit.*] Nam Talus Perdix quoque fuit cognominatus.

FAB. IV. *Arg.* Jamque fatigatum, &c.] *Oeneus Parthaonis filius, quia in ſacrificio cogenderum fructuum conſulto præterierat Dianam, aper ab ea miſſus eſt, qui Calydonia agros vaſtaret. Perſeverante autem Oeneo in deſpectu Deæ, Meleager juſſu parentis convocatis principibus Græciæ aprum venari aggreſſus eſt, cum quibus Atalanta Schœnei filia ex Arcadia digreſſa, quæ primo aprum vulneravit, cujus virtutem & ſpeciem miratus Meleager, interempto apro exuvias ei conceſſit, quas Plexippus, Toxeus & Agenor Thoſtii filii virgine creptas cum interitu reperderunt. At Althæa mater Meleagri, ut fratrum cædem accepit, ſiſtitem fatalem condituro à Parcis, in quo vita Meleagri continebatur, flamma poſuit. Quo conſumpto Meleager extinctus*

Dædalon: & ſumtis pro ſupplice Cocalus armis
Mitis habebatur. jam lamentabile Athenæ
Pendere deſierant Theſeâ laude tributum.
Templa coronantur: bellatricemque Minervam
Cum Jove Diſque vocant aliis: quos ſanguine voto,
Muneribuſque datis, & acerris thuris adorant.
Sparſerat Argolicas nomen vaga Fama per urbes
Theſeos: & populi, quos dives Achaïa cepit,
Hujus opem magnis imploravêre periclis:
Hujus opem Calydon, quamvis Meleagron haberet,
Sollicitâ ſupplex petiit prece. cauſſa petendi
Sus erat, infeſtæ famulus vindexque Dianæ.
Oenea namque ferunt, pleni ſucceſſibus anni,
Primitias frugem Cereri, ſua vina Lyæo,
Palladios flavæ latices libaſſe minervæ.
Cœptus ab agricolis Superos pervênit ad omnes

Invi-

ipſæ, unde ſorores ejus flendo in aves ſunt converſæ, quæ à fratre Meleagrides *cognominantur.* Lact.

260. *Fatigatum.*] Fugientem ex Creta in Siciliam inſequutus eſt Minos, profugum repoſcens: ſupplicem hoſpitem tuebatur Cocalus rex, qui & Minoa benigne excepit. filiæ tamen Cocali Minoëm in balneo ſuffocaſſe dicuntur. Virgil. 6. Æn. Dædalum Cumas Italas appuliſſe primum canit. Vide Fr. Baconi Dædalum. *Tellus Ætnæa.*] *Hennæa* unus Mediceus. quo & alii alludunt, in quibus *Ethenia*, *Ethenæa*, *Ehnæa*. uterque Hamburg. *Hetnæa*. Heinſ.

262. *Lamentab.*] Verſ. 170. ſupra. F.

263. *Theſea laude.*] Theſei virtute. Theſei autem virtute Minotaurus fuit interfectus. Hæc vero ad connectendas fabulas narrantur. *Pendere tributum.*] Perſolvere tributum ob cædem Androgei Athenienſibus à Minoë impoſitum.

265. *Voto ſanguine.*] Victimarum quas voverant ſi Theſeus victor ex Creta reverteretur. R.

266. *Acerris thuris honorant.*] *Adorant* præſtantiores. *Heinſ.*

268. *Dives Achaia.*] Potens Græcia.

269. *Imploravere.*] Cum lacrymis petiere hujus opem. Calydon urbs eſt Ætoliæ, à Calydone Endymionis vel Ætoli filio appellata, unde Calydonius declinatur.

272. *Famulus.*] Quo Diana in ulciſcenda injuria ſua tanquam famulo & carnifice uſa eſt. Vide Natal. lib. 7. c. 9.

273. *Plenis ſucceſſibus anni.*] *Plenis* præſtantiores, pro. *Heinſ. Plenis ſucceſſibus anni.*] Ob plenam & perfectam illius anni fertilitatem.

274. *Primitias frugum Cereri.*] *Frugem* rectius unus Mediceus & unus Voſſianus. Sequentia confirmant, *vina Lyæo*. frugem & vina primitias. Faſt. 11.

Primitias Cereri ſarta reſecta dabant.

Heinſ. *Primitias frugum.*] Prima namque frumenta matura Cereri dicabantur, ut vina Baccho, oleum Minervæ.

275. *Palladios latices.*] Oleum dicit à Pallade inventum. *Palladis latices.*] Sic Virgil. *Laticemque Lyæum*: pro vino.

Invidioſus honos: ſolas ſine thure relictas
Præteritæ ceſſaſſe ferunt Latoïdos aras.
Tangit & ira Deos. At non impune feremus;
Quæque inhonoratæ, non & dicemur inultæ;
Inquit: & Onêos ultorem ſpreta per agros
Miſit aprum: quanto majores herbida tauros
Non habet Epiros: ſed habent Sicula arva minores.
Sanguine & igne micant oculi, riget horrida cervix:
[Et ſetæ denſis ſimiles haſtilibus horrent:]
Stantque velut vallum, velut alta haſtilia ſetæ.
Fervida cum rauco latos ſtridore per armos
Spuma fluit: dentes æquantur dentibus Indis.
Fulmen ab ore venit: frondes afflatibus ardent.

Is

277. *Ambitioſus honor.*] *Invidioſus* Neap. & ſecundus Medic. ut lib. VI. Faſt.

Hic honor in nobis invidioſus erit.

honos etiam nonnulli. *Heinſ.*

278. *Præteritas.*] *Præterita* concinnius Thuaneus, prior Erfurtanus, & ſex alii. *Idem. Latoïdos.*] Dianæ filiæ Latonæ. *R.*

281. *Onêos per agros.*] Scripti nonnulli *Aonios*, *Æmonios*, *Eonios*, *Ætnæos*. Forte, *Oleniospor agros*. & ſic prior Erfurtanus pro diverſâ lectione. Ὠνεῶ πόλις Αἰτωλίας. Auſonius Epiſtola V. ad Theonem,

Qualis in Oleniæ victor Calydonius apro.

hinc & *Oleniius Tydeus* Statio: & Valerio Flacco lib. III. *ſubit ilia cuſpis Olenii*. ita enim veriſſime codex Carrionis, quod ille non intellexit. eſt nempe de Tydeo ſermo. perperam *Ochenii* nunc legitur. *Olenia arva* Senecæ in OEdipo. Olenos enim, Calydon, & Pleuron tres civitates Ætoliæ inter celeberrimas. *Heinſ. Onesi.*] Ἐκ τῶν Οἰνέως λόφων. Tzetzes 7. Chil. 102. *Farn.*

283. *Herbida Epirus.*] Herboſa. Epirus frequenter pro ea ponitur regione, quæ & Chaonia appellatur. *R. Epirus.*] *Epiros* in caſtigationibus. ut & apud Virgilium initio Georgicon. *Eliadum palmas Epiros equarum.* quomodo & Servius illic agnoſcebat. *Heinſ.*

284. *Sanguine.*] Χαῖται αἰχμῆς πυρπολῶντα, δηϊτὴν ὀδόντα βρύχοντα, γλήναις φρικτὸν ἵστα σίλας. Anthol. 4. lib. 7. cap. de apri hujus agalmate.

285. *Et ſeta rigidis.*] *Denſi* nonnulli. Cæterum verſum hunc delendum eſſe contendo, cum codices non pauci proxime ſequentem perperam omittant. ubi pro *vallum* Gronovius noſter *vallus* malit reponi. In Epiſt. Phædræ,

—— *radiis frontem vallatus acutis.*

Heinſ.

288. *Dentibus.*] Elephantinis. Calidonii apri dentes aſportavit Cæſar Auguſtus devicto Antonio. Pauſan. Arcad. e quibus unus in templo Liberi patris ſuſpenſus in hortis Cæſaris erat unius pedis & quadrantis. Natal. Comes l. 7. cap. 4. Τύτε δ' εἰς ἴσας ὁδὸς πίχεις εἶχε πλέον. Tzetzes.

289. *Fulmen.*] Ab impete, credo, ardenti & calido otis afflatu. namque *frondes afflatibus ardent.* & lib. 10. verſ. 556. *Fulmen habent acres in adunci dentibus apri.* & Faſtor 2. *Fulmineo celeres diſpar ore canes.* & Martialis 11. lib. 76. epigram. *Fulmineo ſpumantis apri ſum dente petita.* Oppian. 3. Cyneg. vide quæ ad

Is modo creſcentes ſegetes proculcat in herbâ;
Nec matura metit fleturi vota coloni:
Et Cererem in ſpicis intercipit. area fruſtra,
Et fruſtra exſpectant promiſſas horrea meſſes.
Sternuntur gravidi longo cum palmite fœtus,
Baccaque cum ramis ſemper frondentis olivæ.
Sævit & in pecudes. non has paſtorve caneſve,
Non armenta truces poſſunt defendere tauri.
Diffugiunt populi: nec ſe, niſi mœnibus urbis,
Eſſe putant tutos: donec Meleagros, & unà
Lecta manus juvenum coïere cupidine laudis.
Tyndaridæ gemini, ſpectatus cæſtibus alter,

Alter

ad vſ. 305. lib. 1. *Farn. Frondes affatibus ardent.*] Malim *arent.* ut apud Virgil. lib. IV. Georg. & III. Æneid. *arebant herbæ.* ſic & apud Noſtrum lib. VII. v. 106. *herbæ arent* puto legendum. l. III. de ſerpente Cadmi,

——*quibus halitus exit.*

Ore niger Styxio vitiatas inficit herbas.

quæ vera ibi ſcriptura, non *auras.* Heinſius.

290. *Is modo creſcentes ſegetes.*] *Creſcenti herba* concinnius reponas. vel *creſcentes ſegetem proculcat in herbas.* nam *herbas* eſt in nonnullis. *Idem.*

291. *Nunc matura.*] Si matura, leve damnum erat. In quinque antiquis *Non.* Arondel. & unus Voſſian. *Nec.* probe. Nondum matura. *Idem.*

299. *Meleager.*] *Meleagros* ex meliꝰribus. quomodo etiam infra v. 385. & v. 515. *Idem.*

300. *Lecta manus.*] Electa juvenum multitudo, vide Hygin. Fab. 173. Apollod. lib. 1. *Calnere cupidine laudis.*] *Coïere* Florent. S. Marci, Cantabrig. Oxon. Bernegger. prim. Moreti, Arond. aliique quamplurimi. recte. hoc eſt conveniſſe. Epiſtola Didus, quæ illic vera ſcriptura,

Mille procis placui, qui me coïere quærentes,

Neſcio quem thalamis præpoſuiſſe ſuis.

ubi vide quæ notamus. *Heinſ.*

301. *Tyndaridæ.*] Κάστωρ ἱππόδαμος, καὶ πὺξ ἀγαθὸς πολυδεύκης. Il. 3. *Caſtibus.*] Lib. 5. verſ. 107. *Farn. Tyndaridæ gemini.*] Caſtor & Pollux gemelli Tyndari filii, ac Ledæ putati, cum eſſent Jovis, quorum alter pugil fuit præclarus, Caſtor autem domitor equorum. *Caſtibus.*] Armis quibus pugiles utuntur. Fuerunt autem Cæſtus, lora quædam cruda inſutis plumbeis glandibus rigentia, quæ manibus inducentes pugiles, inter ſe dimicabant. *Præſtantes caſtibus alter.*] Neapol. Urbin. ſec. Medic. & alii duo *ſpectandus.* at Cantabrig. Thuan. Bernegg. Erfurt. prior Hamburg. Oxon. & ſex alii *ſpectatus.* bene. ſic *harpen ſpectatam cade Meduſæ* dixit libro v. *ſpectantes* Florent. S. Marci, & unus Gronovii. mendoſe. *Heinſ. Caſtibus.*]

——*Acer Eryx in prælia ſuetus*——*Ferre manum, duroque intendere brachia tergo. Obſtupuere animi, tantorum ingentia ſeptem Terga boum plumbo inſuſo ferroque rigebant.* Quod ex Homer. Il. ψ tranſlatum. Theocr. Idyll. 22. χεῖρας ἐπιζώσαντα μίτοις βοείοις ἱμάσιν. v. 3. & alibi. Videatur Plutarch. Sympoſ. 2. quæſt. 4. Livius, decad. 4. lib. 9.

Alter equo; primæque ratis molitor Iäſon,
Et cum Pirithoo felix concordia Theſeus,
Et duo Theſtiadæ, proleſque Aphareïa Lynceus,
Et velox Idas; & jam non fœmina Cæneus,
Leucippuſque ferox, jaculoque inſignis Acaſtus,
Hippothoöſque, Dryaſque, & cretus Amyntore Phœnix,
Actoridæque pares, & miſſus ab Elide Phyleus.
Nec Telamon aberat, magnique creator Achillis:
Cum-

302. *Primaque ratis molitor Iäſon.*] Argo navem, cujus extruendæ auctor fuit Jaſon. *Molitor.*] Fabricator. *R. Primæque.*] Lib. 6. v. ult.

303. *Cum Pirithoo.*] Feliciter concordes Theſeus & Pirithous. *Fatnab. Et cum Pirithoo.*] *Nec Lethæa valet Theſeus abrumpere charo vincula Pirithoo.*

304. *Et proles Aphareïa Lynceus.*] *Proleſque* cum melioribus. *Heinſ. Et proles Ephyreïa Lynceus.*] Ephyrea quidem legitur, ut ab Ephyre urbe, quæ nunc Corinthus dicitur, declinetur; ſed mihi recte *Aphareia*, ab eo, qui hoc opus e Latina in Græcam linguam vertit, legi videtur, ut intelligamus Lynceum acutiſſimi viſus hominem, Apharei filium fuiſſe. *R. Theſtiadæ.*] Toxeus & Plexippus Theſtii filii, avunculi Meleagri. F.

305. *Et velox Idas.*] Frater Lyncei, ut ſupra. *Et jam non fœmina Caneus.*] Hic Elati filius, & initio fœmina fuit: Poſtea autem à Neptuno oblato ei vitio, pro virginitate donum hoc recepit, ut è fœmina in marem converteretur, & à telis vulneribuſque inviolabilis foret. Hujus filius Coronus fuit qui cum Argonautis in Colchos profectus eſt. *R. Jam non.*] Lib. 12. verſ. 202.

306. *Leucippuſque ferox.*] Leucippum hunc Apharei fratem accipio, Perierei filium, natu minorem, quandoquidem proximo loco Lyncei mentionem fecit. Fuit autem hic Leucippus pater Elairæ & Phœbes, quas Caſtor & Pollux abducere conati, à fratribus Ida & Lynceo prohibiti fuere, altero illorum etiam occiſo. *Jaculoque inſignis Acaſtus.*] Peliæ filius hic fuit, de quo ſupra in fab. Medeæ & Jaſonis.

307. *Hippothoöſque.*] *Hippothoëſque* ex Sixiano, & altero Hamburgenſi *Heinſ. Phœnix.*] Achillis poſtea pædagogus. *Fatn. Hippothoëſque, Dryaſque.*] Utriuſque meminit Hyginus cap. 179. *Et cretus Amyntore Phœnix.*] Phœnix Amyntoris filius, qui impellente matre, poſteaquam cum pellice illius rem habuiſſet, imprecationes patris effugiens, ad Peleum pervenit, à quo (ut narrat Homerus) hoſpitio benigniſſimè ſuſceptus, Achillis educandi inſtituendique curam ſuſcepit.

308. *Actoridæque pares.*] Ineptalectio. Reponendum *pares* ex caſtigationibus membranis. Par fratrum Actoridum deſignat, Eurytum nempe & Cteatum, qui ab Hercule poſtea occiſi, ut de Actore Elienſi ſit ſermo. Nam Actoris Phthii filios præter Menœtium & Eurytionem nullos invenio. Eurytionis autem paulo poſt fiet mentio. pro terea *Phyleus* legendum non *Phileus*. Φυλεὺς Græcis, Augiæ filius, de quo cum alii, tum Theocritus multa Idyll. XXVI. *Heinſ. Et miſſus ab Elide Phyleus.*] Augiæ filius. *R. Actoridæque.*] Cteatus & Eurytus. Parrhaſii epiſt. 41. Al. *Actoridaque parens.*

309. *Creator.*] Peleus. *Fatn. Nec Telamon aberat magnique creator Achillis.*] Telamonem & Peleum fratres intelligit, quorum alter Ajacis, alter Achillis pater fuit, ambo autem filii Æaci.

310. *Cum-*

Cumque Pheretiade & Hyantêo Iölao
Impiger Eurytion, & curſu invictus Echion,
Naryciuſque Lelex, Panopeuſque, Hyleuſque, feroxque
Hippaſus, & primis etiamnum Neſtor in armis.
Et quos Hippocoon antiquis miſit Amyclis;

Pe-

310. *Cumque Pheretiade.*] Admetum intellige, Phereris filium, cujus uxor Alceſtis fuit. *Et Hyanteo Iolao.*] Bœotio. Hyantes enim populi ſunt Bœotiæ. Fuit autem hic Iolaus Iphicli filius, Amphitryonis nepos, qui Herculi in interficienda hydra operam navavit.

311. *Impiger Eurytion.*] Iri filius, qui fuit Actoris. *Curſuque invictus Echion.*] De Mercurii filio Echione etiam Hyginus meminit inter venatores Calydonii apri, quamquam illic corrupte ſcriptum eſt Hecion, pro Echion. *Curſuque invictus.*] *Et curſu* cum præſtantioribus. *Heinſ.*

312. *Neriniſque Lelex,*] *Nericiniſque* vel *Neriniſque* ſcripti. Lege *Naryciniſque.* Naryx enim Locrorum urbs, qui Leleges aliquando appellati. *Idem. Panopeus.*] Hic Phoci filius fuiſſe viderur, pater Ephei, qui equum Durateum fabricatus poſtea fuit. *Hyleus.*] Hunc, conjectura quoque adductus, puto eſſe, qui Melamonem Atalantæ amatorem in venatione occidit, æmulatione & invidia motus, eo quod & ipſe amore ejuſdem puellæ teneretur. *Et Naryciniſque.*] Locrenſis. Narix enim urbs eſt Locridis.

313. *Primis etiam nunc Neſtor in armis.*] *Etiamnum* Florentinus S. Marci, & ſec. Mediceus. ut ſæpe alibi. deinde *primus in armis* prim. Vatican. Cantabrig. prim. Baſil. uterque Hamburgenſis, aliique multi. Ipſe Neſtor lib. XII. ut quidem illic duo codices,

Multaque me fugiant primis ſpectata ſub armis.

Tibullus libro I. Eleg. X.

——*alius ſit fortis in armis.*

Propertius libro IV. Eleg. II.

Arma tuli quondam, & memini laudabar in illis.

& eodem libro Eleg. prima,

Nec rudis infeſtis miles radiabat in armis.

Val. Flaccus tamen lib. V.

——*primis Abſyrtus in annis.*

ſed vide quæ notamus Art. lib. I. v. 181. *cadere in armis* apud Gratium,

——*cecidæque ſuis Ancæus in armis.*

quomodo reſcribendum. hactenus *in armis* circumfertur. quod manifeſte falſum. Arcas enim erat Anczus, Lycurgi filius. ut Noſter aliique paſſim teſtantur, & ab apro Calydonio in agris Ætolis occiſus. quomodo ergo *ſuis in armis?* miror hoc fuiſſe doctos interpretes. per arma Gratius Ancæi bipennem intelligit. ſic *horridus in jaculis*, & ſimilia apud poëtas. confirmant hanc reſtitutionem, quæ Gratius ipſe de *armis* in venatione à ſe damnatis prodit. Barthius tamen Ancæum Oenei filium facit, neſcio quo auctore. *Heinſ. Primis.*] Primam jam, ex tribus quas vixit, ætatem agens, & ex his nonnullos ipſe recenſet Iliad. I. *Fœrn, Feroxque Hippaſus.*] Hippaſi etiam Hyginus meminit inter venatores apri, eumque Euryti filium dicit.

314. *Antiquis Amyclis.*] Amyclæ urbs eſt Laconiæ, ab Amycla Lacedæmonis filio ædificata, atque cognominata. Fuerunt etiam Amyclæ in Italia Lacedæmoniorum colonia inter Cajetam & Terracinam, quæ tacendo perierunt. unde Virgil. eas tacitas appellavit. *Tacitis regnavit Amyclis.* R. *Quos Hippocoon.*] Filios ſuos 4. quos Alcimum, Enarephorum, Dorceum, Sebrum Pau-

Penelopesque socer, cum Parrhasio Ancæo,
Ampycidesque sagax, & adhuc à conjuge tutus
Oeclides, nemorisque decus Tegeæa Lycæi.
Rasilis huic summam mordebat fibula vestem;
Crinis erat simplex nodum collectus in unum:
Ex humero pendens resonabat eburnea lævo
Telorum custos: arcum quoque læva tenebat.
Talis erat cultus: facies, quam dicere verè
Virgineam in puero, puerilem in virgine posses.
Hanc pariter vidit, pariter Calydonius heros
Optavit renuente Deo: flammasque latentes
Hausit, & O felix, si quem dignabitur, inquit,
Ista virum! nec plura sinunt tempusque pudorque
Dicere: majus opus magni certaminis urget.
Silva frequens trabibus, quam nulla ceciderat ætas,
Incipit à plano: devexaque prospicit arva.
Quo postquam venêre viri; pars retia tendunt:
Vincula pars adimunt canibus: pars pressa sequuntur
Signa pedum: cupiuntque suum reperire periclum.
Concava vallis erat: qua se demittere rivi

Assuê-

sanias nominat in Laconicis. Alii, Enæsimum, de quo infra 362. v. Alcoas, Amycum & Dexippum, Hygin. fab. 233.

315. *Parrhasio.*] Arcade, infra vers. 391. *Farn. Penelopes socer.*] Laërtes Ulyssis pater.

316. *Et adhuc à conjuge tutus Oeclides.*] Amphiaraus Oeclei filius. *Ampycidesque.*] Mopsus vates, Ampyci filius. *Adhuc.*] Nondum ex Eriphyle uxore proditus Adrasto Argivorum regi Amphiaraus vates, præscius se non redituram à bello Thebano.

317. *Tegeæa Lycæi.*] Atalanta ex Tegea urbe Arcadiæ.

318. *Summam mordebat fibula vestem.*] *Primam vestem.* Urbin. Neapol. sec. Med. quod arrideret, nisi jam præcessisset *primis in armis.* Heinsius.

322. *Talis erat cultus facies.*] *Cultus* Thuan. & complures alii, distingue,

Talis erat cultus: facies, quam dicere vere, &c.
libro IX.

Cultus erat pueri: facies, quam fœ puella,
Sive dares puero, fieret formosus uterque. Idem.

323. *Virgineam.*] Τὸ δὲ κάλλος ἀμφοτέρων ἐν φύσεως ἦν, Philostrat. icon. *Farn.*

324. *Calydonius heros.*] Meleager.

325. *Flammasque latentes hausit.*] Occultum amorem concepit.

326. *Si quem dignabitur ista.*] Virgil. 4. Æneid.
Κεκλῆσθ' Æneam Trojano à sanguine cretum,
Cui se pulcra viro dignetur jungere Dida.

327. *Plura sinit tempusque pudorque.*] *Plura sinunt* quatuor scripti. *tempusque locusque* Arondel. & tres alii. *Heinsius.*

337. *Longe*

Digitized by Google

Assuêrant pluvialis aquæ. tenet ima lacunæ
Lenta salix, ulvæque leves, juncique palustres,
Viminaque, & longâ parvæ sub arundine cannæ.
Hinc aper excitus medios violentus in hostes
Fertur, ut excussis elisi nubibus ignes.
Sternitur incursu nemus: & propulsa fragorem
Silva dat. exclamant juvenes: prætentaque forti
Tela tenent dextrâ, lato vibrantia ferro.
Ille ruit; spargitque canes, ut quisque ruenti
Obstat: & obliquo latrantes dissipat ictu.
Cuspis Echionio primùm contorta lacerto
Vana fuit: truncoque dedit leve vulnus acerno.
Proxima, si nimiis mittentis viribus usa
Non foret, in tergo visa est hæsura petito:
Longius ît: auctor teli Pagasæus Iäson.
Phœbe, ait Ampycides, si te coluique, coloque;

Da

337. *Longa parva sub arundine canna.*] *Longâ parva sub arundine canna* prim. Vatican. Urbin. & tres alii. rectè. canna enim minor arundine. Columella l. v. de arundineto, *Ea est autem senectus, cum vel exaruit situ & inertiâ plurium annorum, vel ita densatum est, ut gracilis & canna similis arundo prodeat.* & paulo ante pro *ulvaque leves*, alter Hamburgensis *tiliaque*. Idem.

339. *Excussis elisus nubibus ignis.*] *Elisi ignes* in vetustioribus. ut lib. VI.

Exiliantque cavis elisi nubibus ignes.
Idem.

340. *Sternitur.*] Πολλὰ δ' ὄγε πρόθι λιμνης χαμαὶ βάλε δίνδρα μακρὰ Αὐτόματοι ῥίζησιν. Homer. Il. 9.

341. *Protenta tela.*] *Prætenta* rectius alii. sic apud Virgil. lib. X.

——*hastaque revulsi*
Prætendunt longe dextris.

non *Protendunt* veterrimus Mediceus. Plura l. XI. v. 511. *Heinsius. Prætentaque.*] Προβάλλα δὲ ἐν χερσὶν τῶν ἐκδεξομένων τὸν τῦ συὸς ὁρμήν. Philostratus in Icone Meleagri. *Farn.*

342. *Tela.*] Venabula.

343. *Ut quisque furenti obstat.*] *Ruenti* unus Bononiensis, concinnâ repetitione. *Heins.*

344. *Latrantes dissipat ictu.*] *Dissilit* ex scriptis libris Gebhardus. nostri omnes pro vulgata sunt, nisi quod in primo Gronoviano *occupat.* eleganter. sic infra, *occupat audentem.* & Fast. I. *Occupat Alcidæ.* hoc est prævertit. sic scriptores passim. *Idem.*

347. *Nimiis mittentis viribus.*] *Nitentis* Rottendorphianus. *Idem.*

349. *Ît; auctor.*] *Iit, ivit.* contractio itaque producit. *Pagasæus.*] Thessalus. Pagasa promontorium & oppidum Thessaliæ. vs. I. lib. 7.

350. *Phœbe, ait Ampycides.*] *OEclides* sec. Palat. Cantabrig. Oxonien. Arondel. aliique plurimi. Utrumque bene, sive de Mopso, sive de Amphiarao agat, cum uterque Phœbi fuerint sacerdotes. at Amphiaraum recenset in catalogo venatorum apri Calydonii Apollodorus, Mopsum non recenset. contra Hyginus Fab. CLXXIII. utrumque Noster superius. *Heins. Ampycides.*] Mopsus,

Da mihi, quod petitur, certo contingere telo.
Qua potuit, precibus Deus annuit. ictus ab illo,
Sed ſine vulnere aper: ferrum Diana volanti
Abſtulerat jaculo: lignum ſine acumine venit.
Ira feri mota eſt: nec fulmine lenius arſit:
Lux micat ex oculis, ſpiratque è pectore flamma.
Utque volat moles adducto concita nervo,
Cum petit aut muros, aut plenas milite turres;
In juvenes certo ſic impete vulnificus ſus
Fertur: & Eupalamon Pelagonaque dextra tuentes
Cornua proſternit. ſocii rapuêre jacentes.
At non letiferos effugit Enæſimus ictus
Hippocoonte ſatus. trepidantem, & terga parantem
Vertere ſucciſo liquerunt poplite nervi.
Forſitan & Pylius citra Trojana periſſet
Tempora: ſed ſumto poſitâ conamine ab haſtâ,
Arboris inſiluit, quæ ſtabat proxima, ramis:
Deſpexitque loco tutus, quem fugerat, hoſtem.
Dentibus ille ferox in querno ſtipite tritis
Imminet exitio, fidenſque recentibus armis

Othria-

pſus, Ampyci filius, vates & Apollinis ſacerdos.

machina, πυγχοτόβολον emiſſa. *Farn.*

352. *Qua potuit.*] Multi *Quam potuit.* Vide Notas Remed. Amor. v. 325. *H.*

353. *Ferrumque Diana volanti.*] *Ferrum* Florent. S. Marci, prim. Palat. prim. Vatican. prim. Gronov. prim. & tert. Medic. prim. Moreti, aliique multi ex probatioribus. recte. *Idem.*

355. *Feri.*] Al. *fera*, ſed *feri* rectius. namque apri. ut Virgil. 2. Æneid. *In latus inque feri curvis compagibus alvum.* de equo Durateo. *Farn. Fulmine lenius arſit.*] *Scius* & hic reſcribendum puto. Adeantur notæ lib. 11. vſ. 809. *Heinſ.*

356. *Emicat ex oculis.*] *Lux micat* octo veteres rectius, deinde pro *ſpirat quoque* ſcribendum *ſpiratque è pectore flammas* cum quinque ſcriptis. vel *flamma*, quomodo Florentinus S. Marci. *Idem.*

357. *Moles.*] Saxea, baliſta aut alia

360. *Dextra.*] Aciem nempe in aprum direxerant, cujus cornua hi duo ruebantur. *Dextra tuentes Cornua.*] Dextrum cornu defendentes. *R.*

362. *At non.*] Puto *At nec.* Heinſ.

365. *Pylius.*] Quod Neſtori hic Noſter, commentator Homeri tribuit Therſitæ, qui ut Agrii filius, Meleagri patruelis, huic venationi interfuit. ad 2. Iliad. *Farn.*

366. *Sumpto conamine.*] Capto impetu.

370. *Recentibus.*] Recenti affixione exacutis, antea τὴν αἰχμὴν ἀκροτόμους, ut habet Philoſtratus de hoc ipſo apro, neque enim ad ſaxa aut arbores aut hic, aut ille, 3. Georg. *dentes exacuit ſus*: ſed invicem atterit collidiſque, qui ſonus non raro à venatoribus auditus, κάπρος δ' ὑπ' ὀδόντος ἀκόνας γλυφᾶται

Othriadæ magni roſtro femur hauſit adunco.
At gemini nondum cæleſtia ſidera fratres,
Ambo conſpicui nive candidioribus albâ
Vectabantur equis: ambo vibrata per auras
Haſtarum tremulo quatiebant ſpicula motu.
Vulnera feciſſent; niſi ſetiger inter opacas
Nec jaculis iſſet nec equo loca pervia ſilvas.
Perſequitur Telamon: ſtudioque incautus eundi,
Pronus ab arboreâ cecidit radice retentus.
Dum levat hunc Peleus; celerem Tegeæa ſagittam
Impoſuit nervo, ſinuatoque expulit arcu.
Fixa ſub aure feri ſummum deſtringit arundo
Corpus: & exiguo rubefecit ſanguine ſetas.
Nec tamen illa ſui ſucceſſu lætior ictûs,
Quam Meleagros erat. primus vidiſſe putatur;
Et primus ſociis viſum oſtendiſſe cruorem:

Et,

ἕως ἴσχυε. Euripid. in Phœniſſ. & Homer. Il. Σύριον λευκὸν ἰδυῖα μετὰ γυναιξὶν ἄνωγεν. quod de fama infra v. 831. *dentemque in dente fatigat.*

371. *Orithiæ magni.*] Veruſtiores plerique *Oritheæ*, vel *Oritiæ*, vel *Oricia. Orchiadæ* Thuan. ſec. Pal. *Othriadæ.* ut *Panthous Othriades* Virgilio. *Orithidæ* prim. Moreti, aliique nonnulli. pri. Hamburg. *Orriadæ.* Cantabrig. *Ochiadæ.* alii aliter. præter Anczum etiam Hyleus ab apro Calydonio interfectus teſte Apollodoro. apud quem male κύλῳ καὶ ἀγναθῳ pro ὕλαιος ſcribitur. ſed is cujus fuerit filius needum exploravi. Therſiten ab apro vulneratum fuiſſe auctor eſt Tzetzes in Chiliadibus. & tum *Agriade* ſit ſcribendum. Agrios enim Therſitæ pater, de quo ad Epiſt. 21. *Heinſius. Hauſit femur.*] Virgil. —— *latus hauſit aprorum.* ſic deinde vſ. 429. —— *hauſitque nefando Pectora Plexippi, nil tale timentis, ferro.* ſic eleganter dicitur, *navis hauſta fluctibus. Domus hauſta flammis.*

372. *Nondum cæleſtia ſidera.*] *Corpora* Neapol. Urbin. ſec. Medic. Vide Notas ad Epiſt. Helenes, mox *nive candidioribus albis* Florent. S. Marci, & unus meus, pro *ambo.* ab albis equis Pindaro λευκωπῶλοι dicti Pyth. Od. prima Dioſcuri. *Heinſ. Nondum cæleſtia ſidera.*] Gemini, qui unum ex zodiaci ſignis conſtituunt, Caſtor ac Pollux eſſe dicuntur. *R. Gemini.*] Tyndaridæ ſupra vſ 301. *quorum ſimul alba nautis ſtella refulſit*, ut habet Lyricus lib. 1. ode 12. *Farn.*

375. *Quatiebant ſpicula.*] Unus Medic. & prior Twiſden. *quatientes.* quod placet. *Heinſ.*

380. *Levat.*] Allevat, tollit. *Tegeæa.*] Atalanta. *R. Tegeæa.*] Ἡ μὲν Ἀταλάντη πρόχυσιν ἐποιήσατο τῷ νυμφῷ τὸ φίλῳ δῶρον. Philoſtr. icon Atalantæ.

382. *Summum deſtringit corpus.*] Virgil. 10. *Illa volans, humeri ſurgunt qua tegmina ſumma, Incidit, atque viam clypeo molita per oras, Tandem etiam magno ſtrinxit de corpore Turni.* alibi: —— *ſummumque degustat vulnere corpus. Diſtrinxit arundo.*] *Diſtringet* ſeptem veteres probe. nonnulli ex melioribus *deſtrinxit.* ſic libro 2. ex optimis ſcriptis,

Inſcius exſtanti deſtrinxit arundine pectus. Heinſ.

388. *Ere-*

Et, Meritum, dixiſſe, feres virtutis honorem.
Erubuêre viri: ſeque exhortantur; & addunt
Cum clamore animos: jaciuntque ſine ordine tela.
Turba nocet jactis: &, quos petit, impedit ictus.
Ecce furens contra ſua fata bipennifer Arcas,
Diſcite fœmineis quàm tela virilia præſtent,
O juvenes, operique meo concedite, dixit.
Ipſa ſuis licet hunc Latonia protegat armis;
Hunc tamen invitâ perimet mea dextra Dianâ.
Talia magniloquo tumidus memoraverat ore:
Ancipitemque manu tollens utrâque ſecurim,
Inſtiterat digitis primos ſuſpenſus in artus,
Occupat audacem: quaque eſt via proxima leto,
Summa ferus geminos direxit in inguina dentes.
Concidit Ancæus: glomerataque ſanguine multo
Viſcera lapſa fluunt: madefactaque terra cruore eſt.
Ibat in adverſum proles Ixionis hoſtem
Pirithous, valida quatiens venabula dextrâ.
Cui procul Ægides, O me mihi carior, inquit,
Pars animæ conſiſte meæ: licet eminus eſſe
Fortibus: Ancæo nocuit temeraria virtus.
Dixit: & æratâ torſit grave cuſpide cornum:

Quo

388. *Erubuêre viri.*] Puduit, inquit, viros fortes aprum à virgine primum fuiſſe percuſſum.

391. *Arcas.*] Ancæus ex Parrhaſia opp. & regione Arcadiæ. Lycurgi hic filius, quem agnoſcunt Apollonius in catalogo, & Pauſanias in Arcadicis. namque & alter erat Neptuni filius. utrique tribuunt illud, Πολλὰ μεταξὺ πίλνει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρον. *Forn.*

392. *Fœmineis quid tela virilia præſtent.*] Neſcio an ſatis Latine. quare malim cum duobus Mediceis & uno Vaticano, *quam præſtent*. pro quantum. *Heinſ.*

394. *Latonia.*] *Latoia* cum uno Mediceo. Adi Notas Triſt. l. III. Eleg. II. *Idem.*

397. *Ancipitemque.*] Ἀμφίτομον, bipennem. ut modo 391. verſ. πέλεκυν. Pauſ. *Forn.*

398. *In primos artus.*] In primas digitorum partes.

399. *Occupat audentem.*] *Audacem* prim. Gronov. ſec. Medic. Arondel. & tres alii. mox *in inguina* ſec. Pal. aliique tres, *in ilia* unus Mediceus, & unus Pal. non *ad inguina*. Heinſ.

402. *Grave cuſpide cornus.*] *Cornum* Florent. S. Marci, Bernegget. primus Mediceus, cum alio ejuſdem bibliothecæ, & excerptis Calandræ. recte. ut ad Gratium ſuum noſter Vlixius jam monuit ſcribendum. lib. XII.

Fixit in adverſo cornum ſine cuſpide vultu.
Cornum enim telis conficiendis aptum eſſe jam ipſe libro VII. in fabula Cephali

Quo bene librato, votique potente futuro,
Obſtitit eſculeâ frondoſus ab arbore ramus.
Miſit & Æſonides jaculum: quod caſus ab illo
Vertit in immeriti fatum latrantis, &, inter
Ilia conjectum, tellure per ilia fixum eſt.
At manus Oenidæ variat: miſſiſque duabus,
Haſta prior terrâ, medio ſtetit altera tergo,
Nec mora: dum ſævit, dum corpora verſat in orbem;
Stridentemque novo ſpumam cum ſanguine fundit:
Vulneris auctor adeſt: hoſtemque irritat ad iram:
Slendidaque adverſos venabula condit in armos.
Gaudia teſtantur ſocii clamore ſecundo;
Victricemque petunt dextræ conjungere dextram:
Immanemque ferum multâ tellure jacentem

Mi-

li monuit; idque Gratius aliique confirmant. neque aliter Silius non uno loco, Claudianus etiam, *Idem. Cornum.*] Corneum haſtile, ex corno arbore. Virg. 2. Georg. *Et bona bello Cornus.* Æneid. 9. *volat Itala cornus.* 12. Æneid. *ſonitum dat ſtridula cornus.* Farn. *Ærata.* Ære & ferro munita. R.

409. *Cui bene librato.*] *Quo* ex melioribus. vulgatum ferri non poteſt, cum *potente* ſequatur *potenti.* Heinſius.

410. *Eſculea ab arbore.*] *Abſciſſa* Florent. S. Marci, & alii duo. *Idem. Eſculea arbore.*] Eſculus, arbor eſt glandifera Jovi dicata.

411. *Æſonides.*] Jaſon Æſonis filius. *Raph.*

412. *Vertit & in mentum figit latrantis.*] *Vertit & immeriti fatum latrantis.* Florent. S. Marci. Thuan. & unus Palat. at Cantabrig. *Vertit in immeriti fatum latrantis.* probe. *latrans* pro cane. ſic *colentes* pro colonis. *medentes* pro Medicis & ſimilia. *latrantem* pro cane etiam Phædrus dixit. *Vertit & immeriti figit latrantis* pri. Moreti, *immeritum* alter Erfurt. *Vertit in immeritum fatum latrantis* Rottendorph. proximè verum. *Vertit & immeriti fatum* unus Strozz. Neap. *Vertit & in meritum figi Geladantem.* ſec. Medic. *Vertit & in mentum figit Geladantem.* Latet nomen canis. Scribendum forte,

Vertit in immeritum figi Gelidantis.

vel,

Vertit in immeriti fatum Celadontis.

ut aut canem intelligat, aut aliquem ex plebe venatorum. ſic *Celadon Mendeſius* lib. v. in convivio Cephei, & *Celadon Lapitha* lib. XII. ubi *Lapitha Celadantis* duo aut tres codices ex vetuſtioribus. ut Celadon ſit ἀπὸ τῦ κελαδεῖν. ut libro tertio Hylactor canis ἀπὸ τῦ ὑλακτεῖν. Putabam aliquando *in immeriti fatum Metagontis. Metagontes* genus canum Gratio. pro *latrantis* unus Voſſianus *lacteris.* Heinſ.

414. *Oenida.*] Meleagri Oenei filii. R. *Oenida.*] Εἶτα βαλὼν Μελέαγρος ὗλιν. Joh. Tzetzes 7. Chil. 102. *Farn.*

418. *Auctor vulneris.*] Meleager. *Ivitat.*] Provocat. R.

419. *Splendidaque.*] Καὶ τὸν βάσιν τυρίσας ὁ Μελέαγρος, ἀσφαλῶς ἐνδίχεται τὸν ὁρμὴν τῦ συὸς, λογχην ὑποσθεὶς. Philoſtratus in Icone Meleagri.

422. *Immanemque ferum.*] *Ferum* Florent. S. Marci, & Lovan. ſic ſupra,

Summo

Mirantes ſpectant: neque adhuc contingere tutum
Eſſe putant: ſed tela tamen ſua quiſque cruentant.
Ipſe pede impoſito caput exitiabile preſſit:
Atque ita, Sume mei ſpolium, Nonacria, juris,
Dixit: & in partem veniat mihi gloria tecum,
Protinus exuvias rigidis horrentia ſetis
Terga dat, & magnis inſignia dentibus ora.
Illi lætitiæ eſt cum munere muneris auctor.
Invidere alii; totoque erat agmine murmur.
E quibus ingenti tendentes brachia voce,
Pone age, nec titulos intercipe fœmina noſtros,
Theſtiadæ clamant: neu te fiducia formæ
Decipiat; longéque tuo ſit captus amore

Au-

Summa ferus genibus direxit in inguina dentes.

& ; *Iræ ferimota eſt.* Adi Notas ad Epiſt. VIII. *Heinſius. Multa.*] Sic vaſtam Polyphemi molem 3. Cerberi & Tityi 6. Æneid. toto antro & 7. jugeribus metitur poëtarum princeps. *Farn.*

424. *Tela tamen ſua quiſque cruentat.*] *Cruentant* cum primo Baſil. & quinque aliis. *Heinſ.*

426. *Nonacria.*] Atalanta. Nonacris mons Arcadiæ frigidiſſima Stygis aqua famoſus. *Farn. Spolium mei juris.*] Quod jure ipſo mihi debetur. Nam Meleager aprum interfecerat.

427. *In partem veniat mea gloria tecum.*] *Veniat mihi* paulo elegantius pri. Vatican. & unus Voſſii. paulo ante pro *mei juris*, Cantabrig. *tibi*, unus Leidenſis *tui juris.* quod arridet. ut apri interfecti gloriam illi cedat, quæ primo vulnerarat. ad rem faciunt, quæ ſupra habuimus.

Nec tamen illa ſui ſucceſſio latior ictus,
Quam Meleagreo erat.

& quæ ibi ſequuntur. pro vulgata tamen faciunt, quæ paulo poſt ſubjungentur, & *huic adimunt munus, jus muneris illi.* Heinſius. *Et in partem veniat, &c.*] Eſto particeps gloriæ meæ. *Pont.*

428. *Exuvias.*] Tergus & caput apri. Ἀτελάντην ἐπίξενος τὸν ὗν, καὶ ἡνύκτισε πρόσω τῷ δορᾷ, τέκνον εἶναι αὐτῷ παρὰ τὸ τῦδε καὶ τὸ δόρμα ἀφαιρεῖται ἰδίᾳ. Pauſan. Arcad. *Farn.*

429. *Terga dat.*] Tergora & pellem apri.

433. *Pone.*] Depone. *Noſtros titulos.*] Noſtrum honorem, noſtram gloriam. *Fœmina.*] Cum quodam contemptu Atalantam *fœminam* vocant.

434. *Theſtiadæ.*] Plexippus, & Toxeus Theſtii filii. *Ne te.*] Ne fruſtra ſit forma, qua freta confidis, fruſtra ſit aut longe fotmæ tuæ amator ab auxilio tibi ferendo. Atlas ad Perſeum.]. 4. v. 650. *Hinc quoque vade procul; ne longe gloria rerum, Quas meruiſti, ait, longe tibi Jupiter abſit.* & Turnus 12. Æneid. vſ. 52. *Longe illi Dea mater erit, &c.* Quin & Diodorus 5. lib. refert Althææ fratres Atalantæ, cum in Arcadiam reverſa eſſet, tergus apri abſtuliſſe. apud quem lege totam fab. ut & Homerum Il. 9. & Ant. Liberalis Metamorph. 2. fab. *Farn.*

435. *Ne ſit longe tibi captus amore Actor.*] *Longe tibi* Florent. S. Marci, Bernegger. prim. tert. quart. Mediceï. Aroadel. & alii quatuordecim. *tibi longe* Prim. Palat. & quinque alii. unus Palat. & fragmentum Moreti, *longeque tuo ſit captus*

Auctor. & huic adimunt munus, jus muneris illi.
Non tulit; & tumidâ frendens Mavortius irâ,
Discite raptores alieni, dixit, honoris,
Facta minis quantum distent. haustitque nefando
Pectora Plexippi, nil tale timentia, ferro.
Toxea, quid faciat, dubium, pariterque volentem
Ulcisci fratrem, fraternaque fata timentem,
Haud patitur dubitare diu: calidumque priori
Cæde recalfecit consorti sanguine telum.
Dona Deûm templis nato victore ferebat,
Cum videt extinctos fratres Althæa referri.
Quæ plangore dato, mœstis ululatibus urbem
Implet: & auratis mutavit vestibus atras.
At simul est auctor necis editus; excidit omnis
Luctus: & à lacrymis in pœnæ versus amorem est.
Stipes erat: quem, cum partus enixa jaceret

Thes-

captus amore. quod arridet. nisi mavis *tui amore.* ut libro IX.

Si tamen ille mei captus prior esset amore.

Virgil. lib. XII.

Longe illi dea mater erit.

Noster libro IV.

——— *ne longe gloria rerum*
Quas mentiris, ait, longe tibi Jupiter absit.

Epist. Medeæ,

Quem tibi tunc longe regnum dotale Creusa?

Tibullus libro I. Eleg. V.

At mihi nunc longe gloria fortis abest?

Propertius lib. I. Eleg. VII.

Longe castra tibi, longe, miser, agmina septem.

Silius libro I.

——— *longe clausis sua fœdera, longe*
Ausoniam fore.

de obsessis Saguntinis. libro XVII.

Longe conjugia, ac longe Tyrios Hymenæos
Inter Dardanias acies fore. Heins.

Ne sis longe tibi muneris auctor.] Id est, ne interficiaris, sicque longe ab amatore tuo separeris. Vide Muret. lib. 10, c. 4.

437. *Non tulit.*] Non passus est Arantam munere fraudari. *Mavortius.*] Bellicosus, Marti similis Meleager. *Mavortius.*] Althæa eadem nocte concepit ex Oeneo & Marte. Hygin. 171. Fab.

439. *Nefando ferro.*] Nefario, impio. Nam Plexippus Meleagri avunculus erat.

443. *Prioris cæde.*] *Priori* Cant. Florent. S. Marci, sec. Medic. & multi alii. *Heins.*

444. *Consorti.* Fraterno. *Farn.*

447. *Mœstis clamoribus.*] *Ululatibus* rectius pri. Moreti aliique octo. *Heins.*

449. *Editus.*] Dictus, nuntiatus. *R.*

451. *Stipes.*] Althææ Meleagrum enixæ apparuerunt in regia Parcæ: quæ fata infantis ita cecinerunt. Clotho dixit eum generosum futurum, Lachesis fortem, Atropos titionem ardentem aspexit in foco, & ait: Tamdiu hic vivet, quamdiu hic titio consumptus non fuerit. Hoc Althæa mater cum audisset, exiluit de lecto, atque titionem extinxit, eumque in regia media obruit fatalem, ne ab igne obrueretur. Hygin. 161. fab. *Farn. Partus enixa Thestias.*] Althæa Thestii

Theſtias in flammam triplices poſuêre ſorores:
Staminaque impreſſo fatalia pollice nentes;
Tempora, dixerunt, eadem lignoque tibique,
O modo nate, damus. quo poſtquam carmine dicto
Exceſsêre Deæ; flagrantem mater ab igne
Eripuit torrem: ſparſitque liquentibus undis.
Ille diu fuerat penetralibus abditus imis:
Servatuſque tuos, juvenis, ſervaverat annos.
Protulit hunc genitrix, tædaſque in fragmina poni
Imperat: & poſitis inimicos admovet ignes.
Tum conata quater flammis imponere ramum,
Cœpta quater tenuit. pugnant materque ſororque,
Et diverſa trahunt unum duo nomina pectus.
Sæpe metu ſceleris pallebant ora futuri:
Sæpe ſuum ſervens oculis dabat ira ruborem.
Et modo neſcio quid ſimilis crudele minanti
Vultus erat; modo quem miſereri credere poſſes.
Cumque ferus lacrymas animi ſiccaverat ardor;
Inveniebantur lacrymæ tamen. utque carina,
Quam ventus, ventoque rapit contrarius æſtus,
Vim geminam ſentit, paretque incerta duobus:
Theſtias haud aliter dubiis affectibus errat,
Inque vices ponit, poſitamque reſuſcitat iram.

Inci-

Theſtii filia puerum enixa & puerpera. R.

457. *Eripuit ramum, ſparſitque liquentibus undis.*] *Eripuit torrem* excerpta Jureti & unus Baſil. cum uno Leidenſi. infra tamen *ramum* quoque vocat vſ. 462. ubi *torrem* Lovanienſis ſimiliter. *torrem* vocat v. 510. *liquentibus undis* Voſſianus. Vide Notas Remed. Amor. v. 177. *Heinſ.*

460. *Tædaſque & fragmina poni.*] *In fragmina* ex tribus ſcriptis. hoc eſt tædas fractas infra,

Multifidaſque faces, ramaliaque arida tecto

Detulit, & minuit.

Conjiciebam olim *& tada fragmina. Id.*

463. *Pugnat materque ſororque.*] *Pugnant* Oxon. & decem aut duodecim alii: mox pro *ruborem* multi ex melioribus *colorem.* Idem.

470. *Utque,*] *Anceps æſtus incertam rapit. Ut ſæva rapidi bella cum ventis gerunt, Utrinque fluctus Maria diſcordes agunt, Dubiumque Pelagus ſervet: haud aliter meum cor fluctuatur, ira pietatem fugat, Iramque pietas, cede pietati data.* & in Agamemnone, *fluctibus variis agor; Ut cum hinc profundum ventus, hinc æſtus rapit, Incerta dubitat unda, cui cedas malo.* Farn.

472. *Vim geminam,*] Duplicem violentiam. & venti & æſtus maris.

477. *Im-*

Incipit esse tamen melior germana parente:
Et, consanguineas ut sanguine leniat umbras,
Impietate pia est. nam postquam pestifer ignis
Convaluit; Rogus iste cremet mea viscera, dixit.
Utque manu dirâ lignum fatale tenebat;
Ante sepulcrales infelix adstitit aras.
Pœnarumque Deæ triplices furialibus, inquit,
Eumenides, sacris vultus advertite vestros.
Ulciscor facioque nefas. mors morte pianda est:
In scelus addendum scelus est, in funera funus.
Per cöacervatos pereat domus impia luctus.
An felix Oeneus nato victore fruetur:
Thestius orbus erit? melius lugebitis ambo.
Vos modo fraterni manes, animæque recentes,
Officium sentite meum: magnoque paratas
Accipite inferias, uteri mala pignora nostri.
Hei mihi! quo rapior? fratres ignoscite matri.
Deficiunt ad cœpta manus. meruisse fatemur
Illum, cur pereat: mortis mihi displicet auctor.
Ergo impune feret; vivusque, & victor, & ipso
Successu tumidus regnum Calydonis habebit?
Vos cinis exiguus, gelidæque jacebitis umbræ?

Haud

477. *Impietate pia est.*] Pia videtur fuisse Althæa fratrum cædem ulciscendo: impia filium necando. *R.*

480. *Sepulcrales.*] Quia in hoc igne, dum stipitem exurit, Althæa filium occidit, & ipsius quasi corpus exurit, venuste sepulchrales aras nominat. *Pont.*

481. *Pœnarumque Deæ triplices.*] Furias infernales, quæ tres dicuntur esse, Tisiphone, Alecto, & Megæra. *R. Pœnarumque.*] Furiæ, Ἴτ' ἐ τᾳχεῖαι, πομποὶ τ' ἐρινύες, Γένεσθε, μὴ φείσεσθε. Ajax flagell. Sophoclis. *Farn.*

482. *Advertite.*] Convertite. *Furialibus sacris.*] A furore & indignatione provenientibus.

483. *Mors morte pianda est.*] Cædes fratrum morte filii purganda est.

486. *Fruetur.*] *Fruatur* quinque veteres cum Arondeliano. & tum mox legendum *Thestius orbus eat.* nam idem Arondel. & Rottendorph. *erat* cum aliis nonnullis. deinde *germani manes* non *fraterni* sec. Palat. *Heinf.*

487. *Thestibus.*] Pater meus, & fratrum Plexippi, & Toxeos.

488. *Recentes.*] Novi Orci incolæ, recens admissi.

489. *Magnoque.*] Proprii filii nece.

495. *Calydonis.*] *Calydonus* Urbin. quod est *Calydones.* Heinf.

496. *Gelidaque jacebitis umbra.*] Umbra nec gelida nec calida: sed ad mortem respicitur, quæ cum frigore venit, & corpus privatum anima frigidum relinquit.

Haud equidem patiar. pereat ſceleratus: & ille
Spemque patris, regnique trahat, patriæque ruinam.
Mens ubi materna eſt? ubi ſunt pia jura parentum?
Et, quos ſuſtinui, bis menſum quinque labores?
O utinam primis arſiſſes ignibus infans:
Idque ego paſſa forem! vixiſti munere noſtro:
Nunc merito moriêre tuo. cape præmia facti:
Biſque datam, primùm partu, mox ſtipite rapto,
Redde animam: vel me fraternis adde ſepulcris.
Et cupio, & nequeo. quid agam? modo vulnera fratrum
Ante oculos mihi ſunt, & tantæ cædis imago:
Nunc animum pietas, maternaque nomina frangunt.
Me

497. *Et ille ſpemque patris, regnumque trahat.*] Malim *& unà regnique* alter Hamburgenſis & duo alii. *Heinſ.*

498. *Spemque.*] Erant Oeneo ex Althæa & alii filii, ab Ant. Liberali nominati; Phereus, Agelaus, Toxeus, Clymenus, & Periphantes. Summa tamen Oenei ſpes in Meleagro, utpote Martis prole, ſupra ad v. 437. verum audi ipſum Liberalem. Οἱ παῖδες Θεσέως καὶ οἱ ἀλλοι Κυρῆτες ἐστρατεύσαντο τῷ θείῳ. Theſtii filii ac reliqui Curetes pellem invadunt, dimidium præmiorum ad ſe pertinere dicentes; ſed Meleager vi ea ademit, ac filios Theſtii occidit. Hinc bellum inter Curetes & Calydonios ortum. ad quod Meleager prodire noluit, iratus ob diras quibus ipſum mater propter fratrum necem devoverat. Cum autem Curetes urbem jam capturi eſſent, uxor Cleopatra ei perſuaſit, ut Calydonios tueretur. Egreſſus contra Cretas, periit, cremata à matre face fatali. (de qua ſupra ad v. 451.) Reliqui etiam Oenei filii in ea pugna mortem oppetierunt. *Farn.*

499. *Ubi ſunt pia vota parentum.*] *Pia jura* pri. ſec. tert. Medicei. optim. Florent. Neapol. Bernegger. Thuan. aliique quamplures ex melioribus. recte. l. x.

Di precor, & pietas, ſactæque jura parentum,
Hoc prohibete nefas.

Virgil. Æn. VIII. *ſi juris materni cura remordet.* Epicœdio Druſi, *jus matris habemus ab uno.* Silius libro XI.

Per ſi quid ſupereſt vitæ, per jura parentis,
Perque tuam noſtra potiorem, nate, ſalutem,
Abſiſte inceptis, ovo.

Cicero Philipp. II. *ut eum à tuâ familiaritate patrio jure & poteſtate prohiberet.* ſic *domini jura* epiſt. III. ſub finem. ubi plura. & *imperii jura* ex antiquis libris Remed. Amor. v. 495. *Heinſ.*

500. *Menſum.*] Libri aliquot à Ciofano citati, & Mſs. mei habent *Menſis bis quinque.* Excuſi omnes *menſum* retinent, Priſciani freti autoritate, qui l. 7. *menſum* hic pro *menſium* poni ait. Ego certe genitivum genuinum ſcribendum cenſeo *menſium*, inter ſcandendum vero, ne legi Pediæ oppedatur, adhiberi poſſe Synæreſin ſeu Synecphoneſin ut 6. Æn. *quin protinus omnia Perlegerint oculis,* & Noſter lib. 1. *ultima cœleſtum.* Farn.

502. *Munere noſtro.*] Quæ ſtipitem ſeu torrem in hunc uſque diem ſervavi. *P.*

503. *Pramia facti.*] *Factis* Florent. S. Marci, & unus Bononienſis. *Heinſ.*

506. *Et cupio.*] Fratres ulciſci ſubintelligatur. *Et nequeo.*] Non poſſum in ignem conjicere tornem pietate, qua filium proſequor, impedita.

510. *Vaſ-*

Me miseram! male vincetis: sed vincite, fratres:
Dummodo, quæ dedero vobis solatia, vosque
Ipsa sequar, dixit: dextrâque aversa trementi
Funereum torrem medios conjecit in ignes.
Aut dedit, aut visus gemitus est ille dedisse
Stipes: & invitis correptus ab ignibus ardet.
Inscius atque absens flammâ meleagros ab illâ
Uritur: & cœcis torreri viscera sentit
Ignibus: at magnos superat virtute dolores.
Quod tamen ignavo cadat, & sine sanguine leto,
Mœret: & Ancæi felicia vulnera dicit.
Grandævumque patrem, fratremque, piasque sorores
Cum gemitu, sociamque tori vocat ore supremo;
Forsitan & matrem. crescunt ignisque dolorque;
Langueſcuntque iterum. simul est extinctus uterque,
Inque

510. *Vosque Ipsa sequar dixit.*] *Vosque Funeris ipsa sequar* prim. Gronovianus. Puto, *vosque Funus & ipsa sequar. τὸ dixit* eleganter omittitur, ut sæpe alibi. *Heins.*

511. *Aversa.*] Dolens & invita ex more funebri, *Aversi tenuere facem.* 6. Æneid. *Farn.*

512. *Funereum.*] Funestum, funerisque ac mortis Meleagri causam.

517. *Ac magnos.*] *Et* multi. Lege *at* cum duobus. *Heins.*

518. *Quod tamen.*] Inique tamen & ægre fert eam sibi obvenire mortem, inertem & languidam, in qua non sit virtuti suæ exercendæ locus. Aristoteles 3. lib. Ethic. Nicomach. cap. 6. *Farn.*

522. *Crescunt ignisque dolorque.*] Intestinus dolor ad modum flammæ in titione & crescentis & decrescentis intendebatur & remittebatur. *Idem. Crescunt.*] Torris hic fatalis respicere videtur effigiem aliquam ex arte maleficâ. cum præsertim Hom. Il. 9. dicat Meleagrum interiisse ἐξ ἀρίστου μητρός. Πολλ' ἀχέων' ἠράτο κασιγνήτοιο φόνοιο. Πολλὰ δὲ καὶ γαίαν πολυφόρβην χερσὶν ἀνασσὰ, Κικλήσκων' Ἀΐδην καὶ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν, Πρόχνυ καθεζομένη, si quem enim immutare, infirmare, aut etiam perimere volunt maleficæ, imaginem ejus ex cera, luto aut plumbo effingunt, pectori nomen inscribunt, exorcizant, sub fimo vel ad lentum focum tabescere sinunt perforatum aut acubus per latera transfixum. Noster epist. Hypsipyles, *Devovet absentes, simulacraque cerea fingit: Et miserum tenues in jecur urget acus.* & 2. Fastor. *Quodque pice obstrinxit; quod acu trajecit ahena, Obstutum mentha, torret ab igne caput.* Virgil. 8. Eclog. *Limus ut hic durescit, & hæc ut cera liquescit, &c.* ex Theocriti Idyl. 2. Ὡς τοῦτον τὸν κηρὸν ἐγὼ, &c. Horat. 8. Satyr. 1. lib. *Lanea & effigies erat, altera cerea* Tacit. 2. Annal. super morte Germanici. Reperiebantur, inquit, solo ac parietibus emtæ humanorum corporum reliquiæ, carmina, & devotiones, & nomen Germanici plumbeis tabulis insculptum, semiusti cineres, ac tabe obruti, aliaque maleficia, &c. Sed adi Sprangerum 1. p. Mallei venef. quæst. 1. c. 12. Mejerum l. 16. Delrium 3. Disq. Magic. p. 1. quæst. 3. sect. 4. & 5. Grillandum q. 5. Petri Abani experimenta. *Farn.*

Digitized by Google

Inque leves abiit paulatim ſpiritus auras:
Alta jacet Calydon. lugent juveneſque ſeneſque:
Vulguſque, procereſque gemunt: ſciſſæque capillos
Planguntur matres calydonides Eveninæ.
Pulvere canitiem genitor vultuſque ſeniles
Fœdat humi fuſus; ſpatioſumque increpat ævum.

Nam

525. *Paulatim canâ prunam velante favilla Alta jacet Calydon.*] Hic verſus in primo Palat. non exſtat. in ſchedis Theatinorum, Urbinati, altero Hamburgenſi, & uno Bononienſi margini erat adſcriptus. & eſt profectò adulterinus, quod inconcinna repetitio τῷ *paulatim* ſatis evincit. *Heinſ.*

527. *Plangunt ora ſimul matres Calydonides. OEneus.*] *Calydonides heu heu* plurimi veteres. Sed ex iis antiquiſſimos videamus. Urbin. prim. Palat. ſec. & quart. Medic. fragmentum Theatin.

Plangunt ſe matres Calydonides, heu heu.

Bernegg. & pro diverſâ lectione fragm. Theat. cum duobus aliis,

Plangunt hunc matres Calydonides OEneus atque.

primus Gronovii, itidem pro diverſâ lectione,

Plangebant matres Calydonides Euveive.

unde reponendum facile vidi,

Plangebant matres Calydonides Evenina.

quod optimus S. Marci Florentinus poſtea mihi confirmavit, in quo,

Plangunt hunc matres Calydonides Evenine.

ſed poſterius *n* in *Evenine* erat abraſum, cum Gloſſa, *Evenos eſt fluvius. inde ſunt dicta Evenia matres.* In Neapolitano,

Plangunt ora matres Calydonis OEneu.

niſi quod Τὸ *ora & OEneu* cum ultima ſyllaba *Calydonis* à manu ſunt recentiori deletâ priſcâ lectione. & ſuper *ora* adſcriptum *ſimul.* Scribe,

Planguntur matres Calydonides Evenina.

Plangi, pro ſe plangere. ut & alibi Noſter. Vide quæ notamus l. v. ſub finem. Nam *Plangunt pectora* non *ora* debebat dixiſſe. De duobus patronymicis *Calydonides Evenina* dictum ad Epiſt. VI. v. 103. ſic & Marpiſſam Evenimen dixit Homerus Iliad. I.

Κύρη μαρπήσσης καλλιζώνου Οἰνῆος.

Ad veram ſcripturam alludunt & alii codices. In priore Erfurtano,

Plangunt ſe matres Calydonides Eunonyna.

Arond.

Plangebant matres Calydonides Euveniaque.

cum Gloſſa,

Euvenia matres, id eſt, habitantes juxta Evenum fluvium.

fragmentum Moreti & unus Palat.

Plangebant matres Calydonides Aoniaque.

unus Bononienſis,

Plangunt matres Calydonides Hemoniave.

unus Baſileenſis,

Plangunt matres Calydonides euboeche.

unus meus,

Plangebant matres Calydonides Euvevoſe.

primus Mediceus,

Plangunt matres Calydonides Euvenia.

alii alites. Piget ulterius in hac ſorde volutari, ne poſt fruges inventas glandibus videamur inhiare. Spirenſis inter vetuſtiores etiam proxime verum,

Plangebant matres Calydonides Euvenina. Idem.

528. *Pulvere canitiem.*] Pater, inquit, Oeneus pulvere caput faciemque deturpat. Hoc enim in magnis mœroribus fiebat apud priſcos. Ꝛ. *Spatioſumque.*] Neſtor apud Juvenalem 10. Sat. *quaris cur hæc in tempora duret, Quod facinus dignum tam longa admiſerit æva.* Farn.

530. *Nam*

Nam de matre manus, diri sibi conscia facti,
Exegit pœnas, acto per viscera ferro.
Non mihi si centum Deus ora sonantia, linguæ
Ingeniumque capax, totumque Helicona dedisset;
Tristia persequerer miserarum dicta sororum.
Immemores decoris liventia pectora tundunt:
Dumque manet corpus, corpus refoventque foventque:
Oscula dant ipsi, posito dant oscula lecto.
Post cinerem, cineres haustos ad pectora versant:
Affusæque jacent tumulo: signataque saxo
Nomina complexæ, lacrymas in nomina fundunt.
Quas, Parthaoniæ tandem Latoïa clade
Exsatiata domûs, præter Gorgenque nurumque
Nobilis Alcmenæ, natis in corpore pennis

Alle-

530. *Nam de matre manus.*] *Nam matri manibus* Cantabrig. prim. Erfurt. aliique complures. *Nam materna manus* Lovan. & Alter Strozz, cum uno Palat. *Idem.*

531. *Acto.*] Laqueo vitam finivit, inquit Diodorus Sic. 5. lib.

532. *Nam.*] Οὐ δ' εἰ μοὶ δύνα μὰν μύριοι, &c. 2. Iliad. Hom. Virgilius idem 3. Georg. & 6. Æneid. *Farn. Ora sonantia linguis.*] Unus meus chartaceus ex optimo descriptus, *linguas.* ut apud Virgil. *nec vox hominum sonat.* Florent. S. Marci, Neapol. Bernegg. *lingua.* probe, si construas, *lingua Ingenium capax.* Heins.

534. *Miserarum vota sororum.*] *Dicta* meliores. *Idem.*

536. *Dumque.*] Quandiu componebatur, necdum rogo injectum. *Corpus refoventque foventque.*] *Tenentque* Cantabrig. Thuan. & decem alii. sed dictum pro *fovent refoventque.* versu proximo pro *cineres haustos ad pectora pressant* multi ex melioribus *versant.* sed perperam. Siljus libro VIII,

Cui cinerem orbata pressant ad pectora matres. Heins.

537. *Lecto.*] Funebri pheretro. *Farn. ipsi lecto.*] Sic distingue. Oscula dant *ipsi*, id est, Meleagro seu corpori, posito dant oscula lecto. Ut alterum *oscula* ad corpus, alterum ad lectum referatur. *Mycyl.*

539. *Affusæque.*] Incumbentes, instratæ, prostratæ. *Nomina saxo.*] Signa. Epitaphium in saxo sculptum, in quo nomen Meleagri erat.

541. *Quas post OEnéa tandem Latonia clade Exsatiata domus.*] *Post hæmia* prim. Palat. & unus Basil. duo *Percaonia. post Aonia* Cantabrig. sec. Medic. sec. Palat. & octo alii. *post Evnia* prim. Vatican. alii aliter. Scribe *Parthaonia domûs* cum Florentino S. Marci, Neapol. Thuan. prim. Basil. pri. Erfurt. & sex aliis. Parthaon enim OEnei pater, ut recte Glossa Erfurtani libri. Statius Theb. 1.

——— *quanquam Calydonius OEneus*
Et Parthaoniæ (si dudum cernus ad auras
Rumor it) tibi jura domûs.

hinc & *Parthaonides* Tydeus Val. Flacco dictus. *Latoia* etiam bene pro diversa lectione alter Strozz. *Heins.*

542. *Nurumque.*] Deianiram, uxorem Herculis: beneficio Bacchi id factum (dicit Ant. Liberalis) cui eam gratiam Diana fecerat. Reliquæ in Meleagrides aves versæ, de quibus Plin. 10. lib. 36. cap. *Farn.*

Allevat; & longas per brachia porrigit alas:
Corneaque ora facit; verſasque per aëra mittit.
Interea Theſeus ſociati parte laboris
Functus, Erechthêas Tritonidos ibat ad arces.
Clauſit iter, fecitque moras Achelöus eunti,
Imbre tumens. Succede meis, ait, inclyte, tectis,
Cecropida; nec te committe rapacibus undis.
Ferre trabes ſolidas, obliquaque volvere magno
Mur-

544. *Allevat.*] In aërem tollit.

545. *Corneaque ora facit.*] Hoc eſt, ora in roſtra convertit. *Verſasque per aëra mittit.*] In aves commutatas, quæ Meleagrides à Meleagro fratre fuerunt cognominatæ. De quibus Plinius lib. decimo, capite vigeſimo ſexto. R.

FAB. V. *Arg.* Interea Theſeus.] *Mira phantaſia quinque Naiadum tranſmutationem in inſulas cum ſuperiore fabula poëta connectit. Interfecto namque Calydonio apro, Theſeus cum Athenas rediret, forte Achelaus fluvius Ætoliam ab Acarnania diſterminans ſic intumuerat, ut tutus tranſitus non videretur. Invitatus igitur Theſeus à fluminis Deo Acheloe domum illius intravit, tantiſper illic futurus, dum tuto tranſire poſſet. Cum vero poſt cænam Theſeus in mare proſpiciens vidiſſet inſulas quaſdam, Acheloum rogavit, quot illæ eſſent, ac quo nomine appellarentur: cui Achelous reſpondit. Naiades quinque fuiſſe illorum locorum accolas, qua cum aliis Diis ſe ſprete ſacrificaſſent, eas cum locis ſuis in mare à ſe indignato fuiſſe prevolutas, ac in inſulas quinque nomine Echinadas, & ſuus & fluctibus marinis fuiſſe diſcretas.* R.

546. *Sociata.*] Conficiendi apri labore functus, quem ſocium & auxiliarem Meleagro tulerat.

547. *Erechtheas arces.*] *Erichthoas* duo veteres cum Thuaneo. ut Myrtous, Lesbous, Sardous. & ſimilia. *Erichthoias* pri. Pal. ſec. Medic. Neap. Urbin. & pri. Reg. *Erichtheidas* duo alii. *Erichthonidas*, Langerm. tres alii *Erichthoidas*. Grævianus *Erictenias*. *Erichthonias* pri. Moret. pri. Gronovii, Exc. Mureti. ſec. Palat. & duodecim alii, non male. ab Erichthonio rege. ſic *in qua populus luſit Erichthonius* Propertio. & *Erichthonios poſtis populata colonos* Manilio, pro Athenienſibus. *Erichthonias arces* ſimiliter Trojam Virgilius in Ciri & in Culice appellavit ab Erichthonio rege. *Heinſ. Erechtheas.*] Athenas Erechtheo olim regnatas.

548. *Fecitque.*] Qui autem Achelous Theſeo Calydone Athenas proficiſcenti obſtare potuerit, hæret Glareanus, ego non video. *Farn. Fecitque moras Acheloüs.*] Achelous Oceani & Tethyos filius fuiſſe ab Heſiodo ſcribitur. Is cum peteret Deianiram Oenei Calydoniæ regis filiam, Herculem in ſe convertit à quo ſuperatus, in fluvio juxta Calydoniam labenti ſe occultavit, nomenque flumini impoſuit, quod quidem à Pindo Theſſaliæ monte oritur, Ætoliamque ab Acarnania diſtinguit. Sane apud antiquos aqua generaliter *Acheloos* dicebatur, *Acheloos.*] *Acheloüs* in Sixiano. *Heinſ.*

550. *Cecropide.*] *Cecropida* Florent. S. Marci, & Bernegger. prim. tert. quart. Medic. prim. Gronov. prim. Moreti & ſex alii. ſic *Æacida*, de quo ad Epiſt. III. *Atrida* apud Propertium l. II. El. XIV.

Non ita Dardanio gaviſus Atrida triumphe es.

ubi *eſt* perperam legitur. Horat. lib. II. Sat. III.

Nec quis humaſſe velit Ajacem. Atrida, vetas cur? Idem.

551. *Magno murmure.*] *Magno Impete* unus ex meis ἀρχαίοις pro impetu. ſic Noſter ſupra,

Impete nunc vaſto, cum concitus imbribus annis

Fertur. ita & Statius, Auſonius, alii. *Id.*

551. *Cum*

Murmure ſaxa ſolent. vidi contermina ripæ
Cum gregibus ſtabula alta trahi: nec fortibus illic
Profuit armentis, nec equis velocibus eſſe.
Multa quoque hic torrens nivibus de monte ſolutis
Corpora turbineo juvenilia vortice merſit.
Tutior eſt requies; ſolito dum flumina currant
Limite; dum tenues capiat ſuus alveus undas.
Annuit Ægides: Utarque, Acheloë, domoque
Conſilioque tuo, reſpondit: & uſus utroque eſt.
Pumice multicavo, nec lævibus atria tophis
Structa ſubit. molli tellus erat humida muſco.
Summa lacunabant alterno murice conchæ.
Jamque duas lucis partes Hyperione menſo,
Diſcubuêre toris Theſeus comiteſque laborum:
Hac Ixionides; illâ Trœzenius heros
Parte Lelex, raris jam ſparſus tempora canis.

Quoſ-

553. *Cum gregibus ſtabula alta trahi.*] Rapi ſex veteres. Nil muta. Virg. Æn. 11. *Fertur in arva furens cumulo, campoſque per omnes*
Cum ſtabulis armenta trahit. De amne. *Idem.*

556. *Turbineo vertice.*] In modum turbinis ſe volvente.

557. *Solito dum limite currant.*] Dum intra ripas aquis imminutis ſe recipiant. *Pont.*

558. *Capiat ſuus alveus undas.*] *Capiat* multi ex vetuſtioribus. pro *capiat.* quomodo Bernegger. ſec. Medic. & alii decem. tres *capiet.* Epicedio Druſi,
Vix capit adjectas alveus altus aquas.
Heinſ.

559. *Uterque.*] Meliores *utarque.* Id.

561. *Nec lævibus atria tophis.*] Aſperis, impolitis. *Tophus* enim lapis eſt cavernoſus. Deſcribit autem poëta ſpeluncam fluminis Deo convenientem. R.

563. *Murice.*] Murex autem genus eſt cochleæ, unde fit purpureus color. R. *Lacunabant.*] Lacunaria ſumma diſtinguebantur alternis murice & concha quaſi teſſelatim.

564. *Jamque.*] Alluſum videtur ad Romanum morem, quo diſcumbere ſoliti ſub tertia diei parte ſuperſtite. Hyperion autem filius Cœli ex Titea ſorore, quam *βασιλειαν* vocat Diodorus, genuit Solem & Lunam. Sol autem ipſe Hyperion dictus. *Farn.*

566. *Hac Ixionides.*] Pirithous Ixionis filius, perpetuus Theſei comes. R. *Illa Trœzenius heros Parte Lelex.*] A Trœzene, ubi Pirtheus regnavit: ſive ille Pithei filius, Æthræque frater fuit. Sed de Lelege ſupra annotavimus. *Micyl.*

567. *Raris jam ſparſus tempora canis.*] *Parcis* pri. Palat. *parvis* plurimi ex antiquioribus. *pancis* quinque. *latris* Spit. *Pariis* prior. Erfurt. cum Gloſſa, id eſt, albis. & ſic pro diversâ lectione unus ex meis. tres *variis.* duo *albis.* unus *niveis.* Omnia fruſtra. Calveſcens enim Lelex deſcribitur. Amor. 1. Eleg. VIII. de anu,
Quin albam raramque comam, lacrymaſque vino
Lumina, rugoſas diſtraheremque genas.
pro *illa parte* quatuor veteres *illac.* cum Arondeliano. *Heinſ.*

Quoſque alios parili fuerat dignatus honore
Amnis Acarnanum, lætiſſimus hoſpite tanto.
Protinus appoſitas nudæ veſtigia Nymphæ
Inſtruxêre epulis menſas : dapibuſque remotis
In gemmâ poſuêre merum. tum maximus heros
Æquora proſpiciens oculis ſubjecta, Quis, inquit,
Ille locus? digitoque oſtendit : &, Inſula nomen
Quod gerat illa, doce. quanquam non una videtur
Amnis ad hæc, Non eſt, inquit, quod cernimus, unum.
Quinque jacent terræ : ſpatii diſcrimine fallunt.
Quoque minus ſpretæ factum mirêre Dianæ;
Naïdes hæ fuerant: quæ cum bis quinque juvencos
Mactaſſent; ruriſque Deos ad ſacra vocaſſent;
Immemores noſtri feſtas duxere chorêas.
Intumui: quantuſque feror, cum plurimus, unquam;
Tantus eram : pariterque animis immanis & undis
A ſilvis ſilvas, & ab arvis arva revelli.
Cumque loco Nymphas, memores tum denique noſtri,
In freta provolvi. fluctus noſterque mariſque

Con-

569. *Latiſſimus hoſpite tanto.*] *Terno* Junianus. bene. *Idem.*

572. *In gemma.*] *In gemmam* multi ex vetuſtioribus. *Idem. Gemma.*] Phiala gemmea, potius quam gemmata, ut quæ fluviatili Deo conveniat magis. Sic Verzina 6. erat etiam vas vinarium, ex una gemma prægrandi trulla excavata. *Nec bibit è gemma diviſe noſtra ſitis.* Proper. 3. lib. 4. el.

575. *Quod gerat.*] *Gerat* cum pleriſque ſcriptis. *Heinſ.*

576. *Cernimus.*] *Cernitis* Florent. S. Marci, Urbin. & tres alii. male. nam ſolum Theſeum alloquitur. ut mox patet ex iis, *ipſe vides.* Idem.

577. *Spatium diſcrimina fallit.*] *Spatii diſcrimina fallunt* multi ex vetuſtioribus. recte, ſi reponas *diſcrimine* cum Urbinati. *Idem.*

578. *Factum.*] Vindictam, qua ſui contemptum ulta eſt in Oeneo & ſuis. F.

581. *Immemores.*] Exaruiſſe aliquando videntur fontes, neque rivulos ſuos, ut prius, in Acheloum deveriſſe. *Farn.*

582. *Cum plurimus.*] Maximus. *T. Cum plurimus feror.*] Sic Virgil. *Plurimus Eridanus. Plurima cervix. Plurima nux.*

584. *Arva revulſi.*] *Revelli* S. Marci, Neap. pri. Medic. Bernegger. Spit. Arond. & decem alii. de quo ad Epiſt. VI. vſ. 103. *Heinſ.*

585. *Memores tum denique noſtri.*] Tum demum intellexerunt, quem per ludibrium de diis agreſtibus inhonoratum præteriiſſent. *Pont.*

586. *Fluctus.*] Inſulas has ante oſtia Acheloi limus vi fluvii advectus congeſſit: Strabo l. 10. Quin & alibi emergunt inſulæ; vel aqua recedente, vel ſpiritu, qui terræ includitur, terram ipſam protrudente & attollente.

587. *Pa-*

Digitized by Google

Continuam diduxit humum; parteſque reſolvit
In totidem, mediis quot cernis Echinadas undis.
Ut tamen ipſe vides, procul, en procul una receſſit
Inſula grata mihi. Perimelen navita dicit.
Huic ego virgineum dilectæ nomen ademi.
Quod pater Hippodamas ægrè tulit: inque profundum
Propulit è ſcopulo parituræ corpora natæ.
Excepi: nantemque ferens, O proxima cælo
Regna vagæ, dixi, ſortite, tridentifer, undæ,
In quo deſinimus, quo ſacri currimus amnes,
[Huc ades, atque audi placidus Neptune precantem.]
Huic ego, quam porto, nocui. ſi mitis, & æquus,
Si

587. *Paritæque revellit*] *Parteſque* pri. Bonon. pri. Argent. cum tribus aliis, & editione Gryphii. bene. *reſolvit* etiam probe quartus Medic. & pro diversâ lectione Rottendorphianus. In Cantabr. & prim. Gronov. *revolvit*. proxime vemm. Multi *revulſit*, ſed *revelli* jam præceſſerat. *Heinſ.*

588. *Mediis quot cernis Echinadas undis.*] Echinades, quæ & *Echina* dicuntur, inſulæ ſunt ad oſtium Acheloi Ætoliæ fluvii, qui limum aſſidue invehendo illas effeciſſe videtur. Dictæ ſunt ab Echino quodam vate.

FAB. VI. *Arg.* Ut tamen ipſe vides.] *Perimele Hippodamantis filia ab Acheloo vim paſſa, è ſaxo a patre in mare fuit præcipitata. Achelous vero de amica ſalute admodum ſollicitus, Neptunum rogavit, ne eam ſubmergi pateretur, ſed ei aut locum præberet, aut ipſam locum efficeret. precibus igitur Acheloi motus Neptunus, eam in inſulam haud longe ab Echinadibus diſtantem commutavit.* R.

590. *Perimelen.*] Inſul. maris Ionii unam Echinadum, ante os ſinus Corinthiaci. *Farn.*

593. *Peritura corpora nata. Paritura* unus Leidenſis & alter Twiſdenius. & placet. *Heinſ.*

594. *O proxima terra Regna.*] *Mundi* in multis vetuſtiorum. *mundi* vel *cæli* pro diversâ lectione ſchedæ Theatinæ. *cælo* unus Mediceus. optime. prima enim ſors Jovi, Neptuno ſecunda, tertia Plutoni obtigerat. *Idem.*

595. *Tridentifer.*] Tridens quem habet Neptunus pro ſceptro, triplicem illius oſtendit poteſtatem, tollendi ſcil. æquoris, placandi, ſervandi. Comes mythol. lib. 2. cap. 8. Aliis τριαινοχος eſt quod medius inter Jovis cœlum & Plutonis infernum, utrumque cum ſuo participet regnum. quod & Proclus refert in Cratylum Platonis, ubi de fratrum trinitate agit. Ipſe τριαινοφορος, famulus τριτων, uxor Αμφιτριτη ternarium ſonant numerum. *Farn.*

596. *In quo deſinimus.*] Duo *deſerimus*. alter Regius *deſerimur*. Puto *deſerimur*, nam unus Moreti *in quem decidimus*. Heinſ. *Sacri amnes.*] Omnes fluvii numen habere dicuntur, unde & *ſacri* nuncupantur. *R.*

597. *Huc ades.*] Ex precantium formula, Deos orantium ut adſint. lib. Amorum eleg. 2. *Huc ades atque meus ſac Dea vincat amor.* Briſſonii formul. 1. lib. plura.

598. *Si mitis.*] *Sis mitis* Cantabrig. & plurimi alii, ut Neptunum hæc ſpectent. Cæterum verſum proxime præcedentem, cujus initium eſt, *Huc ades, atque audi*, ſpurium ac proinde ejiciendum eſſe cenſeo. ut & illum, qui mox ſequitur,

Si pater Hippodamas, aut si minus impius esset;
Debuit illius misereri; ignoscere nobis.
Affer opem; mersæque precor feritate paternâ
Da, Neptune, locum: vel sit locus ipsa licebit.
Hanc quoque complectar. movit caput æquoreus rex:
Concussitque suis omnes assensibus undas.
Extimuit Nymphe: nabat tamen. ipse natantis
Pectora tangebam trepido salientia motu:
Dumque ea contrecto, totum durescere sensi
Corpus; & inductâ condi præcordia terrâ.
[Dum loquor; amplexa est artus nova terra natantes,
Et gravis increvit mutatis insula membris.]
Amnis ab his tacuit. factum mirabile cunctos
Moverat. irridet credentes: utque Deorum
Spretor erat, mentisque ferox Ixione natus;
Ficta refers, nimiumque putas, Acheloë, potentes
Esse

Cui quondam tellus clausa est feritate paterna.

est enim minime ferendus, cum *feritate paternâ* denuo proxime repetatur. Et abest ab uno Vossiano. Gronovianus unus exhibet quidem, sed margini adscriptum. at sec. Palat. pri. Moreti & octo alii proxime sequentem non agnoscunt. male. *Heinf.*

603. *Hanc quoque complectar.*] *Hanc quoque* plurimi ex vetustioribus. hoc est, postquam in insulam erit conversa. Perimelen enim, ut reliquas Echinadas Achelous alluit. Potest & scribi,

Tunc quoque complectar. Heinf.

Movit.] Annuit precibus Neptunus, *tremefecit & aquoreâ nutu.* Farn.

605. *Extimuit Nymphe.*] Aut hi quatuor versus sunt tollendi pro superfluis, aut illi duo, quorum initium *Dum loquor.* ne bis idem dicat. Miror interpretes hoc non vidisse. *Heinf.*

606. *Salientia.*] Palpitantia: id quod timore percussis accidere solet. *Pectora.*] Præcordia.

FAB. VII. VIII. & IX. *Arg. Amnis*, &c.] *Jupiter & Mercurius in hominum figuras versi, inregione Phrygia, cum animos incolarum experti à nullo ultro exciperentur hospitio, à Philemone & Baucide hospitalissime sunt excepti, & cum maxima voluntate rebus humilibus ad victum & necessariis simplicissimos animos pauperum experti sunt, Ergo ut numen ac vim ostenderent suam, senectâ senibus in excelsiorem collem, casam eorum in templum converterunt, eosque ipsos optatos antistites sacrati loci præstiterunt: ita ut cum senectute soluti essent, in arbores converterentur, ut Philemon cederet in ilicem. Baucis in tiliam. Oppidum autem eorum, quod cæteros cives inhospitales habuerat, aquarum multitudine obrutum, stagnum factum est.* Lact.

611. *Factum mirabile.*] Malim *fatum*, ut & libro IX.

Dumque refert Ille fatum mirabile.

non *factum mirabile* veteres illic plerique. *Heinf.*

613. *Ixione.*] Ixionis filius ex Centaurorum genere, qui Superûm contemptores inducuntur à poëtis, ut & Cycloपes. *Farn.*

617. *Animæ*

Eſſe Deos, dixit; ſi dant adimuntque figuras,
Obſtupuêre omnes; nec talia dicta probarunt:
Ante omneſque Lelex, animo maturus & ævo,
Sic ait: immenſa eſt, finemque potentia cœli
Non habet: & quicquid Superi voluêre, peractum eſt.
Quoque minus dubites; tiliæ contermina quercus
Collibus eſt Phrygiis, modico circumdata muro.
Ipſe locum vidi: nam me Pelopeïa Pittheus
Miſit in arva, ſuo quondam regnata parenti.
Haud procul hic ſtagnum; tellus habitabilis olim;
Nunc celebres mergis fulicisque paluſtribus undæ.
Jupiter huc, ſpecie mortali, cumque parente
Venit

617. *Animo maturus & ævo.*] *Animi maturus & avi* malim. ſic *avi maturus Aceſtes* Virgilio lib. v. & lib. ix. *animi maturus Alathes.* paulo ante Noſtro *mentis ferox* Pirithous dicitur. Vide Notas lib. vi. v. 321. lib. xiv.

——— *Romulus maturior avi.*

ita ſcribo, nam vetus codex *ævo.* vulgati *annis.* Claudianus lib. ii. de laudib. Stilich.

——— *ſed avus maturior avi*
Martia relicturo tradit præcepta nepoti.

ut jam ex optimis libris illic caſtigavimus. *Heinſ.*

619. *Quicquid.*] Γένοιτο μὲν τ' ἂν πᾶν ὅτῳ τεχνώμεθα. Sophol. Ajax flagel. Ἐμοὶ δὲ θαυμάσαι θεὸν τελεσθέντων, ὅθεν ποτὲ φαίνοιτ' ἄμμιν, ἄριστον. Pindar. Pyth. ode 10. *Farn.*

621. *Medio circumdata muro.*] *Medico.* præſtantiores plerique. mox *lacum* pro *locum* duo veteres. *Heinſ.*

622. *Pelopeia.*] In Phrygiam, regnatam Tantalo Pelopis patri. *Pittheus.*] Trœzen & Pittheus Pelopis filii fuere è Piſatide. quorum ille urbem ſibi cognominem reliquit; hîc ei ſuccedens ibi regnavit. Teſte Strab. lib. 8. Fuit & Pittheus pater Æthræ quæ mater Theſei. Hunc tamen Lelegis patrem fuiſſe N. L. *Farn.*

623. *Suo parenti.*] Pelopi. Nam Pittheus & Trœzen Pelopis filii fuere, ut Strabo narrat.

624. *Haud.*] Poëtarum fabulas à Sacris fontibus derivatas probatum it Laur. Ramirez c. 36. Pentesontarchi, ex fabb. Promethei, Diluvii, Phaëthontis, &c. Sed actum agit. Hoc olim Patres omnes qui adverſus Gentes ſcripſerunt. Iis quos citavi ad 261. v. lib. i. adde Euſeb. qui lib. 20. præp. Euang. ex Clemente, Joſepho, Porphyrio, Diodoro, aliis, oſtendit eximias quaſque diſciplinas ab Ægyptiis & Hebræis ad Græcos fluxiſſe. Quin & Clemens 6. & 7. Stromat. Græcos furti arguit, ut qui ab Hebræis philoſophiæ ſcita ſua hauſerint. Dixi ad v. 211. lib. i. adumbratum eſſe illum deſcenſum Jovis ſub mortali ſpecie in Arcadiam ex hiſtoria quæ habetur Geneſ. cap. 18. Quod hic clarius liquet, ubi ſub perſonis Jovis & Mercurii hoſpitio exceptorum à Philemone & Baucide, quos illi deduxerunt in montem poſtquam ulti fuiſſent viciniæ improbitatem, urbe & regione in lacum verſa repræſentatur hiſtoria Lothi 19. cap. Geneſ. *Farn.*

626. *Specie mortali.*] *Mortali* ex melioribus, *Heinſ.*

627. Ac-

Venit Atlantiades positis caducifer alis.
Mille domos adiêre, locum requiemque petentes:
Mille domos clausêre seræ. tamen una recepit,
Parva quidem, stipulis & cannâ tecta palustri:
Sed pia Baucis anus, parilique ætate Philemon
Illâ sunt annis juncti juvenilibus; illâ
Consenuêre casâ: paupertatemque fatendo
Effecêre levem, nec iniquâ mente ferendam.
Nec refert, dominos illic, famulosne requiras;
Tota domus, duo sunt: idem parentque jubentque.
Ergo ubi Cælicolæ parvos tetigêre penates;
Submissoque humiles intrarunt vertice postes;
Membra senex posito jussit relevare sedili:
Quo superinjecit textum rude sedula Baucis.
Inde foco tepidum cinerem dimovit: & ignes
Suscitat hesternos; foliisque & cortice sicco

Nu-

627. *Atlantiades caducifer.*] Mercurius caduceum gerens.

630. *Cannâ tecta palustri.*] An *texta?* Adi Notas lib. v. vers. 447. *Heins.*

633. *Paupertatemque ferendo.*] *Fatendo* Florent. S. Marci, prior Erfurt. pri. sec. Palat. Catabrig. tert. Medic. Spirens. aliique complures. recte. lib. II. *& amando, & amare fatendo Cyllaron quos tenet.* Amor. I. Eleg. II.

Acrius invitos multoque ferocius urget,
Quam qui servitium ferre fatentur, Amor.

sic & alibi sæpe. paupertatem vel amorem fatetur, qui palam præ se fert nec dissimulat. lib. IX.

Jamque palam est demens inconcessamque fatetur
Spem Veneris. Idem.

Paupertatemque.] Paupertatis emolumenta & prærogativas, si cui vacet, legat ab Apulejo in Apologia elegantissime descripta; nec non à Seneca passim deprædicata, epist. 2. 4. 17. 20, 80. à Valerio Max. laudata, lib. 4. cap. 4. adi, si placet, Indicem nostrum poëticum. F.

637. *Parvos tetigere penates.*] *Paucos* S. Marci, prim. Reg. Agondel. uterque Erfurt. prim. Palat. fragment. Theat. prim. Vatican. prim. Basil. Spit. decem alii. *parcos* Bernegger. Oxon. & alii duo. Forte *paulos penates.* nam in primo Regio aliisque nonnullis Glossa erat adscripta, *id est, pauperes.* Varro *Pauper à paulo lare.* libro VI. v. 327. *paulo faveas mihi murmure dixi.* sic ex vetustioribus nonnulli. Fastor. III.

Et piget in paucis nomen habere casis.

ita & illic libri veteres. Forte *paulis.* tamen apud Virgilium libro VIII.

——*externumque larem parvosque penates*
Lætus adit.

& apud Silium libro I.

At parvos curru remeabat sæpe penates.

& libro VII.

Nec pigitum parvosque lares humilisque subire
Limina celicolam telli. Heins.

643. *Aut-*

Nutrit; & ad flammas animâ producit anili:
Multifidaſque faces, ramaliaque arida tecto
Detulit, & minuit, parvoque admovit aëno.
Quodque ſuus conjux riguo collegerat horto,
Truncat olus foliis. furcâ levat ille bicorni
Sordida terga ſuis, nigro pendentia tigno:
Servatoque diu reſecat de tergore partem
Exiguam; ſectamque domat ferventibus undis.
Interea medias fallunt ſermonibus horas:
Sentirique moram prohibent. erat alveus illic
Fagineus, curvâ clavo ſuſpenſus ab anſa:
Is tepidis impletur aquis; artuſque fovendos
Accipit. in medio torus eſt de mollibus ulvis
Impo-

643. *Animâ perducit anili.*] *Producit* ex melioribus nonnulli vel *produxit*. Idem. *Anima.*] Spiritu, & flatu, follis vice, uſa. *Farn. Anima.*] Anhelitu. ſic Terent. *animam compreſſi.* Στυγνὸν, ἰσχνὸν ἀνθρακιὰ γνάθοις. Eurip. Cycl. *Majores noſtri, quanquam libenter allio veſcerentur & cepa, optime tamen animati erant*, Cato de R. R. Hinc dicitur, *anima tibi olet.*

648. *Sordida terga ſuis.*] Unus Palat. *Horrida.* unde Gebhardus, *Torrida.* hoc eſt fumo ſiccata. ſic & Sirius & Sol torrere arva dicuntur. Vide Notas Faſt. II. v. 24. apud Juvenalem Sat. XI.

Sicci terga ſuis rara pendentia crate.

poſſet & legi, *Fumida.* quomodo Horatius libro II. Sat. II. *fumoſa pedem perna* dixit. ſed vulgatum non eſt temere mutandum. ut *ſordida fumo* innuat fuiſſe. ſic *ſordentia fumo frena* Silio Italico lib. VI. v. 134. dicuntur. *Heinſius.*

650. *Demat.*] Elixat. lib. I. 288. *ferventibus artus Mollit aquis.* Farn.

653. *Dura clavo ſuſpenſus ab anſa.*] Lege *curva ab anſa.* & ſane Barberinianus *curva* pro diverſa lectione agnoſcit. niſi *curta* malis. quomodo *attritam an ſam* dixit Virgilius. Sed alterum verius. *Heinſ.*

654. *Artuſque.*] Priſcus ille mos fuit lavandi hoſpites. Athenæus I. lib. 9. cap. ex Hom. 3. Odyſſ.

655. *In medio torus eſt.*] Non video quomodo torus in medio eſſe potuerit, qui menſæ locus fuerit dandus. libri veteres magno numero interſerunt poſt hunc verſum,

Conſternuntque torum de molli ſtramineis ulva.

vel, *concutiuntque, conſtituuntque, conficiuntque*, quod in aliis eſt. Neapolitanus, & Florent. S. Marci, tres quatuorve verſus ſuperiores manu recentiori adſcriptos margini exhibent. quibus tamen controverſia non eſt movenda. ſed ex hoc & præcedenti unum eſſe faciendum contendo, ac ſcribo,

——— artuſque fovendos
Accipit. inde torum ſternunt de mollibus ulvis
Impoſitum lecto ſpondâ pedibuſque ſalignis,

nam *Impoſitis* non *Impoſitus* veteres plerique. *Heinſ. Torus.*] Antiquis torus erat è ſtramento. Plin. lib. 8. 48. cap. deinde ex herba, aut ulva. denique, lana & pluma. hic autem impoſitus eſt lecto, qui ligneus, *the bedſted.* funebris autem arundine, aut papyro factus imponebatur pheretro. *Farn.*

659. *Lecto*

Impoſitis lecto, ſpondâ pedibuſque ſalignis.
Veſtibus hunc velant, quas non niſi tempore feſto
Sternere conſuêrant: ſed & hæc viliſque vetuſque
Veſtis erat, lecto non indignanda ſaligno.
Accubuêre Dei. menſam ſuccincta tremenſque
Ponit anus. menſæ ſed erat pes tertius impar:
Teſta parem fecit. quæ poſtquam ſubdita clivum
Suſtulit; æquatam mentæ terſere virentes.
Ponitur hîc bicolor ſinceræ bacca Minervæ,
Conditaque in liquidâ corna autumnalia fæce,
Intubaque, & radix, & lactis maſſa coacti;
Ovaque, non acri leviter verſata favillâ;
Omnia fictilibus. poſt hæc cælatus eâdem

Siſti-

659. *Lecto non indignanda ſaligno.*] Cantabrig. ſec. tert. Palatin. & decem alii, *ſed non indigna.* prim. Gronov. & unus meus. *tamen haud indigna.* nil muto. *Heinſ.*

660. *Menſam ſuccincta, tremenſque Ponit anus.*] *Illa gradum ſtudio celerabat anili.* Virg. 4. Æneid. Τὸ τᾶ ποδὸς μὰν βραδὺ, τὸ τᾶ ταχύ. Eurip. Ion. Et Hercul. Furent. τρομερὰ μόνον, ἀλλ' ὅμως πρόθυμα.

662. *Clivum.*] Inæqualitatem menſæ clivum appellat. R.

663. *Mentæ terſere virenti.*] Alii *mentæ exterſere virentes.* ſed verum eſt, *mentæ terſere virentes* cum codice S. Marci, ſec. Palat. tert. Medic. prim. Hamburg. aliiſque quamplurimis. *Heinſ.*

664. *Bicolor.*] Olivæ viridis & nigræ. hic autem fructus & arbor intemeratæ virginis Pallados, lib. 6. v. 77.

665. *Face.*] Qua condita ſervantur, *pickle.* Farn.

666. *Intubaque & radix.*] Intubum, quod & cicoreum vocatur, herba eſt agreſtis. R. *Lactis.*] Caſeus recens. *Lactantem metam* appellat Martial. lib. 1. epig. 44. *Farn.*

668. *Calatus eodem Siſtitur argento crater.*] *Eodem argillo* unus Palatinus. Græcis quidem ἄργιλλος eſt, ſed apud Latinos obtinet, ut *argilla* dicatur: in primo Mediceo pro diverſa lectione *argilla*, cum Gloſſa, *id eſt, terra.* bene. in multis præterea *de argilla* adſcriptum eſt pro interpretatione. ſic lib. v. Faſt.

Terra rubens crater, pocula fagus erant.

nec placet *cælatus crater* iſte. non enim tam delicatos Baucida & Philemona fuiſſe opinor, ut vaſis non niſi operis cælati ſint uſi. idem ille qui craterem nobis argenteum hic commentus eſt, ut pretium ei adderet, cælatum quoque multa arte procudit. quare legendum puto, *illatus crater. inferre craterem*, ut *inferre lucernam*, quod ſæpe apud Noſtrum occurrit, & contra *efferre.* Propert. libro IV. Eleg. IX.

Lumina ſopitos turbant elata Quirites.

intelligendum de vaſe vinario capaciori. unde Juvenalis *urna crateræ capacem.* Noſter *vaſtum craterα* libro XII. *ingentem* lib. V. *magnos crateras* Virgilius non uno loco. crateras autem cum ne in regum quidem conviviis niſi ahenos & inauratos ſoleant poëtæ apponere, quanto lautiore apparatu ſplendidiſſimus noſter Philemon, & Baucis illa opulenta argenteos, ſi Dis placet, crateras hic oſtentant! & tamen *nullos paratus* Noſter, quod mireris maxime, paulo poſt eſt dicturus. *Heinſ. Eodem.*] Fi-

ſilis

Siſtitur argillâ crater; fabricataque fago
Pocula, qua cava ſunt flaventibus illita ceris.
Parva mora eſt; epulaſque foci miſere calentes:
Nec longæ rurſus referuntur vina ſenectæ;
Dantque locum menſis paulum ſeducta ſecundis,
Hîc nux, hîc miſta eſt rugoſis carica palmis,
Prunaque, & in patulis redolentia mala caniſtris,
Et de purpureis collectæ vitibus uvæ.
Candidus in medio favus eſt. ſuper omnia vultus
Acceſſere boni: nec iners pauperque voluntas.
Interea, quoties hauſtum cratera repleri
Sponte ſuâ, per ſeque vident ſuccreſcere vina,
Attoniti novitate pavent, manibuſque ſupinis
Concipiunt Bauciſque preces timiduſque Philemon:
Et veniam dapibus, nulliſque paratibus orant.
Unicus anſer erat, minimæ cuſtodia villæ:
Quem Dîs hoſpitibus domini mactare parabant:
Ille celer pennâ tardos ætate fatigat;

Elu-

669. *Siſtitur.*] Collocatur in menſa. Apparatum autem menſæ ruſticæ elegantèr effingit poëta. *R.*

670. *Pocula qua cava ſunt.*] *Quâ* ex melioribus. *Heinſ.*

673. *Dantque locum.*] Hic verſus præcedenti videtur præponendus. *Idem. Secundis.*] Cœnæ apud Romanos tres fuiſſe miſſos, nemini non notum. 1. Ante cœnam promulſidem, ſive Guſtum. 2. Cœnæ caput, ex cibis firmis & præcipuis. 3. Bellaria, ſive menſas ſecundas. *F.*

674. *Caryca.*] Ficus eſt à Caryca Laconiæ loco, ubi optimæ naſcuntur, denominata, quæ quia optimæ ſunt ſiccæ, hinc uſus obtinuit ut caryeæ pro ficubus ſiccis accipiantur. Vide Plinium libro decimo tertio capite quinto. lib. 15. cap. 19. *Rugoſis palmis.*] Cum fructibus palmæ rugoſis & ſiccis, quos nunc vulgo dactylos vocant.

675. *Redolentia mala caniſtris.*] *Volentia* Florent. S. Marci. primus Mediceus & prior Hamburg. cum Spirenſi, *olentia*, alius Mediceus *dolentia*. In nonnullis vetus lectio erasa. Scribe *balantia*. ſic *balantes floribus hortos* dixerat Virgil. Adi Notas lib. IV. vſ. 393. apud Martial.

Quod ſpirat tenerâ malum mordente puellâ.

apud Juvenalem Satyra XI.

Æmula Picenis & odoris mala recentis.

Putabam aliquando *ridentia mala*. Heinſius.

678. *Nec iners.*] Voluntas eſt, quæ apud nos ponit beneficium. Sen. 9. Benef. 11. cap. *Farn.*

684. *Cuſtodia.*] *Canibuſque ſagacior anſer.* 599. vſ. lib. 11.

687. *Ille-*

Digitized by Google

Eluditque diu : tandemque eſt viſus ad ipſos
Confugiſſe Deos. Superi vetuere necari;
Dîque ſumus; meritaſque luet vicinia pœnas
Impia, dixerunt. vobis immunibus hujus
Eſſe mali dabitur : modo veſtra relinquite tecta;
Ac noſtros comitate gradus; & in ardua montis
Ite ſimul. parent ambo, baculiſque levati
Nituntur longo veſtigia ponere clivo.
Tantum aberant ſummo; quantum ſemel ire ſagitta
Miſſa poteſt : flexere oculos, & merſa palude
Cætera proſpiciunt : tantum ſua tecta manere.
Dumque ea mirantur; dum deflent fata ſuorum:
Illa vetus dominis etiam caſa parva duobus,
Vertitur in templum : furcas ſubiere columnæ:
Stramina flaveſcunt; adopertaque marmore tellus,
Cæla-

687. *Illuditque diu.*] *Eluditque* cum pleriſque. *Heinſ.*

693. *Ite ſimul. parent; & Dis præeuntibus ambo*
Membra levant baculis : tardique ſenilibus annis
Nituntur longo veſtigia ponere clivo.] Verſus medius in optimo Florentino S. Marci, Neap. Spirenſi, & uno Mediceo, manu recentiori adſcriptus eſt margini. & puto tollendum : primus ſic in eodem S. Marci codice exhibebatur,

Ite ſimul. parent ambo, baculiſque levatis.

pro *levati*. quod diſertim Spirenſis agnoſcit. atque ita in Neapol. etiam videtur exaratum fuiſſe, erat enim eraſa vetus lectio. illud, *tardique ſenilibus annis*, nugatoris commentum eſt, nam ſenio confectos fuiſſe tam Baucida quam Philemonem jam ſupra non ſemel monuerat, jamque & *tardos ætate* vocarat. nec opus eo *Dis præeuntibus*, cum & Deos juſſiſſe ut ſe comitarentur, & illos paruiſſe præmiſerit. pro tribus itaque verſibus duo, quos exhibuimus in contextu, ſunt reponendi. *Idem.*

695. *Quantum ſemel ire ſagitta.*] Neapol. & ſec. Medic. *finire ſagitta.* ſic *finire pacem intra mœnia* auctor Elegiæ in Nucem. Noſter lib. II. Faſt.

——*riparum margine finire aquas*

& ibidem ad Terminum,

Tu populos, urbeſque & regna ingentia finis. Idem.

697 *Manere.*] Stare, ſupereſſe.

698. *Dum deflent fata ſuorum.*] *Merſa vident quæruntque ſua pia culmina villa.*] Hic denuo verſum ejecimus, idque ex auctoritate utriuſque Hamburg. Oxon. Arondel. Thuan. Neapol. prim. Palat. prim. Medic. cum octo aliis. Nec agnoſcunt à manu prima Florent. S. Marci, & primus Regius. quidam tam editi quam ſcripti hunc verſum, qui ferri non poteſt,

Sola loco ſtabat, dum deflent fata ſuorum,

paulo poſt agnoſcunt. *Heinſ.*

700. *Furcas.*] Cervi lignei tranſeunt in marmoreas columnas. *Farn.*

701. *Adopertaque marmore tellus.*] Ex fide optimorum codicum hæc legenda ſunt hoc ordine, quo à nobis exhibentur. Mox codices denuo ex editis nonnulli & ex ſcriptis odioſe verſum exhibent,

Cælataeque fores, aurataque tecta videntur.
Talia cum placido Saturnius edidit ore:
Dicite, juste senex, & fœmina conjuge justo
Digna, quid optetis. cum Baucide pauca locutus,
Consilium Superis aperit commune Philemon:
Esse sacerdotes, delubraque vestra tueri
Poscimus: & quoniam concordes egimus annos;
Auferat hora duos eadem: nec conjugis unquam
Busta meæ videam; neu sim tumulandus ab illâ.
Vota fides sequitur. templi tutela fuêre;
Donec vita data est. annis ævoque soluti
Ante gradus sacros cum starent forte, locique
Narrarent casus; frondere Philemona Baucis,
Baucida conspexit senior frondere Philemon.
Jamque super geminos crescente cacumine vultus,
Mutua, dum licuit, reddebant dicta; Valeque,
O conjux, dixêre simul; simul abdita texit
Ora frutex. Ostendit adhuc Tyaneius illic
Incola de gemino vicinos corpore truncos.
Hæc mihi non vani (neque erat cur fallere vellent)
Narra-

bent, qui jam supra occultebat,
Concipiunt Bancisque preces trimidusque Philemon. Heins.
Adopertaque marmore tellus.] Solum templi marmore stratum.
703. *Talia tum.*] *Cum* ex scriptis. ut sæpe alibi. *Heins.*
704. *Fœmina conjuge justo digna.*] *Fœmina conjuge digne digna* tres scripti. sic apud Val. Flaccum libro VII.
—— *tu laude nova, tu supplice digno*
Dignior.
& in illo veteri carmine à rusticis cantato, apud Festum,
Digna dignis. sic Sarmentus habeat crassas compedes.
Tibullus libro IV. Eleg. VII.
—— *cum digno digna fuisse ferar.*
Idem.
706. *Judicium superis aperit.*] *Judicium* pro sententia dixit. *Judicium* plurimi veteres. Excerpta Jureti & Calandræ cum octo scriptis *Consilium*: quod non est omnino negligendum. *Idem.*
711. *Vota fides sequitur.*] *Ab illo, quod cum dictum est fit, fides nominatur.* Cic.
712. *Annis ævoque soluti.*] Malim *annis senioque soluti.* Heins.
714. *Narrarent casus.*] *Inciperent* Neap. & sec. Medic. non invenuste. *Idem. Frondere.*] Philemona in quercum, Baucida in tiliam mutatam ferunt. *Farn.*
719. *Tyaneius.*] Tyana, urbs Cappadociæ, media inter Cæsaream & Tarsum, urbem Ciliciæ; Apollonio alumno nobilis. Qui vero Tyaneius potuerit ostendere rem in Phrygia gestam, non video, nisi forte alia sit in Phrygia Tyana. *Farn.*

Quoſque alios parili fuerat dignatus honore
Amnis Acarnanum, lætiſſimus hoſpite tanto.
Protinus appoſitas nudæ veſtigia Nymphæ
Inſtruxêre epulis menſas : dapibuſque remotis
In gemmâ poſuêre merum. tum maximus heros
Æquora proſpiciens oculis ſubjecta, Quis, inquit,
Ille locus? digitoque oſtendit : &, Inſula nomen
Quod gerat illa, doce. quanquam non una videtur
Amnis ad hæc, Non eſt, inquit, quod cernimus, unum.
Quinque jacent terræ : ſpatii diſcrimine fallunt.
Quoque minus ſpretæ factum mirêre Dianæ;
Naïdes hæ fuerant: quæ cum bis quinque juvencos
Mactaſſent; ruriſque Deos ad ſacra vocaſſent;
Immemores noſtri feſtas duxere chorêas.
Intumui: quantuſque feror, cum plurimus, unquam;
Tantus eram : pariterque animis immanis & undis
A ſilvis ſilvas, & ab arvis arva revelli.
Cumque loco Nymphas, memores tum denique noſtri,
In freta provolvi. fluctus noſterque mariſque

Con-

569. *Latiſſimus hoſpite tanto.*] *Terno* Junianus. bene. *Idem.*

572. *In gemma.*] *In gemmam* multi ex vetuſtioribus. *Idem. Gemma.*] Phiala gemmea, potius quam gemmata, ut quæ fluviatili Deo conveniat magis. Sic Verſina 6. erat etiam vas vinarium, ex una gemma prægrandi trulla excavata. *Nec bibit è gemma ſtrvite noſtra ſitis.* Proper. 3. lib. 4. el.

575. *Quod gerat.*] *Gerat* cum pleriſque ſcriptis. *Heinſ.*

576. *Cernimus.*] *Cernitis* Florent. S. Marci, Urbin. & tres alii. male. nam ſolum Theſeum alloquitur. ut mox patet ex iis, *ipſe vides.* Idem.

577. *Spatium diſcrimina fallit.*] *Spatii diſcrimina fallunt* multi ex vetuſtioribus. recte, ſi reponas *diſcrimine* cum Urbinati. *Idem.*

578. *Fallimur.*] Vindictam, qua ſui contemptum ulta eſt in Oeneo & ſuis. *F.*

581. *Immemores.*] Exaruiſſe aliquando videntur fontes, neque rivulos ſuos, ut prius, in Acheloum devexiſſe. *Faru.*

582. *Cum plurimus.*] Maximus. *R. Cum plurimus feror.*] Sic Virgil. *Plurimus Eridanus. Plurima cervix. Plurima unda.*

584. *Arva revulſi.*] *Revelli* S. Marci, Neap. pri. Medic. Bernegger. Spic. Arond. & decem alii. de quo ad Epiſt. VI. vſ. 103. *Heinſ.*

585. *Memores tum denique noſtri.*] Tum demum intellexerunt, quem per ludibrium de diis agreſtibus inhonoratum præteriiſſent. *Pont.*

586. *Fluctus.*] Inſulas has ante oſtia Acheloi limus vi fluvii advectus congeſſit: Strabo l. 10. Quin & alibi emergunt inſulæ; vel aqua recedente, vel ſpiritu, qui terræ includitur, terram ipſam protrudente & attollente.

587. *Pa-*

Continuam diduxit humum; parteſque reſolvit
In totidem, mediis quot cernis Echinadas undis.
Ut tamen ipſe vides, procul, en procul una receſſit
Inſula grata mihi. Perimelen navita dicit.
Huic ego virgineum dilectæ nomen ademi.
Quod pater Hippodamas ægrè tulit: inque profundum
Propulit è ſcopulo parituræ corpora natæ.
Excepi: nantemque ferens, O proxima cælo
Regna vagæ, dixi, ſortite, tridentifer, undæ,
In quo deſinimus, quo ſacri currimus amnes,
[Huc ades, atque audi placidus Neptune precantem.]
Huic ego, quam porto, nocui. ſi mitis, & æquus,
Si

587. *Pariterque revellit*] *Parteſque* pri. Bonon. pri. Argent. cum tribus aliis, & editione Gryphii. bene. *reſolvit* etiam probe quartus Medic. & pro diversâ lectione Rottendorphianus. In Cantabr. & prim. Gronov. *revolvit*. proxime vemm. Multi *revulſit*. ſed *revelli* jam præceſſerat. *Heinſ.*

588. *Mediis quot cernis Echinadas undis.*] Echinades, quæ & *Echinæ* dicuntur, inſulæ ſunt ad oſtium Acheloi Ætoliæ fluvii, qui limum aſſidue invehendo illas effeciſſe videtur. Dictæ ſunt ab Echino quodam vate.

FAB. VI. *Arg.* Ut tamen ipſe vides.] *Perimele Hippodamantis filia ab Acheloo vim paſſa, è ſaxo a patre in mare fuit præcipitata. Achelous vero de amica ſalute admodum ſollicitus, Neptunum rogavit, ne eam ſubmergi pateretur, ſed ei aut locum præberet, aut ipſam locum efficeret. precibus igitur Acheloi motus Neptunus, eam in inſulam haud longe ab Echinadibus diſtantem commutavit.* R.

590. *Perimelen.*] Inſul. maris Ionii unam Echinadum, ante os ſinus Corinthiaci. *Farn.*

593. *Peritura corpora nata. Paritura* unus Leidenſis & alter Twiſdenius. & placet. *Heinſ.*

594. *O proxima terra Regna.*] *Mundi* in multis vetuſtiorum. *mundi* vel *cæli* pro diversâ lectione ſchedæ Theatinæ. *cælo* unus Mediceus. optime. prima enim ſors Jovi, Neptuno ſecunda, tertia Plutoni obtigerat. *Idem.*

595. *Tridentifer.*] Tridens quem habet Neptunus pro ſceptro, triplicem illius oſtendit poteſtatem, tollendi ſcil. æquoris, placandi, ſervandi. Comes mythol. lib. 2. cap. 8. Aliis τριαινόχος eſt quod medius inter Jovis cœlum & Plutonis infernum, utrumque cum ſuo participet regnum. quod & Proclus refert in Cratylum Platonis, ubi de fratrum trinitate agit. Ipſe τριαινοφόρος, famulus τρίτων, uxor Ἀμφιτρίτη ternarium ſonant numerum. *Farn.*

596. *In quo deſinimus.*] Duo *deſerimus*. alter Regius *deſerimur*. Puto *deferimur*, nam unus Moreti *in quem decidimus*. Heinſ. *Sacri amnes.*] Omnes fluvii numen habere dicuntur, unde & *ſacri* nuncupantur. R.

597. *Huc ades.*] Ex precantium formula, Deos orantium ut adſint. lib. Amorum eleg. 2. *Huc ades atque meus ſac Dea vincat amor.* Briſſonii formul. 1. lib. plura.

598. *Si mitis.*] *Sis mitis* Cantabrig. & plurimi alii, ut Neptunum hæc ſpectent. Cæterum verſum proxime præcedentem, cujus initium eſt, *Huc ades, atque audi*, ſpurium ac proinde ejiciendum eſſe cenſeo. ut & illum, qui mox ſequitur,

Si pater Hippodamas, aut si minus impius esset;
Debuit illius misereri; ignoscere nobis.
Affer opem; merſæque precor feritate paternâ
Da, Neptune, locum: vel sit locus ipsa licebit.
Hanc quoque complectar. movit caput æquoreus rex:
Concussitque suis omnes assensibus undas.
Extimuit Nymphe: nabat tamen. ipse natantis
Pectora tangebam trepido salientia motu:
Dumque ea contrecto, totum durescere sensi
Corpus; & inductâ condi præcordia terrâ.
[Dum loquor; amplexa est artus nova terra natantes,
Et gravis increvit mutatis insula membris.]
Amnis ab his tacuit. factum mirabile cunctos
Moverat. irridet credentes: utque Deorum
Spretor erat, mentisque ferox Ixione natus;
Ficta refers, nimiumque putas, Acheloë, potentes
Esse

Cui quondam tellus clausa est feritate paterna.

est enim minime ferendus, cum *feritate paternâ* denuo proxime repetatur. Et abest ab uno Vossiano. Gronovianus unus exhibet quidem, sed margini adscriptum. at sec. Palat. pri. Moreti & octo alii proxime sequentem non agnoscunt. male. *Heins.*

603. *Hanc quoque complectar.*] *Hanc quoque* plurimi ex vetustioribus. hoc est, postquam in insulam erit conversa. Perimelen enim, ut reliquas Echinadas Achelous alluit. Potest & scribi,

Tunc quoque complectar. Heins.

Movit.] Annuit precibus Neptunus, *tremefecit & aquorâ nutu.* Farn.

605. *Extimuit Nymphe.*] Aut hi quatuor versus sunt tollendi pro superfluis, aut illi duo, quorum initium *Dum loquor.* ne bis idem dicat. Miror interpretes hoc non vidisse. *Heins.*

606. *Salientia.*] Palpitantia: id quod timore percussis accidere solet. *Pectora.*] Præcordia.

FAB. VII. VIII. & IX. *Arg.* *Amnis, &c.*] *Jupiter & Mercurius in hominum figuras versi, irrogiem Phrygiæ, cum animos incolarum experti à nullo altro exciperentur hospitio, à Philemone & Baucide hospitalissime sunt excepti, & cum maxima voluntate rebus humilibus ad victum & necessariis simplicissimos animos pauperum experti sunt, Ergo ut numen ac vim ostenderent suam, sevocatis senibus in excelsiorem collem, casam eorum in templum converterunt, eosque ipsos optatos antistites sacrati loci præstiterunt: ita ut cum senectute solvi essent, in arbores converterentur, ut Philemon coderet in ilicem. Baucis in tiliam. Oppidum autem eorum, quod cateros cives inhospitales habuerat, aquarum multitudine obrutum, stagnum factum est.* Lact.

611. *Factum mirabile.*] Malim *fatum*, ut & libro IX.

Dumque refert Iöle fatum mirabile.

non *factum mirabile* veteres illic plerique. *Heins.*

613. *Ixione.*] Ixionis filius ex Centaurorum genere, qui Superûm contemptores inducuntur à poëtis, ut & Cyclopes. *Farn.*

617. *Animo*

Digitized by Google

Eſſe Deos, dixit; ſi dant adimuntque figuras,
Obſtupuêre omnes; nec talia dicta probarunt:
Ante omneſque Lelex, animo maturus & ævo,
Sic ait: immenſa eſt, finemque potentia cœli
Non habet: & quicquid Superi voluêre, peractum eſt.
Quoque minus dubites; tiliæ contermina quercus
Collibus eſt Phrygiis, modico circumdata muro.
Ipſe locum vidi: nam me Pelopeïa Pittheus
Miſit in arva, ſuo quondam regnata parenti.
Haud procul hic ſtagnum; tellus habitabilis olim;
Nunc celebres mergis fulicisque paluſtribus undæ.
Jupiter huc, ſpecie mortali, cumque parente

Venit

617. *Animo maturus & ævo.*] *Animi maturus & avi* malim. ſic *avi maturus Acesten* Virgilio lib. v. & lib. IX. *animi maturus Alathes.* paulo ante Noſtro *mentis ferox* Pirithous dicitur. Vide Notas lib. VI. v. 321. lib. XIV.

——— *Romulus maturior avi.*

ita ſcribo, nam vetus codex *ævo.* vulgati *annis.* Claudianus lib. II. de laudib. Stilich.

——— *ſed avus maturior avi*
Martia veſturo tradit præcepta nepoti.

ut jam ex optimis libris illic caſtigavimus. *Heinſ.*

619. *Quicquid.*] Τίνοντο μὲν τ' ἀν πᾶν θεὸς τιχνωμένη. Sophol. Ajax flagel. Ἐμοὶ δὲ θαυμάσαι θεῶν τελεσφόρον, ὅθεν ποτὲ φαίνονται ἴκμιον, ἔτιχον. Pindar. Pyth. ode 10. *Farn.*

621. *Medio circumdata muro.*] *Medico.* præſtantiores plerique. mox *lacum* pro *locum* duo veteres. *Heinſ.*

622. *Pelopeia.*] In Phrygiam, regnatam Tantalo Pelopis patri. *Pittheus.*] Trœzen & Pittheus Pelopis filii fuere è Piſatide. quorum ille urbem ſibi cognominem reliquit; hîc ei ſuccedens ibi regnavit. Teſte Strab. lib. 8. Fuit & Pittheus pater Æthræ quæ mater Theſei. Hunc tamen Lelegis patrem fuiſſe N. L. *Farn.*

623. *Suo parenti.*] Pelopi. Nam Pittheus & Trœzen Pelopis filii fuere, ut Strabo narrat.

624. *Haud.*] Poëtarum fabulas à Sacris fontibus derivatas probatum it Laur. Ramirez c. 36. Pentecontarchi, ex fabb. Promethei, Diluvii, Phaëthontis, &c. Sed actum agit. Hoc olim Patres omnes qui adverſus Gentes ſcripſerunt. Iis quos citavi ad 261. v. lib. I. adde Euſeb. qui lib. 20. præp. Euang. ex Clemente, Joſepho, Porphyrio, Diodoro, aliis, oſtendit eximias quaſque diſciplinas ab Ægyptiis & Hebræis ad Græcos fluxiſſe. Quin & Clemens 6. & 7. Stromat. Græcos furti arguit, ut qui ab Hebræis philoſophiæ ſcita ſua hauſerint. Dixi ad v. 211. lib. I. adumbratum eſſe illum deſcenſum Jovis ſub mortali ſpecie in Arcadiam ex hiſtoria quæ habetur Geneſ. cap. 18. Quod hic clarius liquet, ubi ſub perſonis Jovis & Mercurii hoſpitio exceptorum à Philemone & Baucide, quos illi deduxerunt in montem poſtquam ulti fuiſſent viciniæ improbitatem, urbe & regione in lacum verſa repræſentatur hiſtoria Lothi 19. cap. Geneſ. *Farn.*

626. *Specie mortali.*] *Mortali* ex melioribus. *Heinſ.*

627. At

Venit Atlantiades positis caducifer alis.
Mille domos adiêre, locum requiemque petentes:
Mille domos clausêre seræ. tamen una recepit,
Parva quidem, stipulis & cannâ tecta palustri:
Sed pia Baucis anus, parilique ætate Philemon
Illâ sunt annis juncti juvenilibus; illâ
Consenuêre casâ: paupertatemque fatendo
Effecêre levem, nec iniquâ mente ferendam.
Nec refert, dominos illic, famulosne requiras;
Tota domus, duo sunt: idem parentque jubentque.
Ergo ubi Cælicolæ parvos tetigêre penates;
Submissoque humiles intrarunt vertice postes;
Membra senex posito jussit relevare sedili:
Quo superinjecit textum rude sedula Baucis.
Inde foco tepidum cinerem dimovit: & ignes
Suscitat hesternos; foliisque & cortice sicco

Nu-

627. *Atlantiades caducifer.*] Mercurius caduceum gerens.

630. *Cannâ tecta palustri.*] An *texta?* Adi Notas lib. v. vers. 447. *Heins.*

633. *Paupertatemque ferendo.*] *Fatendo* Florent. S. Marci, prior Erfurt. pri. sec. Palat. Catabrig. tert. Medic. Spirens. aliique complures. recte. lib. II. *& amando, & amare fatendo Cyllaron puta tenet.* Amor. I. Eleg. II.

Acrius invitos multoque ferocius urget,
Quam qui servitium ferre fatentur, Amor.

sic & alibi sæpe. paupertatem vel amorem fatetur, qui palam præ se fert nec dissimulat. lib. IX.

Jamque palam est demens inconcessamque fatetur
Spem Veneris. Idem.

Paupertatemque.] Paupertatis emolumenta & prærogativas, si cui vacet, legat ab Apulejo in Apologia elegantissime descripta; nec non à Seneca passim deprædicata, epist. 2. 4. 17. 20, 80. à Valerio Max. laudata, lib. 4. cap. 4. adi, si placet, Indicem nostrum poëticum. F.

637. *Parvos tetigere penates.*] *Paucos* S. Marci, prim. Reg. Arundel. utervque Erfurt. prim. Palat. fragment. Theat. prim. Vatican. prim. Basil. Spit. decem alii. *parces* Bernegger. Oxon. & alii duo. Forte *paulos penates.* nam in primo Regio aliisque nonnullis Glossa erat adscripta, *id est, pauperes.* Varro *Pauper a paulo lare.* libro VI. v. 327. *paulo faveas mihi murmure dixi.* sic ex vetustioribus nonnulli. Fastor. III.

Et piget in paucis nomen habere casi.

ita & illic libri veteres. Forte *paulis.* tamen apud Virgilium libro VIII.

——*externumque larem parvosque penates*
Latus adit.

& apud Silium libro I.

At parvos curru remeabant sæpe penates.

& libro VII.

Nec pigitum parvosque lares humilisque subire
Limina caticolam tecti. Heins.

643. *Aut-*

Digitized by Google

Nutrit; & ad flammas animâ producit anili:
Multifidaſque faces, ramaliaque arida tecto
Detulit, & minuit, parvoque admovit aëno.
Quodque ſuus conjux riguo collegerat horto,
Truncat olus foliis. furcâ levat ille bicorni
Sordida terga ſuis, nigro pendentia tigno:
Servatoque diu reſecat de tergore partem
Exiguam; ſectamque domat ferventibus undis.
Interea medias fallunt ſermonibus horas:
Sentirique moram prohibent. erat alveus illic
Fagineus, curvâ clavo ſuſpenſus ab anſa:
Is tepidis impletur aquis; artuſque fovendos
Accipit. in medio torus eſt de mollibus ulvis
Impo-

643. *Animâ perducit anili.*] *Produxit* ex melioribus nonnulli vel *produxit*. Idem. *Anima.*] Spiritu, & flatu, follis vice, uſa. *Farn. Anima.*] Anhelitu. ſic Terent. *animam compreſſi.* Στυγῶμεν, ὀλιγάνθρωπα αἰθέρα γνάθοις. Eurip. Cycl. *Majores noſtri, quanquam libenter allio veſcerentur & cepa, optime tamen animati erant.* Cato de R. R. Hinc dicitur, *anima tibi olet.*

648. *Sordida terga ſuis.*] Unus Palat. *Horrida.* unde Gebhardus, *Torrida.* hoc eſt fumo ſiccata. ſic & Sirius & Sol torrere arva dicuntur. Vide Notas Faſt. II. v. 24. apud Juvenalem Sat. XI.

Sicci terga ſuis rara pendentia crate.

poſſet & legi, *Fumida.* quomodo Horatius libro II. Sat. II. *fumoſa pedem pernæ* dixit. ſed vulgatum non eſt temere mutandum. ut *ſordida fumo* innuat fuiſſe. ſic *ſordentia fumo frena* Silio Italico lib. VI. v. 134. dicuntur. *Heinſius.*

650. *Domat.*] Elixat. lib. I. 288. *ferventibus artus Mollit aquis.* Farn.

653. *Dura clavo ſuſpenſus ab anſa.*] Lege *curva ab anſa.* & ſane Barberinianus *curva* pro diverſa lectione agnoſcit. niſi *curta* malis. quomodo *attritam antſam* dixit Virgilius. Sed alterum verius. *Heinſ.*

654. *Artuſque.*] Priſcus ille mos fuit lavandi hoſpites. Athenæus I. lib. 9. cap. ex Hom. 3. Odyſſ.

655. *In medio torus eſt.*] Non video quomodo torus in medio eſſe potuerit, qui menſæ locus fuerit dandus. libri veteres magno numero interſerunt poſt hunc verſum,

Conſternuntque torum de molli ſtramineis ulvis.

vel, *concutiuntque, conſtituuntque, conſciuntque*, quod in aliis eſt. Neapolitanus, & Florent. S. Marci, tres quatuorve verſus ſuperiores manu recentiori adſcriptos margini exhibent. quibus tamen controverſia non eſt movenda. ſed ex hoc & præcedenti unum eſſe faciendum contendo, ac ſcribo,

——— *artuſque fovendos*
Accipit. inde torum ſternunt de mollibus ulvis
Impoſitum lecto ſpondâ pedibuſque ſalignis,

nam *Impoſitis* non *Impoſitus* veteres plerique. *Heinſ. Torus.*] Antiquis torus erat è ſtramento. Plin. lib. 8. 48. cap. deinde ex herba, aut ulva. denique, lana & pluma. hic autem impoſitus eſt lecto, qui ligneus, *the bedſted.* funebris autem arundine, aut papyro factus imponebatur pheretro. *Farn.*

659. *Lecto*

Impoſitis lecto, ſpondâ pedibuſque ſalignis.
Veſtibus hunc velant, quas non niſi tempore feſto
Sternere conſuêrant: ſed & hæc viliſque vetuſque
Veſtis erat, lecto non indignanda ſaligno.
Accubuêre Dei. menſam ſuccincta tremenſque
Ponit anus. menſæ ſed erat pes tertius impar:
Teſta parem fecit. quæ poſtquam ſubdita clivum
Suſtulit; æquatam mentæ terſere virentes.
Ponitur hîc bicolor ſinceræ bacca Minervæ,
Conditaque in liquidâ corna autumnalia fæce,
Intubaque, & radix, & lactis maſſa coacti;
Ovaque, non acri leviter verſata favillâ;
Omnia fictilibus. poſt hæc cælatus eâdem

Siſti-

659. *Lecto non indignanda ſaligno.*] Cantabrig. ſec. tert. Palatin. & decem alii, *ſed non indigna.* prim. Gronov. & unus meus. *tamen haud indigna.* nil muto. *Heinſ.*

660. *Menſam ſuccincta, tremenſque Ponit anus.*] *Illa gradum ſtudio celerabat anili.* Virg. 4. Æneid. Τὸ τῦ ποδὸς μὴν βραδὺ, τὸ τῦ ταχύ. Eurip. Ion. Et Hercul. Furent. τρομερὰ μόνον, ἀλλ' ὅμως πρόθυμα.

662. *Clivum.*] Inæqualitatem menſæ clivum appellat. *R.*

663. *Mentа exterſere virenti.*] Alii *mentа exterſere virentes.* ſed verum eſt, *mentа terſere virentes* cum codice S. Marci, ſec. Palat. tert. Medic. prim. Hamburg. aliiſque quamplurimis. *Heinſ.*

664. *Bicolor.*] Olivæ virides & nigræ. hic autem fructus & arbor intemeratæ virginis Pallados, lib. 6. v. 77.

665. *Face.*] Qua condita ſervantur, *pickle.* Farn.

666. *Intubaque & radix.*] Intubum, quod & cicoreum vocatur, herba eſt agreſtis. *R. Lactis.*] Caſeus recens. *Lactantem metam* appellat Martial. lib. 1. epig. 44. *Farn.*

668. *Calatus eodem Siſtitur argento crater.*] *Eodem argillo* unus Palatinus. Græcis quidem ἄργιλλος eſt, ſed apud Latinos obtinet, ut *argilla* dicatur: in primo Mediceo pro diverſa lectione *argilla*, cum Gloſſa, *id eſt, terra.* bene. in multis præterea *de argilla* adſcriptum eſt pro interpretatione. ſic lib. v. Faſt.

Terra rubens crater, poculа fagus erat.

nec placet *calatus crater* iſte. non enim tam delicatos Baucida & Philemona fuiſſe opinor, ut vaſis non niſi operis cælati ſint uſi. idem ille qui craterem nobis argenteum hic commentus eſt, ut pretium ei adderet, cælatum quoque multa arte procudit. quare legendum puto, *illatus crater. inferre craterem*, ut *inferre lucernam*, quod ſæpe apud Noſtrum occurrit, & contra *efferre.* Propert. libro IV. Eleg. IX.

Lumina ſopites turbant elata Quirites.

intelligendum de vaſe vinario capaciori. unde Juvenalis *urna crateraе capacem.* Noſter *veſtum craterа* libro XII. *ingentem* lib. V. *magnes crateras* Virgilius non uno loco. crateras autem cum ne in regum quidem conviviis niſi ahenos & inauratos ſoleant poëtæ apponere, quanto lautiore apparatu ſplendidiſſimus noſter Philemon, & Baucis illa opulenta argenteos, ſi Dis placet, crateras hic oſtentant! & tamen *nullos paratus* Noſter, quod mireris maxime, paullo poſt eſt dictums. *Heinſ. Eodem.*] Fi-

Digitized by Google

Siſtitur argillâ crater; fabricataque fago
Pocula, qua cava ſunt flaventibus illita ceris. 670
Parva mora eſt; epulaſque foci miſere calentes:
Nec longæ rurſus referuntur vina ſenectæ;
Dantque locum menſis paulum ſeducta ſecundis,
Hîc nux, hîc miſta eſt rugoſis carica palmis,
Prunaque, & in patulis redolentia mala caniſtris, 675
Et de purpureis collectæ vitibus uvæ.
Candidus in medio favus eſt. ſuper omnia vultus
Acceſſere boni: nec iners pauperque voluntas.
Interea, quoties hauſtum cratera repleri
Sponte ſuâ, per ſeque vident ſuccreſcere vina, 680
Attoniti novitate pavent, manibuſque ſupinis
Concipiunt Bauciſque preces timiduſque Philemon:
Et veniam dapibus, nulliſque paratibus orant.
Unicus anſer erat, minimæ cuſtodia villæ:
Quem Dîs hoſpitibus domini mactare parabant: 685
Ille celer pennâ tardos ætate fatigat;

Elu-

cilis ergo, Agathoclea. Auſonius epigr. 8. *& recubans ſub eodem marmore* (quo ſcil. ſigebantur urceoli) Chiron. 3. Sat. Juvenalis. *Magnus animus*, inquit Seneca, *fictilibus mitur tanquam argento & auro.* Farn.

669. *Siſtitur.*] Collocatur in menſa. Apparatum autem menſæ ruſticæ eleganter effingit poëta. *R.*

670. *Pocula qua cava ſunt.*] *Quâ* ex melioribus. *Heinſ.*

673. *Dantque locum.*] Hic verſus præcedenti videtur præponendus. *Idem. Secundis.*] Cœnæ apud Romanos tres fuiſſe miſſos, nemini non notum. 1. Ante cœnam promulſidem, ſive Guſtum. 2. Cœnæ caput, ex cibis firmis & præcipuis. 3. Bellaria, ſive menſas ſecundas. *F.*

674. *Caryca.*] Ficus eſt à Caryca Laconiæ loco, ubi optimæ naſcuntur, denominata, quæ quia optimæ ſunt ſiccæ, hinc uſus obtinuit ut carycæ pro ficubus ſiccis accipiantur. Vide Plinium libro decimo tertio capite quinto. lib. 15. cap. 19. *Rugoſis palmis.*] Cum fructibus palmæ rugoſis & ſiccis, quos nunc vulgo dactylos vocant.

675. *Redolentia mala caniſtris.*] *Volentia* Florent. S. Marci. primus Mediceus & prior Hamburg. cum Spirenſi, *olentia*, alius Mediceus *dolentia*. In nonnullis vetus lectio eraſa. Scribe *balantia*. ſic *balantes floribus hortos* dixerat Virgil. Adi Notas lib. IV. vſ. 393. apud Martial.

Quod ſpirat tenerâ malum mordente puellâ.

apud Juvenalem Satyra XI.

Æmula Picenis & oderis mala recentis. Putabam aliquando *ridentia mala*. Heinſius.

678. *Nec iners.*] Voluntas eſt, quæ apud nos ponit beneficium. Sen. 9. Benef. 11. cap. *Farn.*

684. *Cuſtodia.*] *Canibuſque ſagacior anſer.* 599. vſ. lib. 11.

687. *Ille-*

Digitized by Google

Eluditque diu : tandemque eſt viſus ad ipſos
Confugiſſe Deos. Superi vetuere necari;
Dîque ſumus; meritaſque luet vicinia poenas
Impia, dixerunt. vobis immunibus hujus
Eſſe mali dabitur : modo veſtra relinquite tecta;
Ac noſtros comitate gradus; & in ardua montis
Ite ſimul. parent ambo, baculiſque levati
Nituntur longo veſtigia ponere clivo.
Tantum aberant ſummo; quantum ſemel ire ſagitta
Miſſa poteſt : flexere oculos, & merſa palude
Cætera proſpiciunt : tantum ſua tecta manere.
Dumque ea mirantur; dum deflent fata ſuorum:
Illa vetus dominis etiam caſa parva duobus,
Vertitur in templum : furcas ſubiere columnæ:
Stramina flaveſcunt; adopertaque marmore tellus,
Cæla-

687. *Illuditque diu.*] *Eluditque* cum pleriſque. *Heinſ.*

693. *Ite ſimul. parent; & Dis praeuntibus ambo*
Membra levant baculis : tardique ſenilibus annis
Nituntur longo veſtigia ponere clivo.]
Verſus medius in optimo Florentino S. Marci, Neap. Spirenſi, & uno Mediceo, manu recentiori adſcriptus eſt margini. & puto tollendum : primus ſic in eodem S. Marci codice exhibebatur,
Et ſimul. parent ambo, baculiſque levatis.
pro *levati*. quod diſertim Spirenſis agnoſcit. atque ita in Neapol. etiam videtur exaratum fuiſſe, erat enim eraſa vetus lectio. illud, *tardique ſenilibus annis*, nugatoris commentum eſt, nam ſenio confectos fuiſſe tam Baucida quam Philemonem jam ſupra non ſemel monuerat, jamque & *tardos ætate* vocarat. nec opus eo *Dis praeuntibus*, cum & Deos juſſiſſe ut ſe comitarentur, & illos paruiſſe præmiſerit. pro tribus itaque verſibus duo, quos exhibuimus in contextu, ſunt reponendi. *Idem.*

695. *Quantum ſemel ire ſagitta.*] Neapol. & ſec. Medic. *finire ſagitta.* ſic *finire pacem intra mania* auctor Elegiæ in Nucem. Noſter lib. 11. Faſt.

——*riparum margine finire aquas*

& ibidem ad Terminum,

Tu populos, urbeſque & regna ingentia finis. Idem.

697 *Manere.*] Stare, ſupereſſe.

698. *Dum deflent fata ſuorum.*] *Merſa vident quaeruntque ſua pia culmina villa.*] Hic denuo verſum ejecimus, idque ex auctoritate utriuſque Hamburg. Oxon. Arondel. Thuan. Neapol. prim. Palat. prim. Medic. cum octo aliis. Nec agnoſcunt à manu prima Florent. S. Marci, & primus Regius. quidam tam editi quam ſcripti hunc verſum, qui ferri non poteſt,

Sola loco ſtabat, dum deflent fata ſuorum,

paulo poſt agnoſcunt. *Heinſ.*

700. *Furcas.*] Cervi liguei tranſeunt in marmoreas columnas. *Farn.*

701. *Adopertaque marmore tellus.*] Ex fide optimorum codicum hæc legenda ſunt hoc ordine, quo à nobis exhibentur. Mox codices denuo ex editis nonnulli & ex ſcriptis odioſe verſum exhibent,

Cælatæque fores, aurataque tecta videntur.
Talia cum placido Saturnius edidit ore:
Dicite, juſte ſenex, & fœmina conjuge juſto
Digna, quid optetis. cum Baucide pauca locutus,
Conſilium Superis aperit commune Philemon:
Eſſe ſacerdotes, delubraque veſtra tueri
Poſcimus: & quoniam concordes egimus annos;
Auferat hora duos eadem: nec conjugis unquam
Buſta meæ videam; neu ſim tumulandus ab illâ.
Vota fides ſequitur. templi tutela fuêre;
Donec vita data eſt. annis ævoque ſoluti
Ante gradus ſacros cum ſtarent forte, locique
Narrarent caſus; frondere Philemona Baucis,
Baucida conſpexit ſenior frondere Philemon.
Jamque ſuper geminos creſcente cacumine vultus,
Mutua, dum licuit, reddebant dicta; Valeque,
O conjux, dixêre ſimul; ſimul abdita texit
Ora frutex. Oſtendit adhuc Tyaneius illic
Incola de gemino vicinos corpore truncos.
Hæc mihi non vani (neque erat cur fallere vellent)
Narra-

bent, qui jam ſupra occurrebat,
Concipiunt Bauciſque preces trimiduſque Philemon. Heinſ.
Adopertaque marmore tellus.] Solum templi marmore ſtratum.

703. *Talia tum.*] *Cum* ex ſcriptis. ut ſæpe alibi. *Heinſ.*

704. *Fœmina conjuge juſto digna.*] *Fœmina conjuge digno digna* tres ſcripti. ſic apud Val. Flaccum libro VII.
——*tu laude nova, tu ſupplice digno*
Dignior.
& in illo veteri carmine à ruſticis cantato, apud Feſtum,
Digna dignis. ſic Sarmentus habeat craſſas compedes.
Tibullus libro IV. Eleg. VII.
——*cum digno digna fuiſſe ferar.*
Idem.

706. *Judicium ſuperis aperit.*] *Judicium* pro ſententia dixit. *Judicium* plurimi veteres. Excerpta Jureti & Calandræ cum octo ſcriptis *Conſilium*: quod non eſt omnino negligendum. *Idem.*

711. *Vota fides ſequitur.*] *Ab illo, quod cum dictum eſt fit, fides nominatur.* Cic.

712. *Annis ævoque ſoluti.*] Malim *annis ſenioque ſoluti.* Heinſ.

714. *Narrarent caſus.*] *Inciperent* Neap. & ſec. Medic. non invenuſte. *Idem. Frondere.*] Philemona in quercum, Baucida in tiliam mutatam ferunt. *Farn.*

719. *Tyaneius.*] Tyana, urbs Cappadociæ, media inter Cæſaream & Tarſum, urbem Ciliciæ; Apollonio alumno nobilis. Qui vero Tyaneius potuerit oſtendere rem in Phrygia geſtam, non video, niſi forte alia ſit in Phrygia Tyana. *Farn.*

Narravere senes. equidem pendentia vidi
Serta super ramos: ponensque recentia, dixi,
Cura pii Dîs sunt, &, qui coluere, coluntur.
Desierat: cunctosque & res & moverat auctor: 725
Thesea præcipuè: quem facta audire volentem
Mira Deûm, nixus cubito Calydonius amnis
Talibus alloquitur: Sunt, ô fortissime, quorum
Forma semel mota est, & in hoc renovamine mansit.
Sunt, quibus in plures jus est transire figuras: 730
Ut tibi, complexi terram maris incola, Proteu.
Nam modo te juvenem, modo te videre leonem,
Nunc violentus aper: nunc, quem tetigisse timerent,
Anguis

724. *Cur Deum Di sint.*] Nihili hæc sunt, nec ad rem quicquam faciunt. *Cura Dei dii sunt* in uno Mediceo. in uno meo, *Cura deum sunt isti sint.* in uno Leidensi *Cura deum sunt isti. sint isti* Spirensis. Castigatiores certe plerique *sunt* non *sint.* & *colantur* non *colantur.* Noricus *Cura deum hi sunt.* Scribe,

Cura pii Dis sunt, & qui coluere coluntur.

quod proxime ad Medicei libri scripturam accedit. sic in Fastis lib. II.

Di pia facta vident.

ad Horatium libro I. Od. XVII.

Dis pietas mea cura est.

Apollo apud Callimachum Hymno in Delum, θεοὶ δὲ καὶ ἀνθρώποι μέλομεν. *Heins.*

FAB. X. *Arg.* Hæc mihi non vani. nec.] *Achelous inter epulas Theseo, quem receperat hospitio, enarrans, hos qui in alienam figuram verti sese, miranti casus mortalium, etiam qui in plures figuras abierint refert. & Protea Neptuni filium, solitum modo in juvenem, modo leonem, interdum in aprum, alias in anguem, & catera animalia converti, quibus insidiantes posset eludere.* Lact.

727. *Calydonius amnis.*] Achelous.

731. *Ut tibi complexi terram maris incola Proteu.*] Proteus Oceani & Tethyos fuit filius, ut Theogonia Hesiodus scribit. Fuit autem vates clariss. Iliacis temporibus, qui se in varias mutabat figuras. vide Natal. lib. 8. myth. cap. 8. *Complexi terram.*] Nam terra infima est omnium elementorum, quam ita Oceanus complectitur, ut aër Oceanum, aërem æther, ætherem cœlum. *Proteu.*] Rex Ægypti, Ceres; Græcis Πρωτεὺς dictus, & Deus maris; quem se in varias mutasse formas fingunt: Homer. 4. Odyss. Orpheus in hymn. Aristoph. in Ranis. Virgil. 4. Georgic. Quem nonnulli Magica arte se in eas formas mutasse ferunt. Plato in Euthydemo tradit Sophistam fuisse. Rhetorem alii & dicendi peritum; Politicum alii, qui arte varia pro re ac tempore Rempubl. administrarit. Ad regum insignia referunt alii, quæ subinde immutantur, nunc tauri, &c. Lucianus de saltatore interpretatur varios figuras repræsentante. Tzetzes λοιμόμαντιν vaticinantem per pelves fuisse arbitratur. Philosophum fuisse putant alii, de variarum rerum natura differentem. Ponticus Heraclides in libro Homeric. allegoriarum. & hunc sequutus Clariss. Fr. Baconus in Sap. vet. interpretantur informem rerum Materiam, variarum formarum susceptibilem. *Faru.*

733. *Quem tetigisse timerent.*] *Quem* prim. Medic. & Spirens. Vide Notas l. IV. vs. 495.

FAB.

Anguis erat: modo te faciebant cornua taurum.
Sæpe lapis poteras, arbor quoque sæpe videri.
Interdum, faciem liquidarum imitatus aquarum,
Flumen erat: interdum undis contrarius ignis.
Nec minus Autolyci conjux Erisichthone nata
Juris habet. pater hujus erat, qui numina Divûm
Sperneret; & nullos aris adoleret honores.
Ille etiam Cereale nemus violasse securi
Dicitur; & lucos ferro temerasse vetustos.
Stabat in his ingens annoso robore quercus;
Una nemus: vittæ mediam, memoresque tabellæ,
Sertaque cingebant voti argumenta potentis.
Sæpe sub hac Dryades festas duxere choreas:
Sæpe etiam, manibus nexis ex ordine, trunci
Circuiere modum: mensuraque roboris ulnas
Quinque ter implebat. nec non & cætera tanto

Silva

FAB. XI. *Arg.* Erisichthone nata.] *Erisichthon Thessalus fuit Deorum contemptor, qui cum Cereri nemus consecratum, ac in eo quercum, in qua nympha habitabat, succidisset, Hamadryades illorum montium incolæ ad Cererem convenerunt, precantes ut tantam impietatem ulcisceretur. Ea vero & sua & Hamadryadum causa mota, numinum contemptorem Erisichthonem novo pœnæ genere assidua videlicet fame cruciare decrevit. R. Fabula Erisichthonis describitur apud Callimachum in hymno Cereris.* Micyl.

738. *Autolyci.*] Πολυμορφίας secundum exemplum adjicitur Metra, filia Erisichthonis, quæ nupsit Autolyco patri Anticleæ, quæ Ulyssis mater, se datura est in tertium in exemplum. *Farn.*

740. *Aris adoleret honores.*] *Odores* vetustiores plerique. Virgilius tamen Æn. III.

Junoni Argivæ jussos adolemus honores. Heins.

741. *Nemus Cereale.*] Cereri consecratum.

743. *Quercus.*] Callimacho in hymno Cereris, est populus, ἦν δέ τις αἴγειρος, μέγα δένδρον, αἰθέρι κῶμον. *Farn.*

744. *Una.*] Quæ una nemoris instar erat. vide Jul. Scalig. Poëtic. lib. 5. c. 8. *Farn. Memores tabellæ.*] Memoriam eorum continentes, qui ope illius nymphæ compotes voti facti fuissent.

745. *Voti argumenta.*] Ἀναθήματα, donaria ab iis suspensa qui Cereris ope votorum compotes fuerunt. sic vs. 56. supra. De platano à Xerxe torquibus & armillis ornata. Ælian. l. 2. Var. hist. 14. cap. Sed & notum est de more suspendendi memorum tabellarum.

746. *Sæpe.*] Τῷ δὲ ἐπὶ ταὶ νόμφαι ποτὶ τοίδιον ἐχόρευον. Callimach. ibid.

749. *Cætera tantum Sylva sub hac omnis quantum fuit herba sub illa.*] Locus male habitus. Florentinus S. Marci, Bernegger. prim. Hamburgensis, Cant. prim. Gronovii, prim. tert. quart. Medic. Spirens. & alii multi, *tanto*, & *quanto*. recto. deinde *fuit herba sub omni* in plerisque castigatioribus. nisi quod

Silva ſub hac, ſilvâ quanto jacet herba ſub omni.
Non tamen idcirco ferrum Triopeïus illâ
Abſtinuit; famuloſque jubet ſuccidere ſacrum
Robur: & ut juſſos cunctari vidit, ab uno
Edidit hæc raptâ ſceleratus verba ſecuri:
Non dilecta Deæ ſolum, ſed & ipſa licebit
Sit Dea, jam tanget frondente cacumine terram.
Dixit; &, obliquos dum telum librat in ictus,
Contremuit, gemitumque dedit Deoïæ quercus:
Et pariter frondes, pariter pallеſcere glandes
Cœpere; ac longi ſudore madeſcere rami.
Cujus & in trunco fecit manus impia vulnus;
Haud aliter fluxit diſcuſsâ cortice ſanguis;

Quam

in prim. Erfurt. prim. Gronov. & uno meo, *jacet herba ſub omni.* Rottendorphianus, *Silva quantum fuit herba ſub illa.* prim. Medic. *quanto fuit herba ſub arbore.* Scribe,

——— *nec non cætera tanto*
Silva ſub hac, ſilvâ quanto jacet herba
ſub omni. libro XIII.
——— *quanto dux milite major,*
Tanto ego te ſupero.

ita recte meliores codices, *jacet ſilva.* ut libro II.

——— *terra penitus penituſque jacentes.*

Seneca Hercule Furente,

——— *Campus hanc circa jacet,*
In quo ſuperbo digerit vultu ſedens
Animas recentes. Val. Flaccus lib. I.
Ingenti jacet ore chaos.

& ſic de inferis ſæpe poëtæ, *cubantem Uſticam* pari modo pro depreſſa dixit Horatius libro I. Od. XVII. *Heinſ.*

751. *Triopeïus.*] Triopæ filius. ſic enim Tzetzes in Lyeophronem. Alii ſubſtituunt, *Dryopeius*, id eſt, Theſſalus. *F.*

752. *Famuloſque jubet.*] *Famuliſque* cum uno meo malim. *Heinſ.*

758. *Dodonia quercus.*] An quia Dodonæum nemus quercu celeberrimum, propterea quercus omnes Dodoniæ ſunt dicendæ, etiam Theſſalæ? haud opinor. *de vulnere quercus* plurimi veteres, nonnulli *decidua.* vel *jam decida* vel *mox decida.* Ex vetuſtioribus Florent. S. Marci. Neapol. Bernegger. prim. Hamburg. prim. Vatican. ſec. tert. Medic. prim. Gronov. Noricus, & ſex alii, *Deoïda. Deida* prim. Palat. & prim. Mozetti. *Theoïda* fragmentum Theat. & duo alii, *Dodoyda. Dodoida, Dodonida*, & ſimilia. Scribe *Deoïa quercus*, ἀπὸ τῆς Δωδώνης. *Cereale nemus* paulo ante dixerat. *Deïida* pro Proſerpina habes lib. VI. verſ. 114. & apud Auſonium Epiſt. V. ad Theonem. Hæc ſcripſeram, cum vidi veram lectionem ſubodoratum quoque eſſe Carolum Vivianum in ſuis caſtigationibus. *Idem.*

760. *Langi pallorem ducere rami.*] *Sudore madeſcere* Cantabrig. unus Medicens, & unus Palatin. cum margine Gryphiano. nil mutо. *ſudoremve ducere* Barberin. *Idem.*

762. *Diſcuſſo cortice ſanguis.*] *Diſcuſſo ſanguine cortex* plerique vetuſtiores. Scribe *diſcuſſus ſanguine cortex.* atque ita quattuor Mediceus. niſi malis cum uno Strozz. *diſcuſſa cortice ſanguis.* de quo vide Notas Met. IV. V. 375. mox etiam *cruor profuſus* pro *profundi* bene prim. Baſil. prim. Gronov. & quinque aut ſex alii. *Idem.*

765. Ob-

Quam ſolet, ante aras ingens ubi victima taurus
Concidit, abruptâ cruor è cervice profuſus.
Obſtupuere omnes: aliquiſque ex omnibus audet
Deterrere nefas; ſævamque inhibere bipennim.
Aſpicit hunc, Mentiſque piæ cape præmia, dixit
Theſſalus: inque virum convertit ab arbore ferrum:
Detruncatque caput; repetitaque robora cædit.
Editus è medio ſonus eſt cum robore talis:
Nympha ſub hoc ego ſum Cereri gratiſſima ligno:
Quæ tibi factorum pœnas inſtare tuorum
Vaticinor moriens noſtri ſolatia leti.
Perſequitur ſcelus ille ſuum: labefactaque tandem
Ictibus innumeris, adductaque funibus arbor
Corruit, & multam proſtravit pondere ſilvam.
Attonitæ Dryades damno nemoriſque ſuoque,
Omnes germanæ, Cererem cum veſtibus atris
Mœrentes adeunt; pœnamque Eriſichthonis orant.
Annuit his: capitiſque ſui pulcherrima motu
Concuſſit gravidis oneratos meſſibus agros:

Moli-

765. *Obſtupuere omnes.*] Puto *Obſtupuere animi.* quia Τὸ *omnibus* mox ſequitur. Statius,

Obſtupuere animi, fecitque ſilentia terror.

Idem. *Aliquiſque.*] Sacerdotem, inquit Scalig. lib. 5. poët. cap. 8. excitat Ceres, ut Eryſichthona caſtiget, Ovid. famulo attribuit. Non excitat ſacerdotem, pace tua Juli; ſed ipſa aſſimilata eſt ſacerdoti. Λύτινα Νικάνδρη (τὰν οἱ πόλις ἀφίερωσαν Δαμοσίαν ἱερῆαν) ἰδίσατο. Huic ſimile quippiam de Hamadryade monente Parœbum. Μὴ ταμίαις πρίμνον δρυὸς ἱλιπόδων, narrat Apollonius lib. 2. Argonaut. v. 475. & commentator ibi. *Fun.*

768. *Theſſalus.*] Eriſichthon. *R.*

771. *Nympha.*] Servius ad eclogam 10. Virgilii, Nymphæ, inquit, Hamadryades ſunt, quæ cum arboribus naſcuntur & pereunt, ἀπὸ τῶ ἅμα καὶ τῆς δρυὸς, qualis fuit illa, quam Eriſichthon occidit: qui cum arborem incideret, & vox inde erupit, & ſanguis, ſicut docet Ovidius. Et Scaliger 5. lib. Poëtices cap. 8. Nudis Callimachi rebus Ovidius addit ornamenta: veluti cum orationem attribuit Nymphæ; Callimachus ſolum, καλὸν μέλος ἰαχεῖν ἐλαίης.

772. *Quæ tibi.*] Ναὶ, ναὶ, τεύξεο δῶμα πύρου, πύρου, ὅτι δαῖτα ποιήσεις, θαμινὰ γὰρ ἐς ὕστερον εἰλαπινάζεαι τοί. ipſa Ceres interminata Eriſichthoni. Callim. *Idem.*

775. *Adductaque funibus arbor.*] Nihil hoc loco mutandum. Lucanus libro 14.

——*ſed tertia puppis*
Hæſit, & ad cautes adducto fune ſecuta eſt. Heinſ.

777. *Nemorumque ſuoque.*] *Nemoriſque* rectius alii. *Idem.*

Moliturque genus pœnæ miſerabile, ſi non
Ille ſuis eſſet nulli miſerabilis actis,
Peſtiferâ lacerare Fame. quæ quatenus ipſi
Non adeunda Deæ, (neque enim Cereremque Famemque
Fata coire ſinunt) montani numinis unam
Talibus agreſtem compellat Oreäda dictis:
Eſt locus extremis Scythiæ glacialis in oris,
Triſte ſolum, ſterilis, ſine fruge, ſine arbore tellus;
Frigus iners illic habitant, Pallorque, Tremorque,
Et jejuna Fames: ea ſe in præcordia condat
Scrilegi ſcelerata jube. nec copia rerum
Vincat eam; ſuperetque meas certamine vires.
Neve viæ ſpatium te terreat; accipe currus:
Accipe. quos frænis altè moderêre dracones.
Et dedit. illa dato ſubvecta per aëra curru
Devenit in Scythiam: rigidique cacumine montis
(Caucaſon appellant) ſerpentum colla levavit:
Quæſitamque Famem lapidoſo vidit in agro,
Unguibus & raras vellentem dentibus herbas.
Hirtus erat crinis; cava lumina: pallor in ore:
Labra incana ſitu: ſcabræ rubigine fauces:

Dura

787. *Oreada.*] Nympham montanam. *Oreades* namque montium ſunt nymphæ, ἀπὸ τῦ ὄρους, hoc eſt, à monte cognominatæ.

795. *Alte moderere.*] Per aëtem moderere & regas in ſublimi. Vide Gebhard. Crepund. 2. cap. 14. *Pont. Dracones.*] Cereris jugales lib. 5. vſ. 642. *geminos Dea fertilis angues Turribus admovit, frænisque coërcuit ora, Et medium cœli terraque per aëra vecta eſt.* Sic & Triptolemo dedit currum, quem alati trahebant dracones, quo vectus mortales agriculturam doceret. *Fern.*

797. *Rigidique cacumina montis.*] *Cacumine* ex plurimis antiquorum. *Heinſ.*

798. *Caucaſon appellant.*] Caucaſus mons eſt Scythiæ omnium altiſſimus, perpetuiſque nivibus tectus. *R. Serpentum colla levavit.*] Id eſt, adeunt iis jugum. *Pont.*

800. *Raras vellentem dentibus herbas.*] *Raras* rectius unus Bonon. *rara herbas*, quia in agro lapidoſo. Lucanus de Africa libro IX.

Hoc tam ſegne ſolum raras tamen ecce herbas.

ac atris unus Voſſ. quidam *duris.* Heinſ.

802. *Scabri rubigine dentes.*] De dentibus jam præceſſerat. quare aſſentior pleriſque antiquis, in quibus *ſcabra ſaces.* niſi quod in uno Langermanni, *ſcabra mala.* libro tamen II. de Invidia,

——*livent rubigine dentes,*
Peſſora felle virens.

& *rubigineſos dentes* dixit Martialis. Petronio

Dura cutis, per quam ſpectari viſcera poſſent:
Oſſa ſub incurvis exſtabant arida lumbis:
Ventris erat pro ventre locus. pendere putares
Pectus, & à ſpinæ tantummodo crate teneri.
Auxerat articulos macies, genuumque rigebat
Orbis, & immodico prodibant tubera talo.
Hanc procul ut vidit (neque enim eſt accedere juxta
Auſa) refert mandata Deæ; paulumque morata
Quamquam aberat longè, quamquam modo venerat illuc,
Viſa tamen ſenſiſſe Famem; retroque dracones
Egit in Hæmoniam verſis ſublimis habenis.
Dicta Fames Cereris (quamvis contraria ſemper
Illius eſt operi) peragit; perque aëra vento
Ad juſſam delata domum eſt: & protinus intrat
Sacrilegi thalamos: altoque ſopore ſolutum
(Noctis erat tempus) geminis amplectitur alis:

Seque

tronio quoque *ſcabra rubigine dentes.* habes & *ſcabros dentes* apud Suetonium & Martianum Capellam, ex quibus vulgatam lectionem in hoc Naſonis loco tuebatur noſter Grævius. *Idem.*

803. *Per quam.*] *Qui eſſa atque pellis totus eſt, ita curæ macet. Quin exta inſpicere, in ſole etiam vivo licet; Ita is pellucet, quaſi laterna Punica.* Euclio de agno macilento ſibi à Megadoro miſſo. in Plauti Aulularia. *Farn.*

805. *Oſſa extabant.*] Οὐ γὰρ ἦτε σάρκας τὸ καὶ Ὀστέα ἦσε ἔχωσιν. Hom. Odyſſ. λ. v. 218. *Cujus viſcera non aperta Tuſcus per pellem poterit videre Aruſpex.* Petron. Priap.

807. *Genuumque tumebat orbis.*] *Rigebat* Arondel. & duo alii. Auctor Moreti,

Continuis rimis calcanea ſciſſa rigebant.

quanquam nec vulgata ſcriptura inconcinna eſt. mox *immodico prodibant tubera talo*, non *tubere tali* Florent. S. Marci, & unus Bonon. bene. *Heinſ.*

809. *Neque enim.*] Ita & lib. 11. fl. 630. *Poſtquam mandata peregit Iris, abit: neque enim ulterius tolerare ſoporis Vim poterat; labique ut ſomnum ſenſit in artus, effugit.* Farn.

813. *In Æmoniam.*] Theſſaliam, quæ ſæpius nomina mutavit. Nam & Pelaſgicum Argos, & Hellas, & Dryopis, & Græcia, & Hellenis à regibus fuit cognominata.

814. *Quamvis contraria ſemper Illius eſt operi.*] Neque enim ubi ſunt fruges, quæ ſunt opera Cereris, ibi Fames poteſt eſſe. Fruges præterea a Cerere inventas, Fames aſſidue conſumit.

815. *Perque aëra vento.*] *Velta* Neap. ſec. Medic. pri. Baſil. pri. Hamburg. & pro diverſa lectione Florent. S. Marci. Nil muto. *Heinſ.*

816. *Ad juſſam delata domum eſt.*] Eriſichthonis.

817. *Altoque.*] Quin etiam invaſio atque impreſſio famis apud Callimachum nulla: Ovidio adeo luculenta, ut nihil ſupra, *altoque ſopore ſolutum, &c.* Scaliger 5. lib. Poët. cap. 8. *Farn.*

818. *Noctis enim tempus.*] *Erat tempus* Bernegg. pri. Erfurt. pri. Hamburg. & decem

Seque viro inſpirat, fauceſque, & pectus & ora
Afflat; & in vacuis ſpargit jejunia venis.
Functaque mandato fœcundum deſerit orbem;
Inque domos inopes aſſueta revertitur arva.
Lenis adhuc ſomnus placidis Eriſichthona pennis
Mulcebat. petit ille dapes ſub imagine ſomni:
Oraque vana movet, dentemque in dente fatigat;
Exercetque cibo deluſum gutture inani:
Proque epulis tenues nequicquam devorat auras.
Ut verò eſt expulſa quies; furit ardor edendi:
Perque avidas fauces, immenſaque viſcera regnat.
Nec mora: quod pontus, quod terra, quod educat aër,
Poſcit; & oppoſitis queritur jejunia menſis:
Inque epulis epulas quærit. quodque urbibus eſſe,
Quodque ſatis populo poterat; non ſufficit uni.
Pluſque cupit, quo plura ſuam demittit in alvum.
Utque fretum recipit de totâ flumina terrâ;
Nec ſatiatur aquis; peregrinoſque ebibit amnes;
Utque rapax ignis non unquam alimenta recuſat;

In-

decem alii. pro *ulnis* plurimi veteres *glis*. etiam probe. *Heinſ.*

820. *Peragit jejunia.*] Prim. Baſil. tert. Medic. excerpta Jureti, pri. Vatic. & octo aut novem alii, *ſpargit*. quod omnino arridet. duo *ſparſit*. Idem.

822. *Inque domos inopes aſſuetaque vertitur arva.*] Scripti maxima ex parte, *aſſueta revertitur antra*. quidam etiam *arva*, quos inter pri. Medic. pri. Moreti, iterque Hamburg. Bernegger. & prim. Reg. recte. nam *lapidoſum agrum* non *antrum* Fami paulo ante aſſignarat. *domus inopes antra* familiaris Naſoni appoſitio. *Idem.*

823. *Lenis adhuc.*] In quibus, inquit Scaliger, fuerat Callimachus æquo fuſior ac laxior, uti, in pecoribus, malis, equis, uſque ad felem ipſam, ea Noſter bono judicio neglexit, illaque eſt imitatus, quæ ingenii ſui vi effecit, ut eſſent ſua. Ea vero argute acuteque ac pluſquam humano ingenio eſt proſecutus. Ipſo in ſomno eſurientem facit. *Lenis adhuc ſomnus*, &c. Farn.

826. *Deluſum gutture.*] *Defectum* S. Marci codex, & unus Medic. unuſque Bonon.

828. *Ardor.*] Βυλιμία, φαγέδαινα, γαστριμαχία. *Farn.*

829. *Immenſa viſcera.*] Inexplebilia.

Ardor edendi.] Dira fames.

834. *Pluſque cupit.*] *Sitit* pri. Gronov. venuſte. *Heinſ. Pluſque.*] Σχίτλιος ὅσσα πίσαιτο τόσων ἴχνι ἰμείρει αὐτῳ. Callim.

835. *Utque.*] Καὶὰ δ' ἐξάλλετο γαστὴρ Αἰὲι μᾶλλον ἰδοῦσι. τὰ δ' ἐς βόθυν εἶα θαλάσσης Ἀλκμάτης ἀχάρτα κατίμπλασον εἴδατα πάντα. Ὡς δὲ μίμαρτο χιὼν, &c. Callimach. *Farn.*

838. *In-*

Innumeraſque trabes cremat; &, quo copia major
Eſt data, plura petit; turbâque voracior ipſa eſt:
Sic epulas omnes Eriſichthonis ora profani
Accipiunt, poſcuntque ſimul. cibus omnis in illo
Cauſſa cibi eſt: ſemperque locus ſit inanis edendo.
Jamque fame patrias altique voragine ventris
Attenuarat opes. ſed inattenuata manebas
Tum quoque, dira fames; implacatæque vigebat
Flamma gulæ. tandem, demiſſo in viſcera cenſu,
Filia reſtabat, non illo digna parente.
Hanc quoque vendit inops. dominum generoſa recuſat:
Et vicina ſuas tendens ſuper æquora palmas,
Eripe me domino, qui raptæ præmia nobis
Virginitatis habes, ait. hæc Neptunus habebat.
Qui prece non ſpretâ, quamvis modo viſa ſequenti
Eſſet hero; formamque novat; vultumque virilem
Induit, & cultus piſcem capientibus aptos.

Hanc

838. *Innumeraſque faces.*] *Trabes* cum Florentino S. Marci, Excerptis Jureti, Moreti & uno meo. *Heinſ.*

839. *Plura cupit.*] *Petit* cum melioribus. alterum jam præceſſit. niſi *capit* reponis cum uno Voſſiano & altero Erfurt. Adeantur Notæ Art. Amat. III. v. 757. ſed forte paulo ante legendum,

Pluſque capit, quo plura ſuam demittit in alvum,

nam ita Grævianus, aliique nonnulli. *Idem. Ipſa turba.*] Ipſa rerum copia.

841. *Accipiunt.*] Laudat Scaliger, lib. 5. Poët. cap. 8. ſententiarum hæc acumina & pondera. *Inque epulis epulas quærit. ignem copia fieri voraciorem. accipiunt poſcuntque ſimul. Cibus omnis in illa Cauſſa cibi eſt. & ſemperque locus ſit inanis edendo.* Farn.

844. *Inattenuata manebat.*] *Manebas* ex Neap. Urbin. ſec. Medic. & tribus aliis. *Heinſ.*

846. *Demiſſo in viſcera cenſu.*] Conſumpto patrimonio.

848. *Hanc.*] Iſ. Tzetzes ad illa Lycophronis τῆς παντομόρφου Βασσάρας λαμπηδὼ Τοκῆος, ἣ τ' ἀλφαίοισι ταῖς καθ' ὑμέας Βυτίνας ἀλθαίνουσαν ἀμαλὰν πατρὸς, vocat hanc Μήτραν & φαρμακίδα fuiſſe ait, quam in varias animalium formas mutatam pater vendidit, quæ paulo poſt recepta ſua forma ad patrem reverſa eſt. Ant. Liberalis Τ' τροφὴν nominat, & quæ pro muliere vendita, mox in virum mutata, patri ſuo hinc alimenta ſuppeditarit. *Fornab.*

851. *Hac Neptunus habebat.*] Exponit poëta id quod puella tacuerat, à Neptuno fuiſſe raptam.

853. *Hero.*] Domino, cui, à patre Eriſichthone fuerat vendita. R.

854. *Et vultus piſces capientibus aptos.*] Imo *cultus* cum Naugerii & Calandræ codicibus & uno Mediceo, nam *vultus* jam præceſſerat. deinde *piſcem* cum pri. & ſec. Medic. Floren. S. Marci, Neap. Bernegger. Thuan. pri. Hamburg. & ſex aliis. *captantibus* denique excerpta Jureti,

Hanc dominus ſpectans, O qui pendentia parvo
Æra cibo celas, moderator arundinis, inquit,
Sic mare compoſitum, ſic ſit tibi piſcis in undâ
Credulus, & nullos, niſi fixus, ſentiat hamos:
Quæ modo cum vili turbatis veſte capillis
Littore in hoc ſteterat, (nam ſtantem in littore vidi)
Dic ubi ſit: neque enim veſtigia longius exſtant.
Illa Dei munus bene cedere ſentit: & à ſe
Se quæri gaudens, his eſt reſecuta rogantem:
Quiſquis es, ignoſcas; in nullam lumina partem
Gurgite ab hoc flexi; ſtudioque operatus inhæſi.
Quoque minus dubites, ſic has Deus æquoris artes
Adjuvet, ut nemo jamdudum littore in iſto,
(Me tamen excepto) nec fœmina conſtitit ulla.
Credidit; & verſo dominus pede preſſit arenam;
Eluſusque abiit. illi ſua reddita forma eſt.
Aſt ubi habere ſuam transformia corpora ſentit,
Sæpe pater dominis Triopeïda vendit. at illa
Nunc equa, nunc ales, modo bos, modo cervus abibat:
Præbebatque avido non juſta alimenta parenti.
Vis tamen illa mali poſtquam conſumſerat omnem
Materiam, dederatque gravi nova pabula morbo;
Ipſe ſuos artus lacero divellere morſu

Cœpit:

ſæti, ſec. Palat. & duo Medicei ex melioribus. *Heinſ.*

856. *Æra cibo.*] Hamos æreos, aut ferreos. *Quique tegis parvis æra recurva cibis.* Farn.

862. *Bene cedere ſenſit.*] *Sentit* ſec. Palat. & duodecim alii. ſic & infra meliores,

——— *transformia corpora ſentit.*

Heinſ.

865. *Studioque operatus inhæſi.*] Scribe *operatus* cum tertio Mediceo & Thuaneo. lib. VII.

Montibus errabat, ſtudiis operata Diana. Vide Notas Epiſt. IX. v. 35. & Amor. II. Eleg. VII. v. 23. *Idem.*

872. *Triopeïda tradit.*] *Vendit* prim. Gronov. & ſex alii. *Idem. Triopeïda.*] Ὀπαλὴν τῆς μήτρας πάντα κατασχεδὸν, &c. Eriſichthon, ubi bona ſua omnia luxu dilapidaſſet, demum & filiam proſtituit. illius vero ætatis homines ante cuſas pecunias pecora aliaſque merces invicem permutabant. Illa itaque ab hoc accepta ove, bove ab alio, alia ab aliis mercede, & ſuæ & paternæ ſubvenit inediæ, atque hinc natam fabulam ait Iſ. Tzetzes, in locum modo dictum Lycophronis.

874. *Non juſta.*] Πάρεργα, & dolo malo quæſita. *Farn.*

876. *Pabula morbo.*] *Monſtro* alter Erfurtanus, quæ vox Naſoni familiaris. *Heinſ.*

879. *Quid*

Cœpit : & infelix minuendo corpus alebat.
Quid moror externis? etiam mihi ſæpe novandi
Corporis, ô juvenes, numero finita poteſtas.
Nam modo, quod nunc ſum, videor : modo flector in anguem :
Armenti modo dux vires in cornua ſumo.
Cornua, dum potui. nunc pars caret altera telo
Frontis, ut ipſe vides. gemitus ſunt verba ſecuti.

879. *Quid moror externis.*] *Exemplis* pri. Gronov. & unus Patav. ut in Faſtis, *Quid moror exemplis, quorum me turba fatigat?* Idem.

880. *O juvenes.*] Theſeum & Lelega alloquitur Achelous. *R. Numero.*] Non infinita, ut Proteo & Metræ : ſed numero præſcripto, ternario ſc. in hominem taurum, anguem ; quæ ad fluviorum imagines pertinent, ut in lib. ſeq. vide & Æliani Var. hiſt. lib. 2. cap. 33. Deianira apud Sophoclem in Trachiniis : Μυσὰρ γὰρ ἦν μοὶ ποταμὸς, Ἀχελῶον λέγω, Ὃς μ' ἦν τρισὶ φορμαῖσιν ἐξάιτει πατρὸς· Φοίτων ἰναργὴς ταῦρος, ἄλλοτ' αἰόλος Δράκων ἰλιγτός. ἄλλοτ' ἀνδρείῳ κύτει Βύπρωρος, & commentator ibidem.

881. *Nam modo qui nunc ſum.*] *Quod nunc ſum* prim. Gronov. prim. Erfurt. & duo alii. *Heinſ.*

883. *Cornua dum ſumſi.*] *Dum potui* eleganter excerpta Jureti, Florent. S. Marci, Neap. ſec. Medic. & quatuor alii cum Arondeliano. ut Τὸ *ſumſi* ſubintelligatur, tertius Medic. & ſec. Vatic. *dum geſſi.* apud Maronem libro XI.

Hactenus, Acca ſoror, potui. nunc vulnus acerbum
Conficit.

ubi Servius. *Abſolute, vel pugnare vel vivere ; neceſſaria enim eclipſis in defectione, qua ex rate non ſemel poſita eſt.* ubi *neceſſaria enim ellipſis* ſcribendum. *Idem.*

884. *Gemitus ſunt verba ſecuti.*] *Sua verba* ſcribendum. quod codex Zulichemianus confirmat, unus Medic. *ſibi verba.* Adeantur Notæ ad Epiſt. XVII. v. 252. *Idem.*



Digitized by Google



Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER IX.

ARGUMENTUM.

Hæc illi postea vestem misit, qua periit (postquam Lichas in scopulum fuit translatus) & in cælum traductus est. Tum verò Alcmena ad Iolen se contulit: eique Galanthidem in mustelam, & illa vicissim sororem suam in arborem conversam narravit. Interim supervenit ipsis Iolaus, reparata per Heben juventute. Id quod non posse omnibus contingere, Jupiter Æaci exemplo docet. Hunc fugiens Miletus, in Asiam discessit, & Biblidem procreavit atque Caunum: cujus illa amore tabefacta, in fontem periit. Quæ quidem res magis mira omnibus visa fuisset; nisi paulo ante Iphis, ipso nuptiarum die, virilem sexum accepisset.

QUæ gemitû; truncæque Deo Neptunius heros
Causſa rogat frontis: cum ſic Calydonius amnis
Cœpit, inornatos redimitus arundine crines:
Triſte petis munus. quis enim ſua prælia victus
Commemorare velit? referam tamen ordine. nec tam
Turpe fuit vinci, quam contendiſſe decorum eſt:
Magnaque dat nobis tantus ſolatia victor.

No-

FAB. I. *Arg.* Quæ gemitus, &c.] *Herculis luctam cum Acheloo in hujus voluminis initio ita describit poëta, ut & librum libro; & fabulam fabulæ eleganter connectat, variasque Acheloi transfigurationes inter luctandam exponat. Cum enim Deianiram Oenei Calydoniæ regis filiam cum multis aliis Hercules Achelouſque petiissent; virginis pater decrevit, ut is illa potiretur, qui in luctæ certamine superior esset. Cum igitur alii cessissent, Hercules atque Achelous ineunt luctam: in qua cum alter virtute superior esset, Achelous ad notas artes decurrit, ac cum se & in anguem, & in taurum frustra mutasset, victus, alteroque cornu mutilatus, pudore se in fluvium conjecit. Nympha vero cornu illud suscipientes, omni fructuum genere repleverunt, cornuque copiæ appellaverunt.* R. *Vide Eras. in proverbio copiæ cornu.*

1. *Truncæ frontis.*] Mutilatæ, altero enim cornu carebat. *Micyl. Neptunius.* Theseus, Neptuni ab Ægeo patre, nepos.

2. *Truncæ frontis.*] Redi ad Tom. 1. p. 126. vs. 139. Et p. 225. vs. 265.

3. *Arundine.*] Arundinibus & salictis prætexuntur majorum fluviorum ripæ, hic & ipsi arundineis coronis redimiti à poëtis. *cum tenuis glauco velabat arundine Carbasus, & crines umbrosa tegebat arundo.* Virg. 8. Æneid. *Farn.*

7. *Tantus victor.*] Quantus Hercules fuit. *Micyl. Magnaque.*] Pudorem tollit victo,

Nomine si qua suo tandem pervênit ad aures
Deïanira tuas; quondam pulcherrima virgo,
Multorumque fuit spes invidiosa procorum.
Cum quibus ut soceri domus est intrata petiti;
Accipe me generum, dixi, Parthaone nate.
Dixit & Alcides. alii cessêre duobus.
Ille Jovem socerum dare se, famamque laborum,
Et superata suæ referebat jussa novercæ.
Contra ego: (turpe Deum mortali cedere duxi:
Nondum erat ille Deus) Regem me cernis aquarum
Cursibus obliquis inter tua regna fluentem:
Nec gener externis hospes tibi missus ab oris,
Sed popularis ero, & rerum pars una tuarum.
Tantùm ne noceat, quod me nec regia Juno
Odit, & omnis abest jussorum pœna laborum.
Nam quod te jactas Alcmenâ matre creatum;
Jupiter aut falsus pater est, aut crimine verus.
Matris adulterio patrem petis. elige, fictum
Esse Jovem malis, an te per dedecus ortum.
Talia dicentem jamdudum lumine torvo
Spectat; & accensæ non fortiter imperat iræ

Ver-

victo, cui contigit à magna ac nobili manu vinci. Cassiodor. 8. l. 15. cap. redi ad lib. 5. vs. 191. supra. *Farn.*

12. *Parthaone.*] Oenei patrem Homerus Porthea vocat. Il. 18. Πορθεῦ δὲ τρεῖς παῖδες, &c. τρίτατος δ' ἦν ἱππιόχοιο Οἰνῆος. *Heins.*

14. *Famamque laborum.*] *Summamque* Grævianus eleganter. *Heins.* *Laborum.*] Quos ipse Junoni exprobrans recensebit moriens. inf. 182. vs.

15. *Novercæ.*] Junonis, cujus, per Eurystheum jussu, tot labores subiit. inf. 200. vs. *Farn* *Novercæ.*] Argon. Apoll. 1. v. 996. Δὴ γὰρ σφι κακοῖτα Διὸς τρομερὸν δέος ἀνὰ πίσυρα Ἥρη, Διὸς ἀκοίτις ἀθέλητον Ἥρακλῆι, *Fatis Junonis iniqua.* Tom. 1. p. 114. vs. 5.

16. *Cedere duxi.*] *Duxi* cum uno Sorozz, vel *ducens.* Verius tamen est excidisse Τὸ *ratus*, pro quo subrepserit Τὸ *datum* ex interlineari interpretatione. ut Nasonem sit vero simile scripsisse,

Contra ego turpe ratus mortali cedere, dixi:

mox pro *dominum me cernis aquarum*, multi veteres *numen.* Neapol. prim. sec. Medic. & duo alii cum Norico, *regem*, quomodo Virgilio *fluviorum rex Eridanus*, *fluentum* et iam unus Thuani. *vagantem* prim. Gronov. & Zulich. *meantem* unus Ambros. *Heins.*

17. *Nondum.*] Nondum erat in numerum Deorum relatus. Α'νθέλητον ejus habes infra vs. 240. *Farn.*

20. *Popularis.*] *Amicus summus meus, & popularis.*

Re-

Verbaque tot reddit: Melior mihi dextera linguâ.
Dummodo pugnando ſuperem; tu vince loquendo.
Congrediturque ferox. puduit modo magna locutum
Cedere. rejeci viridem de corpore veſtem;
Brachiaque oppoſui: tenuique à pectore varas
In ſtatione manus; & pugnæ membra paravi.
Ille cavis hauſto ſpargit me pulvere palmis;
Inque vicem fulvæ jactu flaveſcit arenæ.
Et modo cervicem, modo crura micantia captat;
Aut captare putes: omnique à parte laceſſit.
Me mea defendit gravitas; fruſtraque petebar.
Haud ſecus ac moles, quam magno murmure fluctus
Oppugnant: manet illa; ſuoque eſt pondere tuta.

Di-

32. *Rejeci de corpore veſtem.*] Ex Virgil. 5. —— *duplicem ex humeris rejecit amictum, Et magnos membrorum artus, magna oſſa, lacertoſque Exuit, atque ingens media conſiſtit arena.* Quod ex Homer. Iliad. ψ. Ζωσαμένω δ' ἄρα τώ γε βάτην ἐς μέσσον ἀγῶνα. &c.

33. *Varas.*] Incurvatas inſtar varorum, quibus crura obtorta. *Farn.*

34. *Pugnæ membra paravi.*] *Praliantis ſtatum compoſui.*

35. *Ille cavis.*] Luctaturi oleo aut ceromate inungebantur, quo, poris ſtipatis contineretur ſudor; namque ex hoc diffluente laſſitudo. Lucan. 4. lib. v. 622. *Exhauſitque virum*, Anteum Hercules, *quod creber anhelitus illi Prodidit, & gelidus feſſo de corpore ſudor.* tum ut elaberentur apprehendentium antagoniſtarum manus; denique ut firmaretur cutis adverſus ventos & frigus. Quod niſi ipſi ſe, ait etiam aliptæ aut ceromatiſtæ, pulvere legitime inſperſiſſent, adverſarii ſe invicem jacta arena, hanc κόνιν vocabant, conſperſerunt: ut corpora oleo & ceromate lubrica mutuas palæſtritarum prehenſiones admitterent. quamvis glorioſum erat *inoviſi* vincere. Plin. lib. 35. c. 11. de Dioxippo pancratiaſte, vide Hier. Mercurialem lib. 1. de arte Gymnaſtica cap. 8. *Farn.*

39. *Tactu flaveſcit arena.*] Erudito multis tuetur hanc lectionem Johannes Fridericus Gronovius, cujus amicitiæ glorior, ut & Hermolaus ad Plinii librum XXXVIII. cap. X. Barthius tamen Adverſar. lib. LVII. cap. XVI. *jactu* reponit. quomodo alter Hamburg. Rotendorph. & tres alii. Virgil.

—— *atque hæc certamina tanta*
Pulveris exigui jactu compoſſa quieſcunt.

Priſcianus in Periegeſi,

Pulvris hunc jactus potis eſt exſtinguere ſolus.

Ammianus lib. XXIII. *nec remedio ullo, quam jactu pulveris conſopitur.* Idem libro XXXI. *objectum pulveris* dixit. quare apud Plinium libro XXXV. cap. XI. *citra pulveris jactum* non auſim mutare. Horat. lib. 1. Od. XXV.

Parcius junctas quatiunt fenestras
Jactibus crebris juvenes protervi.

ita libri veteres. niſi *Tactibus* mavis. ut apud Claudianum lib. 1. in Eutrop.

—— *raro pulſatur janua tactu.* Heinſ.

40. *Haud ſecus.*] Vide quæ Virgil. 5. Æneid. de Entello. lib. 7. vſ. 586. de Latino. lib. 10. vſ. 693. de Mezentio. omnia ex Hom. 15. Iliad. ὥστε πίτυς Η' ἀλέαο, &c. *Farn.*

44. *Cum*

Digredimur paulum : rurſumque ad bella coïmus;
Inque gradu ſtetimus, certi non cedere; eratque
Cum pede pes junctus : totoque ego pectore pronus
Et digitos digitis, & frontem fronte premebam.
Non aliter fortes vidi concurrere tauros,
Cum pretium pugnæ toto nitidiſſima ſaltu
Expetitur conjux. ſpectant armenta, paventque
Neſcia quem maneat tanti victoria regni.
Ter ſine proſpectu voluit nitentia contra
Rejicere Alcides à ſe mea pectora : quartò
Excutit amplexus, adductaque brachia ſolvit:
Impulſumque manu (certum mihi vera fateri)
Protinus avertit : tergoque oneroſus inhæſit.
Si qua fides, (neque enim fictâ mihi gloria voce
Quæritur) impoſito preſſus mihi monte videbar.
Vix tamen exſerui ſudore fluentia multo
Brachia; vix ſolvi duros à corpore nexus.
Inſtat anhelanti; prohibetque reſumere vires:
Et cervice meâ potitur. tum denique tellus
Preſſa genu noſtro eſt; & arenas ore momordi.

In-

44. *Cum pede.*] *Hæret pede pes, denſuſque viro vir.* Æneid. 10. vſ. 362.

45. *Premebam.*] *Premebat* tres ſcripti. Forte *premebar.* Heinſ.

46. *Non aliter.*] Virg. 12. lib. vſ. 715. *Farn.*

54. *Protinus avertit.*] *Advertit* pri. Gronov. ſec. Pal. tert. Medic. prim. Baſil. aliique plurimi. Lego,

Pronus humum advertit.

vel *humo.* ſic & libro XI. conjeci,

Vi multa advertit terraque inſixit Achilles.

lib. XIII. ex veteri codice,

——— *veſtris perituram advertite regnis.*

lib. XV.

——— *monitis animos advertere.*

Val. Flaccus libro III.

Continuo puppem petere, & conſidere tranſtris

Imperat Ampycides, nec viſum advertere terræ.

ſic ſcribo. *viſum vertere* nunc legitur. lib. IV. Idem,

Jam Mariandinis advertit puppis aremis.

Pronus humo advertit, quomodo Noſter lib. II.

Stravit humi pronam.

libro VIII.

Pronus ab arborea cecidit radice retentus.

Heinſ.

57. *Vix tamen inſervi brachia.*] *Exſervi* in tribus ſcriptis. Puto *Vix tandem exſervi.* & mox *a pectore* pro *corpore* cum melioribus, niſi mavis *aſſervi.* quod impenſe placet. *Idem.*

61. *Arenas ore.*] Virg. 11. Æneid. 418. *humum ſimul ore momordit.* & Horat. 15. od. lib. 1. *Crines pulvere collines.* Vide autem quæ ad vſ. 40, l. 5. ſupr. *Farn.*

62. *Di-*

Inferior virtute meas devertor ad artes;
Elaborque viro longum formatus in anguem.
Qui postquam flexos sinuavi corpus in orbes;
Cumque fero movi linguam stridore bisulcam;
Risit, & illudens nostras Tyrinthius artes;
Cunarum labor est angues superare mearum;
Dixit: &, ut vincas alios, Acheloë, dracones;
Pars quota Lernææ serpens eris unus Echidnæ?
Vulneribus fœcunda suis erat illa: nec ullum
De centum numero caput est impune recisum;
Quin gemino cervix hærede valentior esset.
Hanc ego ramosam natis è cæde colubris,
Crescentemque malo, domui; domitamque peremi.

Quid

62. *Divertor ad artes.*] *Devertere* vetustiores. dictum alibi. *Heins.*

63. *Longum.*] Διὰ τὸ μῆκος καὶ τὴν ἑιλύοντα, propter longitudinem, obliquos & sinuosos flexus assimulantur fluvii anguibus. Strab. 10. de hoc eodem Acheloo locutus. *Farn.*

67. *Cunarum.*] Infans in cunas elisit angues duos à Junone immissos. Plaut. Amphitryon. Act. 5. Philostr. Icon. Herc. in cunis. *Farn. Cunarum labor est.*] Tom. 1. p. 115. vs. 21.

69. *Echidnæ.*] Hydræ, Excetræ, numerosi mali, cui resecto uno capite, repullulabant duo, quos hic appellat geminum hæredem. Ex frequenti amputatione potuit à septeno suo ad centenarium capitum numerum excrescere. sed adi Mythologos. κἀχ' οἵας τε ἦν τὴν ὕδρα διαμάχεσθαι σοφιστὰς ἔσυ. καὶ διὰ τὴν σοφίαν ἀντὶοῦ εἰς μίαν κεφαλὴν ἀποτμηθεῖσα τὰς λόγου. πολλὰς ἀντὶ τὰς μιᾶς. Plato in Euthydemo. *Farn.*

71. *De centum numero.*] *De comitum* malti ex vetustioribus. & Basil. & duodecim alii, *De capitum numero* non incongruenter repetitione. Scribe, *Centeno è numero.* De numero capitum Hydræ, non convenit inter scriptores, centena tamen illi à plerisque assignantur. Ita Diodorus Siculus lib. IV. Suidas, Simonides teste Servio, Silius Italicus, Vibius Sequester, Apostolius in paræmiâ ὕδρας κεφαλὰς τίμιας. Auctor Herculis Oetæi choro Act. IV.

Si qua sub Lernâ numerosa pestis
Spargat in centum rabiem dracones.

ita locus ille ex optimo exemplari Mediceo restituendus, qui vulgo mendosissimus circumfertur. Virgil. lib. VII.

Centum angues, cinctamque gerit serpentibus hydram.

Hinc Euripidi ἑκατογκέφαλος ὕδρα. Nonnulli novem capita. Zenobius in adagio ὕδρας τίμιας, octo. Palæphates, Alcæus, & Tzetzes, quinquaginta. ut & Virgilius diverso loco, (*hydra.*

Quinquaginta atris immanis hiatibus

Plura alias in uberioribus Notis. *Heins.*

72. *Gemino hærede.*] *Gemina* Noricus liber & prima editio Aldina, ut ad cervicem respiciat. *Idem. Gemino hærede.*] Duobus successoribus; nam uno capite recisо, duo renascebantur.

73. *Ramosam.*] Multa capita veluti ramos habentem.

74. *Crescentemque malo.*] Horat.

Vinci dolentem crevit in Herculem.

Domitamque reduxi.] *Revinxi* prim. Palat. & Lovan. *subegi* quart. Medic. cum aliis novem. quinque *reliqui.* unus *recessi.* Arond. pro diversa lectione, *re-*

Quid fore te credas, falsum qui versus in anguem
Arma aliena moves? quem forma precaria celat?
Dixerat: & summo digitorum vincula collo
Injicit. angebar, seu guttura forcipe pressus:
Pollicibusque meas pugnabam evellere fauces.
Sic quoque devicto restabat tertia tauri
Forma trucis; tauro mutatus membra rebello.
Induit ille toris à lævâ parte lacertos;
Admissumque trahens sequitur: deprensaque durâ
Cornua figit humo; meque altâ sternit arenâ.
Nec satis id fuerat: rigidum fera dextera cornu
Dum tenet, infregit; truncâque à fronte revellit.
Naides hoc, pomis & odoro flore repletum,
Sacrarunt; divesque meo bona Copia cornu est.
Dixerat:

pressi. duo mei *peremi* quod placet. nisi quod *pernssi* vel *prænssi* censeo reponendum. Flammis enim hydræ cervix defecta est domita, ne repullularet. cujus rei ignorantia librarios fefellit, ut ex *peruxi* conflarent *reduxi.* Heins.

75. *Quid fore te credis.*] *credas* ex Flor. S. Marci, uno Leid. & Græviano, prim. Palat. Oxon. duo alii *credes.* Idem.

80. *Tertia tauri forma.*] Tom. I. pag. 126. vs. 139. *Tauri.*] Ταύρῳ μὲν ἐοικότα λέγεσθαι τὸν Ἀχελῶον φασί, καθότι καὶ τὰς ἄλλας ποταμούς, ἀπό τε τῶν ἴχνων, καὶ τῶν κατὰ τὰ ῥεῖθρα καμπῶν ἃς καλοῦσι κέρατα. Strab l. 10. qua ratione & Aristot. 25. sect. quæst. Βόμυχοι dicti. vel quia se in ramos, brachia, alveos, & ostia diducunt. qua de causa & Hercules fingitur alterum cornu avulsisse Acheloo; quod in gratiam Calydoniorum alterum Acheloi alveum alio vertens, plurimos Ætolis agros asseruit omni fructuum genere fertiles. atque hinc, pro Acheloi cornu ablato, iis Amalthex cornu dedisse. Strabo 10. l. & Diodor. lib. 5. vide quæ Ælianus lib. 2. Variar. hist. cap. 33. *Farn.*

81. *Mutatus membra rebello.*] Puto *revellor.* ut supra,

Elaborque viro longum formatus in anguem.

Certe jam paulo ante se frustra tentasse avelli significavit. quid quod in Spiræsi & tribus aliis *revello* exstat, in totidem *repello?* Heins.

83. *Depressaque cornua.*] *Deprensaque* Cantabrig. pri. Moreti. Arond. & multi alii. bene. sic paulo ante pro *forcipe pressus*, duo veteres *prensus.* Idem.

87. *Naides.*] Amalthea autem vel capra, vel Nympha Meliffi filia ubera Jovi infanti præbuisse dicitur. qua gratia & ipsa à Jove cœlum sortito inter sidera relata est, illiusque cornu forte avulsum hoc munere donatum, ut quicquid optares, inde enasceretur, oppletum usque pomis, omnique Autumnalium fructuum genere. Ovid. 5. Fast. *Farn.*

88. *Divesque meo bona copia cornu.*] Acheloi cornu à Naiadibus repletum variis fructibus, Copiæ fertilitatis Dea fuit dicatum. Quod idcirco fingitur, quod Hercules in Calydoniorum gratiam fluvium Acheloum in alium cursum divertens, plurimos agros ex aquæ irrigatione fertiles præstitit: Ætolis autem dono dedisse illud, quod *Amalthea cornu* vocant, fingitur, fructuum omnium copia repletum.

92. Te-

Digitized by Google

Dixerat: at Nymphe ritu succincta Dianæ
Una ministrarum, fusis utrimque capillis,
Incessit, totumque tulit prædivite cornu
Autumnum, & mensas felicia poma secundas.
Lux subit: &, primo feriente cacumina Sole,
Discedunt juvenes. neque enim dum flumina pacem,
Et placidos habeant lapsus, motæque resident,
Opperiuntur, aquæ. vultus Achelous agrestes,
Et lacerum cornu mediis caput abdidit undis.
Hunc tamen ablati domuit jactura decoris;
Cætera sospes erat. capitis quoque, fronde salignâ,
Aut super impositâ celatur arundine damnum.
At te, Nesse ferox, ejusdem virginis ardor

Per-

92. *Totum autumnum.*] Omnes autumni fructus. *Secundas mensas.*] Primæ mensæ carnium erant, secundæ pomorum.

94. *Juvenes.*] Theseus, Lelex, Pirithous, & comitatus eorum. l. 8. v. 565.

95. *Totaque resident aquæ.*] Malim *motæque* cum uno Basil. & Gryphii margine. ut apud Virgil.

——*motos præstat componere fluctus.*

Heins.

96. *Agrestes.*] Deformes cornu altero avulso. Horatius quidem epist. ad August. lib. 2. *Agrestem Cyclopa* dicit. & Sat. 5. 1. lib. *Sarmentum roget Cicerrum cui dextra fuit frons exsecto Campani morbi cornu, Pastorem saltaret uti Cyclopa.* Farn.

97. *Et lacerum.*] Clariss. Baconus in Vet. Sap. fabulam hanc ad belli expeditiones & apparatus; ad impressiones invadentis, sustinentis subterfugia spectare censet. Farn.

99. *Cætera sospes habet.*] *Abit* eleganti Græcismo unus ex meis Mediolani emtus. nec male *erat* in altero Regio. Noster Pont. III. Eleg. 11. ut quidem legendum,

Cætera par concors & sine lite fuit.

Virgil. Æn. IX.

Cætera parce puer bello.

Silius libro XVII.

Cætera parce, precor, pelagó.

Horat. lib. 1. Epist. x.

Multum dissimiles, at cætera pene gemelli.

quæ illic vera lectio. postea parì modo,

Excepto, quod non simul esses, cætera lætus.

ita passim optimi scriptores. *sospes abit.* ut,

——*Hector abit violatus vulnere nullo*

& libro VIII.

Nunc equa, nunc ales, modo bos, modo cervus abibat. Heins.

Capitis quoque fronde saligna.] Fœditatem capitis ex ablato cornu, corona saligna aut arundinea occultabat. Sic calvitium suum Julius Cæsar laurea gestanda tegebat. Vide Sueton. cap. 45. *Pont. Saligna.*] Vide quæ ad 3. vs. libri hujus. Farn.

FAB. II. *Arg.* At te Nesse ferox, &c.] *Post hæc victor Hercules cum Deianiram Nesso Centauro commisisset, ut eam Evenum amnem, qui initio Lycormas erat nominatus, transveheret, & ille specie captus puellæ flexibus errans quæreret locum comprimendi; illa fidem mariti implorante, sagittis eum confixit: qui cum expiraret, vestem suam cruentavit Deianiræque dedit, indicavitque remedium fore erga conjugem deserti amoris: qui tamen cruor in veneni cessit partem.* Lact.

Perdiderat volucri trajectum terga sagittâ.
Namque, novâ repetens patrios cum conjuge muros,
Venerat Eveni rapidas Jove natus ad undas.
Uberius solito nimbis hyemalibus auctus,
Vorticibusque frequens erat, atque impervius amnis.
Intrepidum pro se, curam de conjuge agentem
Nessus adit, membrisque valens, scitusque vadorum;
Officioque meo ripâ sistetur in illâ
Hæc, ait, Alcide: tu viribus utere nando.
[Pallentemque metu, fluviumque, ipsumque timentem]
Tradidit Aönius pavidam Calydonida Nesso.
Mox, ut erat, pharetrâque gravis, spolioque leonis,
(Nam clavam, & curvos trans ripam miserat arcus)
Quandoquidem cœpi, superentur flumina, dixit.
Nec dubitat; nec qua sit clementissimus amnis
Quærit: & obsequio deferri spernit aquarum.
Jamque tenens ripam, missos cum tolleret arcus,
Conjugis agnovit vocem: Nessoque parante
Fallere depositum, Quo te fiducia, clamat,
Vana pedum, violente, rapit? tibi, Nesse biformis,
Dicimus, exaudi: nec res intercipe nostras.
Si te nulla mei reverentia movit; at orbes
Concubitus vetitos poterant inhibere paterni.
Haud tamen effugies, quamvis ope fidis equinâ.

Vul-

104. *Eveni.*] Ætoliæ fl. qui prius Lycormas dictus.

105. *Uberior solito.*] *Uberius* rectè pro diversâ lectione Bernegger. prim. Gronov. & unus Mediceus. mox *nimbis pluvialibus* alter Hamburgensis, & pro diversa lectione Grævianus. *Heins.*

108. *Scitusque.*] Portitor quippe trajiciendi fluvii erat. Πορθμεὺς ὑφ' Ἡρακλέους ἀποθανὼν ἐπειδὴ πορθμεύων τὴν Δηϊάνειραν ἐτειχίσατο βιάσασθαι. Strabo 10. lib. *Farn.*

111. *Pallentemque metu, fluviumque timentem.*] Vetustiores plerique hunc versum præponunt illi, cujus initium, *Tradidit Aonius.* Ego cum aliis multis ab alienâ manu procul is censeo delendum esse. *Heins.*

112. *Aonius.*] Hercules oriundus Thebis in Bœotia, quæ & Aonia. *Calydonida.*] Deianiram e Calydone. *Farn.*

119. *Nessoque parante.*] *Parante* meliores. *Heins.*

123. *Orbes.*] Rota, cui pater tuus Ixion affixus versatuque assidue ob interpellatam Junonem, te moneat. 4. lib. 161. vs. *Farn.*

125. *Quamvis ope fidis equinæ.*] Fidis sex scripti. Forte pro *fissis.* *Heins.*

127. P

Vulnere, non pedibus te consequar. ultima dicta
Re probat: & missâ fugientia terga sagittâ
Trajicit. exstabat ferrum de pectore aduncum.
Quod simul evulsum est, sanguis per utrumque foramen
Emicuit, mistus Lernæi tabe veneni.
Excipit hunc Nessus. Neque enim moriemur inulti,
Secum ait: & calido velamina tincta cruore
Dat munus raptæ, velut irritamen amoris.
Longa fuit medii mora temporis: actaque magni
Herculis implêrant terras, odiumque novercæ.
Victor ab Oechaliâ Cenæo sacra parabat
Vota Jovi, cum Fama loquax præcessit ad aures,
Deïanira tuas, (quæ veris addere falsa
Gaudet, & è minimâ sua per mendacia crescit)
Am-

127. *Re probat.*] Multi ex vetustioribus *Res.* Idem.

131. *Neque enim.*] Moriturus ex vulnere, inquit Diodorus, pollicitus est ei se amoris medicamentum traditurum, quo nullam præter se mulierem Hercules aliam appeteret, παρεκελεύσατο αὐτῇ, λαβοῦσαι τοῦ ἰξ αὐτῆ πεσόντα γόνου, καὶ τούτῳ προσμίξασαι ἔλαιον, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ἀκίδος ἀποξέσαι αἷμα, χρίσαι τὸν χιτῶνα τῷ Ἡρακλεῖ. lib. 5. Idem habetur in argumento Sophoclis ad Trachinias. εἰ θέλοι φίλτρον πρὸς Ἡρακλέα ἰσχεῖν, τόν τε ἰὸν, &c. *Farn.*

133. *Velut irritamen amoris.*] Forte *lenti irritamen amoris*, vel *veteris*, vel *tepidi*. sic libro XIII.

—— *sceleris nisi pramia magnas*
Adjecisset opes, animi irritamen avari.

Heinsius. *Irritamen.*] Provocationem, ac stimulationem. *Irritamen amoris.*] —— *Quod vires defecto reddat amori.* infra. vers. 154. —— Φρενὸς σοὶ τῦτο καλλιτέρου τῆς Ἡρακλείας.

FAB. III. *Arg.* Longa fuit medii, &c.] *Eodem tempore cum Hercules in insulam Euboeam per Oechaliæ regnum Eurysti trajecisset, & Iolen filiam ejus dilectam haberet in patriam, prior conjunx Deianira, ut audit animum viri à se esse mutatum, tunicam sacrificaturo Jovi, Licha famulo, dedit ei perferendam: qua ille honoratus vota religionemque piaret: eam indutus cum ad aram accessisset, profecans exta, flamma vestis incaluit, & Lernæo veneno contacta hasit visceribus. In maximo itaque cruciatu cum à corpore ejus evelli nequiret, Lichan acerbissimi muneris reum projectum à se Euboico mari mersit: quem innoxium culpæ Tethys vertit in scopulum, conchis muricibusque vestitum.* Lact.

136. *Cenæo Jovi.*] Jupiter Cenæus à Cenæo promontorio Euboeæ est dictus, ubi ab Oechaliæ expugnatione Hercules reversus Jovi aram extruxit. *R. Victor.*] Eurytum Oechaliæ Euboïcæ regem (quod Iolen filiam sibi uxorem negaverat) cum filiis interfecit Hercules, Iolem captivam secum abducens. Legatur argumentum ad Trachinias Sophoclis, & Diodor. l. 5. *Cenæo.*] Ὁ δ' Εὐρύτου πλοῦτον Εὐβοΐδα πόλις Νίκης ἔχων τρόπαια, Αἰκτή τις ἀμφίκλυς· Εὐβοΐας ἄκρον Κηναῖον ἱερὸν, ἔνθα πατρῴου Διὸς Βωμὸς ὁρίζει, &c. Hyllus nunciat Deianiræ in Sophoclis Trachiniis.

139. *E minimo sua per mendacia crescit.*]

Amphitryoniaden Iöles ardore teneri.
Credit amans: Veneriſque novæ perterrita famâ
Indulſit primò lacrymis; flendoque dolorem
Diffudit miſeranda ſuum: mox deinde, Quid autem
Flemus, ait? pellex lacrymis lætabitur iſtis:
Quæ quoniam adventat, properandum, aliquidque novandum eſt,
Dum licet; & nondum thalamos tenet altera noſtros.
Conquerar, an ſileam? repetam Calydona, morerne?
Excedam tectis? an, ſi nihil amplius, obſtem?
Quid ſi, me, Meleagre, tuam memor eſſe ſororem,
Forte paro facinus; quantumque injuria poſſit,
Fœmineuſque dolor, jugulatâ pellice teſtor?
In curſus animus varios abit. omnibus illi

Præ-

ſcit.] *E minimâ* duo veteres & prima Aldi editio. quod placet. Cæterum locus diſtinctione juvandus, qui male habebat ſe antea. *Heinſ.*

142. *Flendoque dolorem Diffudit.*] Lenivit, conſolata eſt, minuit. juxta illud Ovid. *Flere licet, flendo certe diffundimus iram.* P.

143. *Mox deinde, Quid autem Flemus ait?* Puto diſtinguendum, *mox, Deinde quid autem flemus?* Seneca Hercule Œtæo Act. III. *occupa ferrum ocyus. Cur deinde ferrum*; ita optimus Medic. non cum vulgatis, *Quin deme ferrum.* poſtea,

Cur deinde latebras, aut fugam vecors
petam? Heinſ.

145. *Quæ quoniam adveniet.*] *Advenïat* multi veteres. Lege *adventat* cum Berneggeriano & aliis duobus. ſic libro XII.

Fecerat hæc notum Grajas cum militis
forti
Adventare rates. Idem.

147. *Morerne.*] Maneamne in ædibus Herculis? *R. Repetam.*] Utrumne ad patrem reverſa, vacuam domum novis nuptiis relinquam? an Meleagri ſororem me approbans ulciſcar conjugem meum & pellicem? *Farnab.*

148. *Ac ſic nihil amplius obſtem.*] *Ac ſi* in multis. alii, *ut ſic, aut ſi, & ſic.* & ſimilia. primus Mediceus, & Spireaſis, cum tribus aliis *an ſi.* probe. *Heinſ.*

149. *Memorem eſſe ſororem.*] *Memor eſſe* cum Florentino S. Marci, Berneggeri. uno Leid. uno Ambroſ. & exceptis Langermanni, & uno meo. Triſt. v. Eleg. III. ad Bacchum,

Hæc ades, & caſus releva pulcherrime
noſtros,
Unum de numero me memor eſſe tuo.
Idem.

152. *In curſus varios.*] In diverſas cogitationes: ſunt autem poëtæ verba. iſtos curſus animi *δυνοίας* dicunt Græci. Sed melius Palatini leg. *Incurſus animus varios habet.* Heinſius. *Omnibus.*] Jovi ſacra facturus Hercules in Cenæo Eubœæ promontorio, Lycham ſervum ad Deïaniram in Thraciam miſit, ut ei veſtem, qua in ſacris uti conſueverat, afferret. Hæc quum anxie (ut habet Sophocles in Trachiniis) inquirendo ex Lycha intellexiſſet de amore Ioles, ut retineret ipſa Herculis amorem, veſtem medicamine ſibi à Neſſo dato tinctam Herculi miſit. *Farn. Omnibus illis.*] Illi ſec. Moreti. nempe *mittere.* Heinſ.

155. *Igne-*

Digitized by Google

Prætulit imbutam Neſſeo ſanguine veſtem
Mittere; quæ vires defecto reddat amori.
Ignaroque Lichæ, quid tradat neſcia, luctus
Ipſa ſuos tradit: blandiſque miſerrima verbis
Dona det illa viro, mandat. capit inſcius heros:
Induiturque humeris Lernææ virus Echidnæ.
Thura dabat primis, & verba precantia, flammis;
Vinaque marmoreas paterâ fundebat in aras:
Incaluit vis illa mali; reſolutaque flammis
Herculeos abiit late diffuſa per artus.
Dum potuit, ſolitâ gemitum virtute repreſſit.
Victa malis poſtquam patientia, reppulit aras;
Implevitque ſuis nemoroſum vocibus Oeten.
Nec mora; letiferam conatur ſcindere veſtem:
Qua trahitur, trahit illa cutem; fœdumque relatu,
Aut hæret membris fruſtra tentata revelli;
Aut laceros artus, & grandia detegit oſſa.
Ipſe cruor, gelido ceu quondam lamina candens
Tincta

155. *Ignaroque Lycha.*] *Licha* paſſim ſcribendum tam hic, quam apud auctorem Herculis OEtæi. neque aliter Hyginus Fab. XXXVI. & Servius Æn. VII. apud Græcos Λίχας eſt. ita Sophocles in Trachiniis ſæpe, Æſchylus in Glauco Marino apud Strabonem, Apollodorus, Tzetzes in Chiliad. alii. *Idem.*

158. *Induiturque humeris.*] *Humeros* tres antiqui. de quo dixi Triſt. IV. El. X. *Idem. Lernææ.*] Veſtem illam ſibi à Deianira miſſam, Herculis ſagittis, Hydræ felle tinctis, & cruore Neſſi, ut ad verſ. 131. ſupra, & nota præced.

161. *Incaluit vis illa mali.*] *Invaluit* malo. ut lib. VIII. *poſtquam peſtifer ignis convaluit.* poſtea pro *diffuſa* multi ex melioribus. *dilapſa.* In ibidetamen,

Ut cruor Herculeos abiit diffuſus in artus. Heinſ. *Incaluit.*] Miſeras moltęſtæ hujus tunicæ ὁ προσπίδυσιτο πλευρῶν ἀρτίκολλος vires narrat Hyllus, in Sophoclis Trachiniis, inde idem in Senecæ neſcio cujus Hercule Oetæo.

165. *Nemoroſum OEten.*] *Nemoroſum* Florent. S. Marci & ſeptem alii ſic idem Florent. aliique quinque infra v. 204. *altum OEten.* Seneca Hercule Furenti,

Titan ſummum proſpicit OEtan.

ubi tamen *ſumma OEta* in nonnullis codicibus. *auratus OEta* Virgilio in Culice, in Ciri *gelidus OEta.* Noſter tamen infra,

——— *quas ardua geſſerat OEte.*

Heinſ. *Oeten.*] Quæret, inquit Micyllus, quiſpiam; unde nobis Hercules in OEta, qui modo in Eubœa? Rem expediet Diodor. 5. l. & in Sophoclis Triclinias argumentum. Invaleſcente veneni vi & dolore, Hercules Lycham veſtis latorem, quamvis inſcium, in mare præcipitavit. dimiſſo inde exercitu, in Trachiniam profectus, Delphos mittit Lycinium & Iolaum conſulturos de morbi remedio. Jubet Apollo eum in Oeta ingentem ſtruere pyram, de reliquis Jovi curam fore. *Farn. Oeten.*] Oete mons eſt Theſſaliæ, monte, rogo, & ſepulchro Herculis clarus.

Digitized by Google

Tincta lacu, ſtridit; coquiturque ardente veneno.
Nec modus eſt: ſorbent avidæ præcordia flammæ:
Cœruleusque fluit toto de corpore ſudor:
Ambuſtique ſonant nervi: cœcâque medullis
Tabe liquefactis, tendens ad ſidera palmas,
Cladibus, exclamat, Saturnia, paſcere noſtris:
Paſcere: & hanc peſtem ſpecta, crudelis, ab alto:
Corque ferum ſatia. vel ſi miſerandus & hoſti;
(Hoſtis enim tibi ſum) diris cruciatibus ægram,
Inviſamque animam, natamque laboribus, aufer.
Mors mihi munus erit: decet hæc dare dona novercam.
Ergo ego fœdantem peregrino templa cruore
Buſirin domui? ſævoque alimenta parentis
Antæo eripui? nec me paſtoris Iberi
Forma triplex; nec forma triplex tua, Cerbere, movit?
Voſne manus validi preſſiſtis cornua tauri?

Ve-

171. *Stridet.*] *Stridit* codex S. Marci, Neapol. tres alii. ἀρχαικῶς ſic Noſter. & alii ſæpe. Vide Notas Triſt. 1. Eleg. x. Virgil. lib. IV.

——*infixum ſtridit ſub pectore vulnus.* lib. XII.

——*ſtridunt que haſtilibus aura.* Georg. IV.

Ut mare ſollicitum ſtridit.

ita iis locis codex Mediceus longe veterrimus. neque aliter ipſe Virgilius paſſim. *Heinſ.*

172. *Nec modus eſt. ſorbent.*] Malim, *Nec modus. exſorbent avidæ præcordia flammæ.* Faſt. V.

Pectoraque exſorbent avidis infantia linguis. Idem.

176. *Saturnia.*] Juno nocitura ut plurimum Saturnia a poëtis appellatur.

183. *Buſirin domui.*] Buſiris Neptuni fuit filius ex Libya ſuſceptus, qui cum in Ægypto tyrannidem exerceret, hoſpitesque ad provocandam Nili inundationem, inter quos & Thraſium, à quo id fuerat edoctus, immolaret, ab Hercule aris impoſitus, fuit jugulatus. *Sav.*] Antæus Libyæ fuit gigas, qui omnes provocabat ad luctam, victoſque interficiebat. At Hercules cum illo congreſſus, animadvertit eum quotiens ſterneretur, valentiorem ſurgere. Terra enim, cujus erat filius, vires ſubminiſtrabat. Eum igitur Hercules altius ſublatum emittere ſpiritum coëgit. *Parentis.*] Terræ matris. R. *Alimenta.*] Vires renovatas ex tactu terræ. Lucan. 4. lib. vſ. 630.

184. *Paſtoris.*] Geryonis, qui cum fratribus duobus unanimiter imperavit. 3. Inſſ. Hiſpaniæ. De anima vegetativa, ſenſitiva, rationali intelligunt Phyſici. *Paſtoris Iberi.*] De Geryone inyenes Tom. 1. p. 121. vſ. 91.

185. *Triplex.*] Lib. 4. verſ. 450. & 7. lib. verſ. 412.

186. *Tauri.*] Ignivomi, quem iratus Minoi Neptunus in Cretam immiſit. *F. Voſne manus.*] Taurus quem Paſiphaë amavit, è Creta in Peloponneſum ad Euryſtheum ab Hercule fuit addoctus. *Raph.*

187. Ve-

Veſtrum opus Elis habet, veſtrum Stymphalides und æ
Partheniumque nemus? veſtrâ virtute relatus
Thermodontiaco cælatus baltheus auro,
Pomaque ab inſomni male cuſtodita dracone?
Nec mihi Centauri potuêre reſiſtere, nec mî
Arcadiæ vaſtator aper? nec profuit Hydræ
Creſcere per damnum, geminaſque reſumere vires?
Quid? cum Thracas equos humano ſanguine pingues,
Plenaque corporibus laceris præſepia vidi,
Viſaque dejeci, dominumque ipſosque peremi?
His eliſa jacet moles Nemeæa lacertis?

Haç

187. *Veſtrum opus Elis habet.*] *Elis eſt* unus Voſſian. Scribe,

Veſtrum eſt Elis opus? ſic l. III.

——— *opus hæc victoria noſtrum eſt.* Horatius carmine ſæculari,

Roma ſi veſtrum eſt opus. Heinſ. *Veſtrum.*] Augiæ regis Elidos ſtabulum expurgatum. *Stymphalides*] Aves humanis veſcentes carnibus, ad Stymphalum lacum Arcadiæ.

188. *Partheniumque.*] Mons Arcadiæ, ubi cervam æripedem cepit.

189. *Thermodontiaco.*] Hippolytæ reginæ Amazonum ad Thermodonta fl. Scythiæ habitantium.

190. *Pomaque.*] Lib. 4. v. 637. *Draconc.*] Lib. 4. v. 647. *Farn.*

191. *Nec mihi.*] *Nec non*, vel *nec tu* nonnulli veteres. *nec trux* alter Erfurt. ut l. x.

Trux aper inſequitur. Heinſ.

Nec mihi Arcadiæ vaſtator aper.] Maximus aper, Arcadiam vaſtans, ab Hercule vivus ad Euryſtheum fuit adductus. *Nec Centauri.*] Pholus & alii nubigenæ, ebrii.

192. *Hydræ.*] Verſ. 70. ſupra. *Farn.*

194. *Quid quod Thracis equos.*] *Quid quos* prim. ſec. Medic. Cantabrig. S. Marci, Neapol. Bernegger. & ſeptem alii. *Thraces* Neapol. Bernegger. & unus Voſſ. Lege *Thracas equos.* quomodo Noricus à manu prima. Statius Theb. VI. de iiſdem,

——— *ſed Thraces equi ut videre jacentem*
Hippodamon, tedit illa fames.

Silius Italicus libro III.

Juxta Thraces equi, peſtiſque Erymanthia & altos
Æripedis ramos ſuperantia cornua cervæ.

paulo poſt plurimi codices addunt,

His jacet horrendum Tlbevino littore monſtrum.

vel *Cacus & horrendum.* Sed cum in ſimili prorſus Noſtri hujus querela apud Senecam Hercule OEtæo & Ciceronem Tuſcul. Quæſt. nulla Caci mentio fiat, ne hic quidem eſt admittenda. *Heinſ. Quid? cum Thracas.*] Diomedes rex Thraciæ, qui hoſpites equis ſuis lacerandos objiciebat, ab Hercule & vita, & equis ipſis fuit ſpoliatus.

197. *Moles Nemeæa.*] *Peſtis* prim. Gronov. & prior Twiſdenius. ut Epiſt. Deianiræ,

Nempe ſub his animam peſtis Nemeæa lacertis
Edidit.

Auctor Herculis OEtæi,

Utinam meo cruore ſatiaſſet ſuos
Nemeæa victus peſtis!

poſtea *malum Nemeæum* non ſemel appellavit. ſic & *peſtis Lernæa* Lucretio, ſed hoc Naſonis loco, quia *peſtis* mox ſequitur, nil auſim mutare. *Heinſ.*

198. *His Cacus.*] In nonnullis Ciofani, & in uno Ms. noſtro non apparet hic verſus. de Caco vid. Virgil. 8. Æn. 193. v. Propert. 4. lib. 10. eleg. Ovid. 1. Faſt. 551. v. *Farn.*

Digitized by Google

Hac cælum cervice tuli? defeſſa jubendo eſt
Sæva Jovis conjux: ego ſum indefeſſus agendo.
Sed nova peſtis adeſt: cui nec virtute reſiſti,
Nec telis armiſve poteſt. pulmonibus errat
Ignis edax imis, perque omnes paſcitur artus.
At valet Euryſtheus, & ſunt, qui credere poſſint
Eſſe Deos? dixit. perque altum ſaucius Oeten
Haud aliter graditur, quam ſi venabula tigris
Corpore fixa gerat, factique refugerit auctor.
Sæpe illum gemitus edentem, ſæpe frementem,
Sæpe retentantem totas infringere veſtes,
Sternentemque trabes; iraſcentemque videres
Montibus, aut patrio tendentem brachia cælo.
Ecce Lichan trepidum, & latitantem rupe cavatâ
Adſpicit: utque dolor rabiem collegerat omnem;
Tune, Licha, dixit, feralia dona tuliſti?
Tune meæ necis auctor eris? tremit ille, pavetque
Pal-

198. *Cælum cervice.*] Vide Atlantis. de quo lib. 2. v. 296. & lib. 4. v. 655.

200. *Cui nec.*] Δυσχεραίνει δ' ὁ ἀνδρεῖος θάνατον τὸν τοιοῦτον. Ariſt. 3, Nicom. Ethic. c. 9. graviter fortis mortem illam fert, in qua virtuti ſuæ exercendæ non eſt locus.

203. *At valet.*] Sen. Herc. fur. v. 523. Audi hæc ipſa ſtomachantem Herculem apud Sophoclem in Trachiniis: quædam ex iis tranſtulit Cicero in 2. Tuſc. quæſt. *Farn. At valet Euryſtheus.*] Hic fuit Stheneli Mycenarum regis filius, qui impellente Junone Herculem varia pericula adire juſſit.

205. *Venabula tauris.*] *Cervus* duo veteres. *tigris* Florent. S. Marci, alter Hamburg. *pardus.* deinde *reſiderit auctor,* unus ex melioribus meis. *Heinſ.*

206. *Auctor facti.*] Autor vulnerum qui venabulis taurum confixit. *R. Sape.*] Ἔνιπτατο γὰρ σιδηρὸς, καὶ μυκήσεις & Βοῶν, ἰύζων, &c. Sophocles in Trachiniis. Et Senec. in Herc. Oetæo. *Farn.*

207. *Sape trementem.*] Dignius omnino Hercule ſit, ſi reponas, *frementem,* quod animum indignantem examuſſim refert. & ſic codex, quo Carolus Sprotius me donavit. *dementem* pri. Bonon. *gementem* Cantabrig. & prim. Gronov. *Heinſ.*

209. *Iraſcentemque videres Montibus.*] Sic & codices veteres. Repone nihil ominus *incurſantemque.* libro XIV. de Polyphemo hæc imitatus.

Ille quidem totam frementibus obambulat Ætnam,
Protentatque manu ſilvas, & luminis orbus
Rupibus incurſat.

ubi etiam legebatur perperam *gemebundus.* Idem.

211. *Lycham.*] Inſcium, ſupr. ad v. 165.

212. *Collegerat omnem.*] *Ingens* Cantabrig. ſec. Pal. ſeptem alii. *Heinſ.*

213. *Feralia.*] Cioſ. *furialia.* Sic enim Cic. 2. Tuſc. vertit, ὑφαντον ἀμφίβλημα δ' ἀλλυμαι. Hæc me irretivit veſte furiali inſcium. *Farn. Dona dediſti.*]

Pos

Pallidus; & timidè verba excusantia dicit.
Dicentem, genibusque manus adhibere parantem,
Corripit Alcides; & terque quaterque rotatum
Mittit in Euboïcas, tormento fortius, undas.
Ille per aërias pendens induruit auras.
Utque ferunt imbres gelidis concrescere ventis;
Inde nives fieri; nivibus quoque molle rotatis
Adstringi & spissâ glomerari grandine corpus;
Sic illum validis actum per inane lacertis,
Exsanguemque metu, nec quicquam humoris habentem,
In rigidos versum silices prior edidit ætas.
Nunc quoque in Euboïco scopulus brevis emicat altè
Gurgite; & humanæ servat vestigia formæ.
Quem, quasi sensurum, nautæ calcare verentur;
Appellantque Lichan, at tu, Jovis inclyta proles,
Arboribus cæsis, quas ardua gesserat Oete,
Inque pyram structis, arcus, pharetramque capacem, Re-

Duo veteres *tulisti*. In Ibide,

Quam qui dona tulit Lernæo tincta veneno,
Euboïcasque suo sanguine tinxit aquas.

Heins.

216. *Genibusque.*] Quæ sedes misericordiæ. vide quæ ad Senecæ Troada v. 689. *Farn.*

218. *Tormento fortius.*] Validius quam machina bellica. *In Euboicas undas.*] In mare Euboicum. Nam Cenæum promontorium, ubi Hercules sacrificaturus; peste correptus est, imminet Euboico mari.

221. *Nivibus quoque molle rotatis.*] *Molle* scribendum, ut ad *corpus* referatur. id quod Berstmannus jam vidit. *Heinsius. Mole rotatis.*] Conglobatis, validius flante Borea aut frigido aliquo vento. *F.*

223. *Factum per inane.*] Alter Regius *actum*. ut libro XIV.

Vidi iterum veluti tormenti viribus acta
Vasta giganteo jaculantem saxa lacerto.

Heins.

225. *In rigidos silices.*] *Rigidas* unus Mediceus & Rottendorph, est enim silex communis generis, infra hoc ipso libro v. 613. *rigidas silices* membranæ etiam agnoscunt. ut & lib. XI. v. 225. sic *dura silex* Virgilio Æn. VI, & Elegia ad Messallam. Vide Trist. IV. Eleg. VI. infra hoc libro vers. 303. *meturaque duras verba queror silices.* ita primus Moreti. *Idem.*

226. *In Euboïco scopulus brevis eminet altè Gurgite.*] *Alte* vetustiores plerique, Scribo, *in Euboïci alto Gurgite.* vel *Euboïci alti.* Euboicum, ut Ægæum, Icarium, & similia. *Idem.*

229. *Appellantque Lichan.*] Sive à λίχας, quod ὀμμῶσας, hoc est, impellere, atque impetum facere, significat; sive etiam à forma, λίχας enim Græcis ἀπότομον, hoc est, abruptum ac truncum, significat. Ut intelligamus scopulum hunc à reliquo Cenæo, velut abruptum quendam & detruncatum apparere. *Mitscyl.*

232. Re-

Regnaque viſuras iterum Trojana ſagittas,
Ferre jubes Pæante fatum : quo flamma miniſtro
Subdita. dumque avidis comprenditur ignibus agger;
Congeriem ſilvæ Nemeæo vellere ſummam
Sternis : & impoſitâ clavæ cervice recumbis,
Haud alio vultu, quam ſi conviva jaceres
Inter plena meri redimitus pocula ſertis.
Jamque valens, & in omne latus diffuſa ſonabat,
Securoſque artus, contemtoremque petebat
Flamma ſuum. timuêre Dei pro vindice terræ.
Quos ita (ſenſit enim) læto Saturnius ore
Jupiter alloquitur : Noſtra eſt timor iſte voluptas,
O Superi : totoque libens mihi pectore grator,
Quod memoris populi dicor rectorque paterque :
Et mea progenies veſtro quoque tuta favore eſt.
Nam quanquam ipſius datur hoc immanibus actis;
Obligor ipſe tamen. ſed enim, ne pectora vano

Fida

232. *Regnaque viſuras.*] An *verſuras* Heinſ.

233. *Sagittas iterum viſuras.*] Primum quidem ſagittæ Herculis Trojana regna videre, cum ipſe una cum Telamone, & Argonautis Trojam expugnavit; deinde cum ob Helenæ raptum duce Agamemnone fuit delata. Nam cum oraculum accepiſſent Græci, ſine ſagittis Herculis, Trojam capi non poſſe, miſſus eſt Ulyſſes, qui Philoctetem una cum ſagittis illis ad exercitum Græcorum adduceret. Fabula hæc tractatur à Sophocle *Micyl. Regnaque.*] Prius enim expugnarant Trojam ſub Laomedonte. In fatis autem eſſe, Trojam capi non poſſe ſecundo ab Agamemnone & Græcis Helenam repetentibus, abſque Herculis ſagittis, lib. 13. v. 49. & 400.

234. *Pæante.*] Philoctetem, qui facem rogo ſubjecit. vid. Sophocl. Philoct. *Pont.*

235. *Nemeæo vellere.*] Pelle Nemeæi leonis. *Micyl.*

236. *Clavæ.*] Clava Herculis inſigne, ut fulmen Jovis, Neptuni tridens, &c. *F.*

FAB. IV. *Arg.* Jamque valens, &c.] *Tandem Hercules, in Oeta Theſſaliæ monte præſtructo rogo, ac ſagittis traditis Philoctetæ Pœantis filio, qui ejus pyram ſtruxerat, flammis exuſtus eſt, itaut immortalitatis deorum jus à Jove in cælo reciperet, & aliquando placata Junone, filia ejuſdem, nomine Hebe, jungeretur. Deianira autem re audita ipſa ſe interfecit.* Lact.

242. *Pro vindice.*] Pro ſalute vindicis ac liberatoris terræ totius. *Micyl.*

243. *Noſtra eſt, timor iſte, voluptas.*] Fungitur officio Jupiter, & hunc pro filio Deorum timorem ſibi gratum accidere confitetur, ut ſignum ſcilicet benevolentiæ in illum, & in ſe ut patrem illius. *Pont.*

244. *Grator.*] Gratulor. *Grator.*] Gratulor & Gratór promiſcuè uſurpant auctores antiqui. Redi ad Tom. 1. p. 764. vſ. 31.

247. *Datis hoc.*] *Datur hoc* Florentin. S. Marci, ſec. Medic. & multi alii. *Heinſ.*

248. *Obligor ipſe tamen.*] Ego tamen me vobis debere fateor.

251. *Me-*

Digitized by Google

Fida metu paveant, Oetæus ſpernite flammas.
Omnia qui vicit, vincet, quos cernitis, ignes:
Nec niſi maternâ Vulcanum parte potentem
Sentiet. æternum eſt, à me quod traxit, & expers
Atque immune necis, nullâque domabile flammâ.
Idque ego defunctum terrâ cæleſtibus oris
Accipiam, cunctiſque meum lætabile factum
Dîs fore confido. ſi quis tamen Hercule, ſi quis
Forte Deo doliturus erit, data præmia nolet:
Sed meruiſſe dari ſciet; invituſque probabit.
Aſſenſêre Dei. conjux quoque regia viſa eſt
Cætera non duro, duro tamen ultima vultu
Dicta tuliſſe Jovis; ſeque indoluiſſe notatam.
Interea, quodcunque fuit populabile flammæ,
Mulciber abſtulerat; nec cognoſcenda remanſit
Herculis effigies: nec quicquam ab imagine ductum
Matris habet: tantumque Jovis veſtigia ſervat.
Utque novus ſerpens, poſitâ cum pelle ſenectâ,
Luxuriare ſolet, ſquamâque nitêre recenti;
Sic, ubi mortales Tirynthius exuit artus;

Parte

251. *Materna parte.*] Ex parte corporis, quod à matre ſumpſit. *Micyl.* *Nec niſi.*] Ὥσπερ φασὶ τὸν Ἡρακλέα ἐν τῇ Οἴτῃ κατακαυθέντα, &c. Non ſecus atque Herculem in Oeta monte combuſtum, ad Deos migraſſe tradunt, & ipſum Deum factum. Etenim ille cum à ſe abjeciſſet quicquid à matre humani atque mortalis contractum acceperat, ſervata pura atque incorrupta divinitate, probe prius extructæ pyræ incendio purgatus, in cœlum ſubvolaſſe creditur. Ita Philoſophiæ opera tanquam igni perpurgati, conſenſo cacumine felicem & beatam divitiarum, honorum, & voluptatum memores quidem amplius. Luciani Hermotimus. Vera ἀποθίωσις & mortalis divinitas, *ſi quis tamen hac quoque, ſi quis Captus amore Dei ſpernit mortalia, calùm Mente ſapit tota.* Farn.

253. *Nullâque domabile flammâ.*] *Nullique* unus meus. Lege *nullique flammæ.* ut infra,

—— *quodcunque fuit populabile flammæ.*

ita enim vetuſtiores omnes. pro *immune necis* Florentinus S. Marci *ſimul.* an *immune ſitûs?* Heinſ.

254. *Cæleſtibus oris.*] In cælum. Nam (ut refert Diodorus) poſt exuſtum Herculis rogum accedente Iolao, ut oſſa colligeret, cum nullum prorſus repertum foret, crediderunt Herculem ſecundum oraculum in Deos tranſlatum, illique ut heroi ſacra fecerunt.

257. *Præmia nollet.*] Imo *nolet* cum caſtigationibus. *Heinſ.*

263. *Populabile.*] Delebile.

265. *Jovis veſtigia.*] Similitudinem Jovis. Nam ut Jupiter, Deus eſt effectus Hercules. *Micyl.*

266. *Utque novus.*] Ὡς δὲ ὄφις ἐπὶ χιὼ ὀφιόμορφος, &c. Il. 22. & 2. Æn

Quæ-

Parte ſui meliore viget; majorque videri
Cœpit; & auguſtâ fieri gravitate verendus.
Quem pater omnipotens, inter cava nubila raptum,
Quadrijugo curru radiantibus intulit aſtris.
Senſit Atlas pondus. neque adhuc Steneleïus iras
Solverat Euryſtheus; odiumque in prole paternum
Exercebat atrox, at longis anxia curis
Argolis Alcmene, queſtus ubi ponat aniles,
Cui referat nati teſtatos orbe labores,
Cuive ſuos caſus, Iölen habet. Herculis illam
Imperiis, thalamoque animoque receperat Hyllus:
Impleratque uterum generoſo germine. cui ſic

Inci-

Qualis ubi colubet, &c. Nunc poſita novus nitidiſque juventa Lubrica convolvit ſublato pectore terga Arduus ad Solem.

296. *Parte ſui.*] Animo, & immortali gloria. *Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis Aſtra feror.* ipſe de ſe Noſter in peroratione hujus operis.

270. *Auguſta fieri.*] Nempe cœlo donandus. nec Diis ſolum, ſed & fato functis *auguſta & major imago Humana* tribuitur à poëtis & hiſtoricis. *Farn.*

272. *Quadrijugo curru.*] Triumphali. Innuit enim Herculem cum maxima gloria triumphantum more in cœlum fuiſſe ſublatum. *Micyl.*

273. *Pondus neque.*] Cœli, ſibi jam gravioris recepto Hercule. Juv. ſat. 1. *contentaque ſidera pauci Numinibus miſerum urgebant Atlanta minori Pondere. Stheneleïus iras.*] Stheneli filius Euryſt. veritus ne Herculis progenies patrem ulcura ſe regno exueret, Hyllum Herculis fil. & Licymnii liberos & Iolaum qui Athenas confugerant, poposcit, arma minatus, niſi ſibi redderentur. à Theſeo tamen & Athenienſibus adjuti Euryſtheum ſuſtulerunt. Diodor. 5. lib. & Liberalis 33. Fab. *Farn.*

FAB. V. & VI. *Arg.* In prole.] *Hæc autem à poëta referuntur, ut facilius connectat cum ſuperioribus Galanthidis miniſtra Alcmena mutationem in muſtellam. Nam Alcmena cum parere non poſſet, Lucinam Deam, qua parentibus præeſſe dicitur, invocavit; ac ea quidem venit Junonis juſſu partum impeditura. Cum igitur in vetulæ figuram converſa ante januam Alcmenæ ita ſederet, ut manu digitis cancellatim junctis genua teneret, ſorte Galanthis miniſtra ſuſpicata eam illo geſtu domina, quo minus pareret, eſſe impedimento, falſo ei nunciavit Alcmenam partu ſolutam. Quod cum Dea accepiſſet, ſurrexit, ſtatimque Alcmena Herculem peperit. Caterum Dea indignata ſe à Galanthide illuſam, quamprimum illam in muſtellam ea conditione convertit, ut pareret ore quo fuerat mentita.*

276. *Argolis Alcmene.*] Argolica, quæ poſt mortem Herculis Thebas profecta, illicque mortua divinos meruit honores.

277. *Teſtatos labores.*] Celebrata atque confeſſa certamina. *R.*

278. *Herculis illam.*] Hyllus Iolen ſibi à patre donatam in uxorem duxerat, gravidamque fecerat. *Farn.*

279. *Hyllus.*] Herculis ex Deianira fuit filius. *R.*

280. *Generoſo ſemine.*] *Germine* vetuſtiores magna ex parte, niſi quod Cantabrig. Arondel. & tres alii *ſanguine.* tertius etiam Medic. & quatuor alii *cui ſic*, pro, *cum.* Heinſ.

281. *Ne-*

Incipit Alcmene: Faveant tibi numina ſaltem;
Corripiantque moras, tum cum matura vocabis
Præpoſitam timidis parientibus Ilithyiam;
Quam mihi difficilem Junonis gratia fecit.
Namque laboriferi cum jam natalis adeſſet
Herculis, & decimum premeretur ſidere ſignum:
Tendebat gravitas uterum mihi: quodque ferebam,
Tantum erat, ut poſſes auctorem dicere tecti
Ponderis eſſe Jovem. nec jam tolerare labores
Ulterius poteram: quin nunc quoq; frigidus artus,
Dum loquor, horror habet; parſque eſt meminiſſe doloris.
Septem ego per noctes, totidem cruciata diebus,
Feſſa malis, tendenſque ad cœlum brachia, magno
Lucinam Nixoſque pares clamore vocabam.

Illa

281. *Numina ſaltem.*] Ant. Liberalis τὰς μοίρας τῇ εἰλειθυίᾳ adjungit in remorando Alcmenæ partu. fab. 29. tanquam γενετυλλίδας. *Farn.*

283. *Timidis parientibus.*] *Tumidis* pri. Vatic. & decem aut duodecim alii, mox *decimo premeretur ſidere ſignum*, non *decimum*. Florent. S. Marci. pri. Pal. quart. Medic. & XV. alii. *Heinſius. Ilithylam.*] Ilithyia Dea eſt, quæ parientibus præeſſe dicitur, quam noſtri Lucinam appellant, quod in lucem naſcentes producat. *R. Ilithyiam.*] Εἰλειθυίαν, quod parturientibus adveniat opifera ὅτι εἰς τὰς τικτούσας ἐλεύθει. aliis ἀπὸ τῦ ἐλίττεσθαι, ab evolvendo. Eadem cum Diana exiſtimata. Ἄρτεμις εἰλειθυία καὶ ἡ σεμνὴ προθυραία. Orpheus hymno 1. Plato in Theæteto ait Dianam cum ſterilis ſit, partuum tutelam ſuſcepiſſe. Callimachum hymno ad Dianam; quod eam Latona mater citra dolorem geſtarit in utero & peperierit. Melius Philoſophi ad Lunæ, quæ eadem cum Diana, potentiam referunt. quæ, ut Plin. lib. 2. cap. 102. fœmineum molle & nocturnum ſidus humores ſolvit, fœtibus concipiendis edendiſque accommoda. Horat. 22. od. 3. lib. & in carm. Seculari.

285. *Laboriferi.*] Laboribus nati. ut ſupra vſ. 180.

286. *Sydere.*] Sole. *Farn. Et decimum ſignum.*] Hoc eſt, cum jam decimus ageretur menſis.

288. *Auctorem dicere tanti.*] *Tecti* cum melioribus. *Heinſ.*

291. *Horror habet.*] *Adit* Neapol. ſec. Medic. Urbin. Forte *obit*. Vide Notas lib 1. vſ. 552. *Idem.*

294. *Lucinam ad nexos partus clamore vocabam.*] Scripti vetuſtiores maxima ex parte, *Lucinam nexuſque pares*, vel *nixuſque*. quod poſterius à Turnebo in Adverſariis probatur. Florent. S. Marci *nexuſque*. cum diversâ lectione, *vel nixus vel noxas. Lucinam nexoſque pares.* pri. Medic. ſec. Palat. & duo alii. unus meus *nexoſque pares*. quod verum eſt. ut Nixos Deos intelligat puerperiis præſidentes. de quibus videatur Feſtus in *Nixi Dei*. quanquam is tres fuiſſe contendit, ut forte ſit legendum, *Lucinam Nixoſque pari clamore*. nam in uno noſtro *nixuſque parens*. in Spirenſi, *Nexaſque pari*. in Mureti excerptis ac uno Baſil. *rurſus pariens*. in Græviano, *nixuſque pares*, cum Gloſſa, *illos deos*, in priore Twiſdenio *nexoſque pares*

Illa quidem venit, ſed præcorrupta, meumque
Quæ donare caput Junoni vellet iniquæ.
Utque meos audit gemitus; ſubſedit in illâ
Ante fores arâ: dextroque à poplite lævum
Preſſa genu, digitis inter ſe pectine junctis,
Suſtinuit partus. tacitâ quoque carmina voce
Dixit: & inceptos tenuerunt carmina partus.
Nitor, & ingrato facio convicia demens
Vana Jovi: cupioque mori: moturaque duros
Verba queror ſilices. matres Cadmeïdes adſunt;
Votaque ſuſcipiunt; exhortanturque dolentem.
Una miniſtrarum mediâ de plebe Galanthis,
Flava comas, aderat, faciendis ſtrenua juſſis;
Officiis dilecta ſuis. ea ſenſit iniquâ
Neſcio quid Junone geri: dumque exit, & intrat
Sæpe fores; Divam reſidentem vidit in arâ;
Brachiaque in genibus digitis connexa tenentem:
Et, Quæcunque es, ait, dominæ gratare; levata eſt
Argolis Alcmene: potiturque puerpera voto.
Exſiluit, junctaſque manus patefacta remiſit

Divæ

pares. ſed emendatum *nixoſque.* addito ſcholio, *Nexi ſunt Di, qui connectunt membra mulierum ſoluta ad partum, unde dicantur nexi. Nixuſque pares. duo ſunt fratres, Dii partus, ſicut & Lucina.* in altero Twiſdenio *Nexaſque Deas* pro diverſa lectione notatur. *Idem.*

298. *Dextroque eſt poplite.*] *A poplite* Priſcianus, & ſex ſcripti. bene. Multi ex noſtris *è poplite.* duo *in* verſu proximo pro *digitiſque* idem Priſcianus, & codices antiqui multi *divitis.* Heinſ.

299. *Pectine junctis.*] Pectinatim, decuſſatim. *καὶ αὖτας μὲν καθίζοντο κεφαλὰς τὰς ἑαυτῶν χεῖρας.* 29. fab. *Farn.*

300. *Suſtinuit partus.*] Quatuor veteres *nixus.* nam *partus* ſequitur. *Heinſ.*

302. *Vana convicia.*] Convicium proprie eſt maledictum. Quod Cicero explicat in Orat. pro Muræn. *Si verè objicitur, vehementis accuſatoris, ſin falsò, maledici conviciatoris.* Deinde etiam contentionem vocis ſignificat, quaſi convocium, ſive ab uno, ſive pluribus tollatur clamor. Cic. pro Arch. *An tu exiſtimas ferre animos noſtros tantam poſſe contentionem, niſi ex hoc forenſi ſtrepitu reficiamur, & aures convicio diſſeſſa conquieſcant.* Item Phædr. lib. 1. fab. 6.

Clamorem vana ſuſtulere ad ſidera,
Convicio permotus quærit Jupiter
Cauſam querela. & alibi.

304. *Verba queror.*] Figuratè dictum eſt. Verbis enim queri, conquerique eſt in uſu. *Cadmeïdes.*] Thebanæ. *R.*

306. *Una miniſtrarum.*] *Συμπαραστάτις καὶ ὑπαίτιος Ἀλκμήνης* Liberali.

307. *Flava comas.*] Verſ. 321. inf.

310. *Divam.*] Lucinam. *Farn.*

314. *Exſiluit, junctaſque manus patefacta remiſit.*] *Exſiluit* meliores. & *patefacta* prim. Mediceus, pri. Baſil. & octo alii.

Diva potens uteri. vinclis levor ipsa remissis.
Numine decepto risisse Galanthida fama est.
Ridentem, prensamque ipsis Dea sæva capillis
Traxit, & è terrâ corpus relevare volentem
Arcuit: inque pedes mutavit brachia primos,
Strenuitas antiqua manet: nec terga colorem
Amisêre suum: forma est diversa priori.
Quæ, quia mendaci parientem juverat ore,
Ore parit: nostrasque domos, ut & ante, frequentat.
Dixit: &, admonitu veteris commota ministræ,
Ingemuit. quam sic nurus est affata dolentem:
Te tamen, ô genitrix, alienæ sanguine vestro
Rapta movet facies. quid si tibi mira sororis
Fata meæ referam? quanquam lacrymæque dolorque
Impediunt, prohibentque loqui. fuit unica matri
(Me pater ex aliâ genuit) notissima formâ
Occhali-

alii. Narrat fabulam Libanius in Diagematis à Leone Allatio editis, ubi Acalanthis est, quæ Nasoni Galanthis. Nicandro in ἑτεροιουμένοις apud Antoninum Liberalem Galinthias est Prati filia. *Heins.*

317. *Prensamque ipsis.*] *Suis* unus ex meis & Grævianus. rectius. Putabam aliquando,

——*prensamque solo Dea sæva capillis*
Stravit.

lib. 11.

——*arrepta prensis à fronte capillis*
Stravit humi pronam.

pro *relevare volentem* quinque veteres *parentem.* Idem.

320. *Strenuitas.*] Fuerat enim *faciendis strenua jussis.* 308. vs. &c. *Colorem.*] *Flava comas.* qui color mustelinus. Liberalis in felem mutatam refert. καὶ αὐτὴν ἐποίησαν ἀλουρὰν γαλῆν, καὶ διαλλαγὴν ἰδωκαν ἐν τῷ μυχῷ. *Farn.*

323. *Ore parit.*] Καὶ ἄμορφον ἀπέδειξαν τὸν τόκον. Θορίσκεται μὲν γὰς διὰ τῶν ὤτων. æque verum per aures cojite, ac per os parere. Sed hinc color à natura mustelarum, quæ catulos suos quotidie transferunt, mutantque sedem, Cicerone autore, quem citat Plin. l. 29. cap. 4. Quin ipsa decies in die mutat locum. Plautus in Sticho. *Farn.*

FAR. VII. VIII. & IX. *Arg.* Dixit & admonitu veteris commota ministræ, &c.] *Dryope Euryti filia, soror Ioles, Andræmonis conjux, quam ante dilexerat Apollo, cum ad locum sacratum nymphis dona ferens venisset, & ex arbore Loto (in quam Loto, fugiens Priapum, erat transfigurata,) ramum decerpsisset, quo parvum filium nomine Amphisson, quem secum tulerat, oblectaret, quia sacra arboris extiterat violatrix, truncoque hæsit infixa. Inter quæ dum casum sororis Iole refert Alcmenæ, Iolaus Herculis & Hebes filius in antiquam pueritiam transfusus filia roganti conjugi promiserat.* Lact.

325. *Nurus est.*] Iole uxor Hylli filii Herculis ex Deianira. supr. v. 280. *Farn.*

326. *Aliena à sanguine nostro.*] *Alienæ sanguine vestro* meliores. *Heins.*

330. *Me pater ex alia genuit.*] Hac parenthesi exponit Iole cur Dryope unica ma-

Oechalidum Dryope: quam virginitate carentem,
Vimque Dei paſſam, Delphos Delonque tenentis,
Excipit Andræmon; & habetur conjuge felix.
Eſt lacus, acclivi devexo margine formam
Littoris efficiens: ſummum myrteta coronant.
Venerat huc Dryope fatorum neſcia; quoque
Indignêre magis, Nymphis latura coronas.
Inque ſinu puerum, qui nondum impleverat annum,
Dulce ferebat onus: tepidique ope lactis alebat.
Haud procul à ſtagno, Tyrios imitata colores,
In ſpem baccarum florebat aquatica lotos.
Carpſerat hinc Dryope, quos oblectamina nato
Porrigeret, flores: & idem factura videbar;
Namque aderam. vidi guttas è flore cruentas
Decidere; & tremulo ramos horrore moveri.
Scilicet, ut referunt tardi nunc denique agreſtes,
Lotis in hanc Nymphe, fugiens obſcœna Priapi,
Contulerat verſos ſervato nomine vultus.
Neſcierat ſoror hoc; quæ cum perterrita retro

Ire

matri filia fuerit. *Notiſſima forma Oechalidum.*] Dryope Eurytî filia, quæ pulchritudine Apollinem in ſuos amplexus pellexit.

332. *Dei tenentis Delon.*] Periphraſis eſt Apollinis, qui & Delphos & Delon in poteſtate ſua habet.

334. *Eſt lacus acclivis.*] *Acclivi* unus Mediceus, ut referatur ad *Tè littoris*. unus Voſſ. & Twiſd. *acclivus*. ſic *acclivus limes* initio libri 11. pari quoque modo *declivus* & *declivis* dicebant. Vide Notas Faſt. 111. v. 13. *Heinſ.*

335. *Summum.*] Summitatem marginis. *Myrteta.*] Myrtus eſt arbor Veneri dicata. unde *myrtetum* locus myrtis conſitus dicitur.

336. *Venerat hic.*] *Huc* plerique. & rectè. *Heinſ.*

341. *Aquatica lotos.*] Juxta aquas naſcens. Fuit autem Lotos nympha, quam cum inſequereretur Priapus, ut eam compriméret, miſeratione Deorum in arborem ſui nominis converſa eſt. R.

344. *Vide guttas.*] Sic è Phaëthontis ſororibus lib. 2 v. 360. in arbores verſis, *Sanguinea manant tanquam de vulnere gutta.* idem de Polydoro 3. Æneid. *Farn.*

346. *Tardi.*] An epitheto à bobus, quos agunt paſcuntque ſumpto? ut Virgil. 10. eclog. *tardi venêre iuvenci.* Vide quæ Erythræus in Indice, voce *Tardi*. An quia ſero, clade nempe accepta, ſorore amiſſa, nunc demique id reſciſcens? *Farn.*

347. *Lotos in hanc Nymphe.*] Lotis cum Florent. S. Marci, Spirenſi, & uno Gronoviano. quomodo & Naugerius. neque aliter duo veteriſſimi codices in argumento hujus fabulæ. Lotis etiam hæc Nympha in Faſtis dicitur Servio lib. 1. Georg. In hac fabula Lotos eſt. *Heinſ. Obſcœna Priapi.*] Priapus autem Bacchi & Veneris filius fuit, qui ob eximiam fœcunditatem horrorum Deus fuit exiſtimatus.

350. Ire

Ire & adoratis vellet discedere Nymphis;
Hæserunt radice pedes. convellere pugnat:
Nec quicquam, nisi summa, movet. succrescit ab imo
Totaque paulatim lentus premit inguina cortex.
Ut vidit; conata manu laniare capillos,
Fronde manum implevit: frondes caput omne tenebant.
At puer Amphissos (namque hoc avus Eurytus illi
Addiderat nomen) materna rigescere sentit
Ubera: nec sequitur ducentem lacteus humor.
Spectatrix aderam fati crudelis; opemque
Non poteram tibi ferre, soror: quantumque valebam,
Crescentem truncum ramosque amplexa, morabar:
Et (fateor) volui sub eodem cortice condi.
Ecce vir Andræmon, genitorque miserrimus, adsunt
Et quærunt Dryopen: Dryopen quærentibus illis
Ostendi loton. tepido dant oscula ligno:
Affusique suæ radicibus arboris hærent.

Nil

350. *Irè & oratis.*] *Irè adoratis* Florent. S. Marci, Spirens. & quatuor alii. Lege *Ire & adoratis.* quomodo Urbinas, Langerm. unus Vossii cum Calandræ excerptis. *Iré & oratis* unus Medic. *Heins.*

351. *Hæserunt.*] Sed audiamus Liberalem: Amphissus urbem in Oeta condidit, monti ipsi cognominem, ibique regnavit. Posuit & Apollini in Dryopide regione templum. In quod cum se contulisset Dryope, Hamadryades benevolentia inductæ eam rapuerunt, & in sylva occultarunt, loco ejus alno vel populo ἀγυιᾶς producta atque excitata è terra, ac prope arborem fonte Ita Dryope, naturæ mutatione de mortali facta est nympha. Amphissus Nymphis tam bene de matre sua merentibus templum posuit, & certamen curule instituit, quo mulierem accedere nefas, quod Dryopen à Nymphis sublatam duæ virgines meolis indicarunt, &c. *Farn.*

355. *Frondes caput omne tegebant.*] *Tenebant* vetustiores magno numero. Adi Notas Fastor. III. v. 219.

356. *At puer Amphissus.*] *Amphisos* plerique veteres. neque aliter in argumento veteri hujus fabulæ. male alii *Amphysos*, vel *Amphrysos*, Scribe *Amphissos.* Ἄμφισσος Antonino Liberali bis dicitur, qui fuse fabulam ex Nicandri ἑτεροιουμένοις narrat Metamorphosi XXXII. mox *sentit* pro *sensit* meliores. *Idem.*

358. *Ducentem.*] Trahentem, fugentem ubera. *Lacteus humor.*] Periphrasis est lactis.

363. *Genitorque.*] Eurytus.

365. *Tepido ligno.*] *Trepido* Cantabrig. pri. Basil. & decem alii. ut libro I.

Sentit adhuc trepidare novo sub cortice pectus. Heins.

366. *Sua radicibus.*] Filia scil. Sperchii, uxor Andræmonis fuerat. *Farnabius.*

Nil niſi jam, quod non foret arbor, habebas,
Cara ſoror. lacrymæ verſo de corpore factis
Irrorant foliis: ac, dum licet, oraque præſtant
Vocis iter, tales effundit in aëra queſtus:
Si qua fides miſeris, hoc me per numina juro
Non meruiſſe nefas. patior ſine crimine pœnam.
Viximus innocuæ: ſi mentior, arida perdam,
Quas habeo, frondes; & cæſa ſecuribus urar.
Hunc tamen infantem maternis demite ramis;
Et date nutrici: noſtrâque ſub arbore ſæpe
Lac facitote bibat; noſtrâque ſub arbore ludat.
Cumque loqui poterit, matrem facitote ſalutet.
Et triſtis dicat: Latet hoc ſub ſtipite mater.
Stagna tamen timeat; nec carpat ab arbore flores:
Et frutices omnes corpus putet eſſe Dearum.
Care, vale, conjux, & tu germana, paterque.
Quîs ſi qua eſt pietas, ab acutæ vulnere falcis,
A pecoris morſu frondes defendite noſtras.
Et quoniam mihi fas ad vos incumbere non eſt,
Erigite huc artus, & ad oſcula noſtra venite,
Dum tangi poſſunt, parvumque attollite natum.
Plura loqui nequeo. nam jam per candida mollis
Colla liber ſerpit: ſummoque cacumine condor.
Ex oculis removete manus. ſine munere veſtro
Con-

368. *Cara ſoror.*] *Toto ſoror* Sixius. Forte *Loti ſoror.* pro *miſero de corpore* ſcribendum *verſo de corpore*, vel contra membranarum veterum auctoritatem. nam *miſeris* mox ſequitur. *ac dum licet* in pleriſque ſcriptis. *Heinſ.*

379. *Latet hoc in ſtipite.*] *Sub ſtipite* rectius octo veteres. *Idem.*

380. *Stagna.*] Meo monitus exemplo. *Farn.*

383. *Quî ſi qua eſt pietas.*] *Quis* Urbin. & ſex alii. *Heinſ.*

385. *Et quoniam mihi fas ad vos incumbere non eſt.*] Editiones nonnullæ & ſex ſcripti, *non eſt incumbere vobis.* atque ita ſec. Palat. niſi quod in illo *non fas eſt*, unus Medic. *vobis incumbere non eſt.* Thyſii, *Et quoniam nymphas.* Tò *ad vos* à manu ſecunda in Urbinati, eraſa veteri lectione. *vobis occurrere non eſt*, unus Voſſianus. Puto latere Græciſmum. Scribe,

Et quoniam non eſt ad vos incumbere nobis.

vel,

Et quoniam fato non eſt incumbere vobis.

Adeantur quæ notavimus ſupra lib. II. v. 189. *Idem.*

387. *Dum tangi poſſunt.*] *Poſſint* vetuſtiores. oſcula videlicet. ſed alterum præſtat. *Idem.*

390. *Sine munere veſtro contegis.*] *Contegat* ex ſcriptis. *Idem. Sine munere.*] Oculos

Contegat inductus morientia lumina cortex.
Deſierant ſimul ora loqui, ſimul eſſe: diuque
Corpore mutato rami caluêre recentes.
Dumque refert Iöle fatum miſerabile, dumque
Eurytidos lacrymas admoto pollice ſiccat
Alcmene, flet & ipſa tamen: compeſcuit omnem
Res nova triſtitiam. nam limine conſtitit alto
Pæne puer, dubiâque tegens lanugine malas
Ora reformatus primos Iölaus in annos.
Hoc illi dederat Junonia muneris Hebe,
Victa viri precibus. quæ cum jurare pararet
Dona tributuram poſthac ſe talia nulli;
Non eſt paſſa Themis. Nam jam diſcordia Thebæ
Bella

culos morientium claudere erat pietatis officium, quod ad quemque, ut erat ſanguine aut affinitate proximus, ſpectabat. quod officium hic ſupervacuum ait, ubi cortex id præſtat. *Farn.*

392. *Deſierat ſimul ore loqui.*] *Deſierant ora* ex ſcriptis. *Heinſ.*

394. *Factum miſerabile.*] *Mirabile* veteres majori ex parte. Lege *fatum mirabile.* & ſic unus Mediceus. ſupra dixerat,

——*quid ſi tibi mira ſororis*
Fata mea referam?

Vide Notas lib VIII. v. 612. poteſt & *fatum miſerabile* legi. ut lib. VI.

——*Pygmæa fatum miſerabile matris.*

Idem.

395. *Eurytidos.*] Ioles Euryti filiæ. *Farn.*

397. *Nam limine conſtitit alto.*] Iolaus (ut ſcribit Solinus) Iphicli Herculis fratris fuit filius, qui cum ad decrepitam perveniſſet ætatem, Herculis precibus ab Hebe juvenili ætati fuit reſtitutus.

398. *Dubia lanugine.*] Quæ vix videbatur ob tenuitatem. *Pene puer.*] Iolaus ex ſene denuo pubertatem adeptus, quod de eo fingitur, quia in ætate ſenecta multa & egregia facinora geſſit.

FAB. X. *Arg.* Hoc illi dederat Junonia muneris Hebe.] *Callirhoë Acheloi amnis filia, Alcmæonis qui materno ſanguine aſperſus in Acarnaniam ſe contulerat, ut expiaretur, conjugium init, ex eoque duos filios edidit. Qui cum per fallaciam a Phegeo, cujus ante filiam habuerat, eſſet occiſus, petit illa a Jove ut liberis ſuis, ut ultores patris eſſent, annos adjiceret. Ergo ut id conſequi poſſent, Dei voluntate ex pueritia in adoleſcentes factum eſt ut cederent.* Lact.

402. *Poſt hanc.*] Neapol. ſec. Medic. & unus Leid. *poſt hac.* alii nonnulli *poſt hæc.* Heinſ. *Talia dona.*] Ut quemquam juvenili ætati reſtituat. *R.*

403. *Themis.*] Dea, quæ fas jubet, nefas vetat. vaticinii & oraculi præſes ut ad l. 1. vſ. 321. vide etiam quæ Gyrald. 15. Synt. & Jac. Boiſſard. de Divinat. *F. Nam jam diſcordia Thebæ Bella movent.*] Amphiaraus Oiclei filius, vates clariſſimus, cum ſe à bello Thebano non reverſurum prævidiſſet, à Polynice nullis precibus adduci poterat, ut illi intereſſet. Quare Polynices aureum illud monile à Venere Hermione dono datum, Eriphylæ Amphiarai uxori, quo belli ſocietatem viro perſuaderet, largitus eſt. Cum vero eo tempore Amphiaraus, Adraſtuſque de regno diſſentirent, ad Eriphylen Amphiarai uxorem, Adraſtique ſororem judicium omnium diſſenſionum detulerunt. Illa vero pro Amphia-

Bella movent, dixit, Capaneuſque niſi ab Jove vinci
Haud poterit: ibuntque pares in vulnera fratres:
Seductâque ſuos manes tellure videbit
Vivus adhuc vates: ultuſque parente parentem
Natus erit facto pius & ſceleratus eodem:
Attonituſque malis, exul mentiſque domûſque,
Vulti-

phiarao quidem ſententiam tulit. ſed ut belli Thebis inferendi ſocius adjutorque eſſet. Cæterum Amphiaraus exiſtimans ſe ab uxore proditum, Alcmæoni filio mandavit, ut poſt ſuum obitum Eriphylen necaret.

404. *Bella movent.*] *Manent* unus Voſſ. Forte,

——*nam jam diſcordia Thebas*
Bella manent, dixit.

Heinſ. *Capaneuſque.*] Unus è ſeptem ducibus ad Thebas, qui cum mœnia ſcalis conſcendere tentaret, lapidibus à defenſoribus obrutus eſt. Hinc ut ait Veget. lib. 4. fulmine Jovis interiiſſe dictus, *hunc toto Jove fulmen adactum corripuit.* Statius 10. Thebaid. & mox: *paulum ſi tardius artus Ceſſiſſent, potuit fulmen meruiſſe ſecundum.* Fatn. *Capaneus.*] Tom. 1. p. 782. v. 322.

405. *Flebuntque pares in vulnera fratres.*] Ita Florentinus S. Marci. reliqui *deflentque*, vel *fientque in vulnere.* Scribe,

——*ibuntque pares in vulnera fratres.*

hinc *Thebanorum par* Minucii Octavio. Statius Theb. VIII.

Atque adeo fratres (*hæc noſtris omina ſunto*
Prima odiis) *fratres alterna in vulnera lato*
Marte ruent.

ire in vulnera, ut *ire in arma, in bella, ire in fata.* nec cæſura obſtat, cujus exempla apud Noſtrum non deſunt. lib. VII.

Et dis cara ferar, & vertice ſidera tangam.

lib. VII.

——*queroque*
In ſuperis opis eſſe mihi, ni in ædibus ingens
Mentitur ſtrues.

lib. X.

Et bicolor myrtus, & baccis cærulea tinus.

ibidem,

——*fugitque*
Et color & ſanguis! animumque relinquit euntem.

libro XIV.

Ire negabamus, & tecta igneta ſubire.

ita enim vetuſtiores plerique lib. XV.

Et locus, & laurus, & quas habet ille pharetra.

Virgilius,

Nam tibi, Thymbræ, caput Evandrius abſtulit enſis.

Florentinus tamen S. Marci, *paterent* pro *poterit*, & *Bella movens.* Heinſius. *Flebuntque.*] Mutuis concident vulneribus Eteocles & Polynices Oedipi filii, de quibus Euripides, Seneca, Statius. *Farn.*

406. *Subducta tellure.*] Nam hiatu terræ abſorptus eſt Amphiaraus. R.

407. *Vivus adhuc.*] Præcepit filio Alcmæoni, ut mortem ſuam matris morte ulciſceretur. quo facto, Alcmæon furiis agitatus morbi remedium quæſivit à Phegeo, cujus filiæ Alphesiboeæ. quam in uxorem duxerat, monile illud fatale dedit. Sed ubi apud Phegeum non inveniret morbi medelam, ab oraculo monitus ſe ad Acheloum contulit, cujus filiam Callirhoën cum amaret, illa autem ab eo poſceret monile; ad Alphesiboeam contendit ab ea repetiturus illud. *Farn.*

408. *Natus.*] Filius Amphiarai Alcmæon, qui patrem ulciſcendo pius, occidendo vero matrem, impius fuiſſe judicatur.

409. *Exul mentis.*] Demens atque furioſus.

411. *Dum*

Vultibus Eumenidum, matrisque agitabitur umbris;
Donec eum conjux fatale popoſcerit aurum:
Cognatumque latus Phegeïus hauſerit enſis.
Tum demum magno petet hos Acheloïa ſupplex
Ab Jove Callirhoë natis infantibus annos.
Jupiter his motus, privignæ dona nurûſque
Præcipiet, facietque viros impubibus annis.
Hæc ubi faticano venturi præſcia dixit
Ore Themis; vario Superi ſermone fremebant:
Et, cur non aliis eadem dare dona liceret,
Murmur erat. queritur veteres Pallantias annos

Con-

411. *Donec eum conjux.*] Callirhoë filia. *Fatale aurum.*] Monile perniciosum, quod qui habebat, infortuniis vexabatur. Id autem Alcmæon ablatum matri jam Alphesibœæ tradiderat.

412. *Phlegeius.*] Imo *Phegeius* cum melioribus ex fide hiſtoriæ. *Heinſ. Phlegeius enſis.*] Phlegei filiorum, à quibus Alcmæo fuit interemptus.

413. *Petit hoc Acheloïa ſupplex.*] *Hos* S. Marci, & Urbin. & tres alii. nonnulli *hac* cum Cantabrigenſi. quidam omittunt eam vocem. pro *petet* etiam prim. Medic. Arond. prim. Hamburg. aliique complures *petit.* Heinſ. *Acheloïa ſupplex.*] Callirhoë Acheloi filia Alcmæonis uxor. *R. Tum demum.*] Callirhoë igitur à Jove impetrabat liberis ſuis ex Alcmœone præproperatam juventutem, quo patris necem ulciſci poſſet. *Farn.*

414. *Annos addat neve necem ſinat eſſe ulteris inultam.*] *Neve necem ſinat eſſe diu victoris inultam* Florentinus S. Marci, Urbin. ſec. Pal. alii nonnulli *genitoris* vel *ultoris.* Neapol.

Nec genitorque necem ſinat eſſe parentis inultam.

alii aliter. Ego verſum eſſe ſpurium contendo; nihil enim ad rem facit. Certe in primo Vaticano non comparebat. in uno meo margini adſcriptum offendi hunc ipſum verſum. *Heinſ. Ultoris.* Alcmæonis, qui patrem fuerat ultus. *R.*

415. *Privigni dona nurusque.*] *Privigna* ex ſcriptis. Hebe privigna Jovis, quod ex Junone nata ſit: nurus, quod uxor Herculis. *Heinſ. Privignæ.*] Hebes, quæ Junonis filia, Herculis uxor.

416. *Præcipiet.*] Ante capiet.

FAB. XI. *Arg.* Hæc. &c.] *Miletus ex inſula Creta in Aſiam profectus, ibi urbem ſui nominis conſtituit: huic ex Maandri filia nati ſunt Byblis & Caunus: ex his Byblis eum fratrem corporali amore potius quam pio patrioque amore, diligeret, nec veſaniam cupiditatis compeſceret, atque per literas deteſtandum amorem indicaviſſet, furiali veſania ipſe inſtinctus patriam profugit. Quem illa dum veſtigiis perſequitur. multas permenſa gentes, noviſſime in Cariam venit, ibique aſſiduo mœrore, & fletu fatigata cum concidiſſet, nympharum Lelegeidum miſericordia expirantis lacryma in fontem converſa ſunt, qui domina nomine eſſet inſignis.* Lact.

417. *Faticano ore.*] Alii *fatidico*, Scribe *faticino.* nam quatuor codices *Vaticino.* lib. II.

Ergo vbi faticinos concepit mente furores. lib. XV.

——*ſi dicere vates*
Faticinaſque ferunt ſortes.
Heinſ.

419. *Eadem dona.*] Ut juvenes fierent. *R.*

420. *Pallantias.*] Hyperionis filia, ſoror patruelis Pallantis fil. Crei. Heſiod.

Digitized by Google

Conjugis eſſe ſui : queritur caneſcere mitis
Iäſonia Ceres : repetitum Mulciber ævum
Poſcit Erichthonio. Venerem quoque cura futuri
Tangit, & Anchiſæ renovare paciſcitur annos.
Cui ſtudeat, Deus omnis habet : creſcitque favore
Turbida ſeditio; donec ſua Jupiter ora
Solvit : &, O, noſtri ſi qua eſt reverentia; dixit,
Quo ruitis? tantumne ſibi quis poſſe videtur,
Fata quoque ut ſuperet? fatis Iölaus in annos,

Quos

Theogon. ibi, Θεὰ δ' ἠϊθέην τε μίγαν, λαμπρήν τε σελήνην Ἠὼ Θ' ἡ πάντεσσιν, &c.

421. *Conjugis*] Tithoni, quem Aurora ſucco ſuo perfudit, & cui à Parcis immortalitatem impetravit, oblita interim perpetuitatem juventutis poſcere. exaruit itaque in cicadam verſus. Adi Cl. Baconi Sap. Vet. *Caneſcere mitem Iäſona Ceres.*] *Mitis Ceres* in pleriſque veterum. rectè. libro v. Arethuſa ad Cererem,

Hanc habeo ſedem, quam tu mitiſſima ſerva.

& lib. VI. *frugum mitiſſima mater.* ſic & *fruges mites* Noſter paſſim vocat. *Heinſ.*

422. *Iaſonia.*] Jovis ex Electra filium, Cereri adamatum, ex qua genuit Plutum. vide quæ Jacob. Boiſſardus lib. de Divinatione in Japyge.

423. *Erichthonio.*] Lib. 2. v. 554. F.

425. *Cui ſtudeat.*] Unus Leidenſis *ſtudeam.* Puto,

Cui ſtudeant Deus omnis habent.

ſic lib. XII. v. 42. ex optimo codice.

——— *Penetrantque caras vox omnis ad aures.*

apud Virgilium lib. Georg. 1.

——— *atque omnis navita ponto*
Humida vela leguns.

ita enim in vetuſtis aliquot exemplaribus ſe teſtatur inveniſſe Pierius Valerianus. Val. Flaccus libro IV.

te cuncta precantur
Gens hominum.

ita enim Carrionis liber. venuſte, quod ille tamen non percepit, eodem libro,

——— *ſprevere quod omnis*
Polluerintque manus, quodque unguibus excidit aris,
Has mihi fert in luce moras.

ſic ſcribe. nam Carrionis liber *manus.* vulgati, *ſprevere quod omnes manu.* ſic paulo ante,

——— *at manus omnis*
Heroum denſis certatim amplexibus urgent.

mox lege apud eundem Valerium, *ſed vos ô ſervate precor.* pro *obſervate.* Silius libro XIII.

Stabant innixi pilis exercitus omnis.

libro XVII.

——— *Hannibal unus*
Dum reſtet, non ſi muris Carthaginis ignis
Subdatur, caſique cadant exercitus omnis,
Proſectum eſt Latio.

ita ſcribe. apud Horatium lib. 1. Epiſt. XVI.

Jactamus jampridem omnis te Roma beatum.

in Odis,

Iö triumphe non ſemel dicemus civitas omnis.

& Epod. XVI.

——— *canus omnis civitas.*

Epicedio Druſi,

Funeris exequiis adſumus omnis eques.

Heinſ.

428. *Tantumne aliquis ſibi poſſe videtur.*] *Tantum ne ſibi quis poſſe* unus Moreti. venuſte. *Idem.*

429. *Fata.*] Hæc ex Stoa Noſter. Stoici

Quos egit, rediit: fatis juveneſcere debent
Callirhoë geniti; non ambitione, nec armis.
Vos etiam, quoque hoc animo meliore feratis,
Me quoque fata regunt: quæ ſi mutare valerem,
Nec noſtrum ſeri curvarent Æacon anni:
Perpetuumque ævi florem Rhadamanthus haberet
Cum Minoë meo: qui propter amara ſenectæ
Pondera deſpicitur; nec, quo prius, ordine regnat.
Dicta Jovis movere Deos. nec ſuſtinet ullus
(Cum videant feſſos Rhadamanthon & Æacon annis,
Et Minoa) queri. qui, dum fuit integer ævi,
Terruerat magnas ipſo quoque nomine gentes.
Tunc erat invalidus; Deïonidenque juventæ
Robore Miletum, Phœboque parente ſuperbum,
Pertimuit: credenſque ſuis inſurgere regnis,
Haud tamen eſt patriis arcere penatibus auſus.
Sponte fugis, Milete, tuâ; celerique carinâ
Ægæas metiris aquas; & in Aſide terra
Mœnia conſtituis, poſitoris habentia nomen.
Hic tibi, dum ſequitur patriæ curvamina ripæ,

Filia

cis enim quod in fatis eſt ipſum exſuperat Jovem. Sed vide Tertull. lib. de fato. Auguſtin. lib. 5. de civitate Dei. D. Thomam lib. de fato. Euſeb. 6. lib. de præparatione Euangelii. Minut. Felicis Octavium. Jul. Sirerum de fato. *Farn.*

Fatis lolaus in annos rediit.] Revirtuit, recepit juventutem lolaus fatis volentibus. Eſt item ſimiliter in fatis Callirhoë procreatis juveneſcere. *Pont.*

430. *Juveneſcere.*] *Revireſcere* alter Hamburg. & unus Medic. lib. VII.

Arte ſuum parili vireſcere poſſe parentem.

ubi tamen vetuſtiores multi *juveneſcere.* Heinſ.

434. *Nec noſtrum curvarent Æacon.*] Hoc eſt, incurvum ſenectute redderent. Natalis lib. 3. cap. 9. R.

438. *Nec ſuſtinet ullus queri.*] Nec ullus audet conqueri.

439. *Feſſos Rhadamanthon & Æacon annos.*] Scribendum *annis*, ut libri nonnulli veteres, & diſtinctione ſuccurrendum. Nullus ſuſtinet queri, cum Æacon & Rhadamanthon annis feſſos videat. *videant* etiam Cantabrig. & octo alii. *Heinſ.*

442. *Deïonidemque.*] Deïones ex Phœbo filium, qui Minoë jam ſeneſcente, Cretæ regnum invadere moliebatur, verum à Jove deterritus in Aſiam navigans Miletum urbem condidit. ibi ex Cyanee Nympha genuit gemellos Caunum & Byblida. Ant. Liberalis refert, Miletum, conſulente Sarpedone, in Cariam profugiſſe, ibique Eidotheam Euriti Carum regis filiam uxorem duxiſſe. fab. 30. *Farn.*

443. *Miletum.*] *Miletem* unus meus. *Heinſ.*

447. *Ægeas metiris aquas.*] Ægæum mare tranus. *In Aſide terra.*] In Aſia terra.

Filia Mæandri toties redeuntis eodem,
Cognita Cyanëe, præſtanti corpora formâ,
Byblida cum Cauno prolem eſt enixa gemellam.
Byblis in exemplo eſt, ut ament conceſſa puellæ:
Byblis Apollinei correpta cupidine fratris,
Non ſoror ut fratrem, nec qua debebat, amavit.
Illa quidem primo nullos intelligit ignes:
Nec peccare putat, quod ſæpius oſcula jungat;
Quod ſua fraterno circumdet brachia collo:
Mendacique diu pietatis fallitur umbrâ.
Paulatim declinat amor; viſuraque fratrem
Culta

450. *Redeuntis eodem.*] *In orbem* duo veteres. *Heinſ.*

451. *Cognita.*] Duæ nymphæ hoc nomine à poëtis donantur. Altera Sicula, Proſerpinæ ſocia, altera Mæandri filia. *Cognita Cyanee præſtanti corpore Nympha.*] *Cognita Cyane* multi veteres. unus Baſil. *Callirhoë* pti. Palat. pro diverſa lectione *Cripeo.* ſecundus, *Procianæ. Cretei* Urbin. *Crenicis* Spirenſis & optimus Thuaneus, ἀπὸ τῆς κρουνῆς. quod nomen Nymphæ conveniens. Ex Eidotheâ Carum regis filia Caunum & Byblida fuiſſe Mileto natos ait Antoninus Liberalis: Parthenius in Eroticis, ex Tragaſia. Conon Diegeſi 11. apud Photium in bibliotheca matrem non expreſſit, de patre cum aliis conſentit. Cæterum Βίβλις ne an Βύβλις ſit ſcribendum, vix liquet. Apud Liberalem enim utraque occurrit lectio, qui civitatem Cariæ Byblidem facit. Malim tamen Βύβλις quomodo Heſychius & Suidas. Apud Theocritum quoque Idyll. VII. Βύβλις, ſcribitur, & fons eſt. Neque aliter ejus Scholiaſtes; qui Mileti & Ariæ filiam facit. Meminit & montis Cariæ Byblidis. Ibidem Καύνῳ pro Καῦνῳ perperam bis ſcribitur. Stephanus Byzantius Βύβλα, Βύβλαν non Βύβλδα Mileti hanc filiam appellat. Eidem in Καύνῳ eſt Βίβλις. Quomodo & Parthenio in Eroticis. ex quo liquet copioſe hanc fabulam ab Ariſtocrito & Apollonio Rhodio in Καύνου κτίσει fuiſſe deſcriptam. Hinc & parœmia apud Græcos Καύνῳ ὕδωρ, cujus Heſychius, Suidas Diogenianus, Apoſtolius, & alii meminerunt. Conon apud Photium ait Byblidem à Cauno fuiſſe perdite amatam, in quo à ceteris auctoribus diſcedit. Nam quod è nuce arbore ſe ſuſpendiſſe Byblis ab illo traditur, id ipſum Ovidius quoque Remedio Amoris teſtatum reliquit hiſce verbis,

Byblida quid referam, vetito quæ fœdere amoris
Arſit, & eſt laqueo foeditèr ulta ſuos?

Meminit ejus quoque carmine in Ibin. Hyginus Fab. CCXLIII. de morte violentâ quidem meminit, ſed genus mortis non expreſſit. *Byblis*, inquit, *Mileti filia propter amorem Caunii fratris ſe ipſam interfecit.* Porro pro *præſtanti corpore nympha* in eodem Spirenſi, Florent. S. Marci, Thuan. Neap. Urbin. Bernegg. pri. Erfurt. pri. Moreti, pri. Palat. ſec. Medic. aliiſque nonnullis; *præſtantia corpora forma. præſtanti corpore nympha* prim. Vatican. & Sixtinus. *forma* unus Medic. lege *præſtanti corpora forma*, ut pro diverſa lectione Bernegerianus. vel *præſtantis forma.* vel *præſtantia corpora forma.* ut *præſtans anima* apud Virgil. *Heinſ.*

460. *Paulatim declinat amor.*] *Sacrove-*

Digitized by Google

Culta venit; nimiumque cupit formosa videri:
Et, si qua est illic formosior, invidet illi.
Sed nondum manifesta sibi est; nullumque sub illo
Igne facit votum; veruntamen æstuat intus.
Jam dominum appellat: jam nomina sanguinis odit:
Byblida jam mavult, quam se vocet ille sororem.
Spes tamen obscœnas animo dimittere non est
Ausa suo vigilans. placidâ resoluta quiete
Sæpe videt, quod amat. visa est quoque jungere fratri
Corpus; & erubuit, quamvis sopita jacebat.
Somnus abit: silet illa diu; repetitque quietis
Ipsa suæ speciem; dubiâque ita mente profatur:
Me miseram! tacitæ quid vult sibi noctis imago?
Quam nolim rara sit, cur hæc ego somnia vidi?
Ille quidem est oculis quamvis formosus iniquis:
Et placet, & possum, si non sit frater, amare:
Et me dignus erat. verum nocet esse sororem.
Dummodo tale nihil vigilans committere tentem;
Sæpe licet simili redeat sub imagine somnus.
Testis abest somno; nec abest imitata voluptas.
Prô Venus, & tenerâ volucer cum matre Cupido,
Gaudia quanta tuli! quam me manifesta libido
Contigit! ut jacui totis resoluta medullis!
Ut meminisse juvat! quamvis brevis illa voluptas,
Noxque fuit præceps, & cœptis invida nostris.
O ego, si liceat mutato nomine jungi,

Quam

scit Politianus ex veteri codice. & sic primus Gronovii & tres alii. sed male. Horatius,

——— *Lydus in asperam*
Declinat Pholoën.

pro amat Pholoën. Spartianus initio vitæ Hadriani, *Imbutus impensius Græcis studiis, ingenio ejus sic ad ea declinante, ut à nonnullis Græculus diceretur.* Idem.

463. *Sed nondum est manifesta sibi.*] Nondum, inquit, se amore captam esse intelligit. *Nullumque sub illo.*] Quod nondum tam magnus erat is amor, ut propterea votum aliquod susciperet, quod facere solent qui vehementer amant.

467. *Animo dimittere.*] *Demittere* veteres plerique. *Heins.*

470. *Quamvis jaceret.*] Vetustiores *jacebat.* Heins.

477. *Et possim.*] *Possum* cum scriptis, ut superioribus hæc respondeant. nisi mavis, *ut possim.* Idem.

477. *Nocet esse sororem.*] *Sorori* forte scribendum esse ad Elegiam de Nuce monui. *Idem.*

488. *Quam*

Quam bene, Caune, tuo poteram nurus esse parenti!
Quam bene, Caune, meo poteras gener esse parenti!
Omnia, Dî facerent, essent communia nobis;
Præter avos. tu me vellem generosior esses.
Nescio quam facies igitur, pulcherrime, matrem:
At mihi, quæ male sum, quos tu, sortita parentes,
Nil nisi frater eris. quod obest, id habebimus unum.
Quid mihi significant ergo mea visa? quod autem
Somnia pondus habent? an habent & somnia pondus?
Dî melius! Di nempe suas habuêre sorores.
Sic Saturnus Opim junctam sibi sanguine duxit,
Oceanus Tethyn, Junonem rector Olympi.
Sunt Superis sua jura. quid ad cælestia ritus
Exigere humanos; diversaque fœdera tento?
Aut nostro vetitus de corde fugabitur ardor:
Aut, hoc si nequeo, peream precor ante; toroque
Mortua componar: positæque det oscula frater.
Et tamen arbitrium quærit res ista duorum.
Finge placere mihi: scelus esse videbitur illi.
At non Æolidæ thalamos timuêre sororum.

Unde

487. *Quam bene, Caune, meo.*] *Quam bene tu nostro* multi ex vetustioribus. quidam hunc versum omittunt. *Idem.*

492. *Hei mihi qua male sum.*] *At mihi* ex scriptis. *Idem.*

493. *Quod obest id habebimus unum.*] Hæc mendosa sunt, aut adulterina: potest tamen reponi, *id habebimus una.* Idem.

494. *Quid mihi significant ergo.*] *Quid mihi significant egra* putabam. nisi *misera* mavis cum primo Gronoviano. sed *egra* pro amante. Cicero pro Cœlio, *Medea animo egra, amore sævo saucia.* Idem.

496. *Dii nempe.*] *Velocius & gravius Corrumpunt vitiorum exempla, magnis cum subeant animos auctoribus.*

497. *Junctam Tethyn, Junonem.*] *Soverem.* Farn. *Sic Saturnus Opim.*] Opis filia fuit Cæli, quæ Saturno fratri nupta multos filios procreavit. alio nomine *Rhea* à poëtis vocata & *Cybele*, & magna mater.

498. *Oceanus Tethyn.*] Tethys Cæli & Vestæ filia Oceano fratri nupsit, eique maximam nympharum multitudinem peperit.

499. *Sunt superis sua jura.*] Malim *sint.* ut infra, *jura senes norint.* Heins.

502. *Peream precor ipse.*] *Precor ante* meliores. *Idem.*

504. *Et tamen.*] Iidem *Attamen.* Lege *Sed tamen.* nam *At* sequitur. *Idem.*

506. *Æolidæ.*] Æolo quidem, ut habet Homer. Odyss. 10. δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροις γεγάασιν. Ἐξ μὲν θυγατέρες ἠδ' ὑες ἠΐθεοντες. Ἐν δ' ὄγε θυγατέρας πόρεν ὑψόσε τίνας ἀκοίτας. Quia tamen, ubi Macareus ex sorore Canace filium suscepit, Æolus indignatus gladium filiæ misit, quo adversus se utere-

tur

Unde ſed hos novi? cur hæc exempla paravi?
Quo feror? oſcœnæ procul hinc diſcedite flammæ:
Nec, niſi qua fas eſt germanæ, frater ametur.
Si tamen ipſe mei captus prior eſſet amore,
Forſitan illius poſſem indulgere furori.
Ergo ego, quem fueram non rejectura petentem,
Ipſa petam? poteriſne loqui? poteriſne fateri?
Coget amor? potero. vel, ſi pudor ora tenebit,
Littera celatos arcana fatebitur ignes.
Hæc placet, hæc dubiam vincit ſententia mentem.
In latus erigitur; cubitoque innixa ſiniſtro,
Viderit: inſanos, inquit, fateamur amores.
Hei mihi! quò labor? quem mens mea concipit ignem?
Et meditata manu componit verba trementi.

Dex-

tur inceſtus vindice, Macareus vero fuga ſibi conſuluit; videtur Byblis multitudinis uſa numero, ad majorem criminis auctoritatem conciliandam, ſimul ſuum ſcelus elevandum. *F. Thalamos timuere ſororum.*] Vetuſtum apud Cæſenates fragmentum, cujus excerpta V. Cl. Lucas Langermannus mecum communicavit, *tenuere*. & quinque præterea ex noſtris. Scribendum, *thalamos renuere*. lib. xv.

——*parſque negandum*
Non putat auxilium; multi renuere: ſuamque
Non amittere opem.

ita & illic pro *retinere* codices nonnulli. bene. cum quarto caſu etiam junxit Gratius, ubi de forma canum,

——*tum ſortis cura ſecundæ*
Ne renuat ſpecies, aut ne detrectet honorem.

ſic ſcribo. cura, inquit, ſecunda eſto, ne ipſa canum deformis ſpecies rejiciat & detrectet honorem, hoc eſt, ne parum liberalis & honeſta canibus ſit forma. Paulo poſt,

Si renuit junctos, & mater adultera non eſt.

ita & illic ſcribo: non *cunctos. junctos* honeſto vocabulo dixit, qui ad coitum admittuntur. *In venerem jungere* paulo ante dixerat. & *junge pares*. Silius libro IV.

——*renuit tibi Dannia regna*
Armiger ecce Jovis.

dixi aliquid libro VII. vſ. 606. contra apud Val. Flac. lib. V.

Annuitur thalamis Albani virgo tyranni. Heinſ.

509. *Nec niſi.*] Puto, *Ne, niſi qua fas eſt, ametur.* Idem.

510. *Si tamen.*] Et captum Byblidis amore Caunum fuiſſe ex Cononis Narrationibus refert Photius in Bibliotheca: Καύνῳ δ' ἔρως ἐγκέκριτο ἀμήχανος τῆς ἀδελφῆς Βυβλίδος· ὡς δ' ἀπελίγχανε, πολλὰ κινήσας, ἔξεισι τῆς γῆς ἑκόντος. *Farn.*

512. *Quæ fueram.*] Melius nonnulli *quam fueram*. Heinſ.

516. *Hoc placet.*] *Hæc* multi veteres. & recte. libro IV.

Hæc placet, hanc quoniam communis fabula non eſt,
Talibus orſa modis.

vincit etiam caſtigatiores. *Idem.*

518. *Viderit.*] Caunus. vel ipſe rei eventus. ut *Viderit utilitas; ego capta fideliter edam*, & ro. Met. *Farn.*

521. *Ce-*

Dextra tenet ferrum; vacuam tenet altera cerам.
Incipit; & dubitat: ſcribit; damnatque tabellas:
Et notat; & delet: mutat; culpatque, probatque:
Inque vicem ſumtas ponit, poſitasque reſumit.
Quid velit, ignorat: quicquid factura videtur,
Diſplicet. in vultu eſt audacia miſta pudori.
Scripta ſoror fuerat: viſum eſt delere ſororem;
Verbaque correctis incidere talia ceris:
Quam, niſi tu dederis, non eſt habitura ſalutem,
Hanc tibi mittit amans. pudet ah, pudet edere nomen!
Et, ſi quid cupiam, quæris; ſine nomine vellem
Poſſet agi mea cauſſa meo: nec cognita Byblis
Ante forem, quam ſpes votorum certa fuiſſet.
Eſſe quidem læſi poterant tibi pectoris index,
Et color, & macies, & vultus, & humida ſæpe
Lumina, nec cauſſa ſuſpiria mota patenti;
Et crebri amplexus; & quæ, ſi forte notaſti,
Oſcula ſentiri non eſſe ſororia poſſent.
Ipſa tamen, quamvis animo grave vulnus habebam;
Quamvis intus erat furor igneus, omnia feci,
(Sunt mihi Dî teſtes) ut tandem ſanior eſſem:
Pugnavique diu violenta Cupidinis arma
Effugere infelix; & plus, quam ferre puellam
Poſſe

521. *Cerám.*] Ceratam tabellam; quam rurſus, ſi quid deletum vellent obfuſa & plana ſtyli parte æquabant & lævigabant ad Scripturam novam. illud vocabant, *ſub acumen ſtyli ſubire*: hoc *ſtylum vertere*. Farn.

522. *Damnatque tabellas.*] Forte *mutatque tabellis*. Heinſ.

523. *Notat.*] Scribit. quamvis verbum hoc *notare* inter alias ſignificationes accipitur pro *notis ſcribere*, διὰ σημείων γράφειν. hoc eſt, ſignis quibuſdam animi ſenſus comprehendere, non literis & ſermonibus. Turn. adverſ. 14. lib. 24. c. Farn.

524. *Sumptæ.*] Tabellæ.

528. *Correptis ceris.*] Imo *correctis* cum pri. Pal. pri. Gronov. Oxon. Arondel. prim. Erfurt. utroque Hamburg. aliiſque multis. *Heinſ.*

529. *Quam.*] Noſter ita exordium ſumit epiſtolæ Phædræ ad Hippolytum: *Quæ, niſi tu dederis, caritura eſt ipſa ſalutem. Mittit Amazonio Creſſa puella viro.* Farn.

535. *Humida lumina.*] Vel *invida* quartus Mediceus. Forte *invida* paulo aute *eſſe poterant index* non *poterat* novem codices. *Heinſ.*

539. *Animi grave vulnus.*] Animo rectius quidam. *Idem.*

544. Ego

Digitized by Google

Posse putes, ego dura tuli. superata fateri
Cogor, opemque tuam timidis exposcere votis.
Tu servare potes, tu perdere solus amantem.
Elige utrum facias. non hoc inimica precatur:
Sed quæ, cum tibi sit junctissima, junctior esse
Expetit; & vinclo tecum propiore ligari.
Jura senes norint: & quid liceatque, nefasque,
Fasque sit, inquirant; legumque examina servent:
Conveniens Venus est annis temeraria nostris.
Quid liceat, nescimus adhuc: & cuncta licere
Credimus: & sequimur magnorum exempla Deorum.
Nec nos aut durus pater, aut reverentia famæ,
Aut timor impedient; tantum absit caussa timendi.
Dulcia fraterno sub nomine furta tegemus.
Est mihi libertas tecum secreta loquendi.
Et damus amplexus; & jungimus oscula coratti.
Quantum est, quod desit! miserere fatentis amorem;
Et non fassuræ, nisi cogeret ultimus ardor:
[Neve merere, meo subscribi causa sepulcro.]

Talia

544. *Ego dura tuli.*] In eandem sententiam Virg. *Æneade duri.*

546. *Tu servare.*] Sententia & locutione haud dissimili usus est in laudatissimo illo opere Medeæ tragœdiæ, quam citat Quintilianus, *Servare potui, perdere an possim rogas?* Farn.

549. *Vinclo.*] Συνουσιαστικῶς.

550. *Jura.*] Juris legumque apices notitiæ & observent ficti senes: nos flore ætatis nostræ utamur. *Nos vivamus & amemus, Moresque senum severiorum omnes unius æstimemus assis.* Farn.

554. *Deorum.*] Saturni, Jovis, Oceani, qui suas habuere sorores, 498. vs. supra. *Farn.*

555. *Reverentia famæ.*] Pudor.

—— *neque enim specie, famave movetur.*
De Didone 4. Æneid. & deinde. —— *te propter eandem*
Exstinctus pudor, & qua sola sidera adibam
Fama prior. —— *Jam nunc: confundor, & omnes*
In nostris oculos ultribus esse reor. Epist. Heroid. 28.

556. *Impediet.*] *Impedient* unus Gronov. pro *tantum absit*, multi ex vetustioribus *tantum sit.* Tò *tantum* abest à primo Vatican. *tantum si* pri. Moreti. nonnulli *tantum adsit* vel *assit.* Puto,

—— *nam qua sit causa timendi?*

Heins.

560. *Quantum est quod desit.*] *Quod desit*, puto. *Idem. Quantum est quod desit?*] Ac si diceret, parum admodum deest ad explendum amorem nostrum. *R. Quantum.*] Intra quatuor, ex quinque illis amandi lineis: visum, alloquium, tactum, osculum sine suspicione licet consistere: cur non & quintam? cui non & quinta illa μελιτόεσσι καὶ μυελόεντι nectaris parte, non imbuere nos? vide v. 343. lib. 10. *Desit.*] Al *desit.* Farn.

562. *Neve merere meo.*] Hic versus non uno mihi nomine suspectus est, nec Ovidianum esse persuadeor ut credam. *Heins.*

463. *Talia*

Talia nequicquam perarantem plena reliquit
Cera manum : ſummuſque in margine verſus ædhæſit.
Protinus impreſſa ſignat ſua crimina gemmâ;
Quam tinxit lacrymis : linguam defecerat humor.
Deque ſuis unum famulis pudibunda vocavit:
Et pavidum blandita, Fer has, fidiſſime, noſtro,
Dixit, & adjecit poſt longo tempore, fratri.
Cum daret; elapſæ manibus cecidêre tabellæ.
Omine turbata eſt : miſit tamen. apta miniſter
Tempora nactus adit; traditque latentia verba.
Attonitus ſubitâ juvenis Mæandrius irâ,
Projicit acceptas, lectâ ſibi parte, tabellas:
Vixque manus retinens trepidantis ab ore miniſtri,
Dum licet, ô vetitæ ſcelerate libidinis auctor,
Effuge, ait : qui, ſi noſtrum tua fata pudorem
Non traherent ſecum, pœnas mihi morte dediſſes.
Ille fugit pavidus : dominæque ferocia Cauni
Dicta refert. palles audita, Bybli, repulsâ:
Et pavet obſeſſum glaciali frigore pectus.
Mens tamen ut rediit; pariter redière furores:
Linguaque vix tales icto dedit aere voces,
Et merito; quid enim temeraria vulneris hujus
Indicium feci? quid, quæ celanda fuerunt,

Tam

563. *Talia nequicquam perarantem.*] *Properantem* ſec. Medic. & alii duó *parantem*. ſic infra præcipitantiam ſuam deplorat, quod *tam cito commiſit properatis verba tabellis*. & pro *ſummo margine* Florentin. S. Marci, Neapol. prim. Palat. ſec. Medic. & tres alii *ſummuſque in margine verſus adhæſit*. bene. pro *crimina* mox nonnulli *carmina*. pro *tinxit* Roſtendorph. & unus meus *tingit*. Idem.

564. *Summoque.*] Ita Juvenalis Sat. 1. *Summi plena jam margine libri Scriptus, & in tergo, necdum finitus*. Farn.

565. *Gemma.*] Annulo, ſigillo incluſa. *ſe lautum atque beatum exiguis tabulis & gemma fecerit uda*. ibid. *Idem.*

568. *Et paulum blandita.*] *Pavidum blandita* plurimi veteres. optime. eſt enim timentium blandiri. deinde pro *feras* iidem codices *fer has*. & illud recte. *Heinſ.*

573. *Juvenis.*] Caunus Mæandrinepos. ſupra vſ. 444. *Farn.*

577. *Quod ſi.*] *Qui ſi* meliores. *Ti qui* refer ad *pœnas dediſſet*. pro *traherent ſecum* iidem *ſecum*. bene. ſic lib. 11. Faſtor.

Et ſecum lacrymas invidiamque trahi. Heinſ.

581. *Glaciali frigore corpus.*] *Pectus* nonnulli ex caſtigatioribus. *Idem.*

585. *Quid qua.*] *Quod qua* prim. Vatican. ſec. Palat. duo alii. Puto *quo. qua. quo commiſi*, cui commiſi. *Idem.*

589. *Quo-*

Digitized by Google

Tam cito commisi properatis verba tabellis?
Ante erat ambiguis animi sententia dictis
Prætentanda mihi. ne non sequeretur euntem,
Parte aliquâ veli, qualis foret aura, notare
Debueram; tutoque mari decurrere: quæ nunc
Non exploratis implevi lintea ventis,
Auferor in scopulos igitur, submersaque toto
Obruor Oceano: neque habent mea vela recursus.
Quid quod & omnibus certis prohibebar amori
Indulgere meo, tum cum mihi ferre jubenti
Excidit, & fecit spes nostras cera caducas?
Nonne vel illa dies fuerat, vel tota voluntas,
Sed potius mutanda dies? Deus ipse monebat;
Signaque certa dabat: si non male sana fuissem.
Et tamen ipsa loqui, nec me committere ceræ.
Debueram, præsensque meos aperire furores.
Vidisset lacrymas: vultus vidisset amantis.
Plura loqui poteram, quam quæ cepêre tabellæ.
Invito potui circumdare brachia collo:
Amplectique pedes: affusaque poscere vitam:
Et, si rejicerer, potui moritura videri.
Omnia feciſſem, quorum si singula duram
Flectere non poterant, potuissent omnia, mentem.
Forsitan & missi sit quædam culpa ministri.

Non

589. *Qualis foret aura.*] Qualis foret Cauni voluntas. *R. Parte.*] Allegoria pulchre continuata se temeritatis in scribendo arguit: mox augurii male servati, dici crisin improbat, nuncium importunum. *Lascivior aliquanto est Ovidius*, inquit Fabius lib. 10. Institutionum 2. cap. *& nimius amator ingenii sui.* & mox: *Ovidii Medea videtur mihi ostendere, quantum vir ille præstare potuerit, si ingenio suo temperâre, quam indulgere maluisset.* Et hic sane fatendum est, lascivire ipsius ingenium, nactum scil. materiam sequacem & genio suo affinem. *Farn.*

591. *Non exploratis ventis.*] Non intellecta Cauni voluntate.

592. *Nunc feror in scopulos.*] *Auferor* plerique. recte. & pro *subversaque, submersaque.* Amor. 11. Eleg. 1v.

Auferor, ut rapidâ concita puppis aquâ.
Heins.

593. *Neque habent.*] Nescit enim vox emissa reverti, ut inquit Horatius.

598. *Cera.*] Tabella cerata.

602. *Vultus amantis.*] Malo *amantes*, vel *vultum amantem.* nam *vultum* plurimi veteres. Adi Notas ad Epist. 11. vs. 93. *Heins.*

608. *Potuissent omnia.*] Concinne unus meus & unus Ambrosi. cum codice Bersmanni, *poterant tamen omnia.* Id.

Non adiit apte : non legit idonea, credo,
Tempora: nec petiit horamque animumque vacantem.
Hæc nocuêre mihi. neque enim de tigride natus;
Nec rigidas ſilices, ſolidumve in pectore ferrum,
Aut adamanta gerit : nec lac bibit ille leænæ.
Vincetur. repetendus erit. nec tædia cœpti
Ulla mei capiam; dum ſpiritus iſte manebit.
Nam primum (ſi fata mihi revocare liceret)
Non cœpiſſe fuit : cœpta expugnare, ſecundum eſt.
Quippe nec ille poteſt (ut jam mea vota relinquam)
Non tamen auſorum ſemper memor eſſe meorum.
Et, quia deſierim, leviter voluiſſe videbor:
Aut etiam tentaſſe illum, inſidiiſque petiſſe.
Vel certè non hoc, qui plurimus urit & uſſit
Pectora noſtra, Deo, ſed victa libidine credar.
Denique jam nequeo nil commiſiſſe nefandum.
Et ſcripſi, & petii : temerata eſt noſtra voluntas,

Ut

610. *Non adiit*] Non opportunos tentavit *aditus*, *& quæ molliſſima fandi tempora*. Farn. *Nec legit.*] Elegit. *Nec legit.*] *Non legit* meliores. quod efficacius. & mox *non petiit* duo pro *nec.* malim etiam *horamque animumque vocantes*, quam *vocantem*. Heinſ.

611. *Animumque vacantem.*] Curis ſolutum. Eleganter Terent. *ab animo otioſum eſſe*. Id quod Cicero illuſtrat Epiſt. 16. lib. XI. ad Brutum. *Permagni intereſt, quo tibi hæc tempora epiſtola reddita ſit; utrum, cum ſolicitudinis aliquid haberet; an, cum ab omni moleſtia vacuus eſſes. Itaque ei præcepi, quem ad te miſi, ut tempus obſervaret epiſtolæ tibi reddendæ.* Quæ Virgil. vocat, *commoda tempora, & molles aditus.*

612. *Neque enim.*] *Neque enim natus es è ſcopulis, nutritus lacte ferino: Nec dicam ſilices pectus habere tuum.* 3. Triſt. et 11. vide citatos à nobis in Indice Poëtico, ſub titulo *Durus.* qui omnes Homerum ſecuti, Iliad. 6. γλαυκὸν δὲ ἐ ἴτυτε θάλασσα, Πίτραι τ᾽ ἠλίβατοι, ἐτε τοι νόον ἐτὸ ἀπαιτέ. adi etiam Aul. Gellium lib. 12. cap. 1. Macrob. lib. 5. Saturnal. c. 11. Jul. Scalig. 5. lib. Poëtices cap. 3. *Farn.*

613. *Nec rigidas ſilices.*] Duodecim præſtantiores *rigidas*. Spirenſis *rigida ſilice*. Vide quæ noto libro hoc, v. 225. *H.*

617. *Facta revocare.*] *Fata* in plurimis veterum. *Idem.*

618. *Cœpta expugnare.*] Incepta perficere.

623. *Plurimus urget & urit.*] *Urit & uſſit* plerique veteres. vel *uſſit & urit.* tres *urit & urget.* duo *urget & uſſit.* Puto Naſonem ſcripſiſſe,

—— *qui plurimus urit, & urat,*
Pectora noſtra.

Epiſtola Sapphus,

Per, tibi qui nunquam longè diſcedat, Amorem.

ſic *Per, abeſt, abſitque, ſoranque.* & quibus ad Epiſt. IV. & Triſt. 1. Eleg. VI. mox malo *nil commiſiſſe nefandi*, quam *nefandum.* quod confirmat codex Spirenſ. *Heinſ.*

629. *Diſcor-*

Ut nihil adjiciam, non poſſum innoxia dici.
Quod ſupereſt, multum eſt in vota, in crimina parvum.
Dixit: & (incertæ tanta eſt diſcordia mentis)
Cum pigeat tentaſſe, libet tentare: modumque
Exit; & infelix committit ſæpe repelli.
Mox ubi finis abeſt; patriam fugit ille, nefasque:
Inque peregrinâ ponit nova mœnia terrâ.
Tum vero mœſtam totâ Miletida mente
Deſeciſſe ferunt. tum vero à pectore veſtem
Deripuit; Planxitque ſuos furibunda lacertos.
Jamque palam eſt demens; inconceſſamque fatetur
Spem Veneris. ſine qua patriam, inviſosque penates
Deſerit; & profugi ſequitur veſtigia fratris.
Utque tuo motæ, proles Semeleïa, thyrſo
Iſmariæ celebrant repetita triennia Bacchæ;
Byblida non aliter latos ululaſſe per agros
Bubaſides vidêre nurus: quibus illa relictis
Caras, & armiferos Lelegas, Lyciamque pererrat.
Jam Cragon, & Lymiren, Xanthique reliquerat undas,
Quoque Chimæra jugo mediis in partibus ignem,
Pectus

629. *Diſcordia mentis.*] Rectius legas *menti*. Idem.

632. *Patriam.*] Καῦνος ἴξεσε τῆς γῆς ἐκείνης, &c. Caunus terram illam deſeruit. Doloribus inde plurimis affecta Byblis, paternam & ipſa domum reliquit, & per deſerta diu oberrans & propter fruſtratos amores animo fracta, nexo de zona laqueo, ex nuce ſeipſam ſuſpendit. Inde ab illa flente fluxerunt lacrymæ, & fons hinc enatus, quem Byblida indigenæ nominant. Hæc Photius ex Conone. Aliter Liberalis: ut mox ad v. 653. *Farn. Mox ubi finis abeſt.*] Deinde, inquit, cum nullus finis imponitur Byblidos flagitio, Caunus patriam reliquit.

633. *Inque peregrina.*] In Caria urbem ædificavit, quam de nomine ſuo Caunum appellavit, & æſtate & autumno peſtiferam.

634. *Miletida.*] Byblida Mileti filiam.

637. *A pectore veſtem Diripuit.*] *Detripuit* ex ſcriptis. dixi lib. VI. v. 566. *Heinſ.*

638. *Si quidem patriam.*] *Sine qua* veteres plerique. niſi quod duo Medicei *pro qua*. Idem.

641. *Iſmaria.*] Thraciæ. *Triennia.*] Trieterica Græce dicuntur: eo quod tertio quoque anno celebrarentur. *R.*

643. *Bubaſides.*] Cariæ. Bubaſus Cariæ regio eſt.

644. *Caras.*] Populum Cariæ in Aſia. *S.* lib. 6. v. *F. Et armiferos Lelegas.*] Leleges populi ſunt Cariæ bellicoſiſſimi.

645. *Jam Cragon.*] Cragus mons eſt Lyciæ Apollini ſacer, qui promontoria octo habere ſcribitur, ac ejuſdem nominis urbem. *R. Lymiram.*] Urbem Lyciæ. *Xanthique.*] Fluvii Lyciæ.

646. *Quoque.*] Ita legendum ex au-

Pectus & ora leæ, caudam ſerpentis habebat.
Deficiunt ſilvæ: cum tu laſſata ſequendo
Procidis; &, durâ poſitis tellure capillis,
Bybli taces; frondeſque tuo premis ore caducas.
Sæpe etiam Nymphæ teneris Lelegeïdes ulnis
Tollere conantur: ſæpe, ut moderetur amori,
Præcipiunt; ſurdæque adhibent ſolatia menti.
Musa jacet: virideſque ſuis terit unguibus herbas
Byblis: & humectat lacrymarum gramina rivo.
Naïdas his venam, quæ nunquam areſcere poſſet,
Suppoſuiſſe ferunt. quid enim dare majus habebant?
Protinus, ut ſecto piceæ de cortice guttæ,
Utve tenax gravidâ manat tellure bitumen;
Utve ſub adventum ſpirantis lene Favonî
Sole remolleſcit, quæ frigore conſtitit unda,
Sic lacrymis conſumta ſuis Phœbeïa Byblis
Vertitur in fontem, qui nunc quoque vallibus illis
Nomen

ritate duorum Vatican. Urſini, Cœleſtini, monet Ciofanus. quin ex meis unus diſertim habet *hircum*, alter ſuprascriptum. vulgo leg. *ignem*, & alii leg. *Quodque Chimæra jugum*, de Chimæra, vide quæ ſupra ad l. 6. v. 339. *Farn. Quodque Chimæra jugum.*] Chimæra mons eſt Lyciæ: qui ut Ætna in Sicilia, fumum ac flammarum globos emittit. Id quod poëtis cauſam præbuit, ut fingerent Chimæram eſſe monſtrum, partem anteriorem leonis habens, flammas evomentem, medium ac ventrem capræ, poſteriorem draconis.

649. *Concidis.*] *Procidis* Oxon. bene. ſic apud Horatium,

——— *rex procidit*

Heu pervicacis ad pedes Achillei.

Incidis prim. Gronov. pro *Bybli jaces*, unus Medic. *taces*, nam mox ſequitur *Musa jacet.* Heinſ.

651. *Sæpe illam.*] *Etiam* S. Marci, Neapol. ſec. Medic. Cantabrig. & ſeptem alii cum. Spirenſi. *Idem. Sæpe.*] Ἐπὶ δὲ καθ' ἡμέραν εἴχετο χαλεπωτέρῳ δαίμονι, &c. Cum vero indies magis urgeret malus genius, inquit Liberalis, noctu ſtatuit ſeipſam de ſaxo præceptem dare. proximum ergo montem conſcendit. Nymphæ autem miſeratæ eam cohibuerunt, & Byblidem immortalitate donatam in ſuum ſodalitium Hamadryadum adſciverunt. Liquor è ſaxo illo diſtillans, in hunc uſque diem ab incolis appellatur *Lacryma Byblidis.* Farn.

652. *Ut medeatur amori.*] *Moderetur* multi veteres contra metrum. ſed *moderetur* bene prim. Palat. prim. Vatican. Cantabrig. tert. Medic. Oxon. prim. Hamburg. & alii complures. *Heinſ.*

654. *Tenet unguibus herbas.*] *Teret* quatuor veteres. bene. *Idem.*

659. *Bitumen.*] De bitumine Plin. lib. 35. cap. 15. *Micyl.*

662. *Phœbeïa Byblis.*] Phœbi neptis. ad v. 444. ſupra.

663. *Vallibus illis.*] *Inuis* prim. Ambroſ. duo Moreti, Arondel. alter Hamburg. & unus meus. libro VI.

Fons

Nomen habet dominæ; nigrâque ſub ilice manat.
Fama novi centum Cretæas forſitan urbes
Impleſſet monſtri; ſi non miracula nuper
Iphide mutatâ Crete propiora tuliſſet.
Proxima Gnoſſiaco nam quondam Phæſtia regno
Progenuit tellus, ignoto nomine Ligdum;
Ingenuâ de plebe virum. nec cenſus in illo
Nobilitate ſua major: ſed vita fideſque
Inculpata fuit. gravidæ qui conjugis aures
Vocibus his movit; cum jam prope partus adeſſet:
Quæ voveam duo ſunt: minimo ut relevere labore;
Utque marem parias. oneroſior altera ſors eſt:
Et vires Natura negat. quod abominor, ergo

Edita

Forte lacum melioris aqua proſpexit in imis
Vallibus. Heinſ.

664. *Nomen.*] Ἐν δὲ τῇ Μιλήτῳ πηγή τε Βυβλὶς, καὶ δρυὰς τῆς Βυβλίδος τὸν ἔρωτα ἔλυσεν. Strabo 7. l. F.

FAB. XII. *Arg.* Fama novi centum Cretæas forſitan urbes, &c.] *Phæſos oppidum fuit in inſula Creta, hic Lycus generoſa ſtirpis ac præſtantis fidei, cum petiiſſet a Telethuſa conjuge, ut ſi puellam pareret, necaret, ſi autem puerum, ſobolem patriæ ſervaret, & uterque cum pro caſu futuro lacrymas dediſſent, mater nequiens inferre manus filiæ, Iſidem in malis habuit auxilio, cujus pollicitis illa fœminam pro puero, decepto patre filii opinione, nutrivit. Itaque cum ætas matura nuptiis increviſſet, nihil ſuſpicans pater, obſtrictus fide conjugis, Ianthen ex Theleſte genitam deſpondit, qui inter ſe dum gravi amore premerentur, maxime Iphis (hoc enim pater nomine avi eum vocari voluerat) & trepidante etiam matre ne Iphis puella cum infamia reperiretur, eadem Dea fuit auxilio: nam ut totis nuptiis jugari poſſent, Iphin in puerum transfiguravit.* Lact.

665. *Cretæas.*] Unde Miletus coloniam deduxerat in Aſiam vſ. 444. ſupra. *Farn.*

667. *Iphide mutato.*] *Mutatâ* meliores. recte. *Heinſ.*

668. *Phæſtia tellus.*] Phæſtus urbs fuit Cretæ à Minoë ædificata, & à Gortyniis deleta. *Gnoſſiaco regno.*] Gnoſſos una fuit ex præſtantibus Cretæ urbibus. *Raph.*

669. *Nomine.*] Hunc Ant. Liberalis nominat Lamprum, uxorem Galateam, filiam Leucippum, Deum auxiliarem, quæ Noſtro Iſis, Latonam. *Farn. Ligdum.*] Poſſit & *Lygdum* legi: nam & λίγδος & λύγδος Græca ſunt. prim. Ald. *Lyctum.* & ſic in argumento. cujus nominis in Creta civitas. Spirenſis liber *Lugdus*, malim etiam cum uno meo *ignoto nomine*, quam *ignotum*, neque aliter pri. Gronov. & unus Leid. pro diversâ lectione. *Heinſ.*

673. *Vocibus his monuit.*] *Movit* ex quinque ſcriptis. libro IV.

—— *factum mirabile moverat aures.*
ita veteres nonnulli. non *ceperat.* Idem.

674. *Relevere dolore.*] *Labore* Urbin. pri. Erfurt. & quatuor alii. hinc *laborantes puerperæ* apud Virgil. Georg. *primos Lucina experta labores.* ſic Noſter & alii paſſim. *Idem.*

675. *Oneroſior.*] Educatione & dote gravior, ſexus ſequior.

676. *Et vires Fortuna negat.*] *Natura*

Edita forte tuo fuerit ſi fœmina partu;
(Invitus mando: pietas, ignoſce) necetur.
Dixerat: & lacrymis vultum lavêre profuſis,
Tam qui mandabat, quam cui mandata dabantur.
Sed tamen uſque ſuum vanis Telethuſa maritum
Sollicitat precibus; ne ſpem ſibi ponat in arcto.
Certa ſua eſt Ligdo ſententia. jamque ferendo
Vix erat illa gravem maturo pondere ventrem;
Cum medio noctis ſpatio ſub imagine ſomni
Inachis ante torum, pompâ comitata ſuorum,
Aut ſtetit, aut viſa eſt. inerant lunaria fronti
Cornua, cum ſpicis nitido flaventibus auro,
Et regale decus; cum qua latrator Anubis,

Sancta-

prim. Mediceus, primus Vatican. & decem alii. quod verum eſt. *Heinſ.*

677. *Edita.*] *Prodita* unus Medic. *Idem.*

684. *Jamque ferendo vexerat illa ventrem.*] Inſignis barbariſmus. *Vinxerat* S. Marci & Urbin. cum Jureti excerptis. *Duxerat* Neapol. ſec. Medic. pri. Gronov. tres alii. duo *Geſſerat*, unus Medic. *Auxerat. Vixerat* prim. Palat. prim. Vatican. prim. Baſilcenſis, prim. Erfurt. Spirenſis, Arondel. & ſex alii. Scribe,

——*jamque ferendo*
Vix erat illa gravem maturo tempore ventrem.

libro x. de Myrrha,

Vixque uteri portabat onus.

Idem.

686. *Inachis.*] Iſis, ex Io Inachi filia, ut lib. 1. v. 729. Hanc, inquit Diodorus lib. 1. alii Iſidem, alii Cererem, & Theſmophoram, Lunam alii, nonnulli Junonem. opportune itaque adeſt parturienti, & in ſomnis. Namque, ut ibidem Diodorus, In ſomnis opitulatur eis quos cenſuerit dignos, &c. *Farn. Pompa comitata ſacrorum.*] *Suorum* prim. Medic. ſec. Palat. prim. Moret. aliique plurimi. probe pompam deſcribit poſtea, Anubin, Bubaſtin, Apim, Oſirin, & Harpocraten. lib. VI.

Concita per ſilvas turba comitante ſuorum
Terribili Procne.

ſuarum Bernegger. & octo. alii non pauci *ſororum*. male. paulo poſt,

Pars ô Telethuſa meorum.

& ipſa Telethuſa ad Iſin, *miſerere marum*. ita enim libri veteres. *Heinſ.*

687. *Lunaria.*] Iſidis ſimulachrum muliebre erat cornutum. Herodotus in Euterpe. Colebatur autem Iſis ſub ſpecie vaccæ, cujus corniculata forma referret Lunam: ut & Oſiris ſub ſpecie bovis, cujus cornua pleno orbe cocuntia repræſentarent Solem. Alii autumant per vaccam Iſin ſignificari Ægyptum Oſiri, id eſt, Soli ſuppoſitam, vel Oſiri, id eſt, Nilo inundatam. lege Plutarch. lib. de Iſide, & Oſiride. Macrob. Saturn. 1. lib. 20. cap. Diodor. Sic. l. 1. Gyrald. Syntagm. 12. Euſeb. de præparat. Euang. 2. lib. cap. 1. de Theologia Ægyptiorum, & lib. 3. cap. 11.

688. *Cum ſpicis.*] Eſt Iſis, quæ Græcis lingua dicitur Δημήτης, id eſt, Ceres. Herodot. Euterpe. Tertullian. de Corona militis, cap. 7. Apulejus 7. Metamorph.

689. *Regale.*] Diadema corniculatum, vel etiam aſpidibus redimitum, quarum duo eriguntur, quæ Lunam referant.

Ana-

Digitized by Google

Sanctaque Bubaſtis, variuſque coloribus Apis:
Quique premit vocem, digitoque ſilentia ſuadet;
Siſtraque erant, nunquamque ſatis quæſitus Oſiris,
Plenaque ſomniferi ſerpens peregrina veneni.
Cum velut excuſſam ſomno, & manifeſta videntem
Sic affata Dea eſt: Pars ô Telethuſa mearum,
Pone graves curas; mandataque falle mariti.
Nec dubita, cum te partu Lucina levarit,
Tollere quicquid erit. Dea ſum auxiliaris, opemque
Exora-

Anubis.] Deus κυνοκέφαλος, ſive ille ſignificet tempus, vel Horizontem, vel Nilum, vel Mercurium, vel Canem ſtellam, qui Solis receſſus & Nili inundationis tempus denotat. vide quæ nos ad Lucan. lib. 8. v. 832. & præter citatos ibi auctores, adi Lil. Girald. 9. Synt.

690. *Bubaſtis.*] Diana Ægyptiis præcipue culta in urbe Bubaſti. Herod. Euterpe. Gyrald. 12. Synt. *Variiſque.*] Bos ab Ægyptiis vice numinis cultus. inſigne ei in dextro latere candicans macula. non eſt fas eum vita excedere. merſum itaque in fonte ſacerdotes enecant, quæſituri alium quem ſubſtituant, &c. Plin. lib. 8. cap. 46. Hunc Epaphum Iſidis filium fuiſſe ſcribit Herodotus in Thalia, & hæc illi eſſe ſigna, in fronte maculam albam formæ quadratæ, in tergo effigiem aquilæ, cætera nigrum, cantharum in palato, duplices in cauda pilos. Hunc alii eundem cum Oſiride putant. adi Boiſſardum de Divinat. tit. Serapis. & quos citat Clariſſ. Jo. Seldenus Syntagmate de DIIS Syris 1. c. 4. & Gyraldi Synt. 6. *Variiſque coloribus Apis.*] *Variuſque* meliores. hoc eſt verſicolor. ſic libro XIV.

——*variaſque coloribus herbas.*

quomodo & ibi codices ſcripti. *Heinſ.*

691. *Quique.*] Harpocrates, Deus ſilentii, qui digito ori admoto taciturnitatis ſymbolum eſt.

692. *Siſtraque erant.*] Tympana. *Mizyl.* Σεῖστρον Græcum eſt nomen, à σείεσθαι, hoc eſt, quatiendo, dictum. erat enim crepitaculum æneum, cujus agitatione ſonitum reddebant, in ſacri Iſidis ſolemne. *Nunquamque ſatis quæſitus Oſiris.*] Deus eſt Ægyptiorum Iſidis maritus, quem ſingulis quibuſque annis Ægyptii & amiſſum maximo cum mœrore quærunt, & inventum maxima cum lætitia perſequuntur. R. Non tantum annuis ſacris, ſed ſingulis is ritus apud Ægyptios ſacerdotes fuit, ut cum fletu prodirent, mox cum lætitia & cantu redirent imitantes hoc Iſidis exemplum. *Micyl.*

693. *Plenaque ſomniferis venenis.*] *Somniferi veneni* Thuan. & Junian. ſic ſæpe alibi Noſter. *Heinſ. Plenaque.*] Aſpis cujus morſu homines tanquam ſopiti moriuntur. Micyllus crocodilum intelligit, cujus venenoſus morſus inſanabilis. Utraque Ægyptiis indigena., aliis terris peregrina. Turneb. 7. lib. 8. cap. Sed ut credam aſpidem intelligi, ſuadet *ſomniculoſa aſpis.* A. Gel. lib. 9. cap. 12. ὑπνάλη Solino dicta. Cleopatræ aſpides, quæ ad mortem fecere occultum ſoporis iter. Propert. 3. l. 11. eleg. & Lucan. lib. 9. vſ. 610. & 701. *Farn.*

698. *Dea ſum auxiliaris.*] Ad id alludit, quod (ut ſcribit Diodorus) Ægyptii aſſerunt, Iſidem plurimorum inventricem fuiſſe ad morbos medicamentorum, & medicinæ arti multa contuliſſe. quam immortalitate quoque potitam gaudere hominum cultu, inque eorum valetudine præcipue verſari, quin etiam in ſomnis palam eis opitulari, quos cenſuerit dignos. R. *Tollere.*] Educare,

Exorata fero. nec te coluiſſe querêris
Ingratum numen. monuit, thalamoque receſſit.
Læta thoro ſurgit, puraſque ad ſidera ſupplex
Creſſa manus tollens, rata ſint ſua viſa precatur.
Ut dolor increvit; ſeque ipſum pondus in auras
Expulit, & nata eſt ignaro fœmina patri;
Juſſit ali mater, puerum mentita; fidemque
Res habuit: neque erat facti niſi conſcia nutrix.
Vota pater ſolvit, nomenque imponit avitum.
Iphis avus fuerat. gaviſa eſt nomine mater,
Quod commune foret, nec quenquam falleret illo.
Impercepta piâ mendacia fraude latebant.
Cultus erat pueri: facies, quam ſive puellæ,
Sive dares puero, fieret formoſus uterque.
Tertius interea decimo ſucceſſerat annus;

Cum

care, non exponere, non interficere. *Quicquid peperiſſet, decreverunt tollere.* Terent. Andria. *Auxiliaris.*] Redi ad notata ſuper v. 688. vide & Apulejum lib. 11. Met. *Tu quidem ſancta, & humani generis ſoſpitatrix, &c.* Farn.

701. *Duraſque ad ſidera tollens palmas.*] *Puraſque* plurimi ex antiquis. nihil verius. P. Syrus,

Puras Deus non plenas aſpicit manus.

Vide Notas Faſt. v. verſ. 435. Seneca Medea Actu v.

Vindicta levis eſt, quam ferunt puræ manus.

ita vetus codex. *Heinſ.*

702. *Rata ſint.*] Exitu ipſo comprobentur. Videtur autem Telethuſa putare non ſatis potentem eſſe Iſidem, niſi cœleſtibus etiam annuentibus ejus promiſſis. *P. Creſſa manus.*] Telethuſa Cretenſis.

703. *Seque.*] Citra opem obſtetriciam, ne qua forte compotrix fœminam natam patri indicaret: conſcia tantum nutrice. *Farn. Seque ipſum pondus in auras Expulit.*] Hoc eſt, poſtquam peperit. ponduſque uteri in lucem extulit.

706. *Neque erat facti niſi conſcia nutrix.*] *Facti* ex antiquioribus multi. Cenſeo ſcribendum *furti.* quicquid enim occulte agebatur, furtum vocabant. ſic & infra v. 768.

——*ſed jam conſumſerat omnem*
Materiam furti.

nam in aliis libris eſt, *ficti*, quod præceſſerat paulo ante, in aliis *tecti*, vel *facti.* Heinſ.

706. *Quod commune foret.*] Puero & puellæ. nam *Iphis* tam fœmina quam mas appellari poteſt. R.

710. *Impercepta mendacia.*] *Indecepta* plurimi veteres. *Indeprenſa* Calandræ excerpta. ſec. Palat. pri. Baſil. prim. Reg. alter Hamburg. & quinque alii. quomodo apud Statium,

——*veſtigia cunctis*
Indeprenſa procis.

Imperfecta prim. Gronov. *Intercepta* unus meus cum excerptis Juneti. Nihil muto. Hinc *imperceptiora* apud Gellium lib. XIV. cap. 1. *Heinſ. Impercepta.*] Indeprehenſa, non animadverſa.

711. *Facies.*] Ἐπεὶ δὲ μέχρι τοῦ μέσου, καὶ ἐγένετο ἄφατόν τι κάλλος. Ant. Liberalis, in hac eadem fab. *Farnabius.*

716. *Di-*

Cum pater, Iphi, tibi flavam desponder Ianthen:
Inter Phœstiadas quæ laudatissima formæ
Dote fuit virgo, Dictæo nata Teleste.
Par ætas, par forma fuit: primasque magistris
Accepêre artes elementa ætatis ab îsdem.
Hinc amor ambarum tetigit rude pectus: & æquum
Vulnus utrique tulit. sed erat fiducia dispar.
Conjugii pactæque exspecta tempora tædæ:
Quamque virum putat esse, suum fore credit Ianthe.
Iphis amat, qua posse frui desperat, & auget.
Hoc ipsum flammas: ardetque in virgine virgo.
Vixque tenens lacrymas, Quis me manet exitus, inquit,
Cognita quam nulli, quam prodigiosa, novæque
Cura tenet Veneris? si Dî mihi parcere vellent:
[Perdere debuerant: si non & perdere vellent;]
Naturale malum saltem & de more dediſſent.
Nec vaccam vaccæ, nec equas amor urit equarum.
Urit oves aries: sequitur sua fœmina cervum.
Sic & aves coëunt; interque animalia cuncta
Fœmina fœmineo correpta cupidine nulla est.
Vellem nulla forem. ne non tamen omnia Crete
Monstra ferat; taurum dilexit filia Solis,

Fœmi-

716. *Dictæo Teleste.*] Cretensi. à Dicte namque monte Cretæ *Dictæi* declinatur.

717. *Primasque.*] Disciplina plane Laconica; siquidem in iisdem gymnasiis, sub iisdem magistris artium imbiberint elementa *grandis virgo, lenusque puer*, ut habet Martialis lib. 8. epigr. 3.

718. *Accepere artes.*] Tom. 1. p. 217. vs. 150.

719. *Hinc amor amborum.*] *Amborum* recte Neapol. sec. Medic. pri. Vatican. prim. Gronov. & sex alii melioris notæ. mox *Conjugii* meliores, non *Conjugium*. & *expectat* optimus Thuan. *Heinſ. Rude.*] *Contactum nullis ante cupidinibus.* Propert. 1. *Farn.*

720. *Sed erat fiducia dispar.*] Nam Iphis diffidebat se viri officio fungi posse. Ianthe vero contra fidebat se munera mulieris satis obituram. *R.*

722. *Quamque virum putet esse, virum fore credit.*] *Virum putat esse virum* plerique veteres. *putat esse suum* pri. Vatic. Arond. multique alii. unus meus,

Quamque virum putat esse virum.

Scribe,

Quamque virum putat esse, suum fore credit Ianthe.

suum nempe virum. *Heinſ.*

723. *Quo posse frui desperat.*] *Qua* cum melioribus. *Idem.*

728. *Perdere debuerant.*] Alii *Parcere debuerant.* Neutrum bene. Est enim versus adulterinus. *Idem.*

729. *Naturale.*] Ut viri, non virginis amore caperetur.

735. *Filia Solis.*] Pasiphaë. vide quæ

Fœmina nempe marem. meus eſt furioſior illo,
Si verum profitemur, amor. tamen illa ſecuta eſt
Spem Veneris : tamen illa dolis & imagine vaccæ
Faſſa bovem eſt : & erat, qui deciperetur, adulter.
Huc licet è toto ſollertia confluat orbe,
Ipſe licet revolet ceratis Dædalus alis;
Quid faciet? num me puerum de virgine doctis
Artibus efficiet? num te mutabit Ianthe?
Quin animum firmas, teque ipſa recolligis, Iphi:
Conſiliique inopes & ſtultos excutis ignes?
Quid ſis nata vide : (niſi te quoque decipis ipſam)
Et pete quod fas eſt : & ama, quod fœmina debes.
[Spes eſt quæ capiat : ſpes eſt quæ paſcat amorem.]
Hanc tibi res adimit : non te cuſtodia caro
Arcet ab amplexu, nec cauti cura mariti.
Non patris aſperitas, non ſe negat ipſa roganti.
Nec tamen eſt potiunda tibi : nec, ut omnia fiant,
Eſſe potes felix; ut Dîque homineſque laborent.
[Nunc quoque votorum pars nulla eſt vana meorum:
Dîque

nos ad Virgil. Eclog. 6. & lib. Æneid. 6. *Hic crudelis amor tauri, ſuppoſitaque furto Paſiphaë*, & quæ ad 8. lib. ſupra v. 156.

738. *Dolis, &c.*] Incluſa vaccæ lignea, Dædali opera, ut habent mythologi. vide Natal. Comitem lib. 6. cap. 5. & adi Martialem lib. ſpectacul. 5. epigr. quod & repræſentatum à Nerone. Suetonius in vita ejus, cap. 12.

742. *Doctis artibus efficiet.*] *Doctis artibus* veteſtiores plerique. recte. quanquam pro vulgata pugnat amicus noſter eruis ad Gratium ſecundis. nullas Dædali artes recenſuit Naſo, præter volatum: qui hic locum non habet. mox *animum firmas* dixit, pro *obfirmas*. atque ita fortaſſis ſcribendum. *Heinſ.*

746. *Quid ſis nata vides.*] *Vide* multi ex caſtigatioribus. ſequentia *pete & ama* confirmant. niſi mavis mox *I pete*. nam ſex ſcripti *Id pete*. Idem. *Niſi te quoque.*] *Fallere alios in proclivi eſt: ſed ipſum à ſe falli miſerrimum.* Plutarch. de Adul. *Farn.*

748. *Spes eſt quæ capiat.*] Piget diverſas lectiones adſcribere, quæ ſunt plurimæ. Nimirum ſententias hic eſt locutus aliquis carnifex. Cave enim credas hunc verſum Naſonis eſſe. ſed pro eo quod ſequitur, *Hanc tibi res adimit*, arbitror *ſpes* reponendum eſſe. *Heinſ.*

749. *Hanc tibi res adimit.*] Neceſſitas & ſexus qualitas tibi hanc eripit, quam uxorem ducere cupis.

750. *Cauti cura mariti.*] *Magiſtri* in nonnullis. Viderant nimirum eoſdem utriſque magiſtros fuiſſe. Cave quicquam mutes. unus Voſſian. *miniſtri*. Heinſ.

752. *Potiunda.*] *Potienda* melioteſtur & lib. x. v. 569. *ἀφαξάνιος*. Idem.

754. *Nulla eſt.*] Senſus eſt: Etiam nunc ex quæcunque votis expetivi contingunt mihi, & Dii faciles, dant quæ-

Digitized by Google

Dîque mihi faciles, quidquid valuêre, dederunt.]
Quodque ego, vult genitor, vult ipſa, ſocerque futurus:
At non vult Natura: potentior omnibus iſtis;
Quæ mihi ſola nocet. venit ecce optabile tempus:
Luxque jugalis adeſt: ut jam mea fiat Iänthe;
Nec mihi continget. mediis ſitiemus in undis.
Pronuba quid Juno, quid ad hæc, Hymenæe, venitis
Sacra; quibus qui ducat abeſt, ubi nubimus ambæ?
Preſſit ab his vocem. nec lenius altera virgo
Æſtuat: utque celer venias, Hymenæe, precatur.
Quod petit hæc, Telethuſa timens, modo tempora differt:
Nunc ficto languore moram trahit. omnia ſæpe,
Viſaque cauſſatur. ſed jam conſumſerat omnem
Materiam ficti: dilataque tempora tædæ
Inſtiterant; unuſque dies reſtabat: at illa
Crinalem capiti vittam natæque ſibique
Detrahit: & paſſis aram complexa capillis,
Iſi, Paræton ium, Mareoticaque arva, Pharonque

Quæ

cunque optavi, ſcilicet ut Ianthen, & patrem illius & item meum, faventes atque paratos habeam. Una obſtat mihi, quæ cætera vincit omnia. *Micyl.*

755. *Nunc quoque votorum pars nulla eſt vana.*] *Nulla eſt pars* una plerique. Alii aliter, *nulla eſt pars tota* quatuor. unus meus *votorum eſt pars nulla vita.* Unde legebam aliquando *pars irrita nulla.* Nunc perſuaſum habeo hunc cum ſequenti verſu eſſe tollendos. Vix enim intelligas, quid ſibi velint. *Heinſ.*

756. *Quod volo vult genitor, vult ipſa ſocerque futurus.*] Multi veteres,

Quodque ego, vult genitor, ſocer & vult ipſe futurus.

meliores tamen,

Quodque ego, vult genitor, vult ipſa ſocerque futurus.

niſi quod in Neapolitano Tò *vult* à manu erat ſecundâ, erasâ veteri lectione. Forte,

Quodque ego quod genitor, vult ipſa ſocerque ſocruſque.

vel, *ſocerque futurus.* Idem.

759. *Et jam mea fiat Ianthe.*] *Ut jam mea fiat* rectius tert. Medic. & quatuor alii. *Idem.*

760. *Mediis.*] Alluſum ad Tantali fabulam. *Farn.*

763. *Preſſit ab his vocem.*] Poſt hæc inquit ſiluit. *Altera virgo.*] Ianthe, quæ Iphin, cui fuerat deſponſata, marem eſſe credebat. *Nec lenius altera virgo Æſtuat.*] Puto *nec ſecius.* Vide quæ notamus lib. II. v. 809. *Heinſ.*

766. *Omina, viſaque.*] Auguria & ſomnia.

770. *Crinalem capiti vittam.*] Scribe *capitis*, vel contra libros veteres, niſi pro *ſibique* legas *ſuoque.* Heinſ.

772. *Iſi.*] Supra v. 688. *Paratonium.*] Quam colit Ægyptus, in qua Paraetonium opp. & portus; Mareotis palus; Pha-

Quæ colis, & ſeptem digeſtum in cornua Nilum;
Fer, precor, inquit, opem: noſtroque medere timori.
Te Dea, te quondam, tuaque hæc inſignia vidi:
Cunctaque cognovi; comiteſque, faceſque, ſonumque
Siſtrorum: memorique animo tua juſſa notavi.
Quod videt hæc lucem, quod non ego punior ipſa;
Conſilium, monitumque tuum eſt. miſerere duarum,
Auxilioque juva. lacrymæ ſunt verba ſecutæ.
Viſa Dea eſt moviſſe ſuas (& moverat) aras.
Et templi tremuêre fores imitataque Lunam
Cornua fulſerunt; crepuitque ſonabile ſiſtrum.

Non

Pharos inſula Alexandriæ objecta, turri & ſpecula lucernis inſtructa nocturnæ navigationi accommoda illuſtris; & Nilus ſeptem oſtiis ſe in mare exonerans. *Farn.*

773. *In ſeptem cornua.*] Oſtia.

775. *Tuaque hæc inſignia vidi.*] In ara namque Iſidis ea omnia ſimulachra erant, quæ per ſomnum viderat Telethuſa. R. *Tuaque.*] Verſ. 687. ſupra:

776. *Sonitum comiteſque faceſque.*] *Sonitum comitantiaque æra* Thuan. primus Moret. prim. Erfurt. ptim. & tert. Pal. Neap. Spitenſ. & à manu ſecunda Florent. S Marci, cum aliis multis. Puto *crepitantia æra.* & ſic unus meus. niſi mavis *reſonantiaque æra* cum uno Moreti. infra *crepuitque ſonabile ſiſtrum.* ſic & Propertio lib. III. *crepitans ſiſtrum.* S. Marci codex à manu prima, & unus Bonon. *ſonitum comiteſque facetas.* Forte etiam ſcribendum,

—— *vidi Viſaque cognovi.*

ut ſupra,

Præſopia vidi Viſaque dejeci.

Heinſ.

778. *Quod non ego punior ipſa.*] Locus mendoſus. *punior ecce* Florent. S. Marci, & unus Bonon. cum pri. Hamburg. & uno Voſſ. *Ponor in ignem* vel *igne* Thuan. Bernegger. prim. Vatic. ſec. Pal. Spir. & octo alii *punior hoc eſt* Arondel. & Zulich. *punior hocque* Neap. & unus meus. *thalamo quod non ego poner* ptim. Medic. cum Gloſſa, *id eſt deponor.* Divinent acutiores. mihi hoc hemiſtichium valde ſuſpectum. *Idem.*

779. *Conſilium monitumque tuum eſt, miſerere duarum.*] Tres libri *monituſque* unus, *monituſque tuus.* Forte, *Conſilii monituſque tui eſt.* deinde *tuarum* recte ſec. Palat. & octo alii. dictum ſupra. *Idem.*

780. *Lacrymæ ſunt verba ſecutæ.*] Scribe vel invitis membranis *ſua verba.* & vide quæ notamus ad Epiſt. XVII. v. 252. *Idem.*

781. *Viſa Dea.*] Ἦ ῥα Λητὼ συνεχὲς ὀδυρομένην καὶ ἰαλεύουσαν ἐλεῆσαι, καὶ μετίεσαν τὴν φόρτιν τῆς παιδὸς εἰς κῆρον. Liberalis 17. fab.

782. *Imitataque.*] Supra ad vſ. 689.

783. *Crepuitque ſonabile ſiſtrum.*] *Sonatile* iiſdem codicibus invitis repono. ſic *volatilis ætas* lib. X. & *volatile ferrum* Virgilio. *telum volatile* Lucretio lib. I. & *verſatile templum* lib. V. *intactile* apud Lucretium lib. I. *rotatiles trochei* Prudentio. & *Jupiter conſtatilis* eidem paſſione Romani. & *flatile virus* Hamartig. & Noſtro in Triſtib. *tinctile virus. ſolubile ſiſtrum* in Spirenſi, an *volubile?* Heinſ. *Crepuitque.*] Dextra ferebat æreum crepitaculum: cujus per anguſtam laminam in modum Balthei recurvatam, trajectæ mediæ paucæ virgulæ, ciſpante brachio tergeminos jactus, reddebant argutum ſonorem Apul. de Iſide lib.

Non ſecura quidem, fauſto tamen omine læta
Mater abit templo. ſequitur comes Iphis euntem,
Quàm ſolita eſt, majore gradu: nec candor in ore
Permanet; & vires augentur; & acrior ipſe eſt
Vultus: & incomtis brevior menſura capillis.
Pluſque vigoris adeſt, habuit quam fœmina. jam, quæ
Fœmina nuper eras, puer es. dant munera templis:
Nec timidâ gaudete fide. dant munera templis.
Addunt & titulum: titulus breve carmen habebat:
Dona puer ſolvit, quæ fœmina voverat, Iphis.
Poſtera lux radiis latum patefecerat orbem;
Cum Venus, & Juno, ſocioſque Hymenæus ad ignes
Conveniunt: potiturque ſuâ puer Iphis Iänthe.

lib. 11. Metamorph. Quin & ſiſtri formam & formæ rationem, vide apud Plutarch. in lib. de Iſide & Oſiride. *Farn.*

789. *Nam quæ.*] Puto *jam quæ.* Heinſ.

791. *Dant munera.*] Ταύτης ἔτι μέμνηται τῆς μεταβολῆς Φαίστιος, καὶ θύσας Φυτίῳ Λητοῖ, ἥτις ἴρυσε μάδια τῇ κόμῃ. &c. Liberalis fab. 17.

794. *Totum orbem.*] *Latum* ſcripti noſtri. mox *ſocioſque Hymenæus ad ignes* prim. Gronov. & alii quatuor, non *ſocinſque.* bene. *Heinſ.*

795. *Venus, Juno, Hymenæus.*] Dii conjugales. ut lib. 4. vſ. 758. & alibi ſæpius. *Ignes.*] In ſacris nuptialibus ſacrificia lib. 5. v. 37. & lib. 4. v. 60. *Farn.*



P. OVI-

Digitized by Google



Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER X.

ARGUMENTUM.

His porro nuptiis qui interfuerat Hymenæus, ad Orpheum inde se contulit; sed malo omine. quandoquidem mox obiit Eurydice, & postea secundo. Cum quidem non aliter obstupuit Orpheus, quam qui Cerbero conspecto saxeus est effectus. Postea cum in monte quodam varias transformationes lyra exprimeret, accurrerunt ad eum arbores omnes, & inter cæteras pinus ex Atys, & cupressus è Cyparisso mutata.

INde per immensum croceo velatus amictu
Aëra digreditur, Ciconumque Hymenæus ad oras
Tendit; & Orphêâ nequicquam voce vocatur.
Adfuit ille quidem: sed nec sollennia verba,
Nec lætos vultus, nec felix attulit omen.
Fax quoque, quam tenuit, lacrymoso stridula fumo,
Utque

FAB. I. *Arg.* Inde per immensum.] *Orpheus, Apollinis & Calliopes, vel (ut alii scribunt) Oeagri fluvii & Polymniæ musæ filius, scientia ac cantus suavitate mortales omnes dicitur superasse, cujus modulatione non homines solum, sed feras sylvasque ac saxa mota fuisse. Navigavit insuper cum Argonautis: cæpque uxoris amorem ad inferos cum descendisset, à Proserpina suavitate cantus facile impetravit, ut defunctam uxorem superis excitaret. sed ea conditione, ne eam prius, quam ad superos reversus esset, respiceret: sed Orpheus veritus ut se uxor negligeretur, cum jam fere ad superos pervenisset, eam respexit: qua illico ad inferos retracta, Orpheum in maximis cruciatibus reliquit. Cum igitur desperaret se iterum ea potiri posse, omnes aspernatus mulieres dicitur, primusque apud Thraces puerorum amoribus indulsisse. Id vero agre ferentes Thraciæ mulieres, sacra Bacchi celebrantes illum cithara canentem, feraſque mulcentem discerpserunt.*

1. *Croceo.*] Qui concolor flammeo, quo nova nupta pudoris & boni ominis gratia velatur.

2. *Ciconumque.*] Thraciæ pop. ad Ismarum montem & Bistonidem lacum. *Ciconum.*] Tibull. lib. 4. horum mentionem facit. de Ulysse autem loquitur,

Ille per ignotas audax erraverat urbes,
Qua maris extremis tellus includitur undis
Quem Ciconumque manus adversis repulit armis.

Et Silius lib. 11. *O dira Ciconum matres, Geticique furores.* Adeoque Thraces semper inhumani.

4. *Sed nec.*] Neque enim feliciter cessere nuptiæ. vide lib. 6. vers. 428.

6. *Fax quoque.*] Lib. 4. vers. 60. *Fax quoque quam tenuit.*] Quinque faces ante novam nupeam præferri solebant. vide Alex.

Utque fuit, nullos invenit motibus ignes.
Exitus auſpicio gravior: nam nupta, per herbas
Dum nova Naïadum turbâ comitata vagatur,
Occidit, in talum ſerpentis dente recepto.
Quam ſatis ad ſuperas poſtquam Rhodopeïus auras
Deflevit vates; ne non tentaret & umbras,
Ad Styga Tænariâ eſt auſus deſcendere portâ.
Perque leves populos ſimulacraque functa ſepulcris
Perſephonen adiit, inamœnaque regna tenentem
Umbrarum dominum: pulſisque ad carmina nervis
Sic ait: O poſiti ſub terrâ numina mundi,
In quem recidimus quicquid mortale creamur;
Si licet, &, falſi poſitis ambagibus oris,

Verâ

Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 5. *Fax lacrymoſo ſtridula fumo.*] Σὺν ἀιματι, σὺν κάπνῳ. —— *Triſtis Erinnys* —— *Pratulit infauſtas ſanguinolenta faces.* Tom. 1. p. 75. v. 46. & p. 147. v. 103.

7. *Nulloſque invenit motibus.*] Catull. *Pineam quate tadam.* Concuſſionem ſeu quaſſationem non ſequebatur flamma. *Uſque fuit, nulloſque.*] Numeri paulo duriores In uno Voſſiano, & uno Leidenſi.

Utque fuit, novos invenit motibus ignes.
recte, ſi quid video. Faſtorum libr. III.

Utque erat, in dubio procubuere ſolo.
&,

Hæc quoque funeſtos, ut erat, laniata capillos.
&,

Utque erat, immiſſis puppim ſtetit ante capillis.

atque ita paſſim tam Noſter, quam alii. ſimiliter, *ſicut erat*, frequenter occurrit. *Heinſ.*

8. *Nam nupta.*] Virg. 4. Georg. refert Eurydicen dum fugeret Ariſtæum incidiſſe in colubrum, cujus morſu interiit. *Farn.*

9. *Naïadum turba.*] *Manalidum* ſec. Palat. alter Twiſdenius, & unus Baſil. Latet aliquid. apud Virgilium Dryades Eurydicen comitantur. *Heinſ.*

10. *Occidit in talum.*] Lib. ſequenti de Eperie Nympha:

Ecce latens herbâ coluber fugientis adunco
Dente pedem ſtrinxit, virusque in corpore liquit.

Morſa à ſerpente, dum una cum Naiadibus vagatur, è quarum numero fuerat, interiit. *Pont.*

11. *Rhodopeius vates.*] Orpheus poëta Thracius: Rhodope autem mons eſt Thraciæ altiſſimus. *R.*

13. *Tænaria.*] Tænarus promontorium eſt Laconiæ, ubi antrum, cujus vaſtus hiatus, mephites, auditus ſtrepitus occaſionem dedere fabulantibus patere hic deſcenſum ad inferos. Virgil. 4. Georg. ſuper hac eadem re; *Tænarias etiam fauces, alta oſtia Ditis Et caligantem, &c.*

15. *Perſephonen.*] Proſerpinam. *R. Inamœnaque.*] Lib. 4. verſ. 432. & quos in Indice Poëtico monſtrat tit. *Inferi.* Farn.

16. *Umbrarum dominum.*] Plutonem.

17. *Mundi poſiti ſub terra.*] Periphraſis eſt inferorum. *R. Poſiti mundi.*] Lege quæ Cælius Rhodigin. lib. 2. cap. 18. *Farn.*

18. *In quem decidimus.*] *Recidimus* meliores magno numero. dictum alibi de hoc loco. Julius Firmicus contra gentes, *quia hæc eſt natura terræ, ut in eam recidant omnia.* Heinſ.

21. *Non*

Digitized by Google

Vera loqui ſinitis; non huc, ut opaca viderem
Tartara, deſcendi; nec uti villoſa colubris
Terna Meduſæi vincirem guttura monſtri.
Cauſſa viæ conjux: in quam calcata venenum
Vipera diffudit; creſcentesque abſtulit annos.
Poſſe pati volui: nec me tentaſſe negabo.
Vicit Amor. ſuperâ Deus hic bene notus in orâ eſt.
An ſis & hîc, dubito: ſed & hîc tamen auguror eſſe.
Famaque ſi veteris non eſt mentita rapinæ,
Vos quoque junxit Amor. per ego hæc loca plena timoris,
Per Chaos hoc ingens, vaſtique ſilentia regni,
Eurydices oro properata retexite fila.
Omnia debemur vobis: paulumque morati,
Serius aut citius ſedem properamus ad unam.
Tendimus huc omnes, hæc eſt domus ultima: voſque
Humani generis longiſſima regna tenetis.
Hæc

21. *Non huc deſcendi.*] Ex Virgil. 6. Æn. *Nulla heic inſidia tales, abſiſte moveri. Nec vim tela ferunt*, &c.

22. *Terna guttura.*] *Tetra* Oxon. *Torva* prim. Baſil. & ſex alii. *Trina* duo. *Cerva* unus Medic. quod non capio. *Heinſ. Meduſæi.*] Cerberi, quem, ut & Orthum Geryonis canem peperit ex Typhaone Echidna Meduſæ progenies.

28. *Veteris rapinæ.*] Nam Pluto Proſerpinæ amore captus eam rapuit. *R. Rapinæ.*] Lib. 5. v. 386.

30. *Chaos.*] Lib. 1. v. 6. *Farn.*

31. *Retexite fata.*] *Fila* quinque veteres. quod elegantius. ſic *retexere telam* de Parcis Statius lib. III. Sylv. ad uxorem. *Heinſ.*

32. *Omnia debemur vobis.*] *Debemur* optime pri. Mediceus. quo alludunt Florent. S. Marci, prim. Vatic. ſec. Palat. Neapol. tert. Medic. prim. Erfurt. Spirenſis, & ſex alii, in quibus *debemus.* Cenſeo etiam ſcribendum *paulumque morata*, pro *morati.* Horatius,

Debemur morti nos noſtraque.

paulo ante,

In quem recidimus, quicquid mortale creamur.

Lucanus libro VII.

Quicquid ſigniferi comprenſum limite cæli
Sub Noton & Boream hominum ſumus, arma movemus.

vide plura hujus generis Nôtis ad lib. v. mox non ſunt audiendi codices qui *ſedem adiman* pro *unam* exhibent. Horat. lib. II. Od. III. *Omnes eodem cogimur.* ubi plura ad rem. Epicedio Druſi,

Tendimus huc omnes: metam properamus ad unam:
Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas.

Virgil. Æn. II.

Hanc ex diverſo ſedem veniemus ad unam. Idem.

33. *Serius.*] Serius ocyus Sors exitura. Horat. 2. lib. 3. Od. πᾶσιν ἀνθρώποις ὀφείλεται ἀποθανεῖν ἢ πρότερον, ἢ ὕστερον. Archinus. *Longius aut propius ſors ſua quemque manet.* Propert. 2. lib. 28. eleg.

Hæc quoque, cum juſtos matura peregerit annos,
Juris erit veſtri. pro munere poſcimus uſum.
Quod ſi fata negant veniam pro conjuge, certum eſt
Nolle redire mihi. leto gaudete duorum.
Talia dicentem, nervoſque ad verba moventem,
Exſangues flebant animæ. nec Tantalus undam
Captavit refugam : ſtupuitque Ixionis orbis.
Nec carpſere jecur volucres : urniſque vacârunt
Belides : inque tuo ſediſti, Siſyphe, ſaxo.
Tum primum lacrymis victarum carmine fama eſt
Eumenidum maduiſſe genas : nec regia conjux
Suſtinet oranti, nec qui regit ima, negare :
Eurydicenque vocant. umbras erat illa recentes
Inter : & inceſſit paſſu de vulnere tardo.
Hanc ſimul, & legem Rhodopeius accipit heros,
Ne

36. *Juſtos annos.*] Hominum opinione *injuſti* ſunt anni eorum, qui citius de vita demigrant, dicunturque ante diem rapi ſeu emori. *Pont.*

37. *Pro munere poſcimus uſum.*] Ut Eurydice uti fruique poſſim.

41. *Tantalus, &c.*] Vide lib. 4. v. 461. *Farn.*

42. *Stupuitque Ixionis orbis.*] Ixion cum Junonem de ſtupro interpellaſſet, ad inferos damnatus rota aſſidue circumagitur.

43. *Nec carpſere.*] Titii ſubaudiatur. nam cum Latonam violare tentaſſet, in novem jugera diſtentus, jecore ſuo vultures aſſidue paſcere narratur. *Volucres.*] Τὸν Τιτυὸν κατὰ γῆς δύο γύπες ἔδουσιν. Lucilius, Anthолog. *β.*

44. *Belides, Siſyphe Tum.*] *Quid mirum? ubi illis carminibus ſtupens Demittit atras bellua centiceps Aures, & intorti capillis Eumenidum recreantur angues?* &c. Horat. lib. 3. ode 11. *Farn. Inque tuo.*] Siſyphus Æoli filius cum iſthmum infeſtaret, ad inferos truſus, ſaxum in montis cacumen ſubvolvere cogitur, quod ſemper in vallem devolvitur.

46. *Nec regia conjux.*] Proſerpina. *R. Nec regia,*] Memoriæ proditum eſt, inquit Pauſanias in Bœoticis, Orpheum, uxore mortua, veniſſe ad Aornum Theſprotiæ, ubi per necromantiam evocarentur umbræ : ibi, cum Eurydices animam pone ſequi putaſſet, & ſua ſe opinione falſum reſpiciens animadvertiſſet, ultro ſibi ipſi, mœrore confectum, mortem conſciviſſe. Ejuſmodi de Ravaro quodam refertur fabula à Sabino. Neque illepidum eſt illud carmen Hiſpano ſcriptum idiomate & ingenio, quo invertitur hæc Orphei fabula. *Aquella ſu muger Orfeo bazar à el infierno. Que por la muger no pudo bazr à otra parte Orfeo.* Orpheus ad inferos deſcendit quæſitum uxorem. *Nam ubi alias querenda erat uxor?* Deſcendebat cantans. *Et hoc licebat vidno jam & calibi.* Dederunt Orpheo Pluto & Proſerpina ut uxorem abduceret, *Pacatierem ſcilicet fore cum ratiunde mulier diſceſiſſet, & unive ſane ſubſecuta eſt à ſupplicis ſuis ceſſare.* Sed hac lege dederunt hoc Orpheo, ne illam reſpiceret, priuſquam ad ſuperas oras reverſus eſſet. *Ille, ne cruciatum ille ab inferis in ſuperas auras ſubvehere, non ſulto reſpexit.*

50. *Rhodopeius Orpheus.*] Rectius heros prim. Palat. prim. Baſil. pri. Vatican. prim.

Ne flectat retro ſua lumina; donec Avernas
Exierit valles: aut irrita dona futura.
Carpitur acclivus per muta ſilentia trames,
Arduus, obſcurus, caligine denſus opacâ.
Nec procul abfuerunt telluris margine ſummæ. 55.
Hîc, ne deficeret, metuens, aviduſque videndi,
Flexit amans oculos: & protinus illa relapſa eſt.
Brachiaque intendens, prendique & prendere certans,
Nil niſi cedentes infelix arripit auras.
Jamque iterum moriens non eſt de conjuge quicquam
Queſta ſuo: quid enim ſeſe quereretur amatam?
Supremumque vale, quod jam vix auribus ille
Acciperet, dixit: revolutaque rurſus eodem eſt.
Non aliter ſtupuit geminâ nece conjugis Orpheus;
Quam tria qui timidus, medio portante catenas, 65
Colla canis vidit: quem non pavor ante reliquit,

Quam

prim. Moret. aliique complures. *Heinſius.*

53. *Acclivis trames.*] Puto *acclivus* quo modo Zulichemianus. ſic Noſter ſolet, vide Notas libro IX. v. 334. & Faſt. III. v. 13. *Idem.*

55. *Nec procul abfuerant.*] *Abfuerunt* S. Marci. *Idem.*

58. *Prendique & prendere certans.*] Omnes noſtri *captans* præter Florentinum S. Marci, Bernegger. excerpta Jureti ac Calandræ, & unum Bononienſem. ſic *captans prenſare* Auſon. Moſella v. 275. Phædrus libro V.

Calvi momordit muſca nudatum caput;
Quam opprimere captant.

Nil muto tamen, Faſtor. I.

Quæreret ut abſumant, abſumta requirere certant. Idem.

61. *Quid enim niſi ſe quereretur amatam?*] *Niſi ſubſequeretur amantem*, vel *amatam* multi veteres. *ſi ſubſequeretur* Florent. S. Marci, & alter Twiſdenius. *niſi ſe ſequeretur* prim. ac ſec. Medic. & ſeptem alii cum Spirenſi. Scribe,

——*quid enim ſeſe quereretur amatam?*
quid enim niſi ſequeretur Noricus. *Idem.*

63. *Revocataque rurſus eodem eſt.*] *Revolutaque* vetuſtiores magno numero. Virgil.

Rurſus & in veterem fato revoluta figuram.

apud Val. Flaccum libro III.

——*revolutaque puppis*
Turbine flectit iter.

ubi *reſolutaque* nunc legitur perperam. *Idem.*

65. *Quam tria qui timidus.*] *Timidas* alter Hamburg. *tumidus* Langerman. & unus Voſſ. *tumidi* prim. Reg. *timidi*. Medic. chartaceus. Puto *Stygii canis*. illud *midi* in *timidi* ex *medio* repetitum eſt. *Stygius canis* paſſim poëtis Cerberus dicitur. *Stygius janiter* Silio l. III. *Idem. Medio.*] Collo ſubaudiatur. Nam è tribus Cerberi collis medium catenis fuerat ligatum *Micyl.* *Qui timidus.*] Vir quidam erat timidus, qui metu Herculis ſpeluncam ſubiit, unde capite inclinato procumbens, proſpiciens aliquando Herculem, dum Cerberum traheret, diriguit, in Saxum verſus. Suidam adi. in Διλόπυρ τῦ παραλύτου, & Zenobium.

Quam natura prior, ſaxo per corpus oborto:
Quique in ſe crimen traxit; voluitque videri
Olenos eſſe nocens: tuque ô confiſa figuræ,
Infelix Lethæa, tuæ; junctiſſima quondam
Pectora, nunc lapides, quos humida ſuſtinet Ide.
Orantem, fruſtraque iterum tranſire volentem,
Portitor arcuerat. ſeptem tamen ille diebus
Squallidus in ripâ Cereris ſine munere ſedit.
Cura dolorque animi, lacrymæque alimenta fuêre.
Eſſe Deos Erebi crudeles queſtus, in altam
Se recipit Rhodopen, pulſumque Aquilonibus Hæmon.
Tertius æquoreis incluſum piſcibus annum
Finierat Titan: omnemque refugerat Orpheus
Fœmineam Venerem; ſeu quod male ceſſerat illi;
Sive fidem dederat. multas tamen ardor habebat
Jungere ſe vati: multæ doluêre repulſæ.
Ille etiam Thracum populis fuit auctor, amorem
In teneros transferre mares: citraque juventam
Ætatis breve ver, & primos carpere flores.
Collis erat, collemque ſuper planiſſima campi
Area:

68. *Quique.*] Lethæa forma ſua freta, ſe Deabus prætulit. Cujus ſuperbiam cum illæ jam ulcîſcî eſſent, uxoris crimen in ſe tranſtulit Olenus, ſupplicio interveniens. una itaque cum uxore in lapidem fuit converſus. Turneb. lib. 1. cap. 23. legit, *tuque ô confixa figurâ Infelix Lethæa tuæ.* atque interpretatur: tu, ô Lethæa. cum figura tua in lapidem obriguiſti. Mei certe membranei manu exarati habent, *tuque ô confiſa figura Infelix Lethæa tua* Farn.

69. *Olenus.*] *Olenos* veteres majori ex parte & *confiſa figuræ tuæ*, non *figurâ tuâ*. ut apud Lucanum libro x.

Quem formæ confiſa ſuæ Cleopatra ſine ullis
Triſtis adit lacrymis.

pro *Lethæa* unus Medic. *Letheti. Lethae* prim. Strozz. & ſec. Med. & Florent. S. Marci, à manu ſecunda, Neapol, *Lethie.* lege *Lethêi.* Heinſ.

71. *Humida.*] Πολυνίδαξ, fontibus ſcatens. *Farn.*

73. *Portitor arcuerat.*] *Arcuerat* tres ſcripti præter Bernegger. & Thuanean. vere. *Heinſ.*

77. *Pulſumque Aquilonibus Hæmon.*] Montes ſunt Thraciæ Rhodope & Hæmus Boreæ obnoxii. *R.*

78. *Tertius.*] Tertia jam vice Sol emenſus fuerat Zodiacum, cujus ultimum ſignum *Piſces.* Farn. *Æquoreis piſcibus.*] Ita & veteres. Scribe nihilominus *athereis piſcibus.* de ſigno enim cœleſti hic agitur. paulo ante *Hæmon* pro *Hæmum* tres ſcripti. ſic & alibi non ſemel. *Heinſ.*

FAB. II. *Arg.* Collis erat, &c.] *Ad cantus Orphei deſideratis conſuetudinem conjugis, cum plurima animalia corpora vocis dulcedine convenîſſent, & in his etiam*

Area : quam viridem faciebant graminis herbæ.
Umbra loco deerat. qua poſtquam parte reſedit
Dîs genitus vates, & fila ſonantia movit;
Umbra loco venit. non Chaonis abfuit arbos,
Non nemus Heliadum, non frondibus eſculus altis,
Nec tiliæ molles, nec fagus, & innuba laurus.
Et coryli fragiles, & fraxinus utilis haſtis,
Enodiſque abies, curvataque glandibus ilex,
Et platanus genialis, acerque coloribus impar,
Amnicolæque ſimul ſalices, & aquatica lotos,
Perpetuóque virens buxus, tenueſque myricæ,
Et bicolor myrtus, & baccis cærula tinus:
Vos quoque flexipedes hederæ veniſtis, & una

Pam-

etiam arbores è ſuis montibus elicita, inter quas ſtupens cantibus Pinus Cybeles montis, qui in Phrygia eſt, in quam Atys matris Deum antiſtes mutatus eſt. Alii ferunt fuiſſe eum filium, alii paſtorem. Lact.

87. *Area, quam.*] Orpheium hoc theatrum Noſtro lib. I. v. 22. & Martiali 21. epigr. lib. Spectacul. *Farn.*

89. *Diis genitus vates.*] Orpheus Apollinis & Calliopes filius.

90. *Chaonis.*] Quercus qua Chaonia, olim Moloſſia, in Epiro abundat.

91. *Nemus.*] Populeum. l. 2. v. 340. Sed adi Indicem poëticum noſtrum, tit. *Arbores.* quibus adde quæ Seneca in Oedipo. v. 350. *Farn. Heliadum.*] Solis filiarum. *Helios* enim Sol dicitur. *Frondibus eſculus altis.*] Noſtri omnes *frondibus.* quomodo etiam Scholiaſtes Statii agnoſcit Theb. VI. ſic libro XI.

——— *non altâ fronde virentem*
Ilice detraxit virgam.

paulo ante *arbos* duo veteres. *Heinſ.*

92. *Et innuba Laurus.*] Innupta virgo Daphne. *R. Innuba.*] Lib. I. verſ. 478. *Farn.*

95. *Platanus genialis.*] Genio ac voluptati dicata. *Acerque.*] Unde acernæ menſæ, poſt citreas in pretio apud priſcos fuiſſe ſcribuntur. *R. Genialis.*] Umbram hoſpitalem præbens convivantibus. Virg. 4. Georg. *miniſtrantem platanum potantibus umbram. Coloribus.*] Criſpo macularum diſcurſu varia. Plin. 16. c. 15. *Farn.*

96. *Amnicolæ ſalices.*] Juxta fluvios naſcentes.

98. *Baccis cærula ficus.*] *Pinus* Florent. S. Marci, Spirenſis, prim. Medic. & tres alii. neque aliter Scholiaſtes Statii. quod tamen ferri non poteſt, cum *pinus* poſtea ſequatur. *cinus* Langermanni codex. quod ex ſuo etiam notavit Conſtantius Fanenſis. Scribendum *tinus*, ut jam monuimus ad lib. III. Art. Amat. vſ. 692. ubi vide quæ noto. pro *buxus* paulo ante *buxum* idem S. Marci codex. ut Art. Amat. lib. III.

Nec denſum foliis buxum fragileſque myrica. Heinſ.

99. *Flexipedes.*] Ciſſos adoleſcens fuit hiſtrio & ſaltator Liberi patris; qui dum thyaſos exerceret; in profundum terræ hiatum caſu lapſus, interiit. Tellus in gratiam Bacchi pro juvene remiſit hederæ fruticem, quæ nunc etiam flexipes eſt, implicitos ſtaticulorum nexus imitata. ex Geoponicis Patrhaſius. *Farn. Vos quoque flexipedes, &c.*] Cum enim edera flexuoſis & errabundis flagellis per humum ſerpat, velutque pedibus flexis & curvis erret, *flexipes* accommodatiſſime dicta eſt. Ea eſt ſacra Baccho. *Pont. Et una Pampineæ vites & amicta vitibus ulmi.*]

Digitized by Google

Pampineæ vites, & amictæ vitibus ulmi:
Ornique, & piceæ, pomoque onerata rubenti
Arbutus, & lentæ victoris præmia palmæ:
Et ſuccincta comas, hirſutaque vertice pinus;
Grata Deûm matri. ſiquidem Cybeleïus Attis
Exuit hac hominem; truncoque induruit illo.
Adfuit huic turbæ metas imitata cupreſſus,
Nunc arbor, puer ante Deo dilectus ab illo,
Qui citharam nervis, & nervis temperat arcus.
Namque ſacer Nymphis Carthæa tenentibus arva
Ingens cervus erat: latéque patentibus altas
Ipſe ſuo capiti præbebat cornibus umbras:
Cornua fulgebant auro: demiſſaque in armos
Pendebant tereti gemmata monilia collo.
Bulla ſuper frontem parvis argentea loris
Vincta movebatur: parilique ex ære nitebant
Au-

mi.] Ita conſtanter libri veteres. Repono nihilominus *& uvâ amicta vites.* Scholiaſtes Statii & quatuor ſcripti *amica.* perperam. quod Conſtantio tamen Fanenſi arridebat ex illis Plinii lib. XVI. *vitumque amicitiâ accipitur ulmus.* Vide quæ notamus ad lib. I. Faſtor. vſ. 153. alter Erfurtanus, *& amata.* Heinſ.

103. *Et ſuccincta comas.*] Nam pinus in vertice ſolum frondes emittit.

104. *Grata Deum matri.*] Cybele. R. *Grata.*] Puer à Cybele amatus, qui cum in Sagaritide nympha peccaſſet, in furorem verſus ſe caſtravit, mox à Dea in pinum verſus eſt. De quo poſt cæteros Mythologos legatur Gyraldus Syntagm. 4. & Catulli Galliambicum, & Arnobius 5. lib. & Diodorus Sic. l. 4. *Farn.*

FAB. III. *Arg.* Affuit huic turbæ metas imitata, &c.] *Cypariſſus Amycles filius ex inſula Cea fuit: hunc Apollo dilexit, & propter Cervum patientem manus, quem per imprudentiam ſagitta tranſfixum interemerat, manus afferentem ſibi, periculo exiguo, & protinus in arborem genitivi nominis verſis.* Lact.

106. *Affuit huic turba.*] Cypariſſus puer fuit formoſiſſimus. Apollini gratus, qui cervum, quem in deliciis habebat, cum imprudens occidiſſet, tanto eſt affectus dolore, ut cum mori omnino vellet, in arborem cupreſſum ab Apolline fuerit commutatus. *Metam.*] Κυπαρισσος, metæ modo in acutum ſurgens pyramidalis. Virgil. 3. Æneid. *confer cypariſſi.* hinc etym. *ἀπὸ τῆ κύπτειν τὰς ἀκρέμονας.*

107. *Deo illo.*] Apolline, qui citharæ & arcu æquè claret.

108. *Carthæa.*] Eſt Carthæa una ex quatuor urbibus Ceæ inſ. è numero Cycladum, Cypariſſi patria.

110. *Ingens.*] Adumbratus hic cervus eſt ad illum Sylviæ & Tyrrhidarum. Æneid. 7. ſed huic cultus elegantior. *Patentibus.*] Patalis ſcil. cervus, Ariſt. l. 9. hiſt. ad animalium κατατομὰς. FABR.

115. *Pariſeque ætate nitebant Arboribus è geminis.*] *Parilique* & *in gemmis* plerique meliores. pro *ætate*, quod incommodoſum eſt, unus Gronovii *ex arte*, unus Medic. *in core*, unus meus, *a mane*, unus, *parilique nitore.* Scribe cum ſec. Vatic. quam

Digitized by Google

Auribus in geminis circum cava tempora baccæ.
Iſque metu vacuus, naturalique pavore
Depoſito, celebrare domos, mulcendaque colla
Quamlibet ignotis manibus præbere ſolebat.
Sed tamen ante alios, Ceæ pulcerrime gentis,
Gratus erat, Cypariſſe, tibi. tu pabula cervum
Ad nova, tu liquidi ducebas fontis ad undam:
Tu modo texebas varios per cornua flores:
Nunc, eques in tergo reſidens, huc latus & illuc
Mollia purpureis frænabas ora capiſtris.
Æſtus erat, mediuſque dies: Soliſque vapore
Concava littorei fervebant brachia Cancri.
Feſſus in herbosâ poſuit ſua corpora terrâ
Cervus: & arboreâ ducebat frigus ab umbrâ.
Hunc puer imprudens jaculo Cypariſſus acuto
Fixit: &, ut ſævo morientem vulnere vidit,
Velle mori ſtatuit. quæ non ſolatia Phœbus
Dixit? & ut leviter, pro materiaque doleret,
Admonuit. gemit ille tamen: munuſque ſupremum
Hoc petit à Superis; ut tempore lugeat omni.
Jamque, per immenſos egeſto ſanguine fletus,
In viridem verti cœperunt membra colorem;
Et modo, qui nivea pendebant fronte capilli,

Hor-

quarto Mediceo, & tribus aliis. *parilique ex ære.*

116. *Bacca.*] Margaritæ, uniones.

120. *Cea gentis.*] Cea inſula eſt Ægæi, unde Ceus, a, um. derivatur. *R.*

121. *Cypariſſe.*] Silvani hanc fuiſſe amaſium tradit Servius ad verſ. 20. 1. Georg. Virg. cervam manſuetam à Sylvano inſcio interemptam, hinc puerum dolore extinctum à Sylvano in arborem verſum. Pierius l. 2. Hieroglyph. Aſclepiadem citat auctorem, nomen huic arbori inditum à Cypariſſa filia Boreæ regis Celtarum. Didymus Cypariſſos Eteoclis filias fuiſſe dicit, quæ choreas ducentes *in* puteum devolutæ, à Tellure vicem earum miſerata in arbores verſæ ſunt. *Farn.*

122. *Undas.*] *Undam* ſcripti plerique *Heinſ.*

123. *Tu modo texebas.*] Primus & ſec. Medic. Neapol. Spirenſ. pri. Hamburg. & quatuor alii, *tendebas.* tres *ſternebas* cum fragmento Cæſenati, S. Marci veterrimo libro, & ſec. Palat. *ſibi texebas* Cantabrig. *ſpargebas* unus Leidenſ. *terebas.* unus Voſſ. *Idem.*

124. *Huc latus & illuc.*] Scribe *latus.* à ferendo. & ſic unus Mediceus. Poſſet & *vectus* Idem.

128. *Sua corpora.*] *Tergora* unus Gronov. alii *brachia* vel *pectora.* Idem.

Digitized by Google

Horrida cæſaries fieri : ſumtoque rigore
Sidereum gracili ſpectare cacumine cælum.
Ingemuit, triſtisque Deus, Lugebere nobis,
Lugebisque alios, aderisque dolentibus, inquit.
Tale nemus vates attraxerat : inque ferarum
Concilio medius, turbæ volucrumque ſedebat.
Ut ſatis impulſas tentavit pollice chordas;
Et ſenſit varios, quamvis diverſa ſonarent,
Concordare modos; hoc vocem carmine movit:
Ab Jove, Muſa parens, (cedunt Jovis omnia regno)
Carmina noſtra move. Jovis eſt mihi ſæpe poteſtas
Dicta prius. cecini plectro graviore Gigantas,
Sparſaque Phlegræis victricia fulmina campis.
Nunc opus eſt leviore lyrâ : pueroſque canamus
Dilectos Superis; inconceſſisque puellas
Ignibus attonitas meruiſſe libidine pœnam.
Rex Superûm Phrygii quondam Ganymedis amore
Arſit:

141. *Lugebiſque alios.*] Hoc ex Romana conſuetudine dictum eſt. Nam (ut Servius ſcribit) cupreſſi rami ante fores domus in qua eſſet cadaver, ponebantur, ne quis per imprudentiam ingrediens pollueretur, unde illam inferiis fuiſſe conſecratam dicunt, hoc eſt, lacrymis & luctibus: vel, quod cæſa nunquam revireſcit. *R. Lugebiſque.*] Plinius Diti ſacram cupreſſum dicit, eoque funebri ſigno ante domos poni ſolitam. *Mic. Lugebiſque.*] Cupreſſum rogis adhiberi ſcribit Varro propter gravem uſtrinæ nidorem. amovendi ſcilicet tetri cadaveris gratia. Plin. lib. 16. c. 33.

FAB. IV. *Arg.* Tale nemus, &c.] *Ganymedes Trois filius cum forma cæteris Ilienſibus Phrygia præferretur, & aſſiduis venationibus intereſſet, ne infamiam virentis ætatis ſubiret, Juppiter verſus in aquilam ex Ida monte eum rapuit in cælum, miniſtrumque fecit.* Lact.

144. *Turba volucrumque.*] *Turba* pri. Reg. pri. Baſileenſis, ſec. Vatican. quart. Medic. & tres alii. lib. v. vſ. 301. monui videri ſcribendum, *turba volucriſque.* Heinſ.

148. *Ab Jove, Muſa parens.*] Calliopem Muſam ſibi matrem invocat Orpheus. Ex principio autem hymni Orphei in Jovem hæc ſumpta eſſe videntur.

150. *Plectro graviore.*] Sono graviore, quali bella cantari ſolent. *Gigantes.*] Lib. 1. vſ. 151. & 184. *Gigantas.*] *Gigantas* S. Marci, Bernegger. pri. Pal. prim. Medic. pri. Vatic. Cantabrig. prim. Erfurt. Spirenſ. & duo alii. quomodo & alibi ſæpe. *Heinſ.*

151. *Phlegræis.*] Hos alii in ea parte Macedoniæ quæ poſtea Pallena dicta eſt; Stephan. alii in Theſſalia; in Campania alii ſtatuunt, ubi Forum Vulcani. *Farn. Victricia fulmina.*] *Carmina* octo ex melioribus. quod non intelligo quid ſibi velit. *Heinſ.*

152. *Leviore lyra.*] Humiliore ſono amoribus convenienti. *R.*

155. *Phrygii Ganymedis.*] Ganymedes Trois Phrygiæ regis filius à Jove in aqui-

Digitized by Google

Arsit: & inventum est aliquid, quod Jupiter esse
Quam quod erat, mallet. nullâ tamen alite verti
Dignatur; nisi quæ possit sua fulmina ferre.
Nec mora: percusso mendacibus aëre pennis
Abripit Iliaden. qui nunc quoque pocula miscet,
Invitâque Jovi nectar Junone ministrat.
Te quoque, Amyclide, posuisset in æthere Phœbus;
Tristia si spatium ponendi fata dedissent.
Qua licet, æternus tamen es: quotiesque repellit
Ver hiemem, Piscique Aries succedit aquoso;
Tu toties oreris: viridique in cespite flores.
Te meus ante alios genitor dilexit: & orbis

In

aquilam verso raptus fingitur. ἐγὼ Γανυμήδην ἐ σώματος, ἀλλὰ ψυχῆς ἕνεκα ὑπὸ Διὸς δὴ φασὶ θλυμπον ἀνηνεχθῆναι, &c. Xenophon in Sympos. videatur Sabinus, & Cl. Minos in Alciati embl. 4. *Farnab. Ganymedis amore.*] Ex Virgil. 5.

——*puer frondosa regius Ida*——
——*quem præpes ab Ida*
Sublimem pedibus rapuit Jovis armiger uncis.

158. *Nisi qua posset sua fulmina ferre.*] *Portet* vel *portat terra* aut *terris* plerique veteres. *quo portat terra* unus. alius, *qua portet terra.* duo *quæ portat terra. portat terra* prim. Hamburg. Arond. *quæ possit ferre.* Scribe, *quæ possis sua fulmina ferre.* vel,

——*nullâ tamen alite verti*
Dignatus, nisi cui possent sua fulmina ferri.

quod malo. Silius de aquila libro XII.

Illa hostem vestro atque assuetis fulmina ferre
Unguibus incessens.

Hinc *Jovis armiger* aquila dicitur Virgilio lib. V. Nostro lib. XIV. Germanico & Avieno in Aratëis. *Tonantis Armiger* Claudiano; *minister fulminis ales* Horatio; *flammiger ales* & *vector fulminis* Statio. Allusit autem hoc loco Noster ad signum Aquilæ cœleste fulmen unguibus tenentis. *Heinsf. Nisi qua portat sua fulmina terra.*] Periphrasis est aquilæ, quæ fulmina Jovi subministrare dicitur.

160. *Arripit Iliaden.*] *Abripit* Florent. S. Marci, Urbin. Spirensis, & duo alii. bene. vide libro VII. vs .735. *Heinsf. Iliaden.*] Ilii nepotem. R.

161. *Invitaque.*] Ægre ferenti rapti Ganymedis honores, remota à pocillandi ministerio filia sua Hebe. *Farn.*

FAB. V. *Arg.* Te quoque Amyclide.] *Hyacinthus puer fuit formosissimus ab Apolline simul & Zephyro vento adamatus. Qui cum in Apollinis amorem magis inclinaret, ob zelotypiam in se Zephyrum armavit. Cum igitur se disco cum Apolline exerceret, Zephyrus vehementius flare cepit, discumque ab Apolline in aërem conjectum ita repercussit in Hyacinthum, ut ipsum interfecerit. Apollo autem ne tam formosi pueri memoria intereat, ipsum in sui nominis florem commutavit.* R.

162. *Amyclide.*] Fili Amyclæ, qui urbem Amyclas condidit. *Farn.*

164. *Qua licet æternus, &c.*] Non es adeptus æternitatem, qualem Ganymedes; sed qualem potuisti, in florem mutatus, ac verno tempore exoriens, dum Sol Arietis signum ingreditur. *Pont.*

167. *Te meus ante omnes.*] *Ante alios* meliores. deinde *orbis in medio* non *orbe* unus Thuan. paulo ante pro *viridi cespite*

In medio positi caruerunt præside Delphi;
Dum Deus Eurotan, immunitamque frequentat
Sparten; nec citharæ, nec sunt in honore sagittæ:
Immemor ipse sui non retia ferre recusat;
Non tenuisse canes; non per juga montis iniqui
Isse comes: longâque alit assuetudine flammas.
Jamque ferè medius Titan venientis & actæ
Noctis erat, spatioque pari distabat utrimque;
Corpora veste levant, & succo pinguis olivi
Splendescunt, latique ineunt certamina disci.
Quem prius aërias libratum Phœbus in auras
Misit, & oppositas disjecit pondere nubes,

Re-

Boschii liber, quo Gruterus usus, *vivoque.* Horat. *Hic vivum mihi cespitem, hic Verbenas pueri ponite thuraque.* Ausonius Ephemerid. *foculum vivi cespitis* dixit. Calpurnius Eclog. v.

——*tum cespite vivo*
Pone focum.

Val. Flaccus libro v. vs. 61.

——*tum vivo frondens è cespite tellus*
Aggeritur, cineremque Lyco commendat Iäson.

sic scribe. perperam legebatur *frondes & cespite tellus.* sic & *vivax cespes* Fast. iv. vs. 397. *Heinsius. Meus genitor.*] Apollo. Nam Apollinis & Calliopes Musæ filium se esse Orpheus ipse testatur. *R. Orbe.*] Apollo amore Hyacinthi captus deserto oraculo Delphico, juxta Parnassum quem τὸν τῆς γῆς ὀμφαλὸν appellat Strabo lib. 9. ad quem locum vide quos citat Is. Casaubonus. & fab. quam ex Pindaro citat, de duabus columbis à Jove emissis ex Oriente & Occidente, quæ hic convenerint. *Farn.*

169. *Eurotan.*] Fluvius est Laconiæ. *Immunitamque.*] Lacedæmonii mœnibus urbem cingere diu noluerunt, ut qui tuendæ urbi virtutem juvenum sufficere arbitrarentur. *Farn.*

171. *Immemor ipse sui.*] Suæ divinitatis.

173. *Ire comes.*] *Isse* prior Etfurt. & alii quinque. idem Erfurt. *longâ trahit assuetudine flammas*, pro *longaque alit.* Heinf.

176. *Succo.*] Oleo se ungere non lactaturi modo, ut ad 35. vs. lib. 9. dictum, sed & lusuri solebant. *Pinguis oliva.*] *Olivi* meliores. ut apud Statium Theb. vi.

——*pinguique cutem fuscatur olivo.*

Sammonicus cap. 50. *succos inspergere pinguis olivi.* auctor Moreti,

——*Palladii guttas instillat olivi.*

Horat.

——*olivum sanguine viperino cautus vitat.* Idem.

177. *Ineunt certamina disci.*]

——*Levi splendentem sub sidera disco*
Exigeret discum.

Silius lib. 14. Et Statius 6. Thebaid.

——*ahena lubrica massa*
Pondera, vix teto curvatus corpore juxta
Dejicit. Smyrn. lib. 4.

——σόλον πυριήκεά τε βριαρόν τε

Pindar.

Olymp. 10. Μάν@ Ἐνιαλοῦ ἴδιον πύτρῳ χέρα κυκλώσας ὑπὲρ ἄπαντας. *Disci.*] Orbis ex ferro, ære, lapide aut etiam ligno; qui medius loro vice amenti trajectus, in sublime jaciebatur, ut infra præscriptos fines deciderat. Mercurial. Gymnast. l. 2. cap. 12. *Farn.*

180. *De-*

Recidit in ſolidam longo poſt tempore terram
Pondus: & exhibuit junctam cum viribus artem.
Protinus imprudens, actuſque cupidine ludi,
Tollere Tænarides orbem properabat: at illum
Dura repercuſſum ſubjecit in aëra tellus
In vultus, Hyacinthe, tuos. expalluit æquè,
Ac puer, ipſe Deus: collapſosque excipit artus:
Et modo te refovet: modo triſtia vulnera ſiccat:
Nunc animam admotis fugientem ſuſtinet herbis.
Nil proſunt artes. erat immedicabile vulnus.
Ut ſi quis violas, riguove papaver in horto,
Liliaque infringat, fulvis hærentia virgis;
Marcida demittant ſubito caput illa gravatum;
Nec ſe ſuſtineant; ſpectentque cacumine terram.
Sic vultus moriens jacet; & defecta vigore

Ipſa

180. *Decidit.*] Etiam hoc loco *Recidit* vetuſtiores plerique. dictum alibi. *Heinſ.*

181. *Artem.*] Nam ita emittebatur, ut in gyrum ſe volvens recideret in terram. R.

182. *Protinus imprudens actuſque cupidine luſus.*] *Ludi* in multis antiquis. *actuſque cupidine juſſus* Florent. S. Marci, *artiſque cupidine luſus* prim. Gronov. ſec. Pal. ſec. & tert. Medic. Neap. Bernegger. Thuan. pri. Erfurt. pri. Hamb. Spirenſis, aliique non pauci, ſed *artem* præceſſiſſe vidimus. alii aliter. *incumbens* etiam pro *imprudens* prior Erfurt. & unus Leid. *artiſque cupidine ductus* Menagianus, vide quæ notamus l. VIII. vſ. 123. *Heinſ.*

183. *Tænarides.*] Lacon. Tænarus enim Laconiæ promontorium.

184. *Dura.*] Zephyrum Apollinis rivalem & ſibi in amore præfati, vehementius flantem diverſiſſe diſcum in pueri caput, ſcribunt Palæphatus lib. 1. & Tzetzes 1. Chil. 11. & Lucianus in Dialogo Apollinis & Mercurii. *Farn. Repercuſſo ſubjecit in aëre.*] *Repercuſſum in aëra* prim. Medic. Thuan. Spirenſ. & quatuor alii. tum lege *Et vultus, Hyacinthe, tuos.* unus Argent. *repercuſſo ab aëre.* non male. *Heinſ.*

186. *Quam puer.*] *Ac puer* prim. Bononienſis. probe. *Idem.*

190. *Ut ſi quis.*] *Purpureus velut cum flos ſucciſus aratro Langueſcit moriens, laſſove papavera collo Demiſere caput, &c.* Virgil. de Euryalo Æneid. 435. vſ. *Farn. Rigmoque papavera in horto.*] *Riguove papaver* Neapol. Arondel. & ſex alii. *Heinſ.*

191. *Fulvis hærentia linguis.*] *Lignis* Florent. S. Marci, Thuan. Spirenſ. uterque Erfurt. aliique complures. *truncis* pri. Gronov. & unus Mediceus. quod ipſi Gronovio arridebat. *ſignis* duo alii. *virgis* prim. Moreti, Arondel. pri. Reg. ſec. Palat. Neapol. ſec. Medic. Oxon. Excerpta Mureti, & præterea non pauci. quod ſequor. Statius Theb. VII. de roſis, *informes ornat ſua gloria virgas.* Ad rem Plinius lib. XXI. cap. V. de liliis, *Nec ullis florum excelſitas major, interdum cubitorum trium, languido ſemper collo, & non ſufficiente capitis oneri.* virgæ liliorum recte fulvæ dicuntur, cum infractæ fulveſcant virides cæteroquin. Poſſet tamen & legi, *virgis hærentia longis.* Idem.

194. *Sic vultus moriens jacet, &c.*] *Vultum* unus meus. alius *vultu.* Scribe, & redde Naſoni ſuos numeros.

Sic

Ipſa ſibi eſt oneri cervix; humeroque recumbit.
Laberis, Oebalide, primâ fraudate juventâ,
Phœbus ait: videoque tuum mea crimina vulnus.
Tu dolor es, facinuſque meum. mea dextera leto
Inſcribenda tuo eſt. ego ſum tibi funeris auctor.
Quæ mea culpa tamen? niſi ſi luſiſſe, vocari
Culpa poteſt. niſi culpa poteſt, & amaſſe, vocari;
Atque utinam pro te vitam, tecumve liceret
Reddere! ſed quoniam fatali lege tenemur;
Semper eris mecum, memorique hærebis in ore.
Te lyra pulſa manu, te carmina noſtra ſonabunt:
Floſque novus ſcripto gemitus imitabere noſtros.
Tempus & illud erit; quo ſe fortiſſimus heros
Addat in hunc florem; folioque legatur eodem.
Talia dum vero memorantur Apollinis ore,
Ecce cruor, qui fuſus humi ſignaverat herbam;
Deſinit eſſe cruor: Tyrioque nitentior oſtro

Flos

Sic vultu moriente jacet. defecta vigore &c.
niſi altius mendum putas ſubeſſe, & ſcribendum, *Sic vultus moriens flaccet.* quod proprium huic rei verbum. vel *marcet* & tum ſupra pro *Marcida* ſit reponendum *Flaccida.* Vide Nonium in *Flacco.* pro quo *Flacceſcere* magis in uſu. ſic *egrere, pigrere, ſenere* veteres dicebant, *dulcere, lentere.* & ſimilia. de quibus Nonius copioſe. *Idem.*

196. *Oebalide.*] Oebali urbs eſt Laconiæ. Micyllus per Prolepſin dictum vult ab Oebalo Hyacinthi nepote ex Cynorta fratre. Apollo ipſe apud Lucianum dict. dial. ἐρώμενον παιδὸς τὸν Λάκωνα τῦ Οἰβάλυ. Farn.

197. *Videoque tuum, mea crimina, vulnus.*] Elegans appoſitio: cui non diſſimile illud Virg. 9. Æneid. *nec te, tua funera, produxi.*

203. *Quod quoniam fatali lege tenemur.*] *Tenemur* plerique vetuſtiores. at Bernegger. excerpta Jureti, duo Leidenſ. & alii quindecim, *ſed quoniam fatali lege teneamur. teneri legibus* formula Juris. ut in illo, *patria teneor nec legibus ullis* apud Maronem. Neque aliter Cicero paſſim, & Livius, & cæteri ex optimis ſcriptores. etiam Lucretius lib. 11.

Sed ne forte putes animalia ſola teneri
Legibus his.

ſed tenetur Arondel. *quod tenetur* prim. Hamburg. & duo alii. *Heinſ.*

206. *Scripto.*] Literis. nam in Hyacintho flore *ai* ſyllaba gemitum ſignificans bis inſcripta videtur. *R. Scripto.*] Mox. vſ. 215.

207. *Fortiſſimus.*] Ajax Telamonis, è cujus ſanguine natus flos hyacinthus. *Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus,*
Litera communis mediis puereque virique
Inſcripta eſt foliis: hac nominis: illa querelæ. 13. lib. vſ. 396. unde liquet ſcribendum non hya, ut in vulgatis, ſed *ai ai.* Farn.

208. *Folioque legatur eodem.*] Nam in Hyacinthi foliis (ut dixi) prima ſyllaba hujus nominis *aiai* inſcripta videtur. *Raph.*

210. *Qui fuſus humo.*] *Humi* meliores. *Heinſ.*

213. *Pur-*

Digitized by Google

Flos oritur; formamque capit, quam lilia: si non
Purpureus color huic, argenteus esset in illis.
Non satis hoc Phœbo est. is enim auctor honoris.
Ipse suos gemitus foliis inscribit: & ai ai
Flos habet inscriptum: funestaque littera ducta est.
Nec genuisse pudet Sparten Hyacinthon: honorque
Durat in hoc ævi: celebrandaque more priorum
Annua prælatâ redeunt Hyacinthia pompâ.
At si forte roges fœcundam Amathunta metalli,
An

213. *Purpureus color his.*] *Hæc* nempe flori, cum uno meo, & uno Voss. *Idem.*

215. *Et ai ai.*] Monstra lectionum sunt in antiquis libris, *& γα, & ae, & αγ. & ια, & αια, & εε. & εαε, & αε αε.* pluraque hujus notæ. vulgata scriptura sincera est. Moschus Epicedio Bionis,

Ναῦ, ὑάκινθε, λάλει τὰ σὰ γράμματα, καὶ πλέον αἰ αἰ

Λάμβανε σοῖς πετάλοισι.

pro vulgata etiam stat illud Nostri,

—— *cum se fortissimus Ajax*
Addat in hunc florem, folioque legatur eodem.

hinc Virgilio *inscripti nomina regum flores* hyacinthi dicuntur. ubi Servius cum Probo insigniter nugatur, cum negat Ajacis nomen hyacinthis esse inscriptum, sed *Hya*, primas Hyacinthi literas. Plinius l. XXI. cap. XI. de hoc flore, *ita discurrentibus venis, ut Græcarum literarum figura Ai legatur inscripta.* hinc ἄγραπτα ὑάκινθος Theocrito dicta Idyll. X. ubi Scholiastes inter cætera, διὰ τοῦτο ἔχειν ἐγγεγραμμένον ἀρχὴν τὸ ὀνόματος τὸ Αἴαντος. Nonnus Dionys. lib. III.

Γράμματα δενδρύεντα φιλοκλαύτων ὑακίνθων.

& mox.

Ἄλλυτον αὐτοκίλευστον ἐπιγράψας ὑακίνθῳ. Heins.

Ai ai.] Ita apud Sophoclem Ajax: Αἴ. αἴ. τίς ἂν πάλαι φθὰς ὧδε ἐπάνυμον τ' ἐμὸν ξύνοικον ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς; adstipulante Plinio l. 21. c. 11. Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum præferens ejus quem Apollo dilexerat; aut ex Ajacis cruore editi, ita discordantibus venis, ut Græcarum literarum figura Ai legatur inscripta. Lege quæ Rigaltius in Tertullianum de coronis, & quæ G. Sabinus referat de ejusmodi flore ad Laz. Bonamicum Alexandria allato. quin & Planudes vertit: καὶ αἰ αἰ τὸ ἀνθος ἔχει δὲ γεγραμμένον. *Farn.*

217. *Nec genuisse pudet.*] *Genuisse* vetustiores. sequentia id requirunt. *Heins. Nec genuisse pudet Sparten Hyacinthum.*] Non simpliciter de loco seu patria accipiendum, sed & de persona Sparta. fuit enim hæc uxor Lacedæmonis, mater Amyclæi, ipsiusque Hyacinthi avia. ut Paus. tradit. *Micyl.*

219. *Hyacinthia.*] Horum festorum meminit Pausanias bis in Laconicis: ἐν Ταινάρῳ τοῖς, πρὸ τῆς τοῦ Ἀπόλλωνος θυσίας ἐς τοῦτον, Ταινάρῳ τὸν βωμὸν διὰ θύρας χαλκῆς ἐναγίζουσι. & in Messenicis. *Farn.*

FAB. VI. *Arg.* At si forte roges.] *Per comparationem ostendit Orpheus puerōs formosos & Diis placuisse, & maximo ornamento suis fuisse civitatibus; puellas vero contra & Diis perquam displicuisse, & maximo suas urbes dedecore affecisse. Nam Propœtides quadam Venerem Deam esse negare ausæ, non minore sunt odio civibus suis quam Cerastæ quidam, qui in ara hospites immolabant, quos ut Venus in juvencos convertit, ita Propœtidas & sua corpora primas*

Digitized by Google

Quam natura prior, ſaxo per corpus oborto:
Quique in ſe crimen traxit; voluitque videri
Olenos eſſe nocens: tuque ô confiſa figuræ,
Infelix Lethæa, tuæ; junctiſſima quondam
Pectora, nunc lapides, quos humida ſuſtinet Ide.
Orantem, fruſtraque iterum tranſire volentem,
Portitor arcuerat. ſeptem tamen ille diebus
Squallidus in ripâ Cereris ſine munere ſedit.
Cura dolorque animi, lacrymæque alimenta fuêre.
Eſſe Deos Erebi crudeles queſtus, in altam
Se recipit Rhodopen, pulſumque Aquilonibus Hæmon.
Tertius æquoreis incluſum Piſcibus annum
Finierat Titan: omnemque refugerat Orpheus
Fœmineam Venerem; ſeu quod male ceſſerat illi;
Sive fidem dederat. multas tamen ardor habebat
Jungere ſe vati: multæ doluêre repulſæ.
Ille etiam Thracum populis fuit auctor, amorem
In teneros transferre mares: citraque juventam
Ætatis breve ver, & primos carpere flores.
Collis erat, collemque ſuper planiſſima campi
Area:

68. *Quique.*] Lethæa forma ſua freta, ſe Deabus prætulit. Cujus ſuperbiam cum illæ jam ultræ eſſent, uxoris crimen in ſe tranſtulit Olenus, ſupplicio interveniens. una itaque cum uxore in lapidem fuit converſus. Turneb. lib. 1. cap. 23. legit, *tuque ô confixa figura Infelix Lætheatua.* atque interpretatur: tu, ô Lethæa, cum figura tua in lapidem obriguiſti. Mei certe membranei manu exarati habent, *tuque ô confiſa figura Infelix Lathaa tua* Farn.

69. *Olenus.*] *Olenos* veteres majori ex parte & *confiſa figura tua*, non *figurá tuâ*. ut apud Lucanum libro x.

Quem forma confiſa ſua Cleopatra ſine ullis
Triſtis adit lacrymis.

pro *Lathaa* unus Medic. *Letheti. Lethae* prim. Strozzæ, & ſec. Med. & Florent. S. Marci, à manu ſecunda, Neapol. *Lethie.* lege *Lethæi.* Heinſ.

71. *Humida.*] Πολυτιδαξ, fontibus ſcatens. *Farn.*

73. *Portitor arguerat.*] *Arcuerat* tres ſcripti præter Bernegger. & Thuanenſ. vere. *Heinſ.*

77. *Pulſumque Aquilonibus Hæmon.*] Montes ſunt Thraciæ Rhodope & Hæmus Boreæ obnoxii. *R.*

78. *Tertius.*] Tertia jam vice Sol emenſus fuerat Zodiacum, cujus ultimum ſignum *Piſces.* Farn. *Æquoreis piſcibus.*] Ita & veteres. Scribe nihilominus *ætherei piſcibus.* de ſigno enim cœleſti hic agitur. paulo ante *Hæmon* pro *Hæmum* tres ſcripti. ſic & alibi non ſemel. *Heinſ.*

FAB. II. *Arg.* Collis erat, &c.] *Ad cantus Orphei deſiderantis conſuetudinem conjugis, cum plurima animalia corpora vocis dulcedine convenissent, & in hoc*

Area: quam viridem faciebant graminis herbæ.
Umbra loco deerat. qua poſtquam parte reſedit
Dîs genitus vates, & fila ſonantia movit;
Umbra loco venit. non Chaonis abfuit arbos,
Non nemus Heliadum, non frondibus eſculus altis,
Nec tiliæ molles, nec fagus, & innuba laurus.
Et coryli fragiles, & fraxinus utilis haſtis,
Enodiſque abies, curvataque glandibus ilex,
Et platanus genialis, acerque coloribus impar,
Amnicolæque ſimul ſalices, & aquatica lotos,
Perpetuóque virens buxus, tenueſque myricæ,
Et bicolor myrtus, & baccis cærula tinus:
Vos quoque flexipedes hederæ veniſtis, & una
Pam-

etiam arbores è ſuis montibus elicita, inter quas ſtupens cantibus Pinus Cybeles montis, qui in Phrygia eſt, in quam Atys matris Deum antiſtes mutatus eſt. Alii ſerunt fuiſſe cum filium, alii paſtorem. Lact.

87. *Area, quam.*] Orpheum hoc theatrum Noſtro lib. I. v. 22. & Martiali 21. epigr. lib. Spectacul. *Farn.*

89. *Diis genitus vates.*] Orpheus Apollinis & Calliopes filius.

90. *Chaonis.*] Quercus qua Chaonia, olim Moloſſia, in Epiro abundat.

91. *Nemus.*] Populeum. l. 2. v. 340. Sed adi Indicem poëticum noſtrum, tit. *Arbores.* quibus adde quæ Seneca in Oedipo. v. 350. *Farn. Heliadum.*] Solis filiarum. *Helios* enim Sol dicitur. *Frondibus eſculus altis.*] Noſtri omnes *frondibus.* quomodo etiam Scholiaſtes Statii agnoſcit Theb. VI. ſic libro XI.

——*non altâ fronde virentem*
Ilice detraxit virgam.

paulo ante *arbos* duo veteres. *Heinſ.*

92. *Et innuba Laurus.*] Innupta virgo Daphne. ℛ. *Innuba.*] Lib. I. verſ. 478. *Farn.*

95. *Platanus genialis.*] Genio ac voluptati dicata. *Acerque.*] Unde acernæ menſæ, poſt citreas in pretio apud priſcos fuiſſe ſcribuntur. ℛ. *Genialis.*] Umbram hoſpitalem præbens convivantibus. Virg. 4. Georg. *miniſtrantem platanum potantibus umbram. Coloribus.*] Criſpo macularum diſcurſu varia. Plin. 16. c. 15. *Farn.*

96. *Amnicolæ ſalices.*] Juxta fluvios naſcentes.

98. *Baccis cærula ficus.*] *Pinus* Florent. S. Marci, Spirenſis, prim. Medic. & tres alii. neque aliter Scholiaſtes Statii. quod tamen ferri non poteſt, cum *pinus* poſtea ſequatur. *cinus* Langermanni codex. quod ex ſuo etiam notavit Conſtantius Fanenſis. Scribendum *timus*, ut jam monuimus ad lib. III. Art. Amat. vſ. 692. ubi vide quæ noto. pro *buxus* paulo ante *buxum* idem S. Marci codex. ut Art. Amat. lib. III.

Nec denſum foliis buxum fragileſque myricæ. Heinſ.

99. *Flexipedes.*] Ciſſos adoleſcens fuit hiſtrio & ſaltator Liberi patris; qui dum thyaſos exerceret; in profundum terræ hiatum caſu lapſus, interiit. Tellus in gratiam Bacchi pro juvene remiſit hederæ fruticem, quæ nunc etiam flexipes eſt, implicitos ſtaticulorum nexus imitata. ex Geoponicis Parrhaſius. *Farn. Vos quoque flexipedes, &c.*] Cum enim edera flexuoſis & errabundis flagellis per humum ſerpat, velutque pedibus flexis & curvis erret, *flexipes* accommodatiſſime dicta eſt. Ea eſt ſacra Baccho. *Pont. Et una Pampineæ vites & amictæ vitibus ulmi.*]

Pampineæ vites, & amictæ vitibus ulmi:
Ornique, & piceæ, pomoque onerata rubenti
Arbutus, & lentæ victoris præmia palmæ:
Et ſuccincta comas, hirſutaque vertice pinus;
Grata Deûm matri. ſiquidem Cybeleïus Attis
Exuit hac hominem; truncoque induruit illo.
Adfuit huic turbæ metas imitata cupreſſus,
Nunc arbor, puer ante Deo dilectus ab illo,
Qui citharam nervis, & nervis temperat arcus.
Namque ſacer Nymphis Carthæa tenentibus arva
Ingens cervus erat: latéque patentibus altas
Ipſe ſuo capiti præbebat cornibus umbras:
Cornua fulgebant auro: demiſſaque in armos
Pendebant tereti gemmata monilia collo.
Bulla ſuper frontem parvis argentea loris
Vincta movebatur: parilique ex ære nitebant
Au-

mi.] Ita conſtanter libri veteres. Repono nihilominus *& mvâ amicta vites.* Scholiaſtes Statii & quatuor ſcripti *amica.* perperam, quod Conſtantio tamen Fanenſi arridebat ex illis Plinii lib. XVI. *vitiumque amicitiâ accipitur ulmus.* Vide quæ notamus ad lib. I. Faſtor. vſ. 153. alter Erfurtanus, *& amata.* Heinſ.

103. *Et ſuccincta comas.*] Nam pinus in vertice ſolum frondes emittit.

104. *Grata Deum matri.*] Cybele. *R. Grata.*] Puer à Cybele amatus, qui cum in Sagaritide nympha peccaſſet, in furorem verſus ſe caſtravit, mox à Dea in pinum verſus eſt. De quo poſt cæteros Mythologos legatur Gyraldus Syntagm. 4. & Catulli Galliambicum, & Arnobius 5. lib. & Diodorus Sic. l. 4. *Farn.*

FAB. III. *Arg.* Affuit huic turbæ metas imitata, &c.] *Cypariſſus Amyclei filius ex inſula Cea fuit: hunc Apollo dilexit, & propter Cervum patientem manus, quem per imprudentiam ſagitta tranſfixum interemerat, manus afferentem ſibi, periculo eripuit, & protinus in arborem genitivi nominis vertit.* Lact.

106. *Affuit huic turba.*] Cypariſſus puer fuit formoſiſſimus, Apollini gratus, qui cervum, quem in deliciis habebat, cum imprudens occidiſſet, tanto eſt affectus dolore, ut cum mori omnino vellet, in arborem cupreſſum ab Apolline fuerit commutatus. *Metam.*] Κυπαρισσος, metæ modo in acutum ſurgens pyramidalis. Virgil. 3. Æneid. *conſerit cypariſſi.* hinc etym. ἀπὸ τῦ κύειν παρὰ τὰς ἀμβλώσεις.

107. *Deo illo.*] Apolline, qui citharæ & arcu æquè claret.

109. *Carthæa.*] Eſt Carthæa una ex quatuor urbibus Ceæ inſ. è numero Cycladum, Cypariſſi patria.

110. *Ingens.*] Adumbratus hic cervus eſt ad illum Sylviæ & Tyrrhidarum. Æneid. 7. ſed huic cultus elegantior. *Patentibus.*] Pataliſ ſcil. cervus, Ariſt. l. 9. hiſt. ad animalium παττακλίας. Farn.

115. *Parileſque ætate nitebant Auribus è geminis.*] *Parilique* & *in gemmis* plerique meliores. pro *ætate*, quod incaſtigatum eſt, unus Gronovii *ex arte*, unus Medic. *in cere*, unus meus, *a mane*. multi, *parilique nitore.* Scribe cum ſec. Vatic. quam

Auribus in geminis circum cava tempora baccæ.
Iſque metu vacuus, naturalique pavore
Depoſito, celebrare domos, mulcendaque colla
Quamlibet ignotis manibus præbere ſolebat.
Sed tamen ante alios, Ceæ pulcerrime gentis,
Gratus erat, Cypariſſe, tibi. tu pabula cervum
Ad nova, tu liquidi ducebas fontis ad undam:
Tu modo texebas varios per cornua flores:
Nunc, eques in tergo reſidens, huc latus & illuc
Mollia purpureis frænabas ora capiſtris.
Æſtus erat, mediuſque dies: Soliſque vapore
Concava littorei fervebant brachia Cancri.
Feſſus in herbosâ poſuit ſua corpora terrâ
Cervus: & arboreâ ducebat frigus ab umbrâ.
Hunc puer imprudens jaculo Cypariſſus acuto
Fixit: &, ut ſævo morientem vulnere vidit,
Velle mori ſtatuit. quæ non ſolatia Phœbus
Dixit? & ut leviter, pro materiaque doleret,
Admonuit. gemit ille tamen: munuſque ſupremum
Hoc petit à Superis; ut tempore lugeat omni.
Jamque, per immenſos egeſto ſanguine fletus,
In viridem verti cœperunt membra colorem;
Et modo, qui nivea pendebant fronte capilli,

Hor-

quarto Mediceo, & tribus aliis. *pariliquo ex ære.*

116. *Bacca.*] Margaritæ, uniones.

120. *Cea gentis.*] Cea inſula eſt Ægæi, unde Ceus, a, um. derivatur. R.

121. *Cypariſſe.*] Silvani hanc fuiſſe amaſium tradit Servius ad verſ. 20. 1. Georg. Virg. cervam manſuetam à Sylvano inſcio interemptam, hinc puerum dolore extinctum à Sylvano in arborem verſum. Pierius l. 2. Hieroglyph. Aſclepiadem citat auctorem, nomen huic arbori inditum à Cypariſſa filia Boreæ regis Celtarum. Didymus Cypariſſos Eteoclis filias fuiſſe dicit, quæ choreas ducentes in puteum devolutæ, à Tellure vicem earum miſerata in arbores verſæ ſunt. *Farn.*

122. *Undas.*] *Undam* ſcripti plerique *Heinſ.*

123. *Tu modo texebas.*] Primus & ſec. Medic. Neapol. Spirenſ. pri. Hamburg. & quatuor alii, *tendebas.* tres *ſternebas* cum fragmento Cæſenati, S. Marci veterrimo libro, & ſec. Palat. *ſibi texebas* Cantabrig. *ſpargebas* unus Leidenſ. *terrebas.* unus Voſſ. *Idem.*

124. *Huc latus & illuc.*] Scribe *latus.* à ferendo. & ſic unus Mediceus. Poſſet & *vectus* Idem.

128. *Sua corpora.*] *Tergora* unus Gronov. alii *brachia* vel *pectora.* Idem.

Horrida cæſaries fieri : ſumtoque rigore
Sidereum gracili ſpectare cacumine cælum.
Ingemuit, triſtisque Deus, Lugebere nobis,
Lugebisque alios, aderisque dolentibus, inquit.
Tale nemus vates attraxerat : inque ferarum
Concilio medius, turbæ volucrumque ſedebat.
Ut ſatis impulſas tentavit pollice chordas;
Et ſenſit varios, quamvis diverſa ſonarent,
Concordare modos; hoc vocem carmine movit:
Ab Jove, Muſa parens, (cedunt Jovis omnia regno)
Carmina noſtra move. Jovis eſt mihi ſæpe poteſtas
Dicta prius. cecini plectro graviore Gigantas,
Sparſaque Phlegræis victricia fulmina campis.
Nunc opus eſt leviore lyrâ : pueroſque canamus
Dilectos Superis; inconceſſisque puellas
Ignibus attonitas meruiſſe libidine pœnam.
Rex Superûm Phrygii quondam Ganymedis amore
Arſit:

142. *Lugebiſque alios.*] Hoc ex Romana conſuetudine dictum eſt. Nam (ut Servius ſcribit) cupreſſi rami ante fores domus in qua eſſet cadaver, ponebantur, ne quis per imprudentiam ingrediens pollueretur, unde illam inferiis fuiſſe conſecratam dicunt, hoc eſt, lacrymis & luctibus: vel, quod cæſa nunquam revireſcit. *R. Lugebiſque.*] Plinius Diti ſacram cupreſſum dicit, eoque funebri ſigno ante domos poni ſolitam. *Mic. Lugebiſque.*] Cupreſſum rogis adhiberi ſcribit Varro propter gravem uſtrinæ nidorem. amovendi ſcilicet tetri cadaveris gratia. Plin. lib. 16. c. 33.

FAB. IV. *Arg.* Tale nemus, &c.] *Ganymedes Trois filius cum forma cæteris Ilienſibus Phrygia præferretur, & aſſiduis venationibus intereſſet, ne infamiam virentis ætatis ſubiret, Jupiter verſus in aquilam ex Ida monte eum rapuit in cælum, miniſtrumque fecit.* Lact.

144. *Turba volucrumque.*] *Turba* pri. Reg. pri. Baſileenſis, ſec. Vatican. quart. Medic. & tres alii. lib. v. vſ. 301. monui videri ſcribendum, *turba volucriſque.* Heinſ.

148. *Ab Jove, Muſa parens.*] Calliopem Muſam ſibi matrem invocat Orpheus. Ex principio autem hymni Orphei in Jovem hæc ſumpta eſſe videntur.

150. *Plectro graviore.*] Sono graviore, quali bella cantari ſoleat. *Gigantes.*] Lib. 1. vſ. 151. & 184. *Gigantes.*] *Gigantas* S. Marci, Bernegger. pri. Pal. prim. Medic. pri. Vatic. Cantabrig. prim. Erfurt. Spirenſ. & duo alii. quomodo & alibi ſæpe. *Heinſ.*

151. *Phlegræis.*] Hos alii in ea parte Macedoniæ quæ poſtea Pallena dicta eſt; Stephan. alii in Theſſalia; in Campania alii ſtatuunt, ubi Forum Vulcani. *Farn. Victricia fulmina.*] *Carmina* octo ex melioribus. quod non intelligo quid ſibi velit. *Heinſ.*

152. *Leviore lyra.*] Humiliore ſono amoribus convenienti. *R.*

155. *Phrygii Ganymedis.*] Ganymedes Trois Phrygiæ regis filius à Jove in aqui-

Arsit : & inventum est aliquid, quod Jupiter esse
Quam quod erat, mallet. nullâ tamen alite verti
Dignatur; nisi quæ possit sua fulmina ferre.
Nec mora : percusso mendacibus aëre pennis
Abripit Iliaden. qui nunc quoque pocula miscet,
Invitâque Jovi nectar Junone ministrat.

Te quoque, Amyclide, posuisset in æthere Phœbus;
Tristia si spatium ponendi fata dedissent.
Qua licet, æternus tamen es : quotiesque repellit
Ver hiemem, Piscique Aries succedit aquoso;
Tu toties oreris : viridique in cespite flores.
Te meus ante alios genitor dilexit : & orbis

In

aquilam verso raptus fingitur. ἐγὼ Γανυμήδην τὸ σῶμα τὸ, ἀλλὰ ψυχῆς ἕνεκα ὑπὸ Διὸς δὴ φημὶ θλυμπον ἀνενεχθῆναι, &c. Xenophon in Sympos. videatur Sabinus, & Cl. Minos in Alciati embl. 4. *Farnab. Ganymedis amore.*] Ex Virgil. 5.

——*puer frondosa regius Ida*——
——*quem præpes ab Ida*
Sublimem pedibus rapuit Jovis armiger uncis.

158. *Nisi qua posset sua fulmina ferre.*] *Portet* vel *portat terra* aut *terris* plerique veteres. *quo portat terra* unus. alius, *qua portet terra.* duo *qua portet terra. portat terra* prim. Hamburg. Arond. *qua possit ferre.* Scribe, *qua possit sua fulmina ferre.* vel,

——*nullâ tamen alite verti*
Dignatus, nisi cui possent sua fulmina ferri.

quod malo. Silius de aquila libro XII.

Illa hostem vostro atque assuetis fulmina ferre
Unguibus incessens.

Hinc *Jovis armiger* aquila dicitur Virgilio lib. V. Nostro lib. XIV. Germanico & Avieno in Aratëis. *Tonantis Armiger* Claudiano; *minister fulminis ales* Horatio; *flammiger ales* & *vector fulminis* Statio. Allusit autem hoc loco Noster ad signum Aquilæ cœleste fulmen unguibus tenentis. *Heinf. Nisi qua portat sua fulmina terra.*] Periphrasis est aquilæ, quæ fulmina Jovi subministrare dicitur.

160. *Arripit Iliaden.*] *Abripit* Florent. S. Marci, Urbin. Spirensis, & duo alii. bene. vide libro VII. vs .735. *Heinf. Iliaden.*] Ilii nepotem. *R.*

161. *Invitaque.*] Ægre ferenti rapti Ganymedis honores, remota à pocillandi ministerio filia sua Hebe. *Farn.*

FAB. V. *Arg.* Te quoque Amyclide.] *Hyacinthus puer fuit formosissimus ab Apolline simul & Zephyro vento adamatus. Qui cum in Apollinis amorem magis inclinaret, ob zelotypiam in se Zephyrum armavit. Cum igitur se disco cum Apolline exerceret, Zephyrus vehementius flare cœpit, discumque ab Apolline in aërem conjectum ita repercussit in Hyacinthum, ut ipsum interfecerit. Apollo autem ne tam formosi pueri memoria intereret, ipsum in sui nominis florem commutavit.* R.

162. *Amyclide.*] Fili Amyclæ, qui urbem Amyclas condidit. *Farn.*

164. *Qua licet æternus, &c.*] Non es adeptus æternitatem, qualem Ganymedes; sed qualem potuisti, in florem mutatus, ac verno tempore exoriens, dum Sol Arietis signum ingreditur. *Pont.*

167. *Te meus ante omnes.*] *Ante alios* meliores. deinde *orbis in medio* non *orbe* unus Thuan. paulo ante pro *viridi cespite*

In medio poſiti caruerunt præſide Delphi;
Dum Deus Eurotan, immunitamque frequentat
Sparten; nec citharæ, nec ſunt in honore ſagittæ:
Immemor ipſe ſui non retia ferre recuſat;
Non tenuiſſe canes; non per juga montis iniqui
Iſſe comes: longâque alit aſſuetudine flammas.
Jamque ferè medius Titan venientis & actæ
Noctis erat, ſpatioque pari diſtabat utrimque;
Corpora veſte levant, & ſucco pinguis olivi
Splendeſcunt, latique ineunt certamina diſci.
Quem prius aërias libratum Phœbus in auras
Miſit, & oppoſitas disjecit pondere nubes,

Re-

Boſchii liber, quo Gruterus uſus, *vivoque*. Horat. *Hic vivum mihi cæſpitem, hic Verbenas pueri ponite thuraque.* Auſonius Ephemerid. *foculum vivi cæſpitis* dixit. Calpurnius Eclog. v.

——— *tum cæſpite vivo*
Pone focum.

Val. Flaccus libro v. vſ. 61.

——— *tum vivo frondens è cæſpite tellus*
Aggeritur, cineremque Lyco commendat Iäſon.

ſic ſcribe. perperam legebatur *frondes & cæſpite tellus.* ſic & *vivax ceſpes* Faſt. IV. vſ. 397. *Heinſius. Meus genitor.*] Apollo. Nam Apollinis & Calliopes Muſæ filium ſe eſſe Orpheus ipſe teſtatur. *R. Orbe.*] Apollo amore Hyacinthi captus deſerto oraculo Delphico, juxta Parnaſſum quem τὸν τῆς γῆς ὀμφαλὸν appellat Strabo lib. 9. ad quem locum vide quos citat Iſ. Caſaubonus. & fab. quam ex Pindaro citat, de duabus columbis à Jove emiſſis ex Oriente & Occidente, quæ hic convenerint. *Farn.*

169. *Eurotan.*] Fluvius eſt Laconiæ. *Immunitamque.*] Lacedæmonii mœnibus urbem cingere diu noluerunt, ut qui tuendæ urbi virtutem juvenum ſufficere arbitrarentur. *Farn.*

171. *Immemor ipſe ſui.*] Suæ divinitatis.

173. *Ire comes.*] *Iſſe* prior Erfurt. & alii quinque. idem Erfurt. *longâ trahit aſſuetudine flammas*, pro *longaque alit.* Heinſ.

176. *Succo.*] Oleo ſe ungere non lactaturi modo, ut ad 35. vſ. lib. 9. dictum, ſed & luſuri ſolebant. *Pinguis oliva.*] *Olivi* meliores. ut apud Statium Theb. VI.

——— *pinguique cutem fuſcatur olivo.*

Sammonicus cap. 50. *ſuccos inſpergere pinguis olivi.* auctor Moreti,

——— *Palladii guttas inſtillat olivi.*

Horat.

——— *olivum ſanguine viperino cautus vitat.* Idem.

177. *Ineunt certamina diſci.*]

——— *Levi ſplendentem ſub ſidera diſcum*
Exigeret diſcum.

Silius lib. 14. Et Statius 6. Thebaid.

——— *ahena lubrica maſſa*
Pondera, vix toto curvatus corpore juxta
Dejicit. Smyrn. lib. 4.

——— σόλον πεμμήκεά τε βέγαρόν τε

Pindar.

Olymp. 10. Μακὼν δ' Ἐπειὸς ἕλαν πέτρᾳ χέρα κυκλώσας ὑπὲρ ἄκρωνας. *Diſci.*] Orbis ex ferro, ære, lapide aut etiam ligno; qui medius loro vice amenti trajectus, in ſublime jaciebatur, ut infra præſcriptos fines decideret. Mercurial. Gymnaſt. l. 2. cap. 12. *Farn.*

180. *De-*

Recidit in ſolidam longo poſt tempore terram
Pondus : & exhibuit junctam cum viribus artem.
Protinus imprudens, actuſque cupidine ludi,
Tollere Tænarides orbem properabat : at illum
Dura repercuſſum ſubjecit in aëra tellus
In vultus, Hyacinthe, tuos. expalluit æquè,
Ac puer, ipſe Deus : collapſosque excipit artus :
Et modo te refovet : modo triſtia vulnera ſiccat :
Nunc animam admotis fugientem ſuſtinet herbis.
Nil proſunt artes. erat immedicabile vulnus.
Ut ſi quis violas, riguove papaver in horto,
Liliaque infringat, fulvis hærentia virgis ;
Marcida demittant ſubito caput illa gravatum ;
Nec ſe ſuſtineant ; ſpectentque cacumine terram.
Sic vultus moriens jacet ; & defecta vigore

Ipſa

180. *Decidit.*] Etiam hoc loco *Recidit* vetuſtiores plerique. dictum alibi. *Heinſ.*

181. *Artem.*] Nam ita emittebatur, ut in gyrum ſe volvens rediret in terram. *R.*

182. *Protinus imprudens actuſque cupidine luſus.*] *Ludi* in multis antiquis. *actuſque cupidine juſſus* Florent. S. Marci, *artiſque cupidine luſus* prim. Gronov. ſec. Pal. ſec. & tert. Medic. Neap. Bernegger. Thuan. pri. Erfurt. pri. Hamb. Spirenſis, aliique non pauci, ſed *artem* præceſſiſſe vidimus. alii aliter. *incumbens* etiam pro *imprudens* prior Erfurt. & unus Leid. *artiſque cupidine ductus* Menagianus, vide quæ notamus l. VIII. vi. 123. *Heinſ.*

183. *Tænarides.*] Lacon. Tænarus enim Laconiæ promontorium.

184. *Dura.*] Zephyrum Apollinis rivalem & ſibi in amore prælati, vehementius flantem divertiſſe diſcum in pueri caput, ſcribunt Palæphatus lib. 1. & Tzetzes 1. Chil. 11. & Lucianus in Dialogo Apollinis & Mercurii. *Farn. Repercuſſo ſubjecit in aëre.*] *Repercuſſum in aëra* prim. Medic. Thuan. Spirenſ. & quatuor alii. tum lege *Et vultus, Hyacinthe, tuos.* unus Argent. *repercuſſo ab aëre.* non male. *Heinſ.*

186. *Quam puer.*] *Ac puer* prim. Bononienſis. probe. *Idem.*

190. *Ut ſi quis.*] *Purpureus veluti cum flos ſucciſus aratro Langueſcit moriens, laſſove papavera collo Demiſere caput, &c.* Virgil. de Euryalo Æneid. 435. vſ. *Farn. Riguoque papavera in horto.*] *Riguove papaver* Neapol. Arondel. & ſex alii. *Heinſ.*

191. *Fulvis hærentia linguis.*] *Lignis* Florent. S. Marci, Thuan. Spirenſ. uterque Erfurt. aliique complures. *truncis* pri. Gronov. & unus Mediceus. quod ipſi Gronovio arridebat. *ſignis* duo alii. *virgis* prim. Moreti, Arondel. pri. Reg. ſec. Palat. Neapol. ſec. Medic. Oxon. Excerpta Mureti, & præterea non pauci. quod ſequor. Statius Theb. VII. de roſis, *informes ornat ſua gloria virgas.* Ad rem Plinius lib. XXI. cap. V. de liliis, *Nec ulli florum excelſitas major, interdum cubitorum trium, languido ſemper collo, & non ſufficiente capitis oneri.* virgæ liliorum recte fulvæ dicuntur, cum infractæ fulveſcant virides cæteroquin. Poſſet tamen & legi, *virgis hærentia longis.* Idem.

194. *Sic vultus moriens jacet, &c.*] *Vultum* unus meus. alius *vultu.* Scribe, & redde Naſoni ſuos numeros.

Sic

Ipſa ſibi eſt oneri cervix; humeroque recumbit.
Laberis, Oebalide, primâ fraudate juventâ,
Phœbus ait: videoque tuum mea crimina vulnus.
Tu dolor es, facinuſque meum. mea dextera leto
Inſcribenda tuo eſt. ego ſum tibi funeris auctor.
Quæ mea culpa tamen? niſi ſi luſiſſe, vocari
Culpa poteſt. niſi culpa poteſt, & amaſſe, vocari;
Atque utinam pro te vitam, tecumve liceret
Reddere! ſed quoniam fatali lege tenemur;
Semper eris mecum, memorique hærebis in ore.
Te lyra pulſa manu, te carmina noſtra ſonabunt:
Floſque novus ſcripto gemitus imitabere noſtros.
Tempus & illud erit; quo ſe fortiſſimus heros
Addat in hunc florem; folioque legatur eodem.
Talia dum vero memorantur Apollinis ore,
Ecce cruor, qui fuſus humi ſignaverat herbam;
Deſinit eſſe cruor: Tyrioque nitentior oſtro

Flos

Sic vultu moriente jacet. defecta vigore &c.
niſi altius mendum putas ſubeſſe, & ſcribendum, *Sic vultus moriens flaccet.* quod proprium huic rei verbum. vel *marcet* & tum ſupra pro *Marcida* ſit reponendum *Flaccida.* Vide Nonium in *Flacceo.* pro quo *Flacceſcere* magis in uſu. ſic *egere, pigere, ſenere* veteres dicebant, *dulcere, lentere.* & ſimilia. de quibus Nonius copioſe. *Idem.*

196. *Oebalide.*] Oebali urbs eſt Laconiæ. Micyllus per Proleptin dictum vult ab Oebalo Hyacinthi nepote ex Cynorta fratre. Apollo ipſe apud Lucianum dict. dial. ἐρώμενον παιδῶ τὸν Λάκαινα τῦ Οἰβάλυ. Farn.

197. *Videoque tuum, mea crimina, vulnus.*] Elegans appoſitio: cui non diſſimile illud Virg. 9. Æneid. *nec te, tua funera, produxi.*

203. *Quod quoniam fatali lege vetamur.*] *Tenemur* plerique vetuſtiores. at Bernegger. excerpta Jureti, duo Leidenſ. & alii quindecim, *ſed quoniam fatali lege tenemur. teneri legibus* formula Juris. ut in illo, *patriæ teneor nec legibus ullis* apud Maronem. Neque aliter Cicero paſſim, & Livius, & cæteri ex optimis ſcriptores. etiam Lucretius lib. 11.

Sed ne forte putes animalia ſola teneri
Legibus his.

ſed tenetur Arondel. *quod tenetur prim.* Hamburg. & duo alii. *Heinſ.*

206. *Scripto.*] Literis. nam in Hyacintho flore *ai* ſyllaba gemitum ſignificans bis inſcripta videtur. *Ꝛ. Scripto.*] Mox. vſ. 215.

207. *Fortiſſimus.*] Ajax Telamonis, è cujus ſanguine natus flos hyacinthus. *Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus,*
Littera communis mediis puerique virique
Inſcripta eſt foliis: hæc nominis: illa querelæ. 13. lib. vſ. 396. unde liquet ſcribendum non hya, ut in vulgatis, ſed *ai.* Farn.

208. *Folioque legatur eodem.*] Namin Hyacinthi foliis (ut dixi) prima ſyllaba hujus nominis *aiac* inſcripta videtur. *Raph.*

210. *Qui fuſus humo.*] *Humi* meliores. *Heinſ.*

213. *Pur-*

Flos oritur; formamque capit, quam lilia: ſi non
Purpureus color huic, argenteus eſſet in illis.
Non ſatis hoc Phœbo eſt. is enim auctor honoris.
Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit: & ai ai
Flos habet inſcriptum: funeſtaque litera ducta eſt.
Nec genuiſſe pudet Sparten Hyacinthon: honorque
Durat in hoc ævi: celebrandaque more priorum
Annua prælatâ redeunt Hyacinthia pompâ.
At ſi forte roges fœcundam Amathunta metalli,

An

213. *Purpureus color his.*] *Huic* nempe flori, cum uno meo, & uno Voſſ. *Idem.*

215. *Et ai ai.*] Monſtra lectionum ſunt in antiquis libris, *& γα, & αε, & αγ. & ια, & αια, & εε. & εαε, & αε αε.* pluraque hujus notæ. vulgata ſcriptura ſincera eſt. Moſchus Epicedio Bionis,

Νεῖν, ὑάκινθε, λάλει τὰ σὰ γράμματα, καὶ πλέον αἰ αἰ
Λάμβανε σοῖς τεκέεσσι.

pro vulgata etiam ſtat illud Noſtri,

—— *cum ſe fortiſſimus Ajax*
Addat in hunc florem, folioque legatur eodem.

hinc Virgilio *inſcripti nomina regum flores* hyacinthi dicuntur. ubi Servius cum Probo inſigniter nugatur, cum negat Ajacis nomen hyacinthis eſſe inſcriptum, ſed *Hya*, primas Hyacinthi literas. Plinius l. XXI. cap. XI. de hoc flore, *ita diſcurrentibus venis, ut Græcarum literarum figura Ai legatur inſcripta.* hinc ἄγραπτα ὑάκινθος Theocrito dicta Idyll. X. ubi Scholiaſtes inter cætera, διὰ τοῦτο ἔχειν ἐγγεγραμμένον ἀρχὴν τὸ ἐνθματος τὸ Αἰαντος. Nonnus Dionyſ. lib. III.

Γράμματα δενδρίεντα φιλοκλαύτου ὑακίνθου.

& mox,

Ἄλαστον αἰνοπάλευτον ἐπιγράψας ὑακίνθῳ.

Αἰ αἰ.] Ita apud Sophoclem Ajax: Αἴ. αἴ. τίς ἂν τόθ' ὧδε ἐπώνυμον τ' ἐμὸν ξύνοικον ὄνομα, τοῖς ἐμοῖς κακοῖς; adſtipulante Plinio l. 21. c. 11. Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum præferens ejus quem Apollo dilexerat; aut ex Ajacis cruore editi, ita diſcordantibus venis, ut Græcarum literarum figura Ai legatur inſcripta. Lege quæ Rigaltius in Tertullianum de coronis, & quæ G. Sabinus referat de ejuſmodi flore ad Laz. Bonamicum Alexandria allato. quin & Planudes vertit: καὶ αἰ αἰ τὸ ἀνθος ἔχει δι' γεγραμμένον. *Farn.*

217. *Nec genuiſſe pudet.*] *Genuiſſe* vetuſtiores. ſequentia id requirunt. *Heinſ. Nec genuiſſe pudet Sparten Hyacinthum.*] Non ſimpliciter de loco ſeu patria accipiendum, ſed & de perſona Sparta. fuit enim hæc uxor Lacedæmonis, mater Amyclæi, ipſiuſque Hyacinthi avia. ut Pauſan. tradit. *Micyl.*

219. *Hyacinthia.*] Horum feſtorum meminit Pauſanias bis in Laconicis: ἐν Ταιναρίοις, πρὸ τῆς τοῦ Ἀπόλλωνος θυσίας ἐς τοῦτον, Ταινάρῳ τὸν βωμὸν διὰ θύρας χαλκᾶς ἐναγίζουσι. & in Meſſenicis. *Farn.*

FAB. VI. *Arg.* At ſi forte roges.] *Per comparationem oſtendit Orpheus pueros formoſos & Diis placuiſſe, & maximo ornamento ſuis fuiſſe civitatibus; puellas vero contra & Diis perquam diſplicuiſſe, & maximo ſuas urbes dedecore afficiſſe. Nam Propœtides quadam Venerem Deam eſſe negare auſæ, non minore ſunt odio civibus ſuis quam Ceraſta quidam, qui in ara hoſpites immolabant, quos ut Venus in juvencos convertit, ita Propœtidas & ſua corpora primas*

An genuiſſe velit Propœtidas; abnuat æquè,
Atque illos, gemino quondam quibus aſpera cornu
Frons erat; unde etiam nomen traxêre Ceraſtæ.
Ante fores horum ſtabat Jovis hoſpitis ara,
Lugubris ſceleris: quam ſi quis ſanguine tinctam
Advena vidiſſet; mactatos crederet illic
Lactentes vitulos, Amathuſiacasve bidentes:
Hoſpes erat cæſus. ſacris offenſa nefandis,
Ipſa ſuas urbes, Ophiuſiaque arva parabat
Deſerere alma Venus. Sed quid loca grata, quid urbes
Peccavêre meæ? quod crimen, dixit, in illis?
Exſilio pœnam potius gens impia pendat,
Vel nece; vel ſi quid medium mortiſque fugæque.
Idque quid eſſe poteſt, niſi verſæ pœna figuræ?
Dum dubitat, quo mutet eos; ad cornua vultum
Flexit: & admonita eſt hæc illis poſſe relinqui:

Gran-

primas proſtituere coëgit, & in ſaxa commutavit.

220. *Fœcundam Amathunta metallis.*] *Metalli* malim cum uno Gronoviano. ſic infra vetus codex *gravidamque Amathunta metalli.* quomodo & apud Silium libro 11.

Mellis apes gravidæ. Heinſ.

Amathunta.] Cypri urbem, ut & ipſam inſulam ærifodinis claram. *Farn.*

221. *Propœtidas.*] Quæ Venerem Deam eſſe negare auſæ, numinis ira, poſtquam corpora ſua vulgo proſtituiſſent, in lapides verſæ ſunt. *Annuat æque.*] Imo *abnuat.* certe *abnuit* in multis veterum. quatuor cum prim. Reg. *abnuet.* Heinſ.

223. *Ceraſta.*] Cyprus ipſa Ceraſtis olim dicta, quod multa κέρατα, inquit Stephanus, hoc eſt ἄκρα, id eſt, promontoria habeat. unde forte occaſio fabulæ.

225. *Lugubris ſceleris.*] Hæc mendoſa ſunt. Florent. S. Marci, *Inlugubris celeri.* Neapol. pri. Medic. & quatuor alii, *Inlugubri ſceleris. Inlugubris ſceleri* pri. Vatican. tert. Medic. & duo alii. at Spirenſis, *Inlugubris ſceleris.* Bernegger. ſec. Palat. prim. Erfurt. ſex alii, *Illugubri celeris.* unus Medic. & Jureti excerpta *Illugubris ſceleri. Lugubris celeris* Arond. & Genev. *Lugubris celeri* unus Leidenſ. *Lugubris ſceleri* tres. alter Hamburg. *illugubris ſceleri.* Forte, *Ilicibus celebris.* ut alibi *celeberrimus ilice lucus.* vel, *In loco obſcuro.* vel *Ilice ſub veteri.* ut apud Virg.

—— *juxtaque veterrima laurus*
Incumbens ara.

Viderint acutiores. *Heinſ.*

227. *Amathuſiacaſve bidentes.*] *Amathuſiadeſque.* unus Leidenſis. Lege *Amathuſiadaſve.* ſic *Amathuſias venidas* in verſibus Symmachi, quos emendabo infra hoc libro ad v. 558. *Idem. Amathuſiacas bidentes.*] Cyprias oves. Nam Cyprus *Amathuſia* etiam fuit appellata. T.

229. *Ophiuſiaque.*] Cypria, cujus tamen nominis Cypro competentis neque mentio ulla apud Geographos, neque ratio apud interpretes. *Farn.*

232. *Gens impia.*] Ceraſtarum.

233. *Fugaque.*] Exilii.

237. *Tar-*

Digitized by Google

Grandiaque in torvos transformat membra juvencos.
Sunt tamen obscœnæ Venerem Propætides ausæ
Esse negare Deam: pro quo sua numinis ira
Corpora cum formâ primæ vulgasse feruntur.
Utque pudor cessit, sanguisque induruit oris,
In rigidum parvo silicem discrimine versæ.
Quas quia Pygmalion ævum per crimen agentes
Viderat, offensus vitiis, quæ plurima menti
Fœmineæ Natura dedit, sine conjuge cælebs
Vivebat: thalamique diu consorte carebat.
Interea niveum mirâ feliciter arte
Sculpit ebur; formamque dedit, qua fœmina nasci
Nulla potest: operisque sui concepit amorem.
Virginis est veræ facies; quam vivere credas:
Et, si non obstet reverentia, velle moveri.
Ars adeo latet arte suâ. miratur, & haurit

Pe-

237. *Torvos.*] Truces, terribiles aspectu. R.

FAB. VII. *Arg.* Sunt tamen, &c.] *Propœtides filiæ Amathuntes aspernatæ Venerem, primæ in trivio vulgavere corpora: ob ejusdem Deæ iram, quia pudore induruerant, noviſſime in lapidem ſunt transfigurata.* Lact.

238. *Sunt tamen obscœna.*] Quamvis inquit, Ceraſtas in juvencos converterit Venus, Propœtides tamen ausæ ſunt eam negare Deam esse.

239. *Pro qua.*] Prim. Vatic. quinque alii, *quo.* ut & à manu ſecunda Florent. S. Marci, idem à manu prima *pro quis.* Heinſ.

240. *Vulgasse.*] Proſtituiſſe. R. Videtur hæc fabula à libidine & turpitudine Cypriarum mulierum occaſionem traxiſſe. Nam & Herodotus & Juſtinus tradunt, antiquitus Cyprias quæſtu corporis dotem quærere, vulgoque ad littus etiam advenis ac nautis proſtare ſolitas fuiſſe. *Micyl. Vulgasse corpora.*] Hinc *Venus volgivaga* Luc. πάνδημος ἑταίρα. *Meretrix fortunati eſt oppidi ſimillima, non poteſt ſuam rem obtinere ſola ſine multis viris.* Plaut. Ciſtellar. I. I.

FAB. VIII. *Arg.* Quas quia Pygmalion ævum.] *Pygmalion quidam flagitiis Propœtidum offenſus, vitam cælibem exigere decrevit, ſed ex ebore virginis ſimulacrum adeo fabre effinxit, ut perinde atque ſi viva eſſet, illius amore caperetur. Quare Venerem oravit, ut ſibi talem concederet uxorem. Venus autem pluſquam petebatur, effecit. Nam illi, quam in lecto Pygmalion collocaverat, animam inſpiravit, nubilemque ætatem donavit: ex inſperato igitur Pygmalion voti compos factus, ex ea Paphum ſuſtulit, à quo & inſula, & urbs Paphos fuit appellata.* R.

243. *Per crimina agentes.*] *Per crimen* meliores. *Heinſ.*

248. *Sculpsit.*] *Sculpit* prim. Ambroſ. ſec. Medic. & duo alii. *Idem.*

250. *Virginis est vere facies.*] *Vera* idem.

251. *Velle moveri.*] *Posse* prim. Gronov. & alii duo. *Idem.*

252. *Ars adeo latet arte sua.*] Ita diſtingue. *Idem. Hausit.*] Philoſtephanus in Cypriacis author eſt, inquit Arnobius l. 9. Pygmalionem regem Cypri ſimulachrum

Pectore Pygmalion ſimulati corporis ignes.
Sæpe manus operi tentantes admovet, an ſit
Corpus, an illud ebur: nec ebur tamen eſſe fatetur.
Oſcula dat, reddique putat: loquiturque, tenetque:
Et credit tactis digitos inſidere membris:
Et metuit, preſſos veniat ne livor in artus.
Et modo blanditias adhibet: modo grata puellis
Munera fert illi conchas, tereteſque lapillos,
Et parvas volucres, & flores mille colorum,
Liliaque, pictaſque pilas, & ab arbore lapſas
Heliadum lacrymas. ornat quoque veſtibus artus:
Dat digitis gemmas; dat longa monilia collo.
Aure leves baccæ, redimicula pectore pendent.
Cuncta decent: nec nuda minus formoſa videtur.
Collocat hanc ſtratis conchâ Sidonide tinctis:
Appellatque tori ſociam: acclinataque colla
Mollibus in plumis, tanquam ſenſura, reponit.
Feſta dies Veneri, totâ celeberrima Cypro,

Venc-

ebrum Veneris, quod ſanctitatis apud Cyprios, & religionis habebatur antiquæ, adamaſſe ut fœminam; mente, animo, lumine rationis judiciique exactis, ſolitumque dementem, tanquam ſi uxoria res eſſet, ſublevato in lectulum numine copulariet amplexibus atque ore; reſque alias agere libidinis vacua imaginatione fruſtrabiles. Sed legatur & hiſtoria nobilis cujuſdam juvenis, qui ſimulachrum Veneris Cnidiæ impotenti amabat apud Lucianum in Amoribus. *Farn.*

253. *Simulati corporis.*] In ſimilitudinem virginis effecti.

255. *Nec adhuc ebur eſſe fatetur.*] *Nec ebur tamen* pri. Gronov. rectius. *Heinſ.*

257. *Inſidere.*] Inhærere, infigi ac ſubſidere, ſic ut membra digitis cederent.

262. *Lilia perpictaſque pilas.*] *Liliaque pictaſque pilas* Cantabrig. Urbin. Thuan. prim. Erfurt. prim. & ſec. Palat. & alii multi. Nec pauciores *Lilioque & pictaſque.* proxime verum Zulichem. *Lilioque & pictas violas. tabulas* unus Palat. *Heinſius.*

263. *Heliadum.*] Armillas & lineas ex electro ſeu ſuccino ſtillante à populis in quas Phaethontis ſorores verſæ finguntur. 2. lib. vſ. 364.

265. *Bacca.*] Uniones, margaritæ.

267. *Concha.*] Purpura Sidonia, ſeu Tyria. *Farn.*

269. *Feſta dies Veneris.*] *Veneri* prim. Strozzæ. *Heinſ.*

270. *Et blandis indutæ cornibus aurum.*] *Inductæ* plerique veruſtiores. dixi lib. VII. v. 161. Deinde *pandis cornibus* jam puer olim legendum vidi. neque aliter in ſuis ad me literis noſter Gronovius. in uno meo, & uno Baſil. & pri. Erfurt. *auratis ornata cornua vittis* vel *ſertis.* ſed perperam. *blandus* etiam pro *pandus* perperam legitur apud Val. Flaccum libro II.

Alcides Telamoneque comes dum littora pando

Ac-

Venerat: & pandis inductæ cornibus aurum
Conciderant ictæ niveâ cervice juvencæ?
Thuraque fumabant: cum munere functus ad aras
Constitit; & timidè, Si Dî dare cuncta potestis;
Sit conjux opto, non ausus, eburnea virgo,
Dicere Pygmalion, similis mea, dixit, eburneæ.
Sensit, ut ipsa suis aderat Venus aurea festis,
Vota quid illa velint: & amici numinis omen
Flamma ter accensa est; apicemque per aëra duxit.
Ut rediit; simulacra suæ petit ille puellæ:
Incumbensque toro dedit oscula. visa tepere est.
Admovet os iterum: manibus quoque pectora tentat.
Tentatum mollescit ebur: positoque rigore
Subsidit digitis, ceditque: ut Hymettia sole
Cera remolleſcit, tractataque pollice multas
Flectitur in facies, ipsoque fit utilis usu.
Dum stupet; & timidè gaudet; fallique veretur;
Rursus amans, rursusque manu sua vota retractat.
Corpus erat: saliunt tentatæ pollice venæ.
Tum vero Paphius plenissima concipit heros

Ver-

Anfractu sinuosa leguns, vox attigit aures
Flebile succedens, cum fracta remurmurat unda.
nam *blanda anfractu* nihil est. male etiam illic *cum fracta remurmurat unda* vulgati. *Idem.*

271. *Blandis.*] Politis, vittatis, inauratis. *Farn.*

273. *Munere.*] Sacrificio.

277. *Venus aurea.*] Homero passim χρυσῆ Ἀφροδίτη. *Farn.*

278. *Similis mea, dixit, eburnæ.*] *Eburnea* Oxon. prim. Erfurt. aliique multi. rectius. *Heinſ.*

279. *Flamma.*] Felicis utique ominis erat. sic ubi in sacris & libaminibus crebrius & altius emicarent ignis scintillæ & flammæ. 4. Georgic. vſ. 385. *Ter flamma ad tecti fastigia subjecta reluxit*

Omine quo firmata animum, &c.

283. *Tentatum.*] Non una & sola fuit hæc virgo eburnea aut marmorea. plurimas credo duras primum & difficiles amatoribus, obsequio tamen & assiduis precibus emollitas. *Farn.*

284. *Subsedit.*] *Subsidit* bene unus Medic. *Heinſ.*

285. *Tractataque pollice multas Vertitur in facies.*] *Flectitur* plerique meliores. sic apud Horatium, *Cereus in vitium flecti.* male plurimi veterum; *multas quæ pollice tracta.* Idem.

287. *Et dubie gaudet.*] *Et medio* multi. Aroudel. & tres alii, *timide.* placet. l. IX. *Nec timida gaudet fide.* Idem.

289. *Corpus erat.*] Proprie: *Tangere enim & tangi, nisi corpus, nulla potest res.*

290. *Paphius.*] Pygmalion Cyprius. Sed προλαπτικῶς. Farn.

Verba; quibus Veneri grates agat: oraque tandem
Ore ſuo non falſa premit: dataque oſcula virgo
Senſit; & erubuit: timidumque ad lumina lumen
Attollens; pariter cum cælo vidit amantem.
Conjugio, quod fecit, adeſt dea. jamque coactis 295
Cornibus in plenum novies lunaribus orbem,
Illa Paphon genuit: de quo tenet inſula nomen.
Editus hac ille eſt, qui, ſi ſine prole fuiſſet,
Inter felices Cinyras potuiſſet haberi.
Dira canam. procul hinc natæ, procul eſte parentes:
Aut, mea ſi veſtras mulcebunt carmina mentes,
Deſit in hac mihi parte fides; nec credite factum:
Vel, ſi credetis, facti quoque credite pœnam.

Si

291. *Grates agit.*] *Agat* ex caſtigatoribus. *Heinſ.*

292. *Ora non falſa.*] Veram faciem. *R.*

293. *At lumina lumen Attollens.*] *Ad limina* cum uno Moreti & uno Bonon. Val. Flac. lib. VII.

Jam jactata toro, nimiumque experta cubile,
Ecce videt tenui candeſcere limen Eoo.

Heinſ.

297. *Illa Paphum.*] *Paphon* veruſtiores plerique. verſu proximo opinor legendum *Editus hoc ille eſt*, non *hac*, ut Paphi filium fuiſſe deſignet Cinyran, Pygmalionis nepotem. Certe Apollodorus, quanquam de Cinyra rem longe aliter narrat, tamen Pygmalionis generum facit, cujus filiam Metharmen duxerit uxorem. *Idem.*

FAB. X. *Arg.* Editus & ille eſt qui, &c.] *Myrrha Cinyra & Cenchreidis filia, iracundia Veneris, quod mater ejus præferretur Deæ, patrem impio dilexit amore, nec viam potendi inveniens cogitur ſuſpendium experiri. Cujus nutrix intra cubile gementis excepit vocem, & ſignis cognitis nefaria mortis, dum diligentius ſcrutatur, cauſam poſcit. Conſulta ergo puella ea pollicetur ſe effecturam, ut parenti ſine ulla infamia jungatur: cujus illa orationem in proximum tempus differt. At anus die ſolemni Cereri, quo mater ejus operata, a viro ſecubabat, alumnam noctu deduxit ad Cinyram, prædicans, forma ejus impulſam ſibi ſe credidiſſe, qui data cupiditate lumen inferri juſſit, ut ſpeciem ejus notam haberet: cognituſque filia pater ſtuprator, coactus eſt pudore ferro ſtricto eam inſequi, quæ duplici metu territa in inſulam profugit, ibique miſericordia ejuſdem Dea in arborem, quæ ejus nomen indicaret, mutata eſt.* Lact.

298. *Editus hac ille eſt.*] Cinyras Pygmalionis filius Myrrham genuit, quæ nefando patris amore capta, nutricis opera cum eo inſcio concubuit, Adonimque concepit. quod cum reſciviſſet pater, ſtricto enſe filiam perſequi cœpit, illa vero fugiens in Arabiam uſque pervenit, ubi longo errore feſſa Deorum miſeratione in arborem ſui nominis fuit mutata. vide Fulgentium libro tertio. *R.*

299. *Felices.*] Erat enim rex Cypri, divitiis à Deo datis polleus, ut canat Pindarus in Nemeis ode. 8. Σὺν θεῷ γὰρ τοι φιλοῦσιν ὀλβοφόρον ἀνθρώπους πανδοτειρᾶ· ὅσπερ καὶ Κινύραν ἔβασεν πλοῦτον πορεῖν ἐν πότε Κύπρῳ Lycophronis interpreti, & Ant. Liberal. Smyrna ex filia Theiantis 34. Fab.

305. Ne-

Si tamen admiſſum ſinit hoc Natura videri;
Gentibus Iſmariis, & noſtro gratulor orbi:
Gratulor huic terræ, quod abeſt regionibus illis,
Quæ tantum genuêre nefas. ſic dives amomo,
Cinnamaque: coſtumque ſuam, ſudataque ligno
Thura ferat, floreſque alios Panchaïa tellus;
Dum ferat & Myrrham. tanti nova non fuit arbos.
Ipſe negat nocuiſſe tibi ſua tela Cupido,
Myrrha: faceſque ſuas à crimine vindicat iſto.
Stipite te Stygio tumidiſque adflavit Echidnis
E tribus una ſoror. ſcelus eſt odiſſe parentem:
Hic amor eſt odio majus ſcelus. undique lecti
Te cupiunt proceres; totoque Oriente juventus
Ad thalami certamen adeſt. ex omnibus unum
Elige, Myrrha, tibi; dum ne ſit in omnibus unus.
Illa quidem ſentit: fœdoque repugnat amori:
Et ſecum, Quo mente feror? quid molior? inquit.
Dî, precor, & Pietas, ſacrataque jura parentum,
Hoc prohibete nefas: ſcelerique reſiſtite tanto;
Si tamen hoc ſcelus eſt. ſed enim damnare negatur
Hanc Venerem pietas: coëuntque animalia nullo
Cætera dilectu. nec habetur turpe juvencæ.

Ferre

305. *Noſtro orbi.*] Thraciæ. Nam Orpheus Thrax fuit. *R. Gemitus.*] Thraciæ noſtræ gelidæ, quæ non calet amore inceſto.

307. *Sit dives.*] Simili Epitrope utitur Virgilius in conferenda cum aliis terris Italia. Georg. 2. vſ. 140 & v. 461. ubi cæteris vitæ rationibus ruſticam præfert.

308. *Coſtumque ſuum.*] *Suum* Urbin. prim. Vatican. Oxon. & ſex alii cum nonnullis editionibus. ſic *Eoaque coſtus* Lucano, *ficca coſtus* Claudiano ex antiquis libris Nuptiis Honorii. *Heinſ.*

309. *Panchaïca tellus.*] *Panchaïa* meliores. bene. ſic Virgilio,

—— *thuriferis Panchaïa pinguis arenis.*

in Culice Virgiliano *Panchaïa thura* ex antiquis membranis *Idem. Panchaïa tellus.*] Virgilius: *Totaque thuriferis Panchaïa pinguis ariſtis. R. Panchaïca.*] Panchaia Arabiæ Felicis pars feliciſſima, utpote flagrantiſſimo Solis ſyderi ſubjecta. *Totaque thuriferis Panchaïa pinguis arenis.* al. *ariſtis.* 2. Georg. 139. vſ.

314. *Et tribus una ſoror,*] Una ex furiis, Tiſiphone, Alecto, aut Megæra.

318. *Elige Myrrha virum.*] *Myrrha tibi* Neap. & ſec. Med. *Heinſius. Unus.*] Pater tuus.

323. *Sed enim.*] Ejuſmodi luctam videre eſt in Medea lib. 7. in Scylla lib. 8. in Byblide lib. 9. *Farn.*

325. *Coëuntque animalia nullo Cætera delicto.*] *Coëunt* ex vetuſtioribus quidam. *nullo delectu* fragm. Cæſenas. optime. niſi

Ferre patrem tergo: fit equo ſua filia conjux;
Quaſque creavit, init pecudes, caper: ipſaque cujus
Semine concepta eſt, ex illo concipit ales.
Felices, quibus iſta licent! humana malignas
Cura dedit leges: & quod Natura remittit,
Invida jura negant. gentes tamen eſſe feruntur,
In quibus & nato genitrix, & nata parenti
Jungitur; & pietas geminato creſcit amore.
Me miſeram, quod non naſci mihi contigit illic,
Fortunâque loci lædor! quid in iſta revolvor?
Spes interdictæ diſcedite. dignus amari
Ille, ſed ut pater, eſt. ergo ſi filia magni
Non eſſem Cinyræ; Cinyræ concumbere poſſem.
Nunc quia tam meus eſt, non eſt meus; ipſaque damno
Eſt mihi proximitas. aliena potentior eſſem.
Ire libet procul hinc, patrioſque relinquere fines,
Dum ſcelus effugiam. retinet malus error amantem;

Ut

dilectu malis cum Florentino S. Marci, quod verum eſt. deligere enim idem, quod ſeligere. hinc militum dilectus. *delectu* fragmentum Boxhornii. unus Palat. & unus Voſſ. *dilecto*. Heinſ.

328. *Ex illo concipit.*] *Ex illa* Neapol. prim. & tert. Medic. & tres alii. *Idem.*

330. *Remittit.*] Permittit.

331. *Gentes tamen eſſe feruntur.*] Hi ſunt Troglodytæ, Æthiopes, qui & uxores habent communes, & brutorum more vivunt.

333. *Ut pietas creſcat.*] *Et creſcit* plurimi veteres. *Heinſ.*

336. *Digne.*] *Myrrha patrem, ſed non ut filia debet, amavit.* 1. l. de Arte. *Farn.*

339. *Nunc quia jam meus eſt.*] *Tam meus.* atque ita liber Langermannianus. *Heinſ. Meus.*] Pater. *Meus.*] Conjux.

340. *Proximus.*] Sanguinis & generis propinquitas. *Farn.*

341. *Patriaque relinquere fines.*] Rectius codex Naugerii cum uno Bonon. *patrioſque.* ſic *patrii enſes* libro x. apud Lucanum,

Dum patrii veniant in viſcera Cæſaris enſes.

hoc eſt Romani enſes, non Ægyptii. *Heinſ.*

342. *Malus ardor amantem.*] *Error* pri. Moret. excerpta Jureti & alii viginti plures. *ardor cuntem* pri. Gronov. *Furo error cuntem.* Vide Notas Triſt. 1. Eleg. 11. v. 99. *error* pro amore poëtis paſſim. quomodo apud Virgil.

Ut vidi, ut perii, ut me malus abſtulit error.

nam & furor & inſania amor poëtis dictus, & amentes amantes & inſanos. Plato in Phædr. IV. ſpecies *μανίας* binas ſtatuit, fatidicam Apollinis inſpirationem, Bacchi myſtica, Muſarum afflatum. *Τετάρτην δὲ Ἀφροδίτης καὶ Ἐρώτος ἐφαπτομένην μανίαν ἱκανῶς γ' ἄρτι εἶναι.* Noſter Amor. 1. Eleg x.

Cum bene pertæſum eſt, animoque roſanda error.

& Eleg. 11. ad Cupidinem,

Blanditiæ comites tibi erunt, Errorque, Furorque,

Aſſidue

Ut præsens spectem Cinyram; tangamque, loquarque,
Osculaque admoveam, si nil conceditur ultra.
Ultra autem sperare aliquid potes, impia virgo?
Nec, quot confundas & jura & nomina, sentis?
Tune eris & matris pellex, & adultera patris?
Tune soror gnati, genitrixque vocabere fratris?
Nec metues atro crinitas angue sorores,
Qua facibus sævis oculos atque ora petentes
Noxia corda vident? at tu, dum corpore non es
Passa, nefas animo ne concipe: neve potentis
Concubitu vetito Naturæ pollue fœdus.
Velle puta: res ipsa vetat. pius ille, memorque
Juris. & ô vellem similis furor esset in illo!
Dixerat: at Cinyras, quem copia digna procorum,
Quid facit, dubitare facit, scitatur ab ipsâ,
Nominibus dictis, cujus velit esse mariti.
Illa silet primò: patriisque in vultibus hærens,
Æstuat: & tepido suffundit lumina rore.
Virginei Cinyras hæc credens esse timoris,
Flere vetat; siccatque genas; atque oscula jungit.
Myrrha datis nimium gaudet: consultaque qualem
Optet habere virum; Similem tibi, dixit. at ille

Non

Assidua partes turba secuta tuas. ita illis locis scribendum. Propertius libro 1. Elegia XIII.

Quæ tibi sit felix, quoniam novus incidit error. Heins.

347. *Tune eris.*] Ænigma simile posuit de se Oedipus in Thebaide Senecæ, vs. 134. *Avi gener, patrisque rivalis sui, Frater suorum liberûm, & fratrum parens; Uno avia partu liberos peperit viro, Ac sibi nepotes.*

349. *Crinitas.*] Furias ἐφιππλοκαμους. l. 4. vs. 452. & 480. scelerum ultrices. Nolite, inquit Cicero pro Roscio Amerino, putare, quemadmodum in fabulis sæpenumero videris, eos, qui aliquid impie sceleratèque commiserint, agitari & perterreri furiarum tedis ardentibus. sua quemque fraus, & suus terror maxime vexat: suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit, &c. *Farn. Sacro angue.*] Execrandis anguibus, & viperis.

355. *Memorque est moris.*] Pri. Gronov. excerpta Jureti, & quinque alii *juris*: rectè. *Heins.*

358. *Nominibus dictis.*] Expositis procorum nominibus. *R. Nominibus*] Procorum: ταύτην δὲ κάλλει πλείστοι καὶ ἐκ πόλεων πλείστων ἱμείρουσιν. Liberalis 34. fab.

359. *Patriisque in vultibus.*] *Patriisque* cum Arondel & uno meo, & altero Twisdenio. *Heins.*

364. *Optat habere.*] *Optet* plerique meliores. *Idem. Optet habere.*] Ducere uxorem.

Non intellectam vocem collaudat; &, Esto
Tam pia semper, ait. pietatis nomine dicto
Demisit vultus, sceleris sibi conscia, virgo.
Noctis erat medium, curaeque, & pectora somnus
Solverat. at virgo Cinyreïa pervigil igni
Carpitur indomito; furiosaque vota retractat.
Et modo desperat; modo vult tentare: pudetque,
Et cupit; &, quod agat, non invenit. utque securi
Saucia trabs ingens, ubi plaga novissima restat,
Quo cadat, in dubio est; omnique à parte timetur.
Sic animus vario labefactus vulnere nutat
Huc levis, atque illuc; momentaque sumit utroque.
Nec modus aut requies, nisi mors, reperitur amoris.
Mors placet. erigitur: laqueoque innectere fauces
Destinat: &, zonâ summo de poste revinctâ,
Care vale Cinyra, caussamque intellige mortis,
Dixit: & aptabat pallenti vincula collo.
Murmura verborum fidas nutricis ad aures
Perveniisse ferunt, limen, servantis alumnae
Surgit anus, reseratque fores: mortisque paratae
Instrumenta videns, spatio conclamat eodem,

Se-

rem. Virgil. 3. *Me famulam, famuloque Heleno transmisit habendam.* Et Ter. *Nec se illam posse halere domi.* Illa autem constructio, *Optat habere*, à Graecis sumpta, etiam Virgilio & Terent. famil. *Donat habere viro* 5. Aeneid. *Dare bibere.* Ter. Andr. Ennius 1. Annal. *Donavitque viro divinum pectus habere.* Ex Homer. π. v. 386. δόμεν ἔχειν.

367. *Demisit vultus virgo.*] Κάτα βλίψαι. Theocrit. Idyll. 8. & Argon. Apoll. 3. vs. 790. de Medea. —— Η'δ' ἔγκλιδον ὅτσε βαλοῦσα —— Παρθενικὰς ἐρύθηνε παρειάδας &c.

369. *Igne.*] *Igni* sec. Pal. pri. Erfurt. Spir. quatuor alii. *Heins.*

372. *Quid agat non invenit.*] *Quod agat* cum Juniano. *Heins. Utque.*] *Ac veluti summis antiquam montibus ornum Cuncti ferre acclivam crebrisque bipennibus instant Eruere agricolae certatim: illa usque minatur, Et tremefacta comam concusso vertice nutat*, &c. Aeneid. 2. *Farn.*

378. *Mors*] Remedium amoris ultimum, ut habet epigramma incerti auctoris l. 1. Antholog. c. 27. Ἔρωτα παύει λιμὸς εἰ δὲ μὴ χρυσῶ. Εἰ δὲ μηδὲ ταῦτα τὸν φλογα σβέσει, Θέρευσα σεαυτὸ λαιμὸν ἀρτήθρῳ βρόχῳ. Suidas Crateti tribuit, ut & Laertius. *Farn.*

382. *Nutricis.*] Nutricem hanc Liberalis 24. fab. appellat Hippolyten. *Farn.*

383. *Limen servantis alumnae.*] Libro IV. vs. 421. monui videri scribendum, *limen alumnum.* ut & paulo post, *ante pedes supplex procumbit alumnus*, non *alumna.* Heins.

385. *Instrumenta.*] Zonam laqueo vice de poste revinctam. *Farn.*

386. Sine-

Seque ferit, ſcinditque ſinus, ereptaque collo
Vincula dilaniat. tum denique flere vacavit;
Tum dare complexus, laqueique requirere cauſſam.
Muta ſilet virgo, terramque immota tuetur:
Et deprenſa dolet tardæ conamina mortis.
Inſtat anus, canoſque ſuos, & inania nudans
Ubera, per cunas alimentaque prima precatur,
Ut ſibi committat, quicquid dolet. illa rogantem
Averſata gemit. certa eſt exquirere nutrix:
Nec ſolam ſpondere fidem. Dic, inquit, opemque
Me ſine ferre tibi. non eſt mea pigra ſenectus.
Seu furor eſt; habeo quæ carmine ſanet, & herbis.
Sive aliquis nocuit; magico luſtrabere ritu.
Sive eſt ira Deûm, ſacris placabilis ira.
Quid rear ulterius? certe fortuna domuſque
Soſpes, & in curſu eſt: vivunt genitrixque, paterque.

Myr-

386. *Scindituque ſinus.*] Veſtium ſubaudiatur. Id autem in magnis doloribus fieri conſuevit.

387. *Tum denique flere vacavit.*] Male in aliis *vetavit*, vel *paravit*. lib. VI.

—— *nec flere vacat, ſed faſque nefaſque*
Confuſura ruit.

Lucanus libro II.

—— *cui funera vulgi*
Flere vacet? Heinſ.

391. *Canoſque.*] Hinc Phædræ nutrix illa in Hippolyto Senecæ; *per has Senectæ ſplendidas ſupplex comas, Feſſumque curis pectus, & caras uberi Precor, furorem ſiſte, teque ipſam adjuva.* Pars ſanitatis, velle ſanari fuit, v. 245. Farn.

395. *Nec ſolam ſpondere fidem.*] Nec ſolam fidem promittere, ſed etiam opem & auxilium.

396. *Pigra.*] Imo *male ſedula* abunde. ut infra v. 438. verum de improbitate hujuſmodi vetulatum quæ plerumque ſe ſcelerum & flagitiorum præſtant miniſtras atque inſtrumenta, vide quæ ad hunc locum Georgius Sabinus.

397. *Habeo quod carmine ſanet.*] *Quæ ſanet.* plerique vetuſtiores. *Heinſ. Carmine.*] Quid valeat Magia in amoribus ſolvendis aut impediendis dixi ad 4. lib. Æneid. Virg. *Hac ſe carminibus promittit ſolvere mentes Quas velit*, &c. vide etiam 7. lib. ſupra 200. & 225. *Farn.*

399. *Sacris placabitur ira.*] *Placabilis ira* in Florent. S. Marci, Ponticis,

—— *placabilis ira Deorum eſt.*

Faſt. II.

—— *ſed & his placabilis umbra eſt.*

Pont. III. Eleg. III.

Effice ſit nobis non implacabilis ira.

Gratius,

Eſt aliud, quod præſtet opis placabile numen.

quomodo ibi ſcribendum. non *opus*. Val. Flaccus lib. IV. v. 471.

—— *namque en tibi noſtra voluntas:*
Si non ira Deûm cœlo implacabilis urget.

ſic verſus mendoſiſſimi reſtituantur. Vide Notas Triſt. III. Eleg. V. verſ. 31. *Heinſ.*

401. *Soſpes ab incurſu eſt.*] *Soſpes it* Florent. S. Marci, & Neap. Lege *ſoſpes & in curſu eſt.* quomodo Bernegger. Spirenſ. & à manu ſecundâ Florentinus S. Marci, ita Noſter ſæpe. vulgata ſcripturæ

Digitized by Google

Myrrha, patre audito, ſuſpiria duxit ab imo
Pectore. nec nutrix etiamnum concipit ullum
Mente nefas: aliquemque tamen præſentit amorem.
Propoſitique tenax, quodcunque ſit, orat, ut ipſi
Indicet: & gremio lacrymantem tollit anili:
Atque ita complectens infirmis colla lacertis,
Senſimus, inquit; amas: & in hoc mea (pone timorem)
Sedulitas erit apta tibi: nec ſentiet unquam
Hoc pater. exſiluit gremio furibunda, torumque
Ore premens, Diſcede, precor; miſeroque pudori
Parce, ait. inſtanti, Diſcede, aut deſine, dixit,
Quærere quid doleam. ſcelus eſt, quod ſcire laboras.
Horret anus; tremulasque manus annisque metuque
Tendit: & ante pedes ſupplex procumbit alumnæ.
Et modo blanditur; modo, ſi non conſcia fiat,
Terret: & indicium laquei, cœptæque minatur
Mortis: & officium commiſſo ſpondet amori.
Extulit illa caput, lacrymiſque implevit obortis

Pe-

parum Latina eſt. lib. XIII.
In curſuque meus dolor eſt.
Pont. IV. Eleg. XI.
Dum dolor in curſu eſt, dum petit ager opem.
Remed. Amor.
Dum furor in curſu eſt, currenti cede furori.
ſic *furere in curſu*. Epiſt. OEnones, *in curſu famula rapuere furentem.* ita ſcribe. non *incurſu*. Faſt. IV.
In medio curſu tempora veris eunt.
lib. V. *Vox erat in curſu.* lib. VI. *Spes erat in curſu.* Heinſ.

405. *Quodcunque eſt.*] *Quodcumque ſit* pri. Gronov. pri. Ambroſ. & quatuor alii bene. *Idem.*

407. *Complectens membra lacertis.*] *Colla* ſec. Palat. aliquanto rectius. at in uno Mediceo, *nata.* vequuſe. Natæ enim alumnæ à nutricibus appellabantur, & illæ contra ab alumnis matres. ſic Nutrix Phædræ apud Euripidem ipſam alloquitur,

——— Θάρσει τέκνον, καὶ μὴ χαλεπὸς
Μητέρι γάλως δίμας.

atque ita paſſim Tragici. & Nonnus initio libri IV. Dionyſ. ter quaterve. apud Statium Theb. VII. Antigone nutricem Phorbantem. *patrem* appellat. Medea ad nutricem apud Valerium Flaccum,

Qua manus haec certo ceu me petat agmine, mater,
Advenit, haud armis, haud unquam cognita cultu? Idem.

408. *Senſimus*] Qua ſolertia Leptines Mathematicus, vel ut alii tradunt, Erafiſtratus medicus amorem indagarit Antiochi filii Seleuci regis, qui novercam deperiit; lege apud Plutarchum in Demetrio, Appianum in Syriacis; Val. Maximum lib. 5. cap. 7. *Farn.*

410. *exſiliit.*] *Exſiluit* vetuſtiores. *Heinſ.*

417. *Et indicium laquei.*] Hoc eſt, minatur ſe indicaturum patri, quod ſe ſuſpendere voluerit Myrrha.

418. *Pe-*

Pectora nutricis: comataque sæpe fateri,
Sæpe tenet vocem: pudibundaque vestibus ora
Texit: &, O, dixit, felicem conjuge matrem!
Hactenus: & gemuit. gelidos nutricis in artus,
Ossaque (sensit enim) penetrat tremor: albaque toto
Vertice canities rigidis stetit hirta capillis.
Multaque, ut excuteret diros, si posset, amores,
Addidit. at virgo scit se non falsa moneri,
Certa mori tamen est; si non potiatur amato.
Vive, ait hæc; potiêre tuo; non ausa, parente,
Dicere, conticuit: promissaque numine firmat.
Festa piæ Cereris celebrabant annua matres
Illa, quibus niveâ velatæ corpora veste
Primitias frugum dant spicea serta suarum:
Perque novem noctes Venerem tactusque viriles
In vetitis numerant. turbâ Cenchrêis in illâ
Regis abest conjux: arcanaque sacra frequentat.
Ergo legitimâ vacuus dum conjuge lectus;
Nacta gravem vino Cinyram male sedula nutrix,
Nomine mentito, veros exponit amores:
Et faciem laudat. quæsitis virginis annis,
Par, ait, est myrrhæ. quam postquam adducere jussa est,
Utque domum rediit; Gaude mea, dixit, alumna:

Vici-

428. *Potiatur amore.*] *Amato* fragmentum Cæsenas, prim. Gronov. & duodecim alii. *Heinf.*

430. *Numine.*] Jurejurando. *R.*

431. *Festa.*] Mense Boëdromione celebrabantur *Eleusinia*, quæ & *Thesmophoria*. sed Romanis recepta *Cerealia* dicta. has celebraturæ novem noctibus à Venereis abstinuere & vino. albis deinde vestibus indutæ & vittatæ procedebant. Mystæ lampades seu faces manu ferebant, media scil. nocte. matronæ aliæ primitias frugum offerebant. virgines præcedebant canæphoræ cistas in capite ferentes. vide quæ ad 343. vs. l. 5. *Farn.*

434. *Tactusque virorum.*] *Viriles* cum melioribus. *Heinf.*

435. *Turbâ Cinyreis in illa Regis adest conjux.*] *Cencreis*, vel *Cenchreis* Florentinus S. Marci, Bernegger. Neapol. Cantabrig. Oxon. pri. & sec. Palat. aliique complures. recte. quo alludunt nonnulli, in quibus *Cenereis*. Auctor argumentorum in Metamorphoses, *Myrrham Cinyræ & Cenchreidis filiam* facit. Hyginus fab. LVIII. Smyrna Cinyræ *Assyriorum regis & Cenchreidis filia*. Apollodorus Metharmen Pygmalionis Cypriorum regis filiam ei uxorem assignat, ex qua Adonin plurefque liberos genuerit. pro *adest* malim *abest* cum primo Palatino & Rottendorphiano. pri. Gronov. pri. Reg. & duo alii *abit*. sec. Pal. & Oxon. *turbam in illam abit*. Idem.

Vicimus. infelix non toto corpore ſentit
Lætitiam virgo; præſagaque pectora mœrent.
Sed tamen & gaudet. tanta eſt diſcordia mentis.
Tempus erat quo cuncta ſilent; interque Triones
Flexerat obliquo plauſtrum temone Boötes.
Ad facinus venit illa ſuum. fugit aurea cælo
Luna: tegunt nigræ latitantia ſidera nubes;
Nox caret igne ſuo. primos tegis, Icare, vultus;
Erigoneque pio ſacrata parentis amore.
Ter pedis offenſi ſigno eſt revocata: ter omen
Funereus bubo letali carmine fecit,
It tamen: & tenebræ minuunt, noxque atra pudorem.
Nu-

443. *Non toto pectore ſentit.*] *Corpora* Oxon. quart. Medic. & quatuor alii. bene. nam ſequitur proxime, *præſagaque pectora.* Idem.

445. *Sed tamen & gaudet.*] *Gaudent* ſec. Medic. & alius. *Flet tamen* alius Medic. Forte *Flens tamen & gaudet.* niſi mavis *Sic tamen & gaudes.* Idem. *Tanta eſt diſcordia mentis.*] Explicatur hoc egregiè à Virgil. 4. Æneid.

Ac veluti annoſam valido cum robore quercum
Alpini Boreæ, nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter ſe certant. &c.
Haud ſecus aſſiduis hinc atque hinc motibus heros
Tunditur.

Quod ex Homer. Iliad. 9. à v. 4. Hic de mari, ille de quercu. Ὡς δ' ἄνεμοι δύο πόντου ἰρίηρον ἰχθυόεντα——Βορέης καὶ Ζέφυρος. &c. Ὡς ἰδάλετο θυμὸς ἰτὶ φίθεσσιν Ἀχαιῶν.

446. *Interque Triones.*] *Trionem* Florent. S. Marci. Adeantur Notæ l. 1. v. 64. *Heinſ. Inter Triones.*] Stellæ ſunt ad polum Arcticum *Triones*, qui à numero *ſeptentriones* vocantur. Sane Triones priſca lingua boves aratores dicti, quaſi tetiones: hoc eſt, arandæ vertendæque tertæ idonei. Efficiunt autem ſydus plauſtro ſimile, quod Græci ἅμαξαν, Latini *ſeptentriones* vocant. Gellius libro ſecundo cap. 21. R. *Tempus.*] Conticinii notatio, hoc eſt, intempeſtam ac mediam noctem deſcribit. Μεσονυκτίου αὐδ' ἄραις, Στηρίφεται ὀτ' ἀρότῳ ἰδὼ Κατὰ χεῖρα τὴν βοώτου. Anacr. *Farnab.*

447. *Boötes.*] Sydus eſt Boötes, qui & Arctophylax appellatur. R.

448. *Fugit.*] Luna prius nitida & ſydera latuerunt ſubito nubibus tecta tanti ſceleris conſpectum perhorreſcentia. præcipue vero Erigone propter pietatem in patrem Icarium à ruſticis interemptum in conſtellationem Virginis relata. Hygin. fab. 130. *Farn.*

450. *Primus tegis, Icare, vultus.*] *Primos vultus* meliores magno numero. *Heinſ. Primus tegis Icare vultus.*] Ne tantum ſcelus aſpiceres. Icari autem Erigoneſque filiæ hiſtoria fuit nobis expoſita. R. Atque Icarus Arcturi, ſive Boötæ; Erigone autem virginis nomine appellata, ut Hyginus ait. Cæterum notandum hoc loco à poëta *Icarum* dici τριγυλλαβῶς, quem alii *Icarium* vocant *Micyl.*

453. *Funereus bubo.*] Ex Virg. 4. Æn.
Solaque culminibus ferali carmine bubo
Sæpe queri, & longas in fletum ducere voces.

454. *It tamen, & tenebræ minuunt.*] Puto, *ut minuunt.* Heinſ.

459. *Am-*

Digitized by Google

Nutriciſque manum lævâ tenet; altera motu
Cæcum iter explorat. thalami jam limina tangit;
Jamque fores aperit; jam ducitur intus: at illi
Poplite ſucciduo genua intremuêre; fugitque
Et color, & ſanguis: animuſque relinquit euntem.
Quoque ſuo propior ſceleri, magis horret, & auſi
Pœnitet; & vellet non cognita poſſe reverti.
Cunctantem longæva manu deducit: & alto
Admotam lecto cum traderet, Accipe, dixit;
Iſta tua eſt, Cinyra. devotaque corpora junxit.
Accipit obſcœno genitor ſua viſcera lecto;
Virgineoſque metus levat; hortaturque timentem.
Forſitan ætatis quoque nomine, Filia, dicat:
Dicat & illa, Pater; ſceleri ne nomina deſint.
Plena patris thalamis excedit: & impia diro
Semina fert utero; conceptaque crimina portat.
Poſtea nox facinus geminat. nec finis in illâ eſt.
Cum tandem Cinyras, avidus cognoſcere amantem
Poſt tot concubitus, illato lumine vidit
Et ſcelus, & natam. verbiſque dolore retentis,
Pendenti nitidum vaginâ deripit enſem.
Myrrha fugit, tenebris & cæcæ munere noctis

In-

459. *Animuſque reliquit.*] *Relinquit* cum melioribus. & mox *deducit* pro *deduxit.* pro *Cunctantem* ſec. Medic. *Luctantem.* Idem.

464. *Devotaque pectora junxit.*] *Corpora* veteres plerique. *Idem.*

467. *Filia dixit, dixit & illa pater.*] *Dicat* utroque loco cum caſtigatioribus. *Idem.*

469. *Plena patris.*] Gravida ex patre. *Farn. Plena.*] *Sed cum te gravidam, & pulcrè plenam adſpicio, gaudeo.* Plaut. Amphytr. 1. 2.——*Ingentique implet Achille.* Noſter lib. XI. v. 265.

475. *Vaginâ diripit enſem.*] *Deripit* meliores. niſi quod in tribus, *liberat.* quomodo libro VI. v. 551. locutus, & lib. II. Faſt. in fabula Lucretiæ. v. 753. *eripere ferrum Vaginâ* Virgilio lib. VI. *Heinſ.*

476. *Tenebriſque & cæca munere noctis Intercepta nocti eſt.*] *Tenebris* prim. Vatican. pri. Gronov. Cæſen. aliique ſatis multi. Tò *eſt* etiam tollendum cum uno Moreti. pro *vagata* alius Moreti *ululata. relinquit* etiam pro *reliquit* meliores. denique *radiantis Lunæ* pro *redeuntis* ſec. Pal. & ſex alii. nil mutа. Noſter Metam. XIV.

Sex illam noctes, totidem redeuntia Solis
Lumina viderunt.

Statius Theb. V.

Septima jam rediens Phœbe mihi reſpicit agras
Stare genas.

Idem.

478. *Pal-*

Intercepta neci: latoſque vagata per agros,
Palmiferos Arabas, Panchæaque rura relinquit.
Perque novem erravit redeuntis cornua Lunæ;
Cum tandem terrâ requievit feſſa Sabæâ.
Vixque uteri portabat onus. tum neſcia voti,
Atque inter mortiſque metus, & tædia vitæ,
Eſt tales complexa preces: O ſi qua patetis
Numina confeſſis; merui, nec triſte recuſo
Supplicium. ſed, ne violem vivoſque ſuperſtes,
Mortuaque exſtinctos, ambobus pellite regnis:
Mutatæque mihi vitamque necemque negate.
Numen confeſſis aliquod patet. ultima certe
Vota ſuos habuêre Deos: nam crura loquentis
Terra ſupervênit; ruptoſque obliqua per ungues
Porrigitur radix longi firmamina trunci:
Oſſaque robur agunt: mediâque manente medullâ
Sanguis it in ſuccos; in magnos brachia ramos;
In parvos digiti: duratur cortice pellis.
Jamque gravem creſcens uterum perſtrinxerat arbor;
Pectoraque obruerat; collumque operire parabat;
Non tulit illa moram: venientique obvia ligno
Subſedit: merſitque ſuos in cortice vultus.
Quæ, quamquam amiſit veteres cum corpore ſenſus,
Flet tamen: & tepidæ manant ex arbore guttæ.

Eſt

478. *Palmiferos Arabas.*] Apud quos multæ palmæ naſcuntur. *Panchæa rura*] Arabica. Eſt enim Panchaia regio Arabiæ felicis.

481. *Neſcia voti*]Quid cuperet ignara.

483. *Et tales complexa preces.*] *Exorſa* Arondel. & ſex alii. *Heinſ.*

486. *Ambobus regnis.*] Et vivorum & mortuorum.

492. *Oſſaque robur agunt.*] Hoc eſt, oſſa in lignum craſſius convertuntur.

495. *Tracinxerat arbor.*] *Perſtrinxerat* S. Marci, tert. Medic. Oxonien. Spirenſis. Excerpta Jureti & alij octo *conſtrinxerat* Neap. & ſec. Medic. *præſtrinxerat* Urbin. & tres alii. duo *præſtruxerat.* Heinſ.

496. *Pectoraque obruerat.*] *Obrui telis, undâ, tecto labente* dicuntur bene & eleganter, *obrui cortice* durius paulo dictum. Quare perſuadeor ut credam ſcripſiſſe Noſtrum, *Pectora obſuerat.* id eſt, occluſerat, operuerat. vide quæ de hoc verbo annotavi lib. 11. Faſt. 578. certe in altero Hamburgenſi. *horruerat.* Idem.

498. *Venienti ligno.*] Succreſcenti. *Subſedit.*] Submiſit ſe.

500. *Flet tamen.*] Hoc ad naturam arboris myrrhæ refertur. ſponte namque ſudat, ut ſcribit Plin.

501. *Nec*

Eſt honor & lacrymis: ſtillataque cortice Myrrha
Nomen herile tenet, nullique tacebitur ævo.
At male conceptus ſub robore creverat infans:
Quærebatque viam; qua ſe, genitrice relictâ,
Exſereret. mediâ gravidus tumet arbore venter.
Tendit onus matrem: nec habent ſua verba dolores:
Nec Lucina poteſt parientis voce vocari.
Nitenti tamen eſt ſimilis; curvataque crebros
Dat gemitus arbor: lacrymiſque cadentibus humet.
Conſtitit ad ramos mitis Lucina dolentes:
Admovitque manus: & verba puerpera dixit.
Arbor agit rimas; & fiſſâ cortice vivum
Reddit onus; vagitque puer: quem mollibus herbis
Naï-

502. *Nulloque tacebitur ævo.*] *Nullique* alter Strozzæ. *Heinſ.*

FAB. X. *Arg.* At male conceptus.] *Adonis ex inceſto patris ac filiæ coitu natus, in tantam crevit pulchritudinem, ut ejus amore Venus caperetur; quo cum ut diutius eſſe poſſet, unâ cum illo venationibus indulgebat, præcipueque fugacium animalium, feras autem naturâ armatas vitabat, Adonimque ut ſibi ab illis caveret admonebat. Ille vero gloriâ ſuavitate motus aprum excipere auſus, ab eo fuit interemptus. Quod cum Venus reſciviſſet, in purpureum florem illum commutavit.* R.

506. *Habent ſua verba dolores.*] *Labores* Arondelianus. *Heinſ.*

508. *Crebros dat gemitus.*] *Spiſſos* Florentinus S. Marci, pro diverſa lectione. ſic *ſpiſſa nubes* libro v. & Amor. 1. Eleg. XIII. *ſpiſſa grando* lib. IX. *ſpiſſus ſanguis*, libro XI. *ſpiſſus lactis liquor.* ex Mss. lib. XII. *ſpiſſus aër* & *ſpiſſum littus* libro XV. & Arte Amatoria. *ſpiſſum calum* Valerio Flacco libro I. v. 616.

——*vaſto parter ruit igneus æther*
Cum tonitru; ſpiſſoque tegit nox omnia cælo.

ubi vulgatum *piceo* non poteſt ferri, cum mox ſequatur, *picei fulſere poli.* Virgil.

——*ſpiſſis noctis ſe condidit umbris.*

ſpiſſus imber Propert. libro III. Eleg. IV.

Pleïadum ſpiſſo cur coit imbre chorus?

ita enim pro *igne* opinor legendum. quod Pleïades ſint imbriferæ, ut Lucano dicuntur. Statio *aquoſa* & *nubila. madida* Claudiano *coire ſpiſſo imbre.* quomodo idem Val. Flaccus lib. III.

——*ceu pectora nautis*
Congelat hiberni vultus Jovis agricoliſve,
Cum coit imbre minax.

perperam ibi *umbra minax* nunc legitur. ſic & *cogi in nubem æër* dicitur. & *ſpiſſari in imbrem* Lucano lib. IV de nubibus,

Jamque polo preſſa largos denſantur in imbres
Spiſſataque fluunt.

conjecturam in Propertio noſtram confirmat alter locus ejuſdem Valerii Flacci libro V. vſ. 415. ubi de Pleïadibus ſimiliter agitur,

——*denſæque ſequuntur*
Pliades, & madidis rorant è crinibus imbres.

Vulgati codices eodem illic modo peccant, quo apud Propertium, cum præferant, *rorantes crinibus ignes.* Idem.

512. *Sciſſo cortice.*] *Fiſſo* caſtigatiores plerique. niſi quod in Florent. S. Marci, Bernegger. Cæſen. Oxon. pri. Baſil. pri. Erfurt. Spir. *fiſſâ* recte. videantur quæ notamus lib. IV. vſ. 375. *Idem.*

514. *La-*

Naïdes impoſitum lacrymis unxêre parentis.
Laudaret faciem Livor quoque, qualia namque
Corpora nudorum tabulâ pinguntur Amorum,
Talis erat. ſed, ne faciat diſcrimina cultus,
Aut huic adde leves, aut illis, deme pharêtras.
Labitur occulte, fallitque volatilis ætas:
Et nihil eſt annis velocius. ille ſorore
Natus avoque ſuo, qui conditus arbore nuper,
Nuper erat genitus; modo formoſiſſimus infans;
Jam juvenis, jam vir, jam ſe formoſior ipſo eſt:
Jam placet & Veneri, matriſque ulciſcitur ignes.
Namque pharetratus dum dat puer oſcula matri,
Inſcius exſtanti deſtrinxit arundine pectus.
Læſa manu natum Dea reppulit, altius actum
Vulnus erat ſpecie: primoque fefellerat ipſam.
Capta viri formâ non jam Cythereïa curat
Littora: non alto repetit Paphon æquore cinctam,
Piſcoſamque Cnidon, gravidamve Amathunta metalli.
Abſtinet & cœlo: cœlo præfertur Adonis.
Hunc tenet: huic comes eſt: aſſuetaque ſemper in umbri
Indulgere ſibi, formamque augere colendo,
Per juga, per ſilvas, dumoſaque ſaxa vagatur
Nuda genu, veſtem ritu ſuccincta Dianæ;

Hor-

514. *Lacrymis.*] Myrrhæ guttis, *Illius lacrymis, quas arbore fundit odora, Ungitur, & domina nomina gutta tenet. 1. de Arte.* Farn.

521. *Avoque.*] Redi ad v. 347.

524. *Ignes.*] Apollodorus lib. 3. ſcribit Myrrham, abirata Venere, quod eam nihili faceret, in dirum patris amorem fuiſſe impulſam. Lactantius matri hoc Myrrhæ imputat. *Farn.*

526. *Diſtrinxit arundine pectus.*] *Deſtrinxit* meliores. *Heinſ.*

527. *Altius ſpecie.*] Altius quam videbatur externa ſpecie.

531. *Gravidamque Amathunta metallis.*] *Metalli* Genevenſis. dictum ſupra. *Heinſ. Gravidamque Amathunta.*] Amathus urbs fuit Cypri xrisodinis abundans, propter quod poëta illam *metallis gravidam* vocat R. *Cnidon.*] Promontorium Cariæ velut peninſula, in qua urbs celebris Veneris imagine quam fecit Praxiteles, quam ut viderent, ab omni parte plurimi navigarunt Cnidon. Plin. 36. lib. 5. cap. *Metallis.*] Supra 220. vſ.

536. *Nuda genu.*] *Fine genu* Florent. S. Marci, ſec. Palat. prim. Medic. & Bernegger. cum priore Twiſdenio. *Fine genu* prim. Palat. *Inde Venus* Neap. & ſec. Medic. *Funiculo* Urbin. & 2 manus ſecundæ, *Uſque genu.* quomodo & prim. Vatican. Arundel. prim. Gronov. prim. Baſil. prim. Moreti, uterque Hamburg. aliique

Hortaturque canes; tutæque animalia prædæ,
Aut pronos lepores, aut celsum in cornua cervum,
Aut agitat damas: à fortibus abstinet apris.
Raptoresque lupos, armatosque unguibus ursos
Vitat, & armenti saturatos cæde leones.
Te quoque, ut hos timeas, (si quid prodesse monendo
Possit,) Adoni, monet. Fortisque fugacibus esto,
Inquit: in audaces non est audacia tuta.
Parce meo, juvenis, temerarius esse periclo:
Neve feras, quibus arma dedit Natura, lacesse:
Stet mihi ne magno tua gloria. non movet ætas,
Nec facies, nec quæ Venerem movere, leones,
Setigerosque sues, oculosque, animosque ferarum.
Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri:
Impetus est fulvis & vasta leonibus ira:
Invisumque mihi genus est. Quæ causa, roganti;
Dicam, ait; & veteris monstrum mirabere culpæ.

Sed

aliique plurimi. *Visque genu* Noricus. *Pene genu* alter Erfurt. Puto scribendum, *Crure tenus*. ut apud Juvenalem,

Nam si declat nimis cupit & facunda videri,
Crure tenus medio tunicas succingere debet.

aut si veterrimorum codicum vestigiis insistendum, *Fine genis* scribe. ita enim declinat *Tò genu* Servius ad vs. 22. l. III. Æneid. quam conjecturam confirmat codex Spirensis. *fine inguinum* Sallustius apud Philargyrium ad librum III. Georg. vs. 153. *Costarum sub fine* apud Nemesianum in Cynegetico. vulgata tamen lectio ex illis Virgilianis potest asseri,

Venatrix dederatque comam diffundere ventis,
Nuda genu.

summo palla genu. Venatricibus apud Val. Flaccum lib. III. *Heins.* *Nuda genu rigas succincta Diana.*] Ex Virg. I. Æneid.

Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentes.

& deinde,

Succinctam pharetra, & maculosa tegmine Lyncis.

Quod ex Græco, ἐξωτρακίνοι πόδες.

538. *Premes.*] Veloces, in fugam inclinatos, ut quibus anteriora crura sint breviora. *Celsum.*] Τ' ὑπαρον ἰλαρον. Nonn. 10. l. *surgentem in cornua cervum.* Virg. l. 10. Æn. *παράτα μετάωρον ἐλάφοιο δείροντα.* Oppian. 2. lib. *Farn.*

543. *Posset.*] *Possit* cum melioribus. *Heins.*

544. *In audaces.*] *Licet eminus esse Fortibus: Ancæo nocuit temeraria virtus.* Theseus Pirithoo lib. 8. vs. 410. *Farn.*

549. *Animos ferarum.*] Iram & rabiem ferarum.

550. *Fulmen.*] Vide lib. 1. v. 305. & lib. 8. v. 289. *Farn.* *In adunci dentibus Et aduncis* plerique vetustiores. Forte *praeduncis.* ut *praecuta hasta* libro VII. v. 131. *Heins.*

553. *Mirabile culpæ.*] *Mirabere* Thuan. prim. Vatican. prim. Medic. prim. Moreti. aliique complures. *Idem.*

558. *In-*

Digitized by Google

Sed labor inſolitus jam me laſſavit: & ecce
Opportuna ſuâ blanditur populus umbrâ: 555
Datque totum ceſpes. libet hac requieſcere tecum,
Et requievit, humo: preſſitque & gramen, & ipſum.
Inque ſinu juvenis poſita cervice renidens
Sic ait: ac mediis interſerit oſcula verbis.

Forſi-

558. *Inque ſinu juvenis poſita cervice.*] Ex Lucret. lib. 1. v. 35.

——*in gremium qui ſæpe tuum ſe*
Rejicit, æterno devinctus vulnere amoris,
Atque ita ſuſpiciens, tereti cervice repoſta,
Paſcit amore avidos, inhians in te, Dea, viſus,
Eque tuo pendet reſupini ſpiritus ore, &c.

Poſita cervice reclivis.] *Reclinis* plerique. niſi quod optimus S. Marci Florentinus, *renidens.* venuſte mehercules. cum Gloſsâ, *id eſt, ridens.* Hinc φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη Homero. Horatio. *Erycina ridens.* & *perfidum ridens Venus.* Epiſtola Paridis Noſter, *Dulce Venus riſit.* Neque aliter poëtæ Græci paſſim, *Ἀμαθουσίας γελάσσας* Symmacho lib. 1. Epiſt. VIII. quo ordine in ultima Caſparis Schioppii editione legitur. Sed cum verſus iſti mendoſiſſimi circumferantur, producam eos, ut legendos eſſe arbitror:

Ubi corniger Lyæus
Operit ſuperna Gauri;
Vulcanus æſtuoſis
Media incoquit cavernis.
Tenet ima piſce multo
Thetis & vaga ſorores:
Calet unda, friget æthra.
Simul innatat choreis
Amathuſias renidens,
Salis arbitra & leporis,
Flos ſiderum Dione.

ſecundo verſu pro *Operit ſuperna vite*, quæ Jureti conjectura eſt, cum libri veteres haberent *ſuperam gutturi*, vel *ſuperna guttur*, Lectius *ſuperna gutti* concinnavit. nos *ſuperna Gauri*, veriſſima conjectura. qui mons eſt in hoc ipſo tractu, à vino, quod præſtantiſſimum proferebat, multum antiquis laudatus. unde Statio,

Bacchei vineta madentia Gauri.

Florus lib. 1. cap. XVI. *Hic amicti vitibus montes, Gaurus, Falernus, Maſſicus.* ſed hoc notum. verſu quarto *media incoquit*, pro *medium coquit.* ita præcedentia, & quæ ſequuntur poſtulant. verſu ſexto, pro *Bata ſorores*, repoſuimus *vaga* conſulentes metro. Alludit autem ad Lucrinum lacum piſce celeberrimum, qui ad radices Gauri. verſu nono pro *Amathuſium* repoſuimus *Amathuſias.* cum Juretus noret *Amathuſiam* ex veteri codice. Ipſe peſſime *Amatorium renidens* contra metrum. denique verſu decimo pro *vaporis* reſcripſimus *leporis.* Intelligendi autem poſteriores verſus de templo Veneris, quod ad Lacum Lucrinum colebatur. unde *Lucrina Venus* Statio lib. III. Sylv. 1. & hæc de mendoſiſſimo loco. De Gauro tamen, quod in ſecundo verſu Symmachi corrigebam, jam occupaſſe juventibus ad Florum notis Salmaſium Gronovius me monuit, cum hæc jam ſcripſiſſem. ſed revertamur ad Venerem ridentem. Silius libro VII.

——*poſtrema nitenti*
Affulſit vultu ridens Venus.

de judicio Paridis. ſed & Cupido ridens exprimebatur. Seneca Hippolyto,

Iſte laſcivus puer & renidens
Tela quam certo moderatur arcu.

Ita ſcribendus iſte locus ex optimo codice Mediceo. *Heinſ.*

559. *Mediis interſerit oſcula verbis.*] *Labris* Florent. S. Marci, Neapol. Bernegg. Cæſen. pri. & ſec. Medic. Urbin. Spir. & ſeptem alii- ſimilis error apud

Propter-

Forsitan audieris aliquam certamine cursûs
Veloces superasse viros. non fabula rumor
Ille fuit: superabat enim. nec dicere posses,
Laude pedum, formæne bono præstantior esset.
Scitanti Deus huic de conjuge, Conjuge, dixit,
Nil opus est, Atalanta, tibi. fuge conjugis usum.
Nec tamen effugies: teque ipsa viva carebis.
Territa forte Dei per opacas innuba silvas
Vivit: & instantem turbam violenta procorum
Conditione fugat: Nec sum potiunda, nisi, inquit,
Victa prius cursu. pedibus contendite mecum.
Præmia veloci conjux thalamique dabuntur;
Mors pretium tardis. ea lex certaminis esto.

Illa

Propertium lib. 1. Eleg. XII.

a *Et cupere optatis animam deponere verbis.*

pro *labris* perperam legitur. quod Passeratio quoque deprehensum video. Notum illud ex Anthologia,

Τὴν ψυχὴν Ἀταβήνα φιλῶν ἐπὶ χείλεσιν εἶχον.

vide quæ ad Claudiani Epithalamium Palladii notamus. v. 132. in hoc tamen Nasonis loco vulgata scriptura non videtur mutanda. *Idem.*

FAB. XI. *Arg.* Forsitan audieris aliquam certamine cursus, &c.] *Atalanta Schœnei filia, cum de conjugio sciscitata esset, & monita ut nulli jungeretur: quia omnium virginum perniciſſima erat, petentibus procis, legem posuit, ejus conjugem futuram, qui se cursu pedum anteceſſisset, quam cum Hippomenes Macarei filius ex progenie Neptuni intenso amore diligeret, nec mortem certaminis expaveſceret, Venerem in malis habuit auxilio. Nam ex Damaseno agro ei tria mala aurea donavit, qui est in insula Cypri, ut in cursu projiceret virgini: futurum enim ut cupiditate ejus tardaretur, dum peteret. Cujus monitis Hippomenes conſecutus victoriam, poſtea ingratus adversus Deam cognitus est. Itaque impulsu ejusdem Dea, dum matris Deum lucum transgrediuntur, quem Eehion terra filius ſacraverat, non tenuerunt cupiditatem, quin adversus religionem in ſacrato concumberent ſolo, quam ob causam à Deo in leones ſunt converſi.* Lact.

561. *Non fabula rumor ille fuit*] Ita distingue: rumor ille non fuit fictus. sic *fabula manes* apud Horatium. *Heinſ. Non fabula.*] Non est hæc, inquit Venus, fictio ad delectandum comparata; sed rumor, imo fama constans & certa. Confunditur tamen hæc fabula. Cum enim duæ fuerint Atalantæ, ut habet Io. Tzetzes 13. Chil. 453. & Scholiastes Apollonii Argonaut. 1. ἡ μὲν ἀρκὰς Ἰάσου καὶ Συγάτηρ ἦν Ἴγκιος Μαινάλιον. ἡ δὲ Ἀρσίας ἦ Σχοινέως. ἦν τέκνα Ἱππομένης. Tzetzes ipse, Palæphatus, alii tribuunt hoc filiæ Iasii, quod erat filiæ Schœnei: Milanioni item, quod erat Hippomenis. *Farn.*

564 *Deus.*] Apollo. *R.*

565. *Teque.*] Transformata scil. vives humanæ formæ superstes. *Farn.*

567. *Sorte.*] Oraculi responso. *Æneid. 4. Nunc Lycia sortes.*

568. *Et instantem turbam.*] Ad Epist. Ulyssis Sabiniani scribendum monui,

—— *instantum turbam procorum.*

Heinſ.

569. *Potienda.*] *Potiunda* meliores. dictum lib. IX. v. 752. *Idem.*

Illa quidem immitis: sed (tanta potentia formæ est)
Venit ad hanc legem temeraria turba procorum.
Sederat Hippomenes cursûs spectator iniqui:
Et, Petitur cuiquam per tanta pericula conjux?
Dixerat: ac nimios juvenum damnarat amores.
Ut faciem, & posito corpus velamine vidit,
Quale meum, vel quale tuum, si fœmina fias;
Obstupuit: tollensque manus, Ignoscite, dixit,
Quos modo culpavi: nondum mihi præmia nota:
Quæ peteretis, erant. laudando concipit ignem,
Et, ne quis juvenum currat velocius, optat
Invidiâque timet. Sed cur certaminis hujus
Intentata mihi fortuna relinquitur? inquit.
Audentes Deus ipse juvat. dum talia secum
Exigit Hippomenes: passu volat alite virgo.
Quæ quanquam Scythicâ non secius ire sagittâ
Aonio visa est juveni; tamen ille decorem
Miratur magis: & cursus facit ipse decorem.
Aura refert oblata citis talaria plantis:
Tergaque jactantur crines per eburnea, quæque
Poplitibus suberant picto genualia limbo:
Inque puellari corpus candore ruborem

Tra-

575. *Cursus iniqui.*] Quia lex & conditio crudelis. Sedebat ergo spectaturus, & admirans eorum juvenum temeritatem Hippomenes. *Pont.*

580. *Tollensque manus.*] Gestus veniam petentium, manus tollere. *Pont.*

582. *Concipit ignes.*] *Ignem* iidem. *Heins.*

584. *Invidiamque timet.*] *Invidiaque* margo Gryphianæ editionis ex veteri libro, & unus meus. Scribe *Invidiaque timens.* pro *sed cur, sed quid* prim. Moreti, & Bernegger. in Notico, *Invidaque timet.* Idem.

585. *Intentata.*] Non tentata.

587. *Passu alite.*] Veloci cursu.

588. *Scythica.*] Velocissima. Scythæ namque plurimum sagittando valent. *Non segnius ire sagitta,*] *Non secius* Florentinus S. Marci. Neapol. & sec. Medic. in tertio *segius.* hoc est *secius.* quomodo primus Mediceus, & Spirensis ac pro diversa lectione primus Grotovianus. diximus lib. 11. v. 810. *Heins.*

589. *Aonio.*] Bœotico Hippomenes. est Aonia pars Bœotiæ.

590. *Cursus facit ipse decorem.*] *Decorem* multi veteres. *Heins.*

591. *Aura refert oblata citis talaria plantis.*] *Oblata* pri. Palat. pri. Vatic. sec. tert. quart. Medic. Cantabrig. Arund. Bernegg. Urbin. pri. Reg. utrique Hamburg. pri. Erfurt. Spir. aliique plurimi. bene. tunicam talarem intelligit. *Idem.*

592. *Genualia.*] Γονατίδων. glos. genuum vincula, seu ornamenta.

596. *Sua-*

Digitized by Google

Traxerat. haud aliter, quam cum ſuper atria velum
Candida purpureum ſimilatas inficit umbras.
Dum notat hæc hoſpes; decurſa noviſſima meta eſt:
Et tegitur feſtâ victrix Atalanta coronâ.
Dant gemitum victi; penduntque ex fœdere pœnas.
Non tamen eventu juvenum deterritus horum
Conſtitit in medio; vultuque in virgine fixo,
Quid facilem titulum ſuperando quæris inertes;
Mecum confer, ait, ſeu me fortuna potentem
Fecerit; à tanto non indignabere vinci.
Namque mihi genitor Megareus, Onchestius illi;
Eſt Neptunus avus: proncpos ego regis aquarum:
Nec virtus citra genus eſt. ſeu vincar, habebis
Hippomene victo magnum & memorabile nomen.
Talia dicentem molli Schœneïa vultu
Aſpicit; & dubitat, ſuperari an vincere malit.
Atque ita; Quis Deus hunc formoſis, inquit, iniquus
Perdere vult? caræque jubet diſcrimine vitæ
Conjugium petere hoc? non ſum me judice tanti.
Nec formâ tangor. poteram tamen hac quoque tangi.
Sed quod adhuc puer eſt. non me movet ipſe, ſed ætas.
Quid, quod ineſt virtus, & mens interrita leti?
Quid, quod ab æquoreâ numeratur origine quartus?

Quid,

596. *Similem dat & inficit umbram.*] *Simul edit & inficit* Bernegger. & quatuor alii. *ſimul addat* Arondel. *ſimul edat* prim. & alius Medic. *ſimilem datur* unus Bonon *ſimul & dat & inficit* prim. Moreti & ſeptem alii. *ſimilatas inficit umbras* Florentinus S. Marci omnium optimus. quod ſequor. nec abludit Spitenſis, in quo *ſimilis dat inficit.* Heinſ.

597. *Hoſpes.*] Hippomenes. *Decurſa noviſſima meta eſt.*] Ad ultimam metam decurſum eſt.

603. *Mecum confer, ait.*] Nil juvant libri veteres. Putabam nihilominus. *Te mihi, confer, ait.* paulo ante *juvenum deterritus horum* multi, non *juvenis.* Heinſ. *Mecum confer.*] Quod Virgil. XI. Æneid. explicat.

—— *dimitte fugam, & te cominus æquo*
Mecum crede ſolo.

609. *Schœneia.*] Atalanta Schœnei regis filia.

611. *Formoſis, dixit, iniquus.*] *Inquit* vetuſtiores. *formoſum dixit.* prim. Moret. & quatuor alii. in Neapol. eraſa vetus lectio. Latet aliquid. *fortunis iniquus* pri. Ambroſ. an *formis tam dixit iniquus?* Heinſ.

612. *Perdere vult.*] *Pendere* Cantabrig. & unus Baſil. Vide Notas ad lib. VIII. v. 75. *Idem.*

617. *Ab æquorea origine.*] Neptuno æquoris Deo. R.

Quid, quod amat, tantique putat connubia noſtra,
Ut pereat; ſi me Fors illi dura negarit?
Dum licet, hoſpes, abi; thalamoſque relinque cruentos.
Conjugium crudele meum eſt. tibi nubere nulla
Nolet: & optari potes à ſapiente puellâ.
Cur tamen eſt mihi cura tui, tot jam ante peremtis?
Viderit: intereat: quoniam tot cæde procorum
Admonitus non eſt; agiturque in tædia vitæ.
Occidet hic igitur, voluit quia vivere mecum?
Indignamque necem pretium patietur amoris?
Non erit invidiæ victoria noſtra ferendæ.
Sed non culpa mea eſt. utinam deſiſtere velles!
Aut quoniam es demens, utinam velocior eſſes!
At quam virgineus puerili vultus in ore eſt!
Ah, miſer Hippomene, nollem tibi viſa fuiſſem!
Vivere dignus eras. quod ſi felicior eſſem;
Nec mihi conjugium fata importuna negarent;
Unus eras, cum quo ſociare cubilia poſſem.
Dixerat: utque rudis, primoque Cupidine tacta,
Quid facit ignorans, amat, & non ſentit amorem.
Jam ſolitos poſcunt curſus populuſque paterque;
Cum me ſollicitâ proles Neptunia voce
Invocat Hippomenes. Cythereïa comprecor; auſis
Adſit, ait, noſtris; &, quos dedit, adjuvet ignes.

Deu-

619. *Sors illi dura negarit.*] *Fors* cum melioribus. *Heinſ.*

622. *Nollet.*] *Nolet* pri. Palat. Bernegger uterque Hamburg. Arondel. & ſex alii. *Idem. Sapiente.*] Dotes tuas, uti par eſt, æſtimante, & cui nuptiæ cordi.

624. *Viderit.*] Verum ipſe viderit. *Viderit utilitas; ego cœpta fideliter edam.* Farn.

626. *Voluit quia vivere mecum.*] *Vovit* Urbinas. & Noricus, *quia vovit* alter Hamburg & alter Erfurt. nil mutandum temere. *Heinſ.*

631. *Ah quam.*] *At* Urbin. Spir. & unus Regius. Vide Notas ad Epiſt. XII. v. 1. *Idem.*

635. *Cubilia vellem.*] *Poſſem* Cantab. pri. Pal. pri. Vatic. & decem alii ex melioribus. *Idem.*

637. *Quid facit ignorans.*] *Quid facit* plerique meliores. Cæſen. & tres alii. *Quid faciat.* Scribe,

Quidque agat ignorans. Idem.

639. *Cum me ſollicita.*] Me, Venerem. refert enim hæc Venus Adonidi. *Proles Neptunia.*] Hippomenes Neptuni pronepos.

640. *Cythereaque comprecor.*] *Cytherea comprecor*, iidem meliores magna ex parte. *Heinſ.*

643. *Ne*

Detulit aura preces ad me non invida blandas;
Motaque sum, fateor. nec opis mora longa dabatur.
Est ager, indigenæ Tamasenum nomine dicunt;
Telluris Cypriæ pars optima: quem mihi prisci
Sacravêre senes: templisque accedere dotem
Hanc jussêre meis. medio nitet arbor in arvo;
Fulva comam, fulvo ramis crepitantibus auro.
Hinc tria forte meâ veniens decerpta ferebam
Aurea poma manu: nullique videnda, nisi ipsi:
Hippomenen adii; docuique, quis usus in illis.
Signa tubæ dederant; cum carcere pronus uterque
Emicat, & summam celeri pede libat arenam.
Posse putes illos sicco freta radere passu,

Et

643. *Nec opis mora longa dabatur.*] Ὀρῖ malim. *Idem.*

644. *Est ager.*] Describit agrum nomine *Damasenum*, unde Venus tria aurea poma, quæ Hippomeni tradidit, se sumpsisse ait. Interpres Theocriti, non ex Cypro, sed ex Hesperidum hortis aurea hæc mala allata dicit. *Tamasenum.*] Levi unius literæ mutatione restitutum sperto redonatumque solo cœloque Cyprio agrum suum. *Damascum* sibi habeat Syria, *Damascum*, *Damascenum* Critici. Inter oppida Cypri quindecim admittit *Tamasenum* Plin. lib. 5. cap. 31. & Stephanus. *Tamassum* in eadem inf. agnoscit Strabo lib. 14. μίτταλλά τε χαλκῆ ἐστιν ἄφθονα ἐν Ταμασσῷ. hodie *Borgo di Tamasso.* Ferrarius. *Farn. Damasenum.*] *Amasenum* Bosch. & Thys. multi *Damascum* vel *Damacenum. Damascum* Arondel. Scribe *Tamascum.* hoc est Ταμασσίου, vide Notas lib. 1. v. 579. Ταμάσσος πόλις Κύπρου, τὸ ἐθνικὸν Ταμασσίτης καὶ Ταμασσεύς. Stephano. quare dubito an non *Tamasiten nomine dicunt* hoc loco sit legendum. nam prim. Vaticanus *Damasithona. Tamascum* etiam urbem hanc vocat Plinius. apud quem codices nonnulli antiqui *Tamasus*; a Ταμασὸς quoque Straboni libro VI. Ταμάσσος Ptolemæo, sed mendose ut puto. Ταμασία, Polybio. Ταμασία Constantino Porphyriogenetæ in Thematibus. nihil autem usitatius in antiquis libris, quam *T* in *D* degenerare. sic superiori libro codices omnes vetusti *Driopeius* pro *Triopeius.* Auctor argumentorum *Damasum agrum* habet, sed codex veterrimus S. Marci, illic *Amasenum* exhibet. *Heins.*

645. *Quam mihi prisci sacravere senes.*] *Quem* rectius sex scripti. de agro enim Tamaseo mentio est. *Idem.*

647. *Nitet arbor.*] *Viret* Excerpta Mureti & duo ex nostris. deinde *comam* pro *comas* meliores. *Idem.*

649. *Hinc tria.*] Mala hæc Hesperidum hortis deportata narrat Scholiastes Theocriti in Idyll. 3. & Virgil. 6. eclog. *Tum canit Hesperidum miratam mala puellam.* Soyros autem certaminis hujus scena est.

650. *Poma.*] Mala esse inter illicia & symbola Veneris notum ex Theocriti Idyll. 6. Βάλλει καὶ μήλοισι τὸν κισσόλον ἁ Κλεαρίστα. & interprete ibi, ut & Scholiaste Aristophanis: *Malo me Galatea petit.* Virg. 3. eclog. *Farn.*

654. *Posse putes.*] *Illa vel intacta segetis per summa volaret Gramina, &c.* Virg. 7. Æneid. de Camilla. *Farn.*

Et ſegetis canæ ſtantes percurrere ariſtas.
Adjiciunt animos juveni clamorque favorque,
Verbaque dicentum, Nunc, nunc incumbere tempus,
Hippomene: propera. nunc viribus utere totis.
Pelle moram: vinces. dubium Megareïus heros
Gaudeat, an virgo magis his Schœneïa dictis.
O quoties, cum jam poſſet tranſire, morata eſt;
Spectatoſque diu vultus invita reliquit!
Aridus è laſſo veniebat anhelitus ore:
Metaque erat longè. tum denique de tribus unum
Fœtibus arboreis proles Neptunia miſit.
Obſtupuit virgo; nitidique cupidine pomi
Declinat curſus; aurumque volubile tollit.
Præterit Hippomenes. reſonant ſpectacula plauſu.
Illa moram celeri, ceſſataque tempora curſu
Corrigit: atque iterum juvenem poſt terga relinquit.
Et rurſus pomi jactu remorata ſecundi,
Conſequitur tranſitque virum. pars ultima curſûs
Reſtabat: Nunc, inquit, ades, Dea muneris auctor:
Inque latus campi, quo tardius illa rediret,
Jecit ab obliquo nitidum juveniliter aurum.
An peteret, virgo viſa eſt dubitare: coëgi
Tollere; & adjeci ſublato pondera malo:
Impediique oneris pariter gravitate morâque.

Neve

659. *Megareïus.*] Hippomenes Megarei filius, Neptuni nepos vers. 605. ſupra Pomum aureum. Δρόμῳ νικῆσαι πάντας δὲ ποθὸν τῇ ταχύτητι Νικᾶται Ματλαρίοις μῆλα χρυσᾶ ῥιπτοῦντι. Καὶ ταῦτα δὶ συνάγωσα, καὶ ὅσως ἀτλαθίσα. Μᾶλλον δὲ τότο ἵρατι πολλῷ κατασχεθίσα. Jo. Tzetzes 13. Chil. 453. qui ibidem citat Theocriti verſus ex Idyll. 3. Ἱππομένης ἄνα δί, &c. *Farn.*

663. *Aridus à laſſo.*] *E laſſo* caſtigatiores. *Heinſ.*

667. *Aurum volubile.*] Aureum pomum. Similiter Virgil. —— *volubile lexum*: pro trocho.

672. *Pars ultima.*] *Pars optima* unus Moreti. *Heinſius.*

675. *Liquidum juveniliter aurum.*] Et unus Patavinus ex noſtris. reliqui omnes *nitidum*, niſi quod Barberia *ſolvum*. paulo ante,

—— *nitidique cupidine pomi*
Declinat curſus.

libro IX.

—— *cum ſpicis nitida flaventibus aura.*
Τὸ *liquidum* metuo ne ex *obliquo* profluxerit. *Idem.*

679. *Curſu*

Neve meus sermo cursu sit tardior illo;
Præterita est virgo: duxit sua præmia victor.
Dignane, cui grates ageret, cui thuris honorem
Ferret, Adoni, frui? nec grates immemor egit:
Nec mihi thura dedit. subitam convertor in iram:
Contemnique dolens, ne sim spernenda futuris,
Exemplo caveo: meque ipsam exhortor in ambos.
Templa Deûm Matri, quæ quondam clarus Echion
Fecerat ex voto nemorosis abdita silvis
Transibant: & iter longum requiescere suasit.
Illic concubitûs intempestiva cupido
Occupat Hippomenen, à numine concita nostro.
Luminis exigui fuerat prope templa recessus,
Speluncæ similis, nativo pumice tectus;
Religione sacer priscâ: quo multa sacerdos
Lignea contulerat veterum simulacra Deorum.
Hunc init; & vetito temerat sacraria probro.
Sacra retorserunt oculos: turritaque Mater,
An Stygiâ fontes, dubitavit, mergeret undâ.

Pœna

679. *Cursu sit tardior ipso.*] *Illo* quatuor scripti. *longior* etiam alter Hamburg. & alter Erfurt. *Idem.*

680. *Duxit sua præmia victor.*] Hippomenes, inquit, victor duxit Atalantam uxorem. ℛ. *Præterita.*] Cl. Baconus hanc fab. interpretatus, Atalantæ, inquit, id est, artis prærogativam & vigorem, mala aurea retardant. illa enim plerumque stadium deserit & ad lucrum declinat, &c. quæ videre operæ pretium.

684. *Contemtuque dolens.*] *Contemniquæ* rectius duo Medicei cum altero Hamburgensi, alter Erfurtanus. *Contemtique.* Heins. *Ne sim spernenda futuris.*] —— Τοῖς ἐσσομένοισι πυθέσθαι Homer. Quo Cicero dicto sæpe utitur in Epistolis.

685. *In ambos.*] Contra ambos, Hippomenem & Atalantam. ℛ.

691. *Luminis exigui.*] *Liminis* in plurimis. *Heins.*

693. *Multa sacerdos.*] *Vota* Neapol. & sec. Medic. bene. Adi Notas lib. VIII. v. 152. apud Minucium Felicem Octavio *nulla simulacra nota* pro *vota* similiter perperam legitur. & apud Virgilium in nonnullis exemplaribus,

—— *ubi figere dona solebant*
Laurenti Divo & notas suspendere vestes.

pro *vota.* at in Spirensi *vitta sacerdos.* Idem.

696. *Sacra.*] Simulachra Deorum. ℛ. *Retorserunt.*] Averterunt oculos, ne scelus viderent. *Turritaque.*] Cybele, mater Deorum, quam turrigeram, instar muralis coronæ cinctam ferunt; vel, quia urbis Midæ clausæ muros capite sublevavit, atque ita est ingressa, Arnob. 5. lib. vel *quod primis turres urbibus illa dedit.* Ovid. Fast vel quia eadem est cum Terra. quæ urbes turribus munitas sustinet. Lucret. lib. 2. *Muralique caput, &c.* F.

Pœna levis visa est. ergo modo lævia fulvæ
Colla jubæ velant: digiti curvantur in ungues:
Ex humeris armi fiunt: in pectora totum
Pondus abit: summæ caudâ verruntur arenæ.
Iram vultus habet: pro verbis murmura reddunt:
Pro thalamis celebrant silvas: aliisque timendi
Dente premunt domito Cybeleïa fræna leonis.
Hos tu, care mihi, cumque his genus omne ferarum,
Quæ non terga fugæ, sed pugnæ pectora præbent,
Effuge: ne virtus tua sit damnosa duobus.
Illa quidem monuit: junctisque per aëra cygnis
Carpit iter: sed stat monitis contraria virtus.
Forte suem latebris vestigia certa secuti
Excivêre canes; silvisque exire parantem
Fixerat obliquo juvenis Cinyreïus ictu.
Protinus excussit pando venabula rostro,
Sanguine tincta suo: trepidumque, & tuta petentem
Trux aper insequitur: totoque sub inguine dentes
Abdidit; & fulvâ moribundum stravit arenâ.
Vecta levi curru medias Cytherêa per auras

Cypron

701. *Cauda.*] Caudam leonum animi esse indicem, ut aures equorum. Plinius scribit. Nam immota placidum, mota iratum significat.

704. *Cybeleia frena.*] Nam matris Deûm currum à leonibus trahi fingunt poëtæ. *Cybele* autem dicta est à Cybelo monte Phrygiæ, ipsi Deûm matri sacro. Vel etiam ἀπὸ τῆ κύβῳ, hoc est, cubo, quoniam terra cubica, hoc est, solida, & per hoc constans & immobilis intelligatur. *Micyl.*

706. *Quod non terga fugæ, sed pugnæ pectora præbet.*] *Quæ præbent* ex melioribus *Heinf.*

FAB. XII. & XIII. *Arg.* Illa.] *Adonis supra dictus, monitus a Venere quam vim feræ haberent. Igitur is (dum negligit hæc) in venatione ab apro interimitur, cujus cruor ejusdem Deæ numine in florem purpurei coloris conversus est.* Lact.

710. *Suem.*] Aprum. Sues autem & apri Veneri sunt invisi propter Adonidis cædem. Unde proverbium apud Græcos in eos, qui rem ingratam alicui faciunt. ἀφροδίτῃ ὗν ἱθύνειν, Hoc est, Veneri suem sacrificavit. *Ꝛ. Suem.*] Ἄρης δὲ ἀνίησι ἀν, &c. Tzetzes in Lycophr. Mars rivalis in apri speciem mutatus juvenem incaute se ferentem interemit. Jul. Firmicus. *Fam.*

712. *Juvenis Cinyreius.*) Adonis Cinyræ filius.

713. *Pando rostro.*] Recurvo.

715. *Totoque sub inguine dentes.*] *Tortoque* quinque veteres. nil muta. pro *pando rostro* duo libri *parulo.* Heins. *Sub.*] Ἄγριον ἵλαθ' ἵχει κατὰ μηρὸν Ἀδωνις. Μεῖζον δ' ἀνθίσιμα τύπει κἀρδιον ἵλαθ'. Bion. Idyll. lege lepidum Theocriti Idyllion, in mortuum Adonin.

721. *Exani-*

Cypron olorinis nondum pervenerat alis.
Agnovit longe gemitum morientis: & albas
Flexit aves illuc. utque æthere vidit ab alto
Exanimem, inque suo jactantem sanguine corpus;
Desiluit: pariterque sinus, pariterque capillos
Rupit; & indignis percussit pectora palmis.
Questaque cum fatis, At non tamen omnia vestri
Juris erunt, inquit. luctûs monumenta manebunt
Semper, Adoni, mei: repetitaque mortis imago
Annua plangoris peraget simulamina nostri.
At cruor in florem mutabitur. an tibi quondam
Fœmineos artus in olentes vertere menthas,
Persephone, licuit? nobis Cinyreïus heros
Invidiæ mutatus erit? sic fata, cruorem
Nectare odorato spargit: qui tactus ab illo
Intumuit; sic, ut pluvio perlucida cœlo
Surgere bulla solet. nec plenâ longior horâ
Facta mora est; cum flos è sanguine concolor ortus.

Qua-

721. *Exanimem, inque suo jactantem sanguine corpus.*] Si exanimis, quomodo jactabat corpus? Scribe vel invitis membranis *Semanimem.* de Procride moribunda lib. VII.

Semanimem & sparsas fudantem sanguine vestes,
Invenio. Heins.

722. *Desiliit, pariterque sinum.*] *Desiluit* & *sinus* meliores. *Idem.*

723. *Percussit pectora palmis.*] *Pectus percussa lacertis* unus Leidensis. *Idem.*

724. *Et non tamen.*] *At non* Calandr. Arondel. & sex alii. bene. vide quæ notamus initio Epist. Medeæ. mox pro *dixit* idem Arond. Zulich. & unus Medic. *inquit.* Idem.

726. *Repetitaque mortis imago.*] *Recitataque* Spirensis. *redivivaque* sec. Medic. Scribe *recidivaque.* de qua voce fusius egimus ad Phœnicem Claudiani. etsi minime ignoro vulgatam scripturam ex aliis Nasonis nostri locis defendi posse. Adi Notas Fastor. IV. vs. 45. *Idem.*

727. *Annua simulamina.*] Simulachra. Nam singulis quibusque annis *Adonia*, id est, sacra in Adonis honorem celebrabantur, in quibus Adonis plangebatur, ac luctus Veneris referebatur. R. Addunt Græci fabulæ huic, Martem, quia Adonidi invideret, tanquam rivalis, sese in aprum transformasse, & sub specie illius Adonim interemisse. Florem autem qui ex cruore Adonidis enatus sit, *Anemonem* fuisse. R.

FAB. XIV. *Arg.* At cruor, &c.] *Menthe nympha in herbam mutata mentham, odio Proserpinæ Cereris filiæ, quod cum Dite patre conjuge suo concubuisset.* L.

729. *Fœmineos.*] Menthen Plutonis pellicem Proserpina in herbam cognominem mutavit. Nicandri interpres in Alexipharmacis. *Farn.*

732. *Sparsit.*] *Spargit* cum melioribus. *Heins.*

Digitized by Google

Qualem, quæ lento celant ſub cortice granum,
Punica ferre ſolent: brevis eſt tamen uſus in illo.
Namque malè hærentem, & nimiâ levitate caducum
Excutiunt îdem, qui præſtant nomina, venti.

736. *Celant ſub cortice granum.*] *Grana* prim. Gronov. frag. Boxhornii, & ſeptem alii. *in cortice* idem Gronov. *qua cortice* prim. Moret. *ſub vertice* pri. Pal. atque alii quatuor. Forte,

Qualem, quæ lento celantur cortice, grana
Punica ferre ſolent.

vel, *celant ſe cortice.* ſcriptum fuerat *celant ortice*, mendoſe. hinc factum *celant ſub vertice*, vel *cortice.* Martial.

Aut imitata brevis Punica grana roſas.

Ita optimus Thuaneus. nam *Punica mala* perperam nunc legitur. *Idem.*

739. *Qui perflant omnia venti.*] Hæc ſcriptura à ſcriptis nullis confirmatur. Plerique veteres *præſtant omnia* vel *præbent omnia.* At prim. & tertius Mediceus, Oxonien. prim. Hamburg. prim. Twiſd. & duo alii, *præſtant nomina*, ſeptem alii pro diverſa lectione eandem ſcripturam quoque exhibent. verè. nec abludit Aroudelianus, in quo *præbent nomina.* Adonidis enim cruor in anemonem florem mutatus eſt. qui flos ἀπὸ τῆ ἀνέμε nomen deducit. quo alluſit Noſter. vera ſcriptura hujus loci jam mihi puero olim deprehenſa ex Leidenſis bibliothecæ codice. de qua me monuerunt poſtea Deſiderius Heraldus, & Johannes Peyraredus. de ea quoque jam Lectorem monuit Ægidius Menagius magnum Galliæ ſuæ ornamentum in erudito & ingenioſo opere, quod Gallicas Origines inſcripſit. apposite Plinius lib. XXI. c. XXIII. de anemone, *Flos nunquam ſe aperit, niſi vento ſpirante, unde & nomen accepit.* Idem. *Qui præſtant nomina.*] Nam *Anemon*, ὁ ἄνεμος ventus dicitur. R.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER XI.

ARGUMENTUM.

Hinc cum Thracia mulieres illum diſcerpſiſſent, in arbores mutata ſunt. Tum Bacchus è Thracia receſſit, & Midæ pro Sileno reſtituto auri copiam fecit. cujus cum illum pœniteret in Pactolo lotus, arenas ejus aureas reddidit. Poſtea Phœbus, pro iniquo judicio aures illi aſininas tribuit. Quo facto Trojæ mœnia, humanam indutus formam, exſtruxit. Hanc urbem poſtquam cepit Hercules, Heſionem Telamoni uxorem dedit: quandoquidem Peleus jam Thetidem poſt multas ejus transformationes duxerat: & ad Ceycem poſtea profectus, Dædalionem in accipitrem, & lupum in lapidem converſum, partim intellexerat, partim ipſe viderat. Accidit deinde, ut Alcyone, marito poſt naufragium ſub Morphei figura per ſomnium conſpecto, in avem, ſicut & maritus, mutaretur. Quos in aëre volantes cum animadvertiſſent quidam, Æſacum quondam in mergum, qui tum forte aderat, meminerunt transformatum.

CArmine dum tali ſilvas, animoſque ferarum
Threïcius vates, & ſaxa ſequentia ducit;

Ecce

FAB. I. *Arg.* Carmine dum tali.] *Orpheus Thracias mulieres aſpernatus (ut diximus) in ſe earum odium traxit. Quare cum Bacchi ſacra celebrarent, ipſum in ferarum catu canentem aſpexerunt, ac impetu facto dilaceraverunt, capumque ac lyram in Hebrum fluvium conjecerunt, quæ ad inſulam Lesbon uſque delata cum eſſent, ſerpens Orphei caput dilaniatum ab Apolline in ſaxum fuit converſus.*

1. *Animoſque ferarum.*] Intelligamus ferorum hominum animos ab Orpheo fuiſſe excultos, id quod Horatius aperte ſcribit. *Dictus ob hoc lenire tigres, rabidoſque leones. R. Sylvas.*] Orpheus, poſtquam naturali inſtructus Philoſophia in rerum corruptibilium conſervatione & inſtauratione laboraſſet, ſed fruſtra: ad Moralem & Civilem converſus, homines à ſylveſtri, & ferino convictu ad æquitatem & pacem transferre; vitia tollere; virtutes, leges, religionem ſancire; oppida munire, agros colere inſtituit, ſed & hæc ſucceſſu haud feliciori. namque & hic ſeditioſi rudis vulgi obortiuntur tumultus; quorum inter ſtrepitus non audiuntur leges, verum in ipſorum principum & legiſlatorum perniciem ſævit populi furor. quod in Lycurgi, Solonis, aliorum, miſero exitu videre eſt. *Animoſque.*] Senſus. infra vſ. 53. *perque os Auditum ſaxis intellectumque ferarum Senſibus.* Farn.

2. *Saxa ſequentia ducit.*] Hæc vera ſcriptura. perperam alii codices *traxit* vel *duxit*. Redde & Propertio hoc verbum lib. III. Eleg. II.

Orphen, te duxiſſe feras & concita dicunt
Flumina Threïcia detinuiſſe lyra.

vulgati *Orphen te tenuiſſe*, vel *Orphea detinuiſſe*. inconcinne prorſus, cum idem verbi in pentametro proximo repetatur. Horatius de Orpheo lib. I. Od. XII.

Blandus auritas fidibus canoris
Ducere quercus.

& le-

Ecce nurus Ciconum tectæ lymphata ferinis
Pectora velleribus, tumuli de vertice cernunt
Orphea percuſſis ſociantem carmina nervis.
E quibus una, levem jactato crine per auram,
En, ait, en hic eſt noſtri contemtor; & haſtam
Vatis Apollinei vocalia miſit in ora.
Quæ foliis præſuta notam ſine vulnere fecit.
Alterius telum lapis eſt: qui miſſus, in ipſo
Aëre concentu victus vociſque lyræque eſt;
Ac veluti ſupplex pro tam furialibus auſis,
Ante pedes jacuit. ſed enim temeraria creſcunt
Bella: moduſque abiit: inſanaque regnat Erynnis.
Cunctaque tela forent cantu mollita: ſed ingens
Clamor, & inflato Berecynthia tibia cornu,
Tympanaque, plauſusque, & Bacchêi ululatus
Obſtrepuêre ſono citharæ. tum denique ſaxa
Non exauditi rubuerunt ſanguine vatis.
Ac primum attonitas etiamnum voce canentis
Innumeras volucres, angueſque, agmenque ferarum,
Mænades Orphêi titulum rapuêre theatri:
Inde cruentatis vertuntur in Orphea dextris:
Et coëunt, ut aves; ſi quando luce vagantem
Noctis avem cernunt: ſtructoque utrimque theatro

Cœ

& libro III. Od. II.
Tu potes tigres domitaſque ſilvas
Ducere. Heinſ.

3. *Nurus.*] Threſſæ Bacchantes. ſunt autem Cicones Thraciæ populi ad Iſmarum montem. *Farn.*

6. *Leves auras.*] *Levem auram* meliores. & pro *En ait en hic eſt*, Bernegger. Rottendorph. & unus Mediceus cum uno Regio. *hic hic eſt* ut in Amoribus.
Aſque ait, Hic hic eſt, quem ferus urit amor.
Claudian. *Hic eſt, hic Stilicho.* Heinſ.

16. *Berecynthia.*] Qua primum uſi ſunt in ſacris Cybeles, quæ Berecynthia dicta à monte Phrygiæ Berecyntho, Matri Deum dicato. *Tympana vos, buxuſque vocat Berecynthia Matris Idææ.* Ea p. 619.

17. *Tympanaque & plauſus.*] Ti & abeſt ab Ogon. & uno Medic. Lege *Tympanaque plauſusque.* quomodo & ex ſuis ſcriptis Gebhardus. *Heinſius.*

18. *Obſtrepuere ſono.*] *Sonum* Urbin. Cæſen. pri. Moret ſec. Pal. octo alii. *ſones* unus Moreti & Voſſii. quod tautundem eſt. alius Medic. *ſoni.* frago. Boxhornii *ſoni. Obſtrepuere ſonum* octo alii. prim. Reg. & Zulichem. *Obſtrepuere ſonum.* Idem.

22. *Mænades.*] Bacchæ, ἀπὸ τῆς μαίνεσθαι, hoc eſt, à furendo, dictæ.

25. *Utrimque.*] Amphitheatro in quo ſpectacula matutina, ubi cum beſtiis pugnabant:

Ceu matutinâ cervus periturus arenâ,
Præda canum eſt: vatemque petunt; & fronde virenti
Conjiciunt thyrſos, non hæc in munera factos.
Hæ glebas, illæ dereptos arbore ramos,
Pars torquent ſilices. neu deſint tela furori;
Forte boves preſſo ſubigebant vomere terram:
Nec procul hinc multo fructum ſudore parantes
Dura lacertoſi fodiebant arva coloni.
Agmine qui viſo fugiunt, operiſque relinquunt
Arma ſui: vacuoſque jacent diſperſa per agros
Sarculaque, raſtrique graves, longique ligones.
Quæ poſtquam rapuêre feræ, cornuque minaci
Divellêre boves; ad vatis fata recurrunt:
Tendentemque manus, atque illo tempore primùm
Irrita dicentem, nec quicquam voce moventem,
Sacrilegæ perimunt. perque os (prô Jupiter!) illud,
Auditum ſaxis, intellectumque ferarum
Senſibus, in ventos anima exhalata receſſit.
Te mœſtæ volucres, Orpheu, te turba ferarum,

Te

gnabant: & meridiana, ubi qui ſuperfuerant ex beſtiarum pugna, inter ſe dimicabant, Lipſ. Saturn. 3. l. 15. c. F.

26. *Ut matutina.*] Multi ex melioribus *Cum.* Scribe *Cen.* ut bene prim. Vatican. & Calandræ excerpta. *Heinſius.*

27. *Fronde virentes.*] *Virenti* Cantabrig. prim. Palat. Arondel. excerpta Jureti, & decem alii. ſic paulo poſt,

——— *cornuque minaci*
Divellere boves.

quæ vera ſcriptura eſt, non *minaces*, aut *Divulſire. Divellere* recte Prim. Palat. Cantabrig. Oxon. Thuan. utercque Eſſent. & alii duodecim. Adi Notas ad Epiſt. VI. v. 104. Carullus de Bacchis,

Pars è divulſo jactabant membra juvenco.

ſic Canidiam & Saganam veneficas Horatius lib. 1. Sat. VIII. inducit,

——— *Scalpere terram*
Unguibus, & pullam divellere mordicus agnam.

De ritu autem illo diſcerpendi tauros in ſacris Bacchicis plura nos congeſſimus in notis ad hunc locum uberioribus, quas publico mox committemus. apud Prudentium libro 1. contra Symmachum,

Viridis chelydros ore diſcindunt bacchantes. Idem.

29. *Dereptos arbore ramos.*] *Dereptos* malim. vide Amor. lib. 1. Eleg. v. verſ. 13. quæ noto. *Idem.*

32. *Multo fructum ſudore.*] *Merito ſudore* unus Gron. non inelegantes. *Idem.*

43. *In ventos anima exhalata receſſit.*] Ex Virgil. *Dilapſus calor, atque in ventos vita receſſit.*

44. *Te mœſtæ.*] Lege Antipatri epigramma in Orph. 3 lib. Anthol. 25. cap. *Farn.*

45. *Te*

Te rigidi ſilices, tua carmina ſæpe ſecutæ
Fleverunt ſilvæ : poſitis te frondibus arbos
Tonſa comam luxit : lacrymis quoque flumina dicunt
Increviſſe ſuis : obſcuraque carbaſa pullo
Naïdes & Dryades, paſſosque habuêre capillos.
Membra jacent diverſa locis. caput, Hebrè, lyramque
Excipis; & (mirum) medio dum labitur amne,
Flebile neſcio quid queritur lyra, flebile lingua
Murmurat exanimis : reſpondent flebile ripæ.
Jamque mare invectæ flumen populare relinquunt;
Et Methymnææ potiuntur littore Lesbi.
Hic ferus expoſitum peregrinis anguis arenis
Os petit. & ſparſos ſtillanti rore capillos.
Tandem Phœbus adeſt; morſusque inferre parantem
Arcet; & in lapidem rictus ſerpentis apertos
Congelat; & patulos (ut erant) indurat hiatus.
Umbra ſubit terras : &, quæ loca viderat ante,
Cun-

45. *Te rigidi ſilices.*] *Rigida* pri. Amroſ. & duo alii. jam monitum ad l. IX. v. 225. *Heinſius.*

47. *Tonſa comas.*] *Comam* quatuor veteres cum Berneggeriano. ex vetuſtioribus multi *coma.* Idem.

49. *Habuere.*] *Habuiſſe* unus Moreti. Scribe,

Naïdas & Dryadas paſſoſque habuiſſe capillos.

& refer ad Tè *dicunt.* Idem.

50. *Membra.*] Membra tamen Orphei diſcerpti à Muſis collecta & in Dio Macedoniæ condita refert Pauſanias in Bœoticis. caput in Lesbum, lyram in ſidus novem inſignitum ſtellis relatam ferunt. Lege quæ Lucianus habet adverſ. indoctum, de Neantho nacto Orphei lyram.

52. *Membra.*] *Eurydicem vox ipſa & frigida lingua. Ah miſeram Eurydicen anima fugiente vocabat : Eurydicen toto referebant litore ripæ.* Virg. 4. Georgic.

54. *Flumen populare.*] Fluvium patrium. Hebrus enim Thraciæ fluvius eſt.

55. *Methymnæa Lesbi.*] Methymna urbs eſt Lesbi, optimo vino inſignis, dicta à Methymne Macarei filia, ac Lepydni uxore, unde Methymnæus derivatur. Lesbos autem inſula eſt clariſſima, quam nunc *Mitylenen* à nomine urbis vocant. *Petiuntur littore.*] *Littore* Spirenſis. adi Notas infra l. XIII. v. 730. *Heinſ.*

57. *Os petit.*] Hæc vera lectio. Cæterum verſus proximus ex auctoritate optimorum codicum hinc ablegandus eſt,

Lambit & hymniferos imbiat divellere vultus.

Joannes Gulielmus Capoferrus conſet ex duobus verſibus conficiendum unum, hoc modo.

Os petit, & ſacros imbiat divellere vultus.

cum de *capillis* otioſam mentionem eſſe contendat. pro *ſparſos ſtillanti* in antiquis multis *ſparſo ſtillantes.* Idem.

61. *Umbra.*] Imago, animæ & corporis ſimulacrum. Hoc autem ex opinione eorum, quibus homo conſtat anima, corpore, umbra : animam cœlo, aſtris, aëri; corpus terræ; umbram inferis

Cuncta recognoscit. quærensque per arva piorum
Invenit Eurydicen, cupidisque amplectitur ulnis.
Hîc modo conjunctis spatiantur passibus ambo:
Nunc præcedentem sequitur: nunc prævius anteit:
Eurydicenque suam jam tutò respicit Orpheus.
Non impune tamen scelus hoc sinit esse Lyæus,
Amissoque dolens sacrorum vate suorum,
Protinus in silvis matres Edonidas omnes,
Quæ fecêre nefas, tortâ radice ligavit.
Quippe pedum digitos, in quantum quæque secuta est,
Traxit: & in solidam detrusit acumine terram.
Utque suum laqueis, quos callidus abdidit auceps,
Crus ubi commisit volucris, sensitque teneri;
Plangitur; ac trepidans adstringit vincula motu:
Sic, ut quæque solo defixa cohæserat harum,
Exsternata fugam frustra tentabat. at illam
Lenta tenet radix, exsultantemque coërcet.
Dumque ubi sunt digiti, dum pes ubi quærit, & ungues,
Aspicit in teretes lignum succedere suras.
Et conata femur mœrenti plangere dextrâ;
Robora percussit. pectus quoque robora fiunt:

Ro-

tis reddi volunt. Dido 6. Æn. *Et nunc magna mei sub terras ibit imago.* & quæ nos ibi. *Farn.*

FAB. II. *Arg.* Non impune tamen.] *Thraciæ mulieres quæ Orphei cædi interfuerunt, omnes a Baccho eadem Orphei ægre ferente in aërias arbores fuere conversæ.* R.

68. *Sacrorum.*] Sacra Liberi Patris Orpheus primus induxit in Græciam, celebravitque in monte Bœotiæ Cithæron. Ea sacra Orphica nominantur. Lactantius 1. lib. & Diodorus lib. 1.

69. *Edonidas.*] Thraciæs. Edonus mons Thraciæ. Plin. 4. l. 11. cap. ἀπὸ Ἤδωνῆς τῆ Μύσθεν ἀδελφῆ. Steph.

70. *Quæ videre nefas.*] Rectius *fecere* pri. Reg. pri. Medic. pri. Basil. excepta Jureti, cum sex aliis. *Heins.*

75. *Ac trepidans adstringit vincula motu.*] *Trepidus* Barberin. in Bernegger. *trepid.* additis postea manu recentiori tribus ultimis literis *ans.* supra lib. III. v. 125. monui scribendum,

Plangitur, ac trepido substringit vincula motu.

sic *substricta ilia* dat canibus venaticis lib. III. & lib. XI. *substricta crura* mergo. *Idem.*

76. *Sic quæcunque solo.*] *Sic ut quæque* prim. Vatic. unus Patav. & unus Voss. lib. VII.

His ut quæque pia est hortatibus, impia prima est.

Idem.

80. *Succedere suras.*] *Succrescere* in multis veterum, etiam bene. ut alibi,

—— *succrescit ab imo*
Totaque paulatim lentus premit inguina cortex. Idem.

Robora sunt humeri. porrectaque brachia veros
Esse putes ramos; & non fallare putando.
Nec satis hoc Baccho est. ipsos quoque deserit agros:
Cumque choro meliore, sui vineta Tymoli,
Pactolonque petit: quamvis non aureus illo
Tempore, nec caris erat invidiosus arenis.
Hunc assueta cohors Satyri, Bacchæque frequentant:
At Silenus abest. titubantem annisque meroque
Ruricolæ cepêre Phryges: vinctumque coronis
Ad regem traxêre Midan: cui Thracius Orpheus
Orgia tradiderat cum Cecropio Eumolpo.
Qui simul agnovit socium comitemque sacrorum,
Hospitis adventu festum genialiter egit
Per bis quinque dies, & junctas ordine noctes.

Et

83. *Porrectaque brachia veros esse putes ramos.*] Plurimi ex vetustioribus *longos quoque brachia veros.* Vel, *brachia tandem.* pri. Basil. & Bernegger. *veros quoque brachia longa.* tert. Medic. *longos quoque brachia vera.* Futo *brachia vara.* vel *porrectaque brachia varos esse putes ramos.* Vide Notas lib. VI. v. 625. *Idem.*

FAB. III. *Arg.* Nec satis hoc, &c. *Midas rex Phrygiæ cum Silenum a rusticis captum, sibique traditum, Baccho reddidisset, jussus est a Deo, ut quicquid vellet peteret. Ille petit ut quicquid corpore suo tangeret, aurum fieret. Id illi concessit Bacchus, quamvis inutile ipsi futurum videbat. Cum vero panis quoque ac vinum in aurum verterentur, fameque perire cæpisset, tandem cognovit stolidus se rem damnosam petisse: Bacchum itaque rogavit, ut peccato veniam daret, & munus datum irritum faceret. Bacchus igitur illi mandavit, ut ad fontem Pactoli pergeret, seque totum in eo lavaret. quod cum fecisset, vis illa aurum efficiendi quicquid tangeret, in fluvium transivit, unde etiam arenas aureas ejicere memoratur.*

85. *Ipsos agros.*] Thraciæ.

86. *Sui Tymoli.*] A se amati. *Lasc. Choro.*] Quam qui Orpheum discerpsit. *Sui vineta.*] Feracissimi scil. optimi vini. *Tymoli.*] Tmoli montis Lydiæ. *F. Tymoli.*] *Tymoli* Græcis Τμῶλος καὶ Τμῶλος. Heins.

87. *Pactolonque.*] Pactolus fluvius est Lydiæ aureis arenis notissimus. *Lasc.*

88. *Nec caris.*] Necdum pretiosis & auriferis. *Farn.*

90. *Silenus.*] Οὐρσέστης. Quem Plautus vocat, *veternosum senem, qui dorso vehitur asinario, παιδαγωγὸς, καὶ τροφὸς Διονύσου.* Diod. Sic. lib. 5. c. 1. Scaliger de R. P. *Silenus fuit*, inquit, *vernacula atque compositæ sapientiæ Deus.* l. 3. Quod ex convivio Platonis. Redi ad lib. 4. Metam. vs. 26. *Tmolo tantem.*] Quæque jecur ferula titubantes elevat artus *Sustinet*, &c. de eodem Sileno, lib. 4. vs. 26.

92. *Midam.*] Meliores *Midan* recte etiam pro *duxere* Arondel. ut apud Virg. *Ecce trahebatur passis Priamides* vero *Crinibus* Heins.

Cui Thracius.] Midam sacrorum solemnibus ab Orpheo initiatum, Phrygiam religione excoluisse, scribit Justinus lib. 11. *Farn. Ad regem Midam.*] Midas Gordiæ bubulci filius Phrygiæ rex fuit ditissimus, eoque fictus est omnia quæcunque tangeret in aurum transmutare.

93. *Cecropio.*] Eleusinio seu Atheniensi, Musæi filio, Orphei discipulo, ad differentiam Thracensis, qui fuit Neptuni & Chionis. *Farn.*

Et jam ſtellarum ſublime coëgerat agmen
Lucifer undecimus, Lydos cum lætus in agros
Rex venit; & juveni Silenum reddit alumno.
Huic Deus optandi gratum, ſed inutile, fecit
Muneris arbitrium, gaudens altore recepto.
Illi malè uſurus donis, ait, Effice, quicquid
Corpore contigero, fulvum vertatur in aurum.
Annuit optatis: nocituraque munera ſolvit
Liber; & indoluit, quod non meliora petiſſet.
Lætus abit; gaudetque malo Berecynthius heros:
Pollicitamque fidem tangendo ſingula tentat.
Vixque ſibi credens, non altâ fronde virentem
Ilice detraxit virgam: virga aurea facta eſt.
Tollit humo ſaxum: ſaxum quoque palluit auro.
Contigit & glebam: contactu gleba potenti
Maſſa fit. arentes Cereris decerpſit ariſtas:
Aurea meſſis erat. demtum tenet arbore pomum:
Heſperidas donaſſe putes. ſi poſtibus altis
Admovit digitos; poſtes radiare videntur.
Ille etiam liquidas palmas ubi laverat undis,
Unda fluens palmis Danaën eludere poſſet.

Vix

99. *Juveni alumno.*] Baccho. R.

100. *Huic deus optanti.*] *Optandi* cum ſcriptis melioribus. munetis videlicet. pro *altore* Urbinas *alitore*. Heinſ. *Huic deus.*] Max. Tyrius refert, Midam à captivo Satyro inebriato, non à Baccho impetraſſe, ut arbores, ſegetes, flores, terra, omnia in aurum verterentur; annonæ hinc penuriam Phrygas invaſiſſe. quem vide Diſſertat. 30. vide Photii bibliothecam, ex Conone. vide & Philoſtrat. 1. lib. Icon. *Farn.*

101. *Altore.*] Sileno nutritore.

106. *Gaudetque malo.*] *Dato* Cantabrig. & prim. Reg. *datis* alter Hamburg. & lib. VIII.

Myrrha datis nimium gaudet. Heinſ. *Berecynthius.*] Midas rex Phrygiæ, in qua mons Berecynthus. *Farn.*

107. *Pollicitique fidem,*] *Pollicitiſque* excerpta Jureti & unus Medic. tertius; *Pollicitoque.* unus Baſil. & unus Argent. *Pollicitaque.* Lege *Pollicitamque* quomodo poſtmodum in altero Twiſdenio exaratum offendi. lib. III. Faſt.

Pollicitam dictis Jupiter adde fidem.

ſic & *pacta fides* paulo poſt. *Heinſ.*

108. *Alta fronde.*] *Fronte* quatuor. vide notata lib. X. vſ. 91. *Idem.*

111. *Contigit & glebam.*] Puto *ut glebam.* & mox *Aurea meſſis erant*, nempe *ariſta*, pro *erat.* Idem.

114. *Heſperidas donaſſe putes.*] Nam Heſperides hortos habuiſſe dicuntur aurea poma ferentes.

117. *Danaën.*] Referebat aureum imbrem, quo Jupiter auripluus Danaën eluſit. 4. l. 611. vſ. *Farn. Danaen.*] Redibis ad tom. 1. p. 442. vſ. 27. Et Metamorphoſ. 5. l 4. vſ. 10.

Vix ſpes ipſe ſuas animo capit, aurea fingens
Omnia. gaudenti menſas poſuere miniſtri,
Exſtructas dapibus, nec toſtæ frugis egentes.
Tum verò, ſive ille ſuâ Cerealia dextrâ
Munera contigerat, Cerealia dona rigebant.
Sive dapes avido convellere dente parabat,
Lamina fulva dapes admoto dente nitebant.
Miſcuerat puris auctorem muneris undis,
Fuſile per rictus aurum fluitare videres.
Attonitus novitate mali, diveſque, miſerque
Effugere optat opes: &, quæ modo voverat, odit.
Copia nulla famem relevat: ſitis arida guttur
Urit, & inviſo meritus torquetur ab auro.
Ad cœlumque manus, & ſplendida brachia tollens,
Da veniam, Lenæe pater; peccavimus, inquit:
Sed miſerere, precor, ſpecioſoque eripe damno.
Mite Deûm numen Bacchus peccaſſe fatentem
Reſtituit, pactamque fidem data munera ſolvit.

Neve

120. *Toſta frugis.*] Periphraſis eſt panis.

124. *Admoto dente nitebat.*] *Nitebant* veteres multi. nempe dapes. quod rectius. *premebat*, Florent. S. Marci, Neap. Bernegger. ſec. Palat. prim. & tert. Medic. excerpta Jureti, aliique complures. quod Naugerius in poſtrema editione expreſſit. id eſſet ſimile illi, *lentus premit inguina cortex*, pro *tegit. premebant* fragment. Theat. & duo Leidenſes, *carebant* alius Leidenſ. *rigebant* codex Politiani & octo ex noſtris. *negabat* Arondel. & unus ex Moreti libris. *negabant* ſec. Medic. Forte *crepabant*. Heinſius.

125. *Autorem.*] Bacchum. *vinum. Farn.*

127. *Miſerque.*] Quia auro frui non poterat. *R. Diveſque.*] Dives utique erat Midas φιλόχρυσος Suidæ; ὅτινος τὶ θησαυρὸς πεπιτυχοῖ, ἀθρόον εἰς πλοῦτον ἔρρει, ut habet Photius: ſed avarus; cui tam deerat quod habuit quam quod non habuit. Tantali in ſtar congeſto pauper in auro. nec habendi fructu felix. & cupiditate quærendi miſerrimus; *fame atque miſer, dives inopſque ſimul.* Lege apud Plutarchum, lib. de virtutibus mulierum, ſolertiam uxoris cujuſdam Pythæ, cui in aurifodinis toti occupato opposuit panes & cibos aureos, adeoque avocavit à metallis ad agriculturam. *Farn.*

128. *Quæ modo voverat.*] Puto quæ nimirum opes. *Heinſ.*

130. *Merito torquetur.*] *Meritus* cum pleriſque ſcriptis. *Idem.*

132 *Lenæe pater.*] Bacche.

135. *Factique fide data munera ſolvit.*] *Pactique* ſec. Medic. & pro diverſa lectione Neapolitanus. quomodo & in Bernegerianо videbatur à manu primâ fuiſſe. in eodem Neapol. poſt *To* fide erasa erat una litera *fidem* fuiſſe primo opinor. quomodo Moreti primus, pri. Ionon & unus ex meis. *factaque fide* pa. Hamburg. fragmen. Theat. & duodecim alii. *fatique fide* tert. Medic. *facta*

que

Neve male optato maneas circumlitus auro,
Vade, ait, ad magnis vicinum Sardibus amnem;
Perque jugum montis labentibus obvius undis
Carpe viam; donec venias ad fluminis ortus.
Spumiferoque tuum fonti, qua plurimus exit, 140
Subde caput: corpusque simul, simul eluе crimen.
Rex jussæ succedit aquæ. vis aurea tinxit
Flumen, & humano de corpore cessit in amnem.
Nunc quoque jam veteris percepto semine venæ
Arva rigent, auro madidis pallentia glebis. 145
Ille, perosus opes, silvas & rura colebat,
Pana-

fide pri. Gronov. Scribe,
——*pactamque fidem data munera solvit.*
vel, *pactique fidem.* elegans appositio Epist. Hypsip.
Heu ubi pacta fides? ubi connubialia jura?
Fastor. III.
Heu ubi pacta fides? ubi quæ jurare solebas?
Epist. Acont.
Conjugium pactamque fidem, non crimina posco.
Phædrus lib. III. Fab. III.
Sic pactam fuci non vecusassent fidem.
Seneca Hippolyto,
——*redde nunc pactam fidem*
Genitor. moraris?
Posset & *rata munera* legi. *Heins. Factique.*] Eadem fide qua dederat, data munera resolvit atque irrita fecit. Neque enim placet quod habent interpretes; *ob præstitam fidem restituendo Silenum amissum.* Farn.

136. *Maneat circumlitus auro.*] *Maneas* sec. Palat. Arondel. Florent. S. Marci, Neapol. aliique non pauci. *Heins.*

137. *Magnis Sardibus.*] Sardis urbs est Lydiæ Crœsi regia. *Vicinum.*] Pactolum ex Tmolo monte ortum Sardis opp. præterfluere scribit Strabo lib. 13. per medium Sardium forum fluere, Herodotus lib. 5.

138. *Perque jugum ripa.*] *Vita* Florentinus S. Marci, & Spirensis. In Neap. erasa est vetus lectio, in primo Regio, optimo Thuan. & aliis duobus est *montis.*] Puto *Perque jugum Tmoli.* ὅτι δ' ὁ Πακτωλὸς ἀπὸ τοῦ Τμώλου, Straboni l. XIII. quod ipsum alii etiam Geographi confirmant. nisi pro *ripæ* mavis reponi *rupis.* ut Tmolus subintelligatur. *Heinsius.*

142. *Vis aurea.*] Propter crumulos & ramenta auri quæ fabulo suo missa devehit Pactolus inter Chrysorrhoos fluvios nobilitatur, quæ perhibentur Indus, Ganges, Hermus, Pactolus, Iber, Tagus, Arimaspus, Padus, Hebrus, Rhenus, &c. *Farn.*

FAB. IV. *Arg.* Ille perosus opes.] *Midas facultate auri efficiendi quicquid tangeret liberatus, opesque perosus, in sylvis habitabat, Panaque pastorum Deum colebat, qui cum fistula inventa sibi multum nymphis placere videretur, ausus est Apollinem in certamen provocare, Tmolo montis Deo judice constituto. Cum vero sententia pro Apolline lata omnibus placeret, solus Midas, naturali stultitia ductus, eam ut injustam improbavit. Quare Apollo indignatus, aures illius in asininas convertit, quibus ipsius stoliditas indicaretur. Longiores namque aures ex physicorum sententia vecordiam præ se ferunt. Caterum Midas aures asininas tiaris purpureis occultavit, tonsorique mandavit, ne verbum cuiquam de illis faceret. Tonsor vero cum reticere non posset, in locum desertum secessit, ibique fovea facta immurmuravit, Midam aures*

Panaque montanis habitantem ſemper in antris.
Pingue ſed ingenium manſit : nociturаque, ut ante,
Rurſus erant domino ſtolidæ præcordia mentis.
Nam freta proſpiciens latè riget arduus alto
Tmolus in adſcenſu : clivoque extentus utroque,
Sardibus hinc, illinc parvis finitur Hypæpis.
Pan ibi dum teneris jactat ſua carmina Nymphis,
Et leve ceratâ modulatur arundine carmen;
Auſus Apollineos præ ſe contemnere cantus,
Judice ſub Tmolo certamen venit ad impar.
Monte ſuo ſenior judex conſedit; & aures
Liberat arboribus. quercu coma cærula tantùm
Cingitur; & pendent circum cava tempora glandes.
Iſque Deum pecoris ſpectans, In judice, dixit
Nulla mora eſt. calamis agreſtibus inſonat ille:
Barbaricoque Midan (aderat nam forte canenti)
Carmine delinit. poſt hunc ſacer ora retorſit
Tmolus ad os Phœbi : vultum ſua ſilva ſecuta eſt.
Ille caput flavum lauro parnaſide vinctus

Ver-

aſininas habere. Deinde foveam terra replevit. Arundines autem eo in loco natæ, ventoque agitatæ, eadem verba, hoc eſt, Midas rex aſininas aures habet, referebant. R.

146. *Peroſus.*] Ibi, inquit Max. Tyrius Diſſertat. 30. Midas divitias deplorare ſuas, preces averſari priores: nec amplius Satyrum, ſed Deos Deaſque precari omnes, ut priorem illam fœcundam pauperiem ſibi reſtituerent, aurum in hoſtium capita transferrent.

147. *Montanis habitantem ſemper in antris.*] *Arvis* Florent. S. Marci, Thuan. Neapol. Oxon. Arondel. ſec. Palat. & alii complures. ſed fruſtra. Val. Flaccus lib. III.

Pan nemorum bellique potens, quem lucis ad ortum
Antra tenent.

Heinſius.

148. *Pingue.*] Quod deprecatur Venuſinus vates, ipſe utcunque pinguis, nitidiſque bene curata cute & Epicuri de grege porcus. Satyra 6. *hac prece te ora, Pingue Pecus domino facias, & cætera, præter ingenium.* Farn.

151. *Tmolus in aſcenſu.*] *In aſcenſu* Frag. Theat. & duo alii. *Heinſ.*

152. *Parvis Hypæpis.*] Hypæpa urbs eſt Lydiæ, ut diximus.

154. *Cerata.*] *Diſparibus calamis compagine cera juncti.* lib. I. v. 702.

156. *Tmolo.*] Deo montis. namque & montibus ſua fuerunt numina æque ac fontibus. *Farn.*

157. *Et aures Liberat arboribus.*] Ab auribus arbores removet: vel aures removet ab arboribus, quibus cingebatur, quo commodius audiret lingentes oves.

159. *Pendent circum cava tempora glandes.*] Bacca ſecundus Moreti, ut bacas quernas pro glandibus poſuerit. *Heinſ.*

161. *Inſonat ille.*] *Intonat* pri. Medic. bene. *Idem.*

163. *Ora retorſit.*] *Reſolvit* perperam in antiquis plurimis. *Idem.*

166. *Se-*

Verrit humum, Tyrio saturatâ murice pallâ:
Instructamque fidem gemmis & dentibus Indis
Sustinet à lævâ : tenuit manus altera plectrum.
Artificis status ipse fuit. tum stamina docto
Pollice sollicitat : quorum dulcedine captus
Pana jubet Tmolus citharæ submittere cannas.
Judicium sanctique placet sententia montis
Omnibus. arguitur tamen, atque injusta vocatur
Unius sermone Mida. nec Delius aures
Humanam stolidas patitur retinere figuram;
Sed trahit in spatium, villisque albentibus implet;
Instabilesque imo facit; & dat posse moveri.
Cætera sunt hominis. partem damnatur in unam:
Induiturque aures lentè gradientis aselli.
Ille quidem celat, turpique onerata pudore
Tem-

166. *Saturata.*] Infecta, bis tincta. *Tyrio murice.*] Tyria purpura. *Verrit.*] Magnifice procedebant in scenam cum histriones, tum citharœdi, purpureum induti trahentesque syrma. Horat. in Arte, *traxitque vagus per pulpita vestem.*

167. *Distinctamque lyram gemmis.*] *Instructamque lyram* Oxon. quart. Medic. & decem alii. *Distinctamque fidem* Bernegger. & unus Medic. *Instructamque fidem* Florent. S. Marci, Spirensis, & unus Vatican. quod amplector. Vide Notas Fastor. III. v. 318. *Heins. Distinctamque.*] Vide habitum ornatumque ipsius Phœbi apud Tibullum lib 3. eleg. 4 nec non citharœdi 4. l. ad Herennium. Uti citharœdus, cum prodierit optime vestitus, palla inaurata indutus cum chlamyde purpurea coloribus variis intexta, & cum corona aurea fulgentibus gemmis illuminata, citharam tenens exornatissimam, auro & ebore distinctam, &c. *Farn. Dentibus Indis.*] Ebore.

169. *Stamina.*] Chordas. *Sollicitat.*] Tangit, percutit.

171. *Cannas.*] Tibiam ex cannis confectam.

174. *Nec Delius.*] Aristophanis interpres narrat, Midæ natura prælongas fuisse aures, vel etiam, quod Bacchi asinos præteriens injuria affecisset, affixas illi ab irato numine aures asininas. Midam tyrannum dimittere solitum Coryeæos ὀτακουστὰς referunt Lucianus, Suidas, Photius, Jo. Tzetzes ad illa Lycophronis, Ὁ ς δὴ ποτ' ἀμφὶ σοὶ ἐξ ἀκρων λοφων φθίσας κυφελλα καλλιτεῦ παρεστίδας refert, duos fuisse in Phrygia colles, qui aures asini vocarentur, quos cum expugnasset Midas, latronesque inde sustulisset, fabulose dictum esse, Midam asini aures occupasse. *Nec Delius.*] Apollo. *Aures stolidas.*] Omni carentes judicio.

176. *Villis albentibus.*] *Ardentibus* 8. Marci, & Spirensis in Neapol. & uno meo erasa vetus lectio. Forte *villis horrentibus.* ut lib. II.

Brachia cæperunt nigris horrescere villis. Heins.

177. *Instabilesque illas facit.*] *Imas* Florent. S. Marci, Neapol. Bernegger. prim. Ambros. *ime* prim. Palat. prim. Reg. & duo alii. *imo* Thuan. opt. Spirens. sec. Palat. & alius, bene. conjuge Notas libro 5. v. 588. *Idem.*

FAB. V. *Arg.* Ille quidem, &c.]

Tempora purpureis tentat velare tiaris.
Sed, ſolitus longos ferro reſecare capillos,
Viderat hoc famulus. qui, cum nec prodere viſum
Dedecus auderet, cupiens efferre ſub auras,
Nec poſſet reticere tamen, ſecedit; humumque
Effodit: &, domini quales aſpexerit aures,
Voce refert parva; terræque immurmurat hauſtæ.
Indiciumque ſuæ vocis tellure regeſtâ
Obruit; & ſcrobibus tacitus diſcedit opertis.
Creber arundinibus tremulis ibi ſurgere lucus
Cœpit: &, ut primùm pleno maturuit anno,
Prodidit agricolam. leni nam motus ab Auſtro
Obruta verba refert; dominique coarguit aures.
Ultus abit Tmolo; liquidumque per aëra vectus
Anguſtum citra pontum Nepheleïdos Helles
Laomedontêis Latoïus adſtitit arvis.

Dex-

Midas cum deformitatem illam voſſe celaret, ut famulus tonſor vidit, neque eloqui poſſet, humum effodit, in eaque immurmurat Midam aſini aures habere. Foveam deinde replat. Ibi enatæ ſunt arundines, agitataque vento deformatem Mida indicarunt. Lact.

180. *Ille quidem celare cupit, turpique pudore.*] Sec. Palat. & prim. Batil. *turpemque pudorem.* ut ſit oppoſitio. ſed duo Moreti codices, Arondel. Oxon. ptim. Bonon. Zulich. & unus Voſſ.

Ille quidem celat, turpique onerata pudore
Tempora purpureis tentat velare tiaris.

Neque aliter ſcripſerat Ovidius. auritum Midæ caput eleganter dixit *turpi onerata pudore tempora.* ſic libro IV. Faſt. 219 Cybele dicitur *caput turriferâ onerata coronâ*, ut quidam codices. *Heinſius.*

192. *Prodidit agricolam.*] Indicavit eum qui illam effoderat terram. R. *Agricolam.*] Servum tonſorem, qui ſcrobi verba illa iuſoderat. Perſius Sat. I. *Men' mutire nefas? nec clam? nec cum ſcrobe? nuſquam? Hicccine infodiam, vidi, vidi ipſe, libelle Auriculas aſini quis non habet?* Farn.

193. *Obruta verba.*] Quæ talia fuerunt, Midas rex Aſini aures habet.

FAB. VI. *Arg.* Ultus abit Tmolo.] *Apollo atque Neptunus cum Laomedontem menia Troja ædificantem vidiſſent, in humanam figuram converſi, paclo auro ſecio opus illud abſoluturos recepernut. Mœnibus vero perfectis cum promiſſum aurum repoſcerent a Laomedonte, ille fraudari, qui jurejurando ſe nihil promiſiſſe affirmavit, tantam perfidiam inultam eſſe non permiſerunt. Neptunus enim & diluvium immiſit, quo totus ager Trojanus eſt devaſtatus, & Heſionem filiam monſtro marino expoſuit Laomedontem coëgit. Quam quidem cum Hercules illac cum Argonautis tranſiens liberaſſet, ac promiſſis equis a perfido rege fraudaretur, & Trojam expugnavit, & Heſionem captam Telamoni ſocio donavit.* R.

194. *Ultus abit Tmolo.*] Ultus ſc de Mida, quemadmodum expoſitum eſt, Tmolum montem Lydiæ deſerit Apollo. *Pont.*

195. *Anguſtum.*] Citra Helleſpontum, cui nomen ab Helle, Athamantis ex Nephele filia, quæ ab aureo velleri vecta ibi intercidit. *Farn. Nepheleïdos Helles.*] Nepheles filiæ.

197. *Dex-*

Dextera Sigæi, Rhœtæi læva profundi
Ara Panomphæo vetus eſt ſacrata Tonanti.
Inde novæ primùm moliri mœnia Trojæ
Laomedonta videt : ſuſceptaque magna labore
Creſcere difficili; nec opes expoſcere parvas.
Cumque tridentigero tumidi genitore profundi
Mortalem induitur formam; Phrygioque tyranno
Ædificant muros, pacto pro mœnibus auro.
Stabat opus : pretium rex inficiatur; & addit
Perfidiæ cumulum falſis perjuria verbis.
Non impune feres, rector maris inquit : & omnes
Inclinavit aquas ad avaræ littora Trojæ.
Inque freti formam terras convertit; opeſque
Abſtulit agricolis; & fluctibus obruit arva.
Pœna neque hæc ſatis eſt: Regis quoque filia monſtro
Poſcitur æquoreo. quam dura ad ſaxa revinctam
Vindicat Alcides : promiſſaque munera dictos
Poſcit equos : tantique operis mercede negatâ,
Bis perjura capit ſuperatæ mœnia Trojæ.
Nec pars militiæ Telamon ſine honore receſſit:

He-

197. *Dextera.*] Inter promontoria Sigæum à dextra &. Rhœteum à ſiniſtra ara eſt Jovis Panomphæi, ex πᾶν & ὀμφή. quod omnium voces audiat, vel quod omnium vocibus colatur. *Euſtat.*

203. *Mortalem.*] Quid Apollo? inquit Lactantius l. 1. nonne muros Laomedonti extruxit, cum Neptuno, mercede conductus, &c. Jovis juſſu, ut Pindarus in Olympicis : damnati à Jove quod cum Junone adverſus Jovem conſpiraſſent, ut habet Didymus. *Phrygioque tyranno Ædificat muros pactus pro mœnibus auram.*] *Phrygioque* meliores & *Ædificant pacti auram*, vel *pacto auro* quod poſterius amplector, ut à pango, pepigi deducatur. quod pro paciſcor ſubinde ponitur. *Heinſ.*

204. *Auro.*] Herodotus ſcribit, Laomedontem templa Apollinis & Neptuni depeculatum, theſauros Deorum ſacris dicatos ad exſtruenda Trojæ mœnia convertiſſe. Quamvis vero ſimilius eſt, lutea, vel etiam lateritia mœnia aqua Neptunia primum miſta, Phœbea deinde face arſiſſe. Martialis crateras aureos fuiſſe ait. *Laomedontea fuerant hæc pocula menſa, Ferrea ut hæc, muros ſtruxit Apollo lyra.* lib. 8. epigr. 6. *Farn.*

207. *Rector maris inquit.*] *Inſit* prior Twiſdenius. ut alibi. *Heinſius.*

210. *Fluctibus obruit agros.*] *Arva* pri. Palat. Vatican. prim. Gronov. Cantabrig. aliique complures. rectius. quia *agricolis* paulo ante præceſſerat. *Idem.*

211. *Filia.*] Heſione. *Farn.*

214. *Equos.*] Deſemine Solis equorum progenitos.

215. *Bis perjura.*] In Deos primum, deinde in Herculem.

216. *Nec pars militiæ Telamon.*] Tela-

Heſioneque datâ potitur. nam conjuge Peleus
Clarus erat Divâ. nec avi magis ille ſuperbit
Nomine, quam ſoceri. ſiquidem Jovis eſſe nepoti
Contigit haud uni : conjux Dea contigit uni.
Namque ſenex Thetidi Proteus, Dea, dixerat, undæ,
Concipe : mater eris juveni, qui fortibus actis
Acta patris vincet; majorque vocabitur illo.
Ergo, ne quicquam mundus Jove majus haberet,
Quamvis haud tepidos ſub pectore ſenſerat ignes
Jupiter æquoreæ Thetidis connubia vitat:
In ſuaque Æaciden ſuccedere vota nepotem
Juſſit; & amplexus in virginis ire marinæ.

Eſt

mon Æaci filius ex Heſione Laomedontis filia Teucrum ſuſcepit.

217. *Nam conjuge Peleus erat Diva.*] Peleus Æaci filius ac Telamonis frater, nepoſque Jovis, ſolus ex hominibus Deam uxorem ducere meruit. Cum enim Proteus Thetidi prædixiſſet, ipſam eſſe parituram filium patre majorem; Jupiter quamvis ejus amore captus, illo quidem abſtinuit conjugio: nepoti autem Peleo mandavit, ut illam duceret uxorem. Quare Peleus Thetida in ſpelunca quieſcentem fruſtra eſt amplexus. nam Dea cum in volucrem, & arborem converſa à Peleo non dimitteretur, in Tigridem ſe transfiguravit: cujus ſævitia territus Peleus, eam dimiſit. Admonitus autem à Proteo ut eam dormientem vinclis ligaret, & quamvis in mille varias figuras converteretur, tantiſper detineret donec in priſtinam rediſſet formam, ſic illa tandem eſt potitus: ex qua Achillem ſuſcepit. R.

219. *Quam ſoceri.*] Nerei. Nam Thetis Nerei filia fuit. R. *Jovis eſſe nepotem contigit haud uni.*] *Nepoti* Florent. S. Marci, & unus Mediceus. vere & eleganter. quo & Neapolitanus alludit. in quo *nepos*. Adi Notas ad v. 64. Epiſt. XIV. *Heinſ.*

220. *Dea dixerat, undæ*] *Vda* in pauculis. *Idem.*

FAB. VII. *Arg.* Namque ſenex Thetidi, &c.] *Proteus cum Thetidi prædixiſſet, ſi vellet jugalis fieri, quod filium parenti ſuo fortiorem proceſſuret, Jupiter antea incenſus pulchritudine nymphæ, ne tamen id ſibi acciderat, concubitum ejus refugit, & ſucceſſorem conjugi, Peleum nepotem dedit, quem cum illa refugiens modo in volucrem, modo in arborem, interdum in Tigrim converſa eluderet, Peleus Neptunum oravit, ut opem ſibi ferret: qui cum Proteo precibus commendaret, ille emergens è mari Peleo mandavit, ut quieſcenti Thetidi meridiano calore inſidiaretur, eamque vinculis illigatam aggravaret: & quamvis in mille figuras converteretur, ne dimitteret donec in priſtinam redeuſſet formam. Ex quo Achilles Græcorum fortiſſimus natus eſt.* Lact.

222. *Mater.*] Vaticinii hujus meminit Lucian. 1. dialogo Deorum. Jovi, inquit Fulgentius, qui ignis eſt, cum Thetide, id eſt, aqua, coire non licet. lib. 3. Fam. *Qui fortibus armis Acta patris vincet.*] *Fortibus actis* prim. Medic. prim. Baſilcenſis, prim. Gronov. Oxon. Berpegger. & quinque alii. recte. Vide Notas ad Epiſt. VIII. v. 44. teſtantem *juvenis* pro *juvenis* excerpta Langermanni & prior Strozzæ. *Heinſ.*

225. *Haud tepidos ignes.*] Vehementes amores.

226. *Connubia fugit.*] *Vitat* multi ex melioribus. *Heinſ.*

227. *Inque ſua Æaciden.*] *In ſuaque* idem. *Idem.*

231. *Pro-*

Eſt ſinus Hæmoniæ curvos falcatus in arcus:
Brachia procurrunt. ubi, ſi foret altior unda,
Portus erat: ſummis inductum eſt æquor arenis.
Littus habet ſolidum, quod nec veſtigia ſervet;
Nec remoretur iter; nec opertum pendeat algâ.
Myrtea ſilva ſubeſt bicoloribus obſita baccis.
Eſt ſpecus in medio; naturâ factus, an arte,
Ambiguum; magis arte tamen: quo ſæpe venire
Frænato delphine ſedens, Theti nuda, ſolebas.
Illic te Peleus, ut ſomno vincta jacebas,
Occupat: & quoniam precibus tentata repugnas;
Vim parat, innectens ambobus colla lacertis.
Quod niſi veniſſes variatis ſæpe figuris
Ad ſolitas artes; auſo foret ille potitus.
Sed modo tu volucris; (volucrem tamen ille tenebat)

Nunc

231. *Portus.*] *Hic nunc Emathia portus patriamque reviſit Pallenen, &c.* Virg. 4. Georg. de Proteo ipſo. *Farn.*

233. *Nec remoretur iter.*] Prim. Palat. Urbin. & duo Ambroſ. *aquis.* Nec remoretur aquis veſtigia. pro *Hæmonia* paulo ante Zulich. *Emathia.* pro *ubi ſi foret*, puto ſcribendum, *qui ſi foret.* Heinſ.

238. *Ut ſomno victa jacebas.*] *Vincta* Florent. S. Marci, Bernegg. prim. Med. prim. Baſil. prim. Erfurt. & ſex alii. ita paſſim poëtæ. *mollibi devinctus lumina ſomno* apud Catullum. *dulci devinctus lumina ſomno* apud Virgilium in Citi. Moſchus Europa,

Τῦτο ὅτε γλυκίων μάλακῳ βλεφάροισιν ἰαύσῃ,
Δυσιμαλὲς, πεδόθι μελαμῳ κατὰ φόβα δορμῷ.

Lucretius libro IV.

Denique cum ſuavi devincti membra ſopore
Semimus.

In Caroleſtis Pithœi,

Nimphius æterno devinctus membra ſopore
Hic ſitus eſt.

apud Noſtrum. l. I. Faſt. ex antiquis codicibus, *corpora vincta ſopore.* Ammianus l. XXV. *quos ſecuritas placido vinxerat ſomno.* ſed modus exemplorum non eſſet. Hinc ſomnus ὕσμος Græcis dictus. ita Ariſtoteles non ſemel in libro de ſomno & vigilia. Orpheus hymno in ſomnum.

Σώματα δεσμεύων ἐν ἀχλυόεσσι πέδησι.

ſimile quid apud Homerum etiam videor legiſſe. pari modo *alligare artus ſomno* Senecæ dictus Hercule Furenti.

Sopor indomitos alligat artus.

Valerio quoque Flacco & aliis, *mentem vincire Lyæo.* Propertius libro III. Eleg. IV. ſic & *amore vinciri*, & *amoris vinculum.* de quibus dictum Faſtor. IV. v. 224. *Heinſ.*

240. *Vim parat.*] Πειρᾶται φῶτα καὶ ἀμαρᾷ ἐγκονεῖ. Pindarus 3. Nemeorum.

243. *Sed modo tu volucris.*] *Si modo* mus Gronov. *Num* alter Hamb. puto,

Seu modo tu volucris; volucrem tamen
ille tenebat,
Seu gravis arbor eras; hærebat in arbore
Pelops. Heinſius.

Sed modo.] φασὶ τὸν Θέτιν φεύγουσαν Πηλέως συνουσίαν Πρὸς πᾶν, πως ἰδίως τρέπεσθαι πρὸς φύσιν εἰς ἄγριον Πρὸς

Nunc gravis arbor eras : hærebat in arbore Peleus.
Tertia forma fuit maculoſæ tigridis : illâ
Territus Æacides à corpore brachia ſolvit.
Inde Deos pelagi, vino ſuper æquora fuſo,
Et pecoris fibris, & fumo thuris adorat.
Donec Carpathius medio de gurgite vates,
Æacide, dixit, thalamis potière petitis.
Tu modo, cum gelido ſopita quieſcet in antro,
Ignaram laqueis vincloque innecte tenaci.
Nec te decipiat centum mentita figuras:
Sed preme quicquid erit : dum, quod fuit ante, reformet.
Dixerat hæc Proteus : & condidit æquore vultum;
Admiſitque ſuos in verba noviſſima fluctus.
Pronus erat Titan, inclinatoque tenebat
Heſperium temone fretum : cum pulcra relicto
Nereïs ingreditur conſueta cubilia ponto.
Vix bene virgineos Peleus invaſerat artus;
Illa novat formas : donec ſua membra teneri

Sen-

Πρὸς δὲ σπείρας μορφὴν, &c. Jo. Tzetzes 2. Chil. 46.

247. *Vino.*] Sicut Diis aliis in ara, menſa, foco aut terra libatum eſt. *Et vina liquentia fundam.* Virg. 3. Æn.

249. *Carpathius.*] *Eſt in Carpathio Neptunus gurgite vates Cæruleus Proteus.* Virgil. 4. Georg. *Farn.*

250. *Æacide.*] *Æacida* unus Voſſian. & prim. Twiſden. at prim. Erfurt. *Æacide.* propius vero. Dixi Epiſt. III. v. 87. *Heinſius.*

251. *Cum gelido ſopita quieſcit in antro.*] *Rigido antro* Florent. S. Marci, unus Medic. & unus Bononienſis. *quieverit* etiam primus Gronov. & unus Baſileenſis. cum Jureti excerptis. multi alii *quieſcet.* Idem.

252. *Vincloque innecte tenaci.*] Ad imitationem Homerici Protei, à Menelao conſtricti. Odyſſ. δ.

Utque fatigaris complexu fortius angens,
Conſilio Nympha, lubrica membra ſenis.

257. *Inclinatoque petebat.*] *Tenebat* meliores. ut in Faſtis lib. II. *medias ſeit tenente vias.* lib. IV.

—— *hoc Hyades Dorida nocte tenent.*

Adi Notas lib. III. Faſtor. vſ. 219. *Idem. Inclinato temone.*] Inclinato curru.

258. *Heſperium fretum.*] Atlanticum mare, in quod Sol condi videtur.

259. *Conſueta cubilia fluctus.*] *Ponto* cum melioribus. nam *fluctus* jam præceſſerat. Florentinus tamen S. Marci, Neapol. & unus Bonon. *ſaxo.* apud Virgilium de Proteo in ſimili narratione,

—— *Conſueta petens è rupibus antra.*

Heinſ.

260. *Peleus.*] Peleus, inquit Fulgentius, eſt πηλὸς, lutum, terra, id eſt, caro; Thetis aqua, id eſt, humor; Jupiter, qui utraque gignit & conjungit, eſt ignis, id eſt, anima. hinc natus Achilles, id eſt, homo perfectus, &c. lib. 3. *Farn.*

262. *Senſit*

Sentit: & in partes diverſas brachia tendit.
Tum demum ingemuit: Neque, ait, ſine numine vincis:
Exhibita eſtque Thetis. confeſſam amplectitur heros,
Et potitur votis; ingentique implet Achille.
Felix & nato, felix & conjuge Peleus;
Et cui, ſi demas jugulati crimina Phoci,
Omnia contigerant. fraterno ſanguine ſontem,
Expulſumque domo patriâ Trachinia tellus
Accipit. hîc regnum ſine vi, ſine cæde, tenebat
Lucifero genitore ſatus, patriumque nitorem
Ore ferens Cëyx; illo qui tempore mœſtus,
Diſſimiliſque ſui, fratrem lugebat ademtum.
Quo poſtquam Æacides feſſus curâque viâque
Venit; & intravit paucis comitantibus urbem;
Quoſque greges pecorum, quæ ſecum armenta trahebat.
Haud

262. *Senſit & in partes diverſas brachia tendit.*] *Sentit* præſtantiores. nonnulli *tendens* ut libro v.

——*in partes diverſas brachia tendens Obſtitit.*

at in margine Gryphianæ editionis, *tendi.* quod placet. in partes diverſas tenduntur brachia, quando ligantur poſt tergum. *Heinſius.*

264. *Exhibita.*] Modò vſ. 253.

265. *Ingentique implet Achille.*] Redibis ad lib. 10. vſ. 469.

FAB. VIII. *Arg.* Jugulati Phoci.] *Phocus Æaci filius ex Pſamathe nympha à Peleo fuit interfectus. Quare Peleus a patre in exilium ejectus, ad Ceycem Trachina regem infelicem Dædalionis fratris caſum lugentem confugit. Nam Dædalion Luciferi filius Chionem habuit: quæ cum jam ex Mercurio Autolycum, ex Apolline Philemonem genuiſſet, Diana ſe formoſiorem eſſe jactavit. Quare Dea irata, ſagittis eam confecit. Cujus morte Dædalion tantum concepit dolorem, ut ex Parnaſſi vertice ſe in mare præcipitarit. Sed Apollo non immemor voluptatis quam de illius filia conceperat, eum in accipitrem, antequam in mare caderet, commutavit.* R.

267. *Jugulati crimina Phoci.*] *Fratris* Arondel. Langerm. & unus Baſil. *Heinſ. Jugulati.*] Peleus Phocum fratrem diſco per quinquertii ludum, ſed ſævum, interemit. matri ſcilicet gratificatus ſuæ, quæ Scyronis erat filia. namque Phocum Æaco peperit Pſamathe Nerei filia. Pauſan. Corinth. Ant. Liberalis 38. fab. *Farn.*

269. *Trachinia tellus.*] Theſſaliæ regio τραχῖνα, in qua Trachin urbs ab Hercule condita. infra v. 627. Apollodorus tamen l. 3. refert Peleum non Trachin, ſed Phthiam exulatum perveniſſe. *Earn.*

270. *Regnum regebat.*] *Tenebat* cum melioribus. paulo poſt,

——*nec inhoſpita regna tenemus.*

Faſtor. III.

Regna tenent forteſque manus pedibuſque fugaces.

ita paſſim Noſter aliique. *Heinſius.*

271. *Lucifero genitore ſatus.*] Ceyx Phoſphori, hoc eſt, Luciferi, fuit filius, Halcyoneſque maritus.

273. *Diſſimilis ſui.*] Nam præ ſe quandam hilaritatem antea ferre conſueverat, quæ tunc in mœſtitiam fuerat converſa. *Fratrem ademptum.*] Dædalionem in accipitrem commutatum. R.

276. *Quoſque greges pecorum.*] Exercitus

Haud procul à muris ſub opacâ valle reliquit;
Copia cum facta eſt adeundi prima tyranni;
Velamenta manu prætendens ſupplice, qui ſit,
Quoque ſatus memorat tantùm ſua crimina celat.
Mentituſque fugæ cauſſam petit urbe vel agro
Se juvet. hunc contra placido Trachinius ore
Talibus alloquitur: Mediæ quoque commoda plebi
Noſtra patent, Peleu; nec inhoſpita regna tenemus.
Adjicis huic animo momenta potentia clarum
Nomen, avumque Jovem. nec tempora perde precando:
Quod petis, omne feres. tuaque hæc pro parte videto;
Qualiacunque vides. utinam meliora videres!
Et flebat. moveat quæ tantos cauſſa dolores,
Peleuſque comiteſque rogant. quibus ille profatur:
Forſitan hanc volucrem, rapto quæ vivit, & omnes
Terret aves, ſemper pennas habuiſſe putetis.
[Vir fuit: & tanta eſt animi conſtantia, quantum]
Acer erat, belloque ferox, ad vimque paratus,

No-

tus conſueſſe greges & armenta ſecum trahere, notum eſt. Hos greges in paſtu ante urbem reliquit cum paſtoribus. *Pont.*

278. *Adeundi tecta tyranni.*] *Prima* prim. ſec. Palat. prim. Vatican. Cantabr. Oxon. Calandr. Grævianus, & alii decem. ſequor. *Heinſius.*

279. *Velamenta.*] Velamenta ſupplicum erant κλάδοι ἐλαίας περιπεπτυγμένοι. Ariſtophanis interpr. in Pluto. pacem quippe aut veniam petentes præferebant oleæ ramos laneis vittis obvolutos, qui repræſentarent manus vinctas & ſeſe dedentes. Virgil. 6. Æneid 237. v. & 11. Æneid. 160. v. *Farn. Quis ſit.*] *Qui* meliores. bene. & mox *Mentituſque* pro *Mentiturque.* prim. Moreti aliique multi. probe. *Heinſius.*

280. *Sua crimina.*] Phoci fratris cædem. R. Hujus Phoci & Pindarus meminit Ode 5. Nemeorum. *Micyl.*

285. *Huic animo.*] Noſtro animo per ſe benigno ac liberali, *Monumenta potentia.*] *Momenta* ſcribendum. atque ita unus Voſſii, & unus Gronovii pro diversâ lectione. eandem vocem repoſui Pont. IV. El. XIII.

Quanta potes præbe noſtra momenta ſalutis. Heinſ.

287. *Tuaque hæc pro parte video.*] *Videto* cum prim. Palat. pri. Vatican. Cantabrig. prim. Reg. Neapol. Urbin. altero Hamburgenſ. Norico, & quatuor aliis. *Idem.*

292. *Pennas habuiſſe putatis.*] *Putes* meliores. *Idem.*

293. *Vir fuit, & tanta eſt animi conſtantia quantum.*] Alii, *quanta eſt animi conſtantia tantum*, ſed quoquo modo legas, vix Latinus eſt verſus, quem ſi tollis omnia erunt plana. Præterea illos duos verſus, qui mox ſequuntur, quorum initium, *Illius virtus*, auferendos cenſeo, cum Naſoniano nitori non reſpondeant, & ſuperflui ſint. pro *pacis tuenda* omnes noſtri uno alteroque exceptis *tenenda.* Idem.

296. *Qui*

Nomine Dædalion; illo genitore creatus
Qui vocat Auroram, cœloque noviſſimus exit.
Culta mihi pax eſt; pacis mihi cura tenendæ,
Conjugiique fuit: fratri fera bella placebant.
[Illius virtus reges, genteſque ſubegit:
Quæ nunc Thisbêas agitat mutata columbas.]
Nata erat huic Chione: quæ dotatiſſima formâ
Mille procis placuit, bis ſeptem nubilis annis.
Forte revertentes Phœbus, Maiâque creatus,
Ille ſuis Delphis, hic vertice Cyllenæo,
Videre hanc pariter, pariter traxere calorem.
Spem Veneris differt in tempora noctis Apollo;
Non tulit ille moras: virgâque movente ſoporem
Virginis os tangit. tactu jacet illa potenti:
Vimque Dei patitur. Nox cœlum ſparſerat aſtris;
Phœbus anum ſimulat; præceptaque gaudia ſumit.
Ut ſua maturus complevit tempora venter;
Alipedis de ſtirpe Dei verſuta propago
Naſcitur Antolycus, furtum ingenioſus ad omne:
Qui facere aſſuerat, patriæ non degener artis,
Candida de nigris, & de candentibus atra.

Naſci-

295 *Qui vocat.*] Aurotæ prævius, & qui lampoentium ex conſpectu Solis orientis ſtellarum fixarum agmina cogit, & *cæli ſtationi noviſſimus exit.* lib. 2. vſ. 115. utpote ſphæra terræ propiore vectus. *Farn.*

301. *Chione.*] Cui nomen forte à nive, quæ χιών. De cognomine quadam Martial. 3. l. 34. ep. *Frigida es, & nigra es; nones, & es Cinone.* Farn.

302. *Mille procis placuit.*] *Procis placuit* duo veteres. & editiones nonnullæ. ut Epiſt. Didus,

Mille procis placui. Heinſ.

304. *Hic vertice Cyllenæo.*] Hic Mercurius, à Cyllene Arcadiæ monte, ubi Mercurius ipſe natus eſſe fingitur. *Raph. Vertice.*] Monte Arcadiæ.

305. *Pariter traxere calorem.*] Una ambo cœperunt amare.

310. *Præceptaque gaudia.*] *Præcepta-que* quatuor libri veteres. Vide Notas Epiſt. XVII. v. 107. *Heinſius.*

312. *Alipedis.*] Mercurii talaria alata in pedibus geſtantis. Quod ideireo fingitur, quia Mercurius velociſſimus eſt omnium planetarum.

314. *Patriæ.*] Κακῆ πάντως πατρὸς ὢν. Pater quidem Mercurius Ἡ δὲ γενομένη μέσῃ ὑμαὶ ἐκλεθάρῃσιν Ἐστερῇ βῶς κλέψαι ἐπιζῆλα Ἀπόλλωνος. Filius Autolycus patriæ non degener artis, Furta exercuit, & ipſe ὀξύχειρ καθάπερ ἐν τῇ γενέσει μιμούμενος τὸν πλοῦτον. ut de Patre, Lucianus in Dialogo Apollinis & Vulcani.

316. *Nam-*

Naſcitur è Phœbo (namque eſt enixa gemellos)
Carmine vocali clarus; citharâque Philammon.
Quid peperiſſe duos, & Dîs placuiſſe duobus;
Et forti genitore, & progenitore Tonanti
Eſſe ſatam prodeſt? an obeſt quoque gloria multis?
Obfuit huic certè. quæ ſe præferre Dianæ
Suſtinuit; faciemque Deæ culpavit. at illi
Ira ferox mota eſt: Factiſque placebimus, inquit.
Nec mora; curvavit cornu: nervoque ſagittam
Impulit; & meritam trajecit arundine linguam.
Lingua tacet: nec vox tentataque verba ſequuntur:
Conantemque loqui cum ſanguine vita reliquit.
Quem (miſera ô pietas!) ego tum patruoque dolorem
Corde

316. *Namque.*] Superfœtationi hic locus.

317. *Philammon.*] Philammonem hunc cum Argonautis navigaſſe, non Orphea, ex Pherecyda citat Apollonii interpres, Thamyræ Thracis patrem fuiſſe ſcribit Suidas. *Farn.* Pherecydes, ut quidem in commentariis Homeri citatur, Autolycum, & Philammonem, Philonidis, ejus quæ fuit Deionis, & Mercutii filios facit. Ac Philammonem dicit, etiam choros virginum primum inſtituiſſe. Autolycum autem patris artes ſecutum, furta exercuiſſe. Hujus filia & Anticlea fuit, mater Ulyſſis. Ex Philammone autem Thanyris natus traditur, matre Argiope nympha, ut Pauſaniæ placet, ſive ut aliis, Erato Muſa: quem Muſæ certamine canendi ſuperatum, poſtea oculis privarunt. *Micyl.*

319. *Pro genitore Tonanti.*] *Tonanti* meliores. Forte & ſcribendum *eſſe ſata prodeſt*, non *ſatam*. Adi Notas in Nucem v. 107. *Heinſius.*

326. *Lingua jacet.*] *Tacet* ſex ſcripti cum opt. Thuan. *Idem.*

328. *Quam miſer amplexans ego tum patrioque dolorem.*] *Quam miſero pietas* ſcripti plerique. & recte. niſi quod ſcribendum. *Quem.* nam in uno Palatino, *Quem miſero ô pietas.* deinde pro *patrio*, nonnulli *patriumque.* Bernegger. & Rottendorph. pro diverſa lectione, *patrique.* quomodo prim. Medic. & quamot alii in ipſo contextu. at Arondel. prim. Baſil. Junian. Medic. chartac. frag. Boxhorn. pri. Bonon. ſec. Vatican. *Patrio.* Nihil verius. *corde patruo*, eſt corde forti, vel duro. ſic apud Horatium, *ne ſis patruus mihi.* Vide omnino quæ notamus Amor. libro III. Eleg. VI. v. 49. præterea cum in multis veterum ſit *miſero pietas*, vel *miſero ô pietas*, conſeo ſcribendum *miſera ô pietas* per parentheſin.

Quem (miſera ô pietas!) ego tum patruque dolorem
Corde tuli, fratrique pio ſolatia dixi.

ſic apud Senecam ŒEdipi initio,

Prò miſera pietas! eloqui fatum pudet.

Hercule ŒEtæo,

O miſera pietas! ſi mori matrem vetas,
Patri es ſceleſtus.

& paulo poſt,

O miſera virtus! ſummus Alcida dies
Nullum malum proſternit.

Prudentius Hamartigen. de Abſalone;

Auſus in auctorem generis qui ſtringere ferrum
(Ah pietas!) ſignis contraria ſigna paternis
Egit, & unius commiſti ſanguinis arma

pro

Digitized by Google

Corde tuli, fratrique pio ſolatia dixi.
Quæ pater haud aliter, quam cautes murmura ponti,
Accipit: & natam delamentatur ademtam.
Ut verò ardentem vidit: quater impetus illi
In medios fuit ire rogos: quater inde repulſus
Concita membra fugæ mandat: ſimiliſque juvenco
Spicula crabronum preſſa cervice gerenti,
Qua via nulla, ruit. jam tum mihi currere viſus
Plus homine eſt: alaſque pedes ſumſiſſe putares.
[Effugit ergo omnes; veloxque cupidine leti]
Vertice Parnaſi potitur. miſeratus Apollo,
Cum ſe Dædalion ſaxo miſiſſet ab alto,
Fecit avem, & ſubitis pendentem ſuſtulit alis;
Oraque aduncа dedit, curvos dedit unguibus hamos,
Virtutem antiquam, majores corpore vires.
Et nunc accipiter, nulli ſatis æquus, in omnes
Sævit aves; aliiſque dolens fit cauſſa dolendi.
Quæ dum Lucifero genitus miracula narrat

De

pro *ſolatia* opt. Thuan. & duo alii *ſolamina*. ut ſæpe alibi Noſter. *Idem.*

335. *Preſſa cervice gerenti.*] *Laſa* pri. Baſil. quart. Medic. Arondel. Oxonien. & octo alii. *lava* ſec. Palat. *paſſa* Junian. nimirum *ſpicula crabronum*. ſic libro VII.

Ora caputque novem cornicis ſacula paſſa.

libro XIII.

——*tam raro prælia paſſus*
Integer eſt clypeus.

pro *repulſus* paulo ante Boxhornii fragmentum *revulſus*. Idem.

337. *Alaſque pedes ſumpſiſſe.*] Jam enim in accipitrem verti cœptus erat.

338. *Effugit ergo omnes.*] Hunc quoque verſum eſſe adulterinum vix dubito. *Heinſ. Cupidine leti.*] Cupiditate mortis.

339. *Miſeratus.*] Aliam Metamorphoſeos cauſam ex Boei Ornithogonia recitat Ant. Liberalis fab. 3. Hieracem quia Teucris fame ab irato Neptuno immiſſa laborantibus ſuppetias tuliſſet, ejuſdem numinis ira in accipitrem verſum. καὶ τὸ μὲν θῆλυ ἅλωσιν, ἀφανίσας μίγισα γὰς ὑπ' ἀνθρώπων φιλοθύτα πολλῶν ἐποίησε, ὑπὸ τῶν ὀρνίθων μισεῖσθαι, &c. *Farn.*

341. *Subitis alis.*] Subito natis. *Suſtulit alis.*] *Suſtinet* pri. Gronov. pri. Hamburg. excerpta Jureti, & decem alii. alibi, *Suſtinuere tamen ſe perlucentibus alis.* Heinſius.

FAB. IX. *Arg.* Quæ dum Lucifero, &c.] *Anetor paſtor armentorum, qua Phlegias ad Cercaphum perduxerat, indicat a lupo, cui obſiſti nequiret, cuſtodem interimi. qui ut intellexit Pſammathes Nereïdis ira ſibi accidere, quod Phocus ex ea & Æacò genitus à ſe interiſſet, & id precibus magis quam ultione eſſe ſedandum, ſuppliciter ab ea petit, ne ultra proſequeretur admiſſum, quæ aliquando Thetidis ſororis mota precibus ne amplius fera armenta petens ſæviret, in ſuæ eam figuram vertit.* Lact.

De conſorte ſuo; curſu feſtinus anhelo
Advolat armenti cuſtos Phocêus Anetor.
Heu Peleu, Peleu, magnæ tibi nuntius adſum
Cladis, ait! quodcunque ferat, jubet edere Peleus:
[Pendet & ipſe metu trepidat Trachinius heros.]
Ille refert: Feſſos ad littora curva juvencos
Appuleram, medio cum Sol altiſſimus orbe
Tantum reſpiceret, quantum ſupereſſe videret.
Parſque boum fulvis genua inclinarat arenis,
Latarumque jacens campos ſpectabat aquarum:
Pars gradibus tardis illuc errabat, & illuc:
Nant alii, celſoque exſtant ſuper æquora collo.
Templa mari ſubſunt, nec marmore clara, nec auro;
Sed trabibus denſis, lucoque umbroſa vetuſto.
Nereïdes Nereuſque tenent. hos navita templi
Edidit eſſe Deos, dum retia littore ſiccat.
Juncta palus huic eſt denſis obſeſſa ſalictis,
Quam reſtagnantis fecit maris unda paludem.

Inde

347. *De conſorte ſuo.*] Fratre ſuo Daedalione.

349. *Et Peleu, Peleu.*] *O Peleu* tres. unus Voſſii. *En.* Arond. & quatuor alii *Heu* placet. niſi mavis, *Et Peleu, heu Peleu.* Heinſius.

351. *Pendet & ipſe metu trepidat Trachinius oris.*] *Trepidat Trachinius heros* veteſtiores aliquanto rectius. ſed & hunc verſum cum aliis ſpuriis ex hac purpura cenſeo eſſe ablegandum. *Idem.*

352. *Ad litora.*] Aquarum, aut ad refrigerium Mercurius, patris juſſu, armenta illius regionis ad littus compellit. ſub exitu lib. 2.

353. *Medio.*] *Jamque dies medius rerum contraxerat umbras, Et ſol ex æquo meta diſtabat utraque.* lib. 3. *Farn. Medio orbe.*] Periphraſis meridiei.

356. *Latarum campus aquarum.*] Μέγα χάσμα θαλάσσης. Homer. unde Virgil. ——*immenſique æquora Ponti.* & alibi——*campoſque liquentes.* Uti autem campus maris dicitur, ſic & æquor ſoli. Æquor autem proprie eſt æquum ſolum. Virg.——*æquo mucronem te crede ſolo.* Et ſolum de mari etiam dicitur. Virgil. 5. *Subtrahiturque ſolum.* Τὸ ἔδαφος. *ἐλείφθη.* Ita & *calcare ſolum. Campos ſpectabat.*] *Campum* Neapol. ter. Mediol. & quatuor alii. ut lib. 1.

—— *campoque recepta*
Liberioris aquæ.

deinde *illuc & iſtuc* nonnulli. *Heinſ.*

363. *Denſis obſeſſa ſalictis.*] Raris plerimi ex vetuſtioribus. ut apud Virgil. Eclog. VII.

En qua vos rarâ viridis tegit arbutus umbrâ.

videtur tamen ſcribendum *denſis* vel *omnis ſalictis*, ut lib. V.

Cana ſalicta dabant nutritaque populus umbra
Sponte ſua natas ripis dulcibus umbras.

Idem.

369. Inde

Inde fragore gravi ſtrepitans loca proxima terret
Bellua vaſta lupus. ſilviſque paluſtribus exit,
Oblitus & ſpumis & ſpiſſo ſanguine rictus
Fulmineos; rubrâ ſuffuſus lumina flammâ.
Qui, quanquam ſævit pariter rabieque fameque,
Acrior eſt rabie. neque enim jejunia curat
Cæde boum, diramque famem ſatiare, ſed omne
Vulnerat armentum, ſternitque hoſtiliter omne.
Pars quoque de nobis funeſto ſaucia morſu,
Dum defenſamus, leto eſt data. ſanguine littus
Undaque prima rubent, demugitæque paludes.
Sed mora damnoſa eſt, nec res dubitare remittit:
Dum ſupereſt aliquid, cuncti coëamus, & arma,

Arma

365. *Inde fragore gravi ſtrepitus.*] Alii *gravis* vel *gravi ſtrepitu.* excerpta Calandræ *gravis crepitans.* Lege *gravi ſtrepitans* cum Langermannano, & nonnullis editionibus. Spirenſis *ſtrepita.* Idem.

367. *Oblitus eſt ſpumis & craſſo ſanguine rictus Fulmineus.*] *Et ſpumis* bene meliores. *ſpiſſo* etiam *ſanguine.* Oxon. ſec. Palat. & alii quatuor. de quo lib. x. vſ. 508. denique *rictus Fulmineos* Calandr. Bernegger. pri. Gronov. & octo alii, cum editione Gryphiana. probe. *Idem.*

368. *Fulmineos.*] Fulminis inſtar omnia proſternentis. De fulmineis apri dentibus dictum ad 305. v. lib. 8. *Farn.*

371. *Diramque famem ſinire.*] *Lenire* prim. Reg. *ſentire* Cantabr. ac ſec. Palat. *Juret.* Oxon. & multi alii *ſedare.* ut lib. XV.

Carne fera ſedant jejunia.

ſic & *placare jejunia* & *famem* alibi dixit. prim. Gronov. prim. Vatican. & ſex alii *ſatiare.* Cantabr. pro diverſâ lectione *ſaturare.* ut libro X.

——— *armenti ſaturata cadis leonis.*

Statius Achill.

Uberibus ſatiaſſe famem.

ſinire rarum *ſcitiſſime dixit.* 11. Ep. 11.

Si tibi nulla ſitim finiret copia lympha.

Heinſ.

372. *Sternitque hoſtiliter omnes.*] *Omne* cum Florentino S. Marci, & uno meo. *Idem.*

375. *Undaque prima rubet.*] *Rubent* cum Rottendorphiano. & ſic Naugerius in poſtrema editione expreſſit. *Idem. Demugitæque.*] Boum ſauciorum mugitu reboantes. *Farn. Undaque prima.*] Quod eſt principium undarum, quod litus tangit. *Pont.*

377. *Cuncti coëamus ad arma.*] *Et arma* plerique veteres. ut jam alii monuerunt. Virgil. Æn. VII.

Arma amens fremit arma toro tectiſque requirit.

libro XI.

Arma manu trepidi poſcunt, fremit arma juventus.

Statius Theb. III.

Improviſus adeſt Tydeus, & poſtibus aulæ
Vociferans, Arma, arma, viri.

Theb. X.

Nec mihi difficilis præſens vindicta, ſed arma,
Arma prius famuli.

Seneca Hercule Furente,

Arma capeſſamus, conjunctaque tela feramus.
Dixerat agreſtis. nec Pelea damna movebant:
Sed memor admiſſi Nereïda colligit orbam
Damna ſui inferias exſtincto mittere Phoco.
Induere arma viros, violentaque ſumere tela
Rex jubet Oetæus; cum quîs ſimul ipſe parabat
Ire. ſed Halcyone conjux excita tumultu
Proſilit, &, nondum totos ornata capillos,
Disjicit hos ipſos: colloque infuſa mariti,
Mittat ut auxilium ſine ſe, verbiſque precatur
Et lacrymis; animaſque duas ut ſervet in unâ.
Æacides illi, Pulcros, Regina, pioſque
Pone metus: plena eſt promiſſi gratia veſtri.
Non placet arma mihi contra nova monſtra moveri.
Numen adorandum pelagi eſt. erat ardua turris;
Arce focus ſummâ; feſſis loca grata carinis.

Ad-

Arma, arma, Theſeu, flagita propere mihi
Subtracta reddi.
Sidonius Panegyrico Aviti,
—— *tandem prorumpit: & arma*
Arma fremit.
Silius lib. XI.
—— *furiata juventus*
Arma, arma, Hannibalemque volunt.
idem libro XII.
—— *arma, cruentus*
Hoſtis adeſt, capite arma viri.
Noſter ipſe lib. XII. ex antiquis membranis,
Certatimque omnes uno ore, Arma, arma, loquuntur.
Plura Zinzerlingus Promulſidis Criticæ cap. I. *Heinſius.*

380. *Nereida colligit orbam.*] Hoc eſt, ratiocinatur Pſamathen nympham Phoci matrem filio inferias mittere. ℞. *Sed memor.*] Conſcius ſibi parricidii Peleus, ſuſpicatur Pſamathen, Nerei filiam, quæ in templo illo colebatur, ſibi infenſam, boum cæde filio ſuo Phoco inferias referre velle; reprimit ergo ſe ſuoſque ab armis & vindicta, atque ad placandum numen ſe convertit. *Farn.*

381. *Damna ſua.*] *Sua* vetuſtiores vel *ſui*, poſterius amplector. *Damna ſui* pro ſua damna lib. IX. *captus amore mei* pro meo. *Heinſ.*

383. *Oetæus.*] Ceyx rex Trachinis urbis Theſſaliæ, quam Hercules ſub Oeta monte condidit. ſupra ad 270. v.

384. *Excita.*] Evocata ex intima ædium parte ac Gynæceo. Significat autem Halcyonem de viri ſalute, quem vehementiſſime amabat, maxime ſollicitam eſſe.

385. *Totos ornata capillos.*] *Tortos* multi veteres. ſed nihil muta. nondum plene ornata. quanquam de tortis capillis probe memini, qui paſſim apud ſcriptores occurrant. *Heinſ.*

386. *Disjicit.*] Libri veteres magna ex parte *Diſſicit*. quod applauſores ſuos invenit. vetuſtiſſimi tamen *Diſcit*. nil muto. *Idem.*

388. *Ut ſervet in unâ.*] *Conſervet* opt. Thuan. & unus Voſſian. *Idem.*

392. *Numen Pelagi.*] Pſamathe nympha marina.

393. *Arce locus ſummâ feſſis loca grata*

Adſcendunt illuc, ſtratoſque in littore tauros
Cum gemitu aſpiciunt, vaſtatoremque cruento
Ore ferum, longos infectum ſanguine villos.
Inde manus tendens in aperti littora ponti,
Cæruleam Peleus Pſamathen, ut finiat iram,
Orat; opemque ferat. nec vocibus illa rogantis
Flectitur Æacidæ. Thetis hanc pro conjuge ſupplex
Accepit veniam. ſed enim irrevocatus ab acri
Cæde lupus perſtat, dulcedine ſanguinis aſper;
Donec inhærentem laceræ cervice juvencæ

Mar-

carinis.] Quam inconcinnum *locus* & *loca* in uno eodemque verſu! Scribo igitur, *Arce focus ſummâ.* Pharon deſignat, ſeu turrem, ex qua nocturni ignes in uſum navium lucebant. Hanc conjecturam poſtea primus Vaticanus confirmavit. ita tamen ut eraſa quodammodo eſſet vetus & genuina ſcriptura. in altero etiam Twiſdenio à manu prima *phocus.* an *pharus* ſcripſerat Naſo? ut apud Val. Flaccum,

Non ita Tyrrhenus ſtupet Ioniuſque magiſter,
Qui portus, Tyberine, tuos, claramque ſerenâ
Arce Pharon præceps ſubiit.

& Statium libro III. Sylvar. ad Uxorem,

Thelebouumque domos, trepidis ubi dulcia nautis
Lumina noctivaga tollit pharus amula Luna.

Juvenal. Sat. XII.

Tandem intrat poſitas incluſa per æquora moles
Tyrrhenamque Pharon.

ſed *focus* præſtat. niſi *faces* mavis. Poteſt & *foci.* nam ſec. Palat. & Urbin. *loci.* quod in ſuis Conſtantius etiam Fanenſis invenerat. *Heinſius. Feſſis loca grata carinis.*] Illam namque nautæ adſpicientes in portum naves dirigebant, ſeque terræ propinquos eſſe cognoſcebant.

396. *Ore ferum longos.*] *Longoſque* Ovid. Arond. & ſex alii. puto,

Ore ferum, & longos.
Heinſ.

397. *Inde manus.*] Sed audi Ant. Liberalem fab. 38. Peleus ad Eurytionem Iri fil. ſe confert, eique ſupplex ædæ expiatur. Hunc Peleus in venatione poſtea, dum aprum ferire intendit, imprudens interficit. Profugus deinde ad Acaſtum contendit. is eum (ab uxore falſo infimulatum de ſollicitata pudicitia, quum ipſa in amore repulſam à continenti Peleo paſſa eſſet, ut Pindarus Nemeor 5. & Horat. 7. ode. 3. lib.) in Pelio monte ſolum & inermem deſtituit. Peleus oberrans ad Chironem venit. inde multis ovibus & bobus collectis ad Irum pergit, eaque cædis mulctæ nomine offert. cum recuſaret Irus, Peleus ea, oraculo monitus, incuſtodita dimittit. Ibi lupus ea invadit & occidit. Is lupus divino prodigio in ſaxum mutatur, quod diu permanſit inter Locridem & Phocidem. *Farn. Aperti ponti.*] Statius lib. 5.

—— *quâ longè pelago deſpectus aperto.*

Cæſ. lib. 7. B. G. *Longè aliam eſſe navigationem in concluſo mari, atque in vaſtiſſimo & apertiſſimo Oceano.*

398. *Pſamathen.*] Pſamathe nympha fuit Nerei filia & Phoci mater.

400. *Æacida rogantis.*] Pelei precantis: illi namque fuerat irata, eoque precibus illius nihil movebatur.

401. *Sed enim irrevocatus.*] *Revocatus* plerique vetuſtiores. & recte. aut per Thetidem revocatus, aut per Peleum ejuſque comites. *Heinſ.*

Marmore mutavit. corpus, præterque colorem
Omnia ſervavit : lapidis color indicat illum
Jam non eſſe lupum, jam non debere timeri.
Nec tamen hac profugum conſiſtere Pelea terrâ
Fata ſinunt : Magnetas adit vagus exſul, & illic
Sumit ab Hæmonio purgamina cædis Acaſto.
Interea fratriſque ſui, fratremque ſecutis
Anxia prodigiis turbatus pectora Cëyx,
Conſulat ut ſacras hominum oblectamina ſortes,
Ad Clarium parat ire Deum : nam templa profanus
Invia

480. *Magnetas adit.*] Magnetes populi ſunt Theſſaliæ, equorum domitores clariſſimi.

490. *Ab Æmonio Acaſto.*] Acaſtus rex fuit Theſſaliæ, Peliæ filius. Is uxorem duxit Hippolyten, quæ quidem Pelei amore capta eſt; ſpreta autem illum marito accuſavit, quod ſe de ſtupro interpellaſſet. Quare Acaſtus Peleum tanquam ad venationem in Pelion montem ex urbe eduxit, illicque penitus inermem reliquit, ut à feris interimeretur, ſed Mercurius, vel (ut quidam putant) Chiron, illi eſt opitulatus, dedit que enſem à Vulcano fabricatum, quo & feras occurrentes interfecit, & in urbem reverſus Acaſti uxorem, ipſumque Acaſtum interemit. ℟. Hujus fabulæ & Pindarus meminit quarta Nemeorum oda. *Micyl.*

FAB. X. *Arg.* Interea fratriſque ſui.] *Ceyx Luciferi filius fratris caſu admodum ſollicitus, ad Clarium oraculum conſulendum ire cum vellet, dix ab Halcyone uxore fuit remoratus. Cum vero illi promiſiſſet ſe intra duos menſes reverſurum, abire permiſſus eſt. Sed in Ægeo tempeſtate deprehenſus naufragium fecit, navisque amiſſa una cum ſociis ſubmerſus, quem uxori promiſerat reditum præſtare non potuit. Uxor autem cum quotidie pro mariti ſalute Diis omnibus, Junonique in primis vota ſolveret, opera illius per ſomnium admonita eſt, maritum in mari periſſe. Quare ejus rei facta ad littus unde ſolverat mariti acceſſit, ac dein infortunia ſua quereretur, cadaver in mari longius aſpexit : quod cum mariti eſſe cognoviſſet, ad illudque per undas exilire vellet, in avem Halcyonem converſa ad os mariti advolavit : qui miſeratione Deorum pia uxoris oſcula ſentiens in ejuſdem generis avem ipſe quoque fuit transfiguratus. Ab his autem avibus* 14. *dies Halcyonii ſunt dicti, quibus mare quietum eſt.* B. *Hujus fabulæ & Lucianus meminit, περὶ μεταμορφώσεως.* M.

410. *Fratriſque ſui.*] Dædalionis Chione filia Dianæ iram provocante, orbati ipſius, deinde in accipitrem mutati, lupi denique Pelei hoſpitis ſui boves perſecuti, in lapidem verſi, prodigiis territus. *F.*

411. *Prodigiis fratris ſui.*] Cujus filia Dianæ ſagitta ſubito fuerat interfecta. *Fratremque ſecutis.*] Qui in accipitrem fuerat commutatus. ℟.

412. *Hominum oblectamina.*] *Humani lactamina* Sixianus. *Heinſius.*

413. *Ad Clarium.*] Ad Apollinis Clarii oraculum. Claros autem, urbs fuit Ioniæ non procul à Colophone, ubi templum, & nemus Apollini dicatum. Strabo lib. 14. *Profanus Phorbas.*] Theſſalus, Lapithæ filius, vir ferox & ſacrilegus, qui obvios cogebat, ut pugillum ſecum certarent, victoſque necabat; eo arrogantiæ poſtremo proveſtus, ut eriam deos ipſos provocando laceſſeret, donec ab Apolline ſuperatus, ac morte mulctatus fuit. Pauſan. Eliac. prior. Phlegyas autem Delphicum templum ſpoliare aggreſſos, idem teſtatur in Phocicis. *Fa-*

414. *Fa-*

Digitized by Google

Invia cum Phlegyis faciebat Delphica Phorbas.
Consilii tamen ante sui, fidissima, certam
Te facit, Halcyone. cui protinus intima frigus
Ossa receperunt; buxoque simillimus ora
Pallor obit : lacrymisque genæ maduêre profusis.
Ter conata loqui, ter fletibus ora rigavit:
Singultuque pias interrumpente querelas,
Quæ mea culpa tuam, dixit, carissime, mentem
Vertit? ubi est, quæ cura mei prius esse solebat?
Jam potes Halcyone securus abesse relictâ.
Jam via longa placet. jam sum tibi carior absens.
At (puto) per terras iter est, tantumque dolebo;
Non etiam metuam; curæque timore carebunt.
Æquora me terrent; & ponti tristis imago.
Et laceras nuper tabulas in littore vidi;
Et sæpe in tumulis sine corpore nomina legi.
Neve tuum fallax animum fiducia tangat;

Quod

414. *Faciebat Delphica Phorbas.*] *Faciebant* unus Vossian. & unus Basil. elegantes. *Heins.*

418. *Obit.*] Occupat.

422. *Vertit? ubi est.*] In Neapolitano vetus lectio erasa. *Est ubi nam* Florentinus S. Marci, & superiori versu *vertis* pro *dixit*. Forte,

Qua mea culpa tuam vertit, carissime mentem?
Ejs ubi jam, qua cura mei prius esse solebat?

Tò *eia* sæpe corruptum esse in aliam vocem jam supra non semel monuimus. *Heins.*

429. *Et sæpe in tumulis.*] *In titulis* prim. Medic. optime. titulos tumulorum intelligit. nihil frequentius occurrit in monumentis veterum sepulcralibus. libro XIII. Met. ex veteri codice,

Prensantem titulos, atque ossibus oscula dantem
Dulichia trazere manus.

Juvenalis Satyra VI.

——*titulo res digna sepulchri est.*

Auctor Herculis OEtæi ex vetusto libro.

Qua tibi sepulcra, nate, quis tumulus sat est?
Hic totus orbis fama erit titulus tibi.

sed forte scribendum, *vix tumulo sat est*
Hic totus orbis. vis pro *vix* erat exaratum. inde *quis* factum sic pro *quam vix* sæpe in veterrimis codicibus *quamvis* offendi. *Idem. Tumulis.*] Sicubi in bello, naufragio aut peregre interiissent aliqui, ita ut corpora eorum haberi non possent ad sepulturam justam, amicorum pietas illis exstruebat repræsentativa busta, sepulchra imaginaria seu cenotaphia. persuasum se. antiquis insepultorum animas Styga trajicere non posse per annos 100. nisi corporibus quoquo modo sepultis, justisque peractis. *tumulum inanem* Hectoris appellat Virgil. 3. Æn. & Deiphobi 6. Æn. Vide Anthol. lib. 4. cap. 22. *sic* Ναυαγίαντας.

Quod ſocer Hippotades tibi ſit; qui carcere fortes
Contineat ventos; &, cum velit, æquora placet.
Cum ſemel emiſſi tenuerunt æquora venti;
Nil illis vetitum eſt; incommendataque tellus
Omnis, & omne fretum. cœli quoque nubila vexant;
Excutiuntque feris rutilos concurſibus ignes.
Quo magis hos novi, (nam novi, & ſæpe paternâ
Parva domo vidi) magis hoc reor eſſe timendos.
Quod tua ſi flecti precibus ſententia nullis,
Care, poteſt, conjux; nimiumque es certus eundi; 440
Me quoque tolle ſimul. certè jactabimur unà:
Nec, niſi quæ patiar, metuam: pariterque feremus
Quicquid erit: pariter ſuper æquora lata feremur.
Talibus Æolidos dictis lacrymiſque movetur
Sidereus conjux; neque enim minor ignis in ipſo eſt. 445
Sed neque propoſitos pelagi dimittere curſus,
Nec vult Halcyonem in partem adhibere pericli:
Multaque reſpondit timidum ſolantia pectus.

Nec

431. *Hippotades.*] Lib. 4. vſ. 663. *Farn.* *Hippotades.*] Æolis Hippotæ Trojani nepos. filius namque fuit Jovis ex Segeſta Hippotæ filia.

433. *Temerunt aquora venti.*] *Æquora* & *venti* jam præceſſerant. Timide dico, ſed dico tamen videri ſcriptum ab Naſone, *tenuerunt cærula fratres*, vel *æra*. ut alterum ex Gloſſa natum ſit. ſic libro. 1.

His quoque non paſſim mundi fabricator habendum
Aëra permiſit. vix nunc obſiſtitur illis,
Cum ſua quiſque regant diverſo flamina tractu,
Quin lanient mundum. tanta eſt diſcordia fratrum.

libro XIV.

Aëraque & tumidum ſubitis concurſibus æquor.
Aſtraï turbant, & eunt in prælia, fratres.

Æolii quoque fratres, nonnunquam dicuntur. *Heinſ.*

434. *Incommutata.*] Lege, *Incommendata*, ut intelligamus, neque terram, neque mare, ventis eſſe commendata, hoc eſt, curæ eſſe, ſed violenter perturbari atque vaſtari. vel *Incommendata aque*, ſuſque deque habita, ſine reſpectu aut cura perturbata. *Maria ac terras cœlumque profundum Quippe ferunt rapidi ſecum, verrunque per auras.* Æn. 1. *Farn.*

438. *Magis hos reor eſſe timendos.*] *Magis hoc* pri. ſec. Palat. Neapol. Urbin. aliique plures. bene. nam *hos* jam dixerat. *Heinſ.*

444. *Æolidis.*] *Æolides* duo veteres. In Epiſtolis,

Hæc eſt Æolides fratri ſcribentis imago.

Idem. *Æolidis.*] Halcyones. quam Noſter Æoli filii Hippotæ filiam facit: Lucianus vero, in Halcyone ſua, filiam Æoli Helleniş, qui fuit Deucalionis nepos.

445. *Sydereus.*] Ceyx Luciferi filius.

446. *Propoſitos pelagi curſus.*] Propoſitam ac deliberatum navigationem. T.

457. Pe-

Nec tamen idcirco cauſſam probat. addidit illis
Hoc quoque lenimen, quo ſolo flexit amantem:
Longa quidem nobis omnis mora: ſed tibi juro
Per patrios ignes (ſi me modo fata remittent)
Ante reverſurum, quam Luna bis impleat orbem.
His ubi promiſſis ſpes eſt admota recurſûs;
Protinus eductam navalibus æquore tingi,
Aptarique ſuis pinum jubet armamentis.
Qua rurſus visâ, veluti præſaga futuri,
Horruit Halcyone: lacrymaſque emiſit obortas:
Amplexuſque dedit: triſtique miſerrima tandem
Ore, Vale, dixit: collapſaque corpore tota eſt.
Aſt juvenes, quærente moras Cëyce, reducunt
Ordinibus geminis ad fortia pectora remos:
Æqualique ictu ſcindunt freta. ſuſtulit illa
Humentes oculos; ſtantemque in puppe recurvâ,
Concuſſaque manu dantem ſibi ſigna maritum
Prima videt: redditque notas. ubi terra receſſit
Longius, atque oculi nequeunt cognoſcere vultus;
Dum licet, inſequitur fugientem lumine pinum.

Hæc

452. *Per patrios.*] Per patrem meum Luciferum ſtellam lucidiſſimam. *Farn. Si me modo fata remittant.*] Niſi fatis reverti prohibear & cogar in peregrina regione mori. Fata vincere nemo poteſt. P. *Fata remittant.*] *Remittent* meliores. *Heinſ.*

460. *Collapſaque corpore tota eſt.*] *Tota eſt* Arondel. prim. Moret. prim. Gronov. prim. Baſileenſis, & ſex alii. *Idem.*

462. *Ordinibus geminis.*] Nam biremis erat; geſtum exprimit remigantium. *R. Ordinibus.*] De remorum remigumque ordinibus, vide quæ nos ad 5. lib. Æneid. *triplici pubes quam Dardana verſo Impellunt; terno conſurgunt ordine remi*, vſ. 119. & quos ibi citamus. *Farn.*

464. *In puppe recurva.*] *Relicta* Florent. S. Marci, Cantabrig. prim. Medic. Spirenſis, & ſex alii. unus Medic. *redicta.* Forte *reducta.* vel *reducâ.* ut lib. XII.

——— *roſtroque reduncо*
Hamatiſque viri laniaverat unguibus ora.

ſic *repandus* libro IV. & *reſimus* lib. XIV. *Heinſ.*

466. *Receſſit.*] Videsne navem illam? (inquit Cicero in Lucullo,) ſtare nobis videtur: at iis qui in navi ſunt, moveri hæc villa. quære rationem cur ita videatur, &c. reddent Mathematici. Oculus nempe quieſcere non judicans, motu conſpecto, quaſi ſemet retractans, terram retro tendere, ſolventibus è portu, opinatur, *Provehimur portu, terræque, urbeſque recedunt.* 3. Æneid. & Lucret. 4. lib. *Qua vehimur navi, ferri, tum ſtare videtur: Qua manet in ſtatione, ea præter creditur ire, &c.* ſupra 6. lib. 518. verſ.

Hæc quoque ut haud poterat ſpatio ſubmota videri
Vela tamen ſpectat ſummo fluitantia malo.
Ut nec vela videt; vacuum petit anxia lectum:
Seque toro ponit. renovat lectuſque locuſque
Halcyonæ lacrymas: & quæ pars admonet abſit.
Portubus exierant; & moverat aura rudentes;
Obvertit lateri pendentes navita remos:
Cornuaque in ſummâ locat arbore; totaque malo
Carbaſa deducit; venienteſque accipit auras.
Aut minus, aut certè medium non amplius æquor
Puppe ſecabatur; longéque erat utraque tellus;
Cum mare ſub noctem tumidis albeſcere cœpit
Fluctibus; & præceps ſpirare valentius Eurus.
Ardua, jamdudum, demittite cornua, rector
Clamat; & antennis totum ſubnectite velum.
Hic jubet; impediunt adverſæ juſſa procellæ;
Nec ſinit audiri vocem fragor æquoris ullam.
Sponte tamen properant alii ſubducere remos,
Pars munire latus; pars ventis vela negare.
Egerit hic fluctus: æquorque refundit *in æquor:*
Hic rapit antennas. quæ dum ſine lege *geruntur;*

Aſpera

460. *Spatio ſubmota.*] *Semota* nonnulli. *Heinſ.*

473. *Halcyones lacrymas, & quæ pars admonet, abſit.*] *Halcyona*, S. Marci veterrimus, & unus Mediceus, cum uno Voſſiano. pro *abſit* prim. Vatican. prim. & tert. Medic. Calandr. & duodecim alii, *abſtit.* mendoſe & inepte. quod eum Priſcianus in ſuo etiam codice inveniſſet, non dubitavit amplecti, & interpretari pro *abſtitit.* ridicule. quis enim veterum ſic locutus? tamen Priſciano ſubſcripſerunt Giphanius in Indice Lucretiano, Vivianus, Ciofanus, Conſtantius Fanenſis, ad Aſinariam Plauti Meurſius, & in doctiſſimo opere Grammatico Voſſius. In aliis codicibus, *obſtat, abſtat, obſtet, abſtet, obſit.* omnia fruſtra. *Idem.*

476. *Cornua.*] Antennarum.

477. *Excipit auras.*] *Accipit* omnes meliores. *Heinſ.*

479. *Utraque tellus.*] Et à qua diſceſſerat, & quam petebat Ceyx. *Ut.* *Utraque.*] Hinc Trachine, inde Ionia, in qua Claros. ſupra vſ. 383. *Farn.*

484. *Procella.*] Ventorum impetus.

488. *Æquorque refundit.*] Eſquid elegantius aut ingenioſius dici fingive poteſt? & tamen Hypereriticus Jul. Scalig. in 5. lib. poëtices qui Criticus inſcribitur, 12. cap. *nimis propere hunc indoctè à Noſtro clamitat. At enim vero, inquit, nautas ita repente facere animadvertimus. mendum enim ne deſperata, illis rapit antennas, &c. Farn.*

490. *Omni-*

submota mera crescit hyems; omnique è parte feroces 490
malo. Ha gerunt venti; fretaque indignantia miscent.
xia lectum se pavet; nec se, qui sit status, ipse fatetur
locusque ire ratis rector; nec quid jubeatve, vetetve:
monet absanta mali moles, totâque potentior arte est.
rudentes; Quippe sonant clamore viri, stridore rudentes, 495
s: Undarum incursu gravis unda, tonitribus æther.
otaque ex fluctibus erigitur, cælumque æquare videtur
t aurus. Pontus; & inductas aspergine tangere nubes.
plius aqua Et modo, cum fulvas ex imo verrit arenas,
ue tellus; Concolor est illis; Stygiâ modo nigrior undâ: 500
e cœpit Sternitur interdum, spumisque sonantibus albet.
Eurus. Ipsa quoque his agitur vicibus Trachinia puppis:
rector Et modo sublimis veluti de vertice montis
rclum. Despicere in valles, imumque Acheronta videtur:
rellæ; Nunc, ubi demissam curvum circumstetit æquor, 505
lum. Suspicere inferno summum de gurgite cœlum.
mus. Sæpe dat ingentem fluctu latus icta fragorem:
Nec levius pulsata sonat, quam ferreus olim

Cum

77

490. *Omnique à parte.*] *E parte* vetustiores. *Heins.*

492. *Ipse pavet, nec se quis sit status ipse fatetur.*] *Qui sit status* iidem otiosa praeter hoc repetitio τῦ *ipse*. Censeo scribendum,

Ecce pavet, nec se, qui sit status, ipse fatetur
Scire ratis rector, nec quid jubeatve vetetve.

Ita enim pro *jubeatve velitve* optimus Thuan. prim. Bonon. prim. Erfurt. & alii septem. *Idem.*

494. *Tanta mali moles, totaque potentior arte est.*] Ex Virgil. 5. Æneid. *Nec nos obniti contra, nec tendere tantum Sufficimus, superat quoniam fortuna, sequamur.* Et alibi: *Vicit hyems. Tantoque potentior arte est.*] *Totaque* multi veteres, probe. at Bernegger. sec. Palat. prim. Hamburgensis, aliique complures *tantoque*. Forte *tantaque arte*. Heins.

499. *Et modo.*] Tempestatem hanc maris confer, si lubet, cum Virgil. 1. Æn. vs. 83. ut & illa 3. Æneid. 194. & in Culice vs. 346. videantur & Horat. 10. Epod. Ovid. Fastor. 3. vs. 587. Ovid. Trist. 1. lib. el. 2. & 3. & eleg. 10. Senec. Agamemn. vs. 462. Thyest. 575. Lucan. 5. lib. vs. 565. & 625. Stat. Theb. 3 lib. vs. 26. & 5. lib. vs. 363. Sil. Ital. 17. lib. vs. 241. Val. Flac. 1. lib. 614. vs. Juvenal. 12. Satyr. 17. vers. Barcl. Euphor. 1. lib. 2. metr. Cauffin. Solym. 3. act. scen. 2. Jac. Gaddii lib. 2. vs. 65. *Farn. Ex imo vertit arenas.*] *Verrit* sec. Palat. pri. Basil. & septem alii, quod placet. Avienus Ora Maritima ex veteri libro Mediolanensi,

Quantus arenarum numerus verratur ab Euro.

non *verfetur* cum vulgatis. *Heins.*

501. *Sternitur interdum.*] Stratum videtur & æquale,

511. *Pre-*

Digitized by Google

Hæc quoque ut haud poterat ſpatio ſubmota videri;
Vela tamen ſpectat ſummo fluitantia malo.
Ut nec vela videt; vacuum petit anxia lectum:
Seque toro ponit. renovat lectuſque locuſque
Halcyonæ lacrymas: & quæ pars admonet abſit.
Portubus exierant; & moverat aura rudentes;
Obvertit lateri pendentes navita remos:
Cornuaque in ſummâ locat arbore; totaque malo
Carbaſa deducit; venienteſque accipit auras.
Aut minus, aut certè medium non amplius æquor
Puppe ſecabatur; longéque erat utraque tellus;
Cum mare ſub noctem tumidis albeſcere cœpit
Fluctibus; & præceps ſpirare valentius Eurus.
Ardua, jamdudum, demittite cornua, rector
Clamat; & antennis totum ſubnectite velum.
Hic jubet; impediunt adverſæ juſſa procellæ;
Nec ſinit audiri vocem fragor æquoris ullam.
Sponte tamen properant alii ſubducere remos,
Pars munire latus; pars ventis vela negare.
Egerit hic fluctus: æquorque refundit in æquor:
Hic rapit antennas. quæ dum ſine lege geruntur;

Aſpera

460. *Spatio ſubmota.*] *Semota* nonnulli. *Heinſ.*

473. *Halcyones lacrymas, & quæ pars admonet, abſit.*] *Halcyona*, S. Marci veterrimus, & unus Mediceus, cum uno Voſſiano. pro *abſit* prim. Vatican. prim. & tert. Medic. Calandr. & duodecim alii, *abſtit.* meandoſe & inepte. quod eum Priſcianus in ſuo etiam codice inveniſſet, non dubitavit amplecti, & interpretari pro *abſtitit.* ridicule. quis enim veterum ſic locutus? tamen Priſciano ſubſcripſerunt Giphanius in Indice Lucretiano, Vivianus, Ciofanus, Conſtantius Fanenſis, ad Aſinariam Plauti Meurſius, & in doctiſſimo opere Grammatico Voſſius. In aliis codicibus, *obſtat, abſtat, obſtat, abſtat, obſit.* omnia fruſtra. *Idem.*

476. *Cornua.*] Antennarum.

477. *Excipit auras.*] *Accipit* omnes meliores. *Heinſ.*

479. *Utraque tellus.*] Et à qua diſceſſerat, & quam petebat Ceyx. R. *Utraque.*] Hinc Trachine, inde Ionia, in qua Claros. ſupra vſ. 383. *Farn.*

484. *Procella.*] Ventorum impetus.

488. *Æquorque refundit.*] Ecquid elegantius aut ingenioſius dici fingive poteſt? & tamen Hypercriticus Jul. Scalig. in 5. lib. poetices qui Criticus inſcribitur, 12. cap. *nimis propere* hunc indoci à Noſtro clamitat. *At enim vero*, inquit, *nautas ita repente facere animatos minime decuit. nondum enim ex deſperatis, illis repit animus, &c.* Ineo.

490. *Omni-*

Aſpera creſcit hyems; omnique è parte feroces
Bella gerunt venti; fretaque indignantia miſcent.
Ipſe pavet; nec ſe, qui ſit ſtatus, ipſe fatetur
Scire ratis rector; nec quid jubeatve, vetetve:
Tanta mali moles, totâque potentior arte eſt.
Quippe ſonant clamore viri, ſtridore rudentes,
Undarum incurſu gravis unda, tonitribus æther.
Fluctibus erigitur, cælumque æquare videtur
Pontus; & inductas aſpergine tangere nubes.
Et modo, cum fulvas ex imo verrit arenas,
Concolor eſt illis; Stygiâ modo nigrior undâ:
Sternitur interdum, ſpumiſque ſonantibus albet.
Ipſa quoque his agitur vicibus Trachinia puppis:
Et modo ſublimis veluti de vertice montis
Deſpicere in valles, imumque Acheronta videtur:
Nunc, ubi demiſſam curvum circumſtetit æquor,
Suſpicere inferno ſummum de gurgite cœlum.
Sæpe dat ingentem fluctu latus icta fragorem:
Nec levius pulſata ſonat, quam ferreus olim

Cum

490. *Omnique à parte.*] *E parte* vetuſtiores. *Heinſ.*

492. *Ipſe pavet, nec ſe quis ſit ſtatus ipſe fatetur.*] *Qui ſit ſtatus* iidem otioſa praeter hoc repetitio τῦ *ipſe*. Cenſeo ſcribendum,

Ecce pavet, nec ſe, qui ſit ſtatus, ipſe fatetur
Scire ratis rector, nec quid jubeatve vetetve.

Ita enim pro *jubeatve velitve* optimus Thuan. prim. Bonon. prim. Erfurt. & alii ſeptem. *Idem.*

494. *Tanta mali moles, totaque potentior arte eſt.*] Ex Virgil. 5. Æneid. *Nec nos obniti contra, nec tendere tantum Sufficimus, ſuperat quoniam fortuna, ſequamur.* Et alibi: *Vicit hyems. Tantoque potentior arte eſt.*] *Totaque* multi veteres, probe. at Bernegger. ſec. Palat. prim. Hamburgenſis, aliique complures *tantoque*. Forte *cunctoque arte*. Heinſ.

499. *Et modo.*] Tempeſtatem hanc maris confer, ſi lubet, cum Virgil. 1. Æn. vſ. 83. ut & illa 3. Æneid. 194. & in Culice vſ. 346. videantur & Horat. 10. Epod. Ovid. Faſtor. 3. vſ. 587. Ovid. Triſt. 1. lib. el. 2. & 3. & eleg. 10. Senec. Agamemn. vſ. 462. Thyeſt. 575. Lucan. 5. lib. vſ. 565. & 625. Stat. Theb. 3 lib. vſ. 26. & 5. lib. vſ. 363. Sil. Ital. 17. lib. vſ. 241. Val. Flac. 1. lib. 614. vſ. Juvenal. 12. Satyr. 17. verſ. Barcl. Euphor. 1. lib. 2. metr. Cauſſin. Solym. 3. act. ſcen. 2. Jac. Gaddii lib. 2. vſ. 65. *Farn. Ex imo verrit arenas.*] *Verrit* ſec. Palat. pri. Baſil. & ſeptem alii, quod placet. Avienus Ora Maritima ex veteri libro Mediolanenſi,

Quantus arenarum numerus verratur ab Euro.

non *verſetur* cum vulgatis. *Heinſ.*

501. *Sternitur interdum.*] Stratum videtur & æquale,

511. *Pre-*

Digitized by Google

Cum laceras aries balliſtave concutit arces.
Utque ſolent, ſumtis in curſu viribus, ire
Pectore in arma feri, prætentaque tela leones;
Sic ubi ſe ventis admiſerat unda coortis,
Ibat in arma ratis; multoque erat altior illis.
Jamque labant cunei, ſpoliataque tegmine ceræ
Rima patet; præbetque viam letalibus undis.
Ecce cadunt largi reſolutis nubibus imbres:
Inque fretum credas totum deſcendere cœlum:
Inque plagas cœli tumefactum adſcendere pontum.
Vela madent nimbis; & cum cœleſtibus undis
Æquoreæ miſcentur aquæ. caret ignibus æther;
Cæcaque nox premitur tenebris hyemiſque ſuiſque.
Diſcutiunt tamen has, præbentque micantia lumen
Fulmina: fulmineis ardeſcunt ignibus undæ.
Dat quoque jam ſaltus intra cava texta carinæ

Flu-

511. *Protentaque tela.*] *Prætentaque* plurimi. dictum lib. VIII. verſ. 341. lib. XII.

——— *Prætentaque ſuſtinet arma.*

libro III.

Cuſpide protenta. Heinſ.

512. *Commiſerat unda.*] *Admiſerat* eleganter optimus Thuan. prim. Moreti, prim. Bonon. Spirenſ. prim. Regius, & quatuor alii. Florentinus S. Marci, *amiſerat.* in Neapolitano eraſa vetus lectio. *Idem.*

513. *Arma ratis.*] Armamenta & inſtrumenta navis. Virgil. 5. *Colligere arma jubet, validiſque incumbere remis.* & alibi.

514. *Cunei.*] Quibus tabulæ navium inter ſe committuntur. Subſcudes, Feſt. 37. lib. cuneatæ tabellæ quibus tabulæ inter ſe configuntur; quia, quo ea immittuntur, ſuccidit. Turnebo 14. lib. 6. cap. ſuccuditur. Vitruvio lib. 10. ſecuriculæ, à forma, quibus duo tigna tenaciſſime inter ſe vinciuntur. Noſtri hirundinum caudas appellant. *Cera.*] Picis, qua obducuntur navium rimæ. Scaliger 5. lib. poët. 12. cap. hunc locum confert cum illo Virgiliano. *Laxis laterum compagibus omnes Accipiunt inimicum imbrem rimiſque fatiſcunt.* Farn.

517. *Totum deſcendere cœlum.*] *Diſcedere* duo veteres. Forte *deſidere.* Virgil. lib. II.

Tollimur in cœlum curvato gurgite, & idem
Subduxit ad manes imos deſidimus unda.

ita ſcribo. nam longe veuuſtiſſimus Mediceus *deſedimus.* Vulgati *deſcendimus.* Heinſ.

520. *Ignibus.*] Stellis, quæ jam nubibus obductæ. *Farn.*

522. *Præbentque.*] *Incendia lumen Præbebant, aliquiſque malo fuit uſus in illo.* 2. lib. de Phaëthontis incendio. *Diſcutiunt.*] Depellunt. *Micantia fulmina.*] Multi *minantia.* prim. Palat. ſec. Medic. Urbin. Bernegger. Spirenſis, duo alii *minacia.* an *micacia?* Certe amare Noſtrum hujuſmodi verba ad Amores lib. II. Eleg. VI. jam monui. *Heinſ.*

523. *Ardeſcunt ignibus.*] *Candeſcunt* pri. Erfurt. quod impenſius arridet. *Idem.*

524. *Intra cava texta.*] Intra coeqvitatem

Fluctus: &, ut miles numero præſtantior omni,
Cum ſæpe aſſiluit defenſæ mœnibus urbis,
Spe potitur tandem; laudiſque accenſus amore
Inter mille viros, murum tamen occupat unus.
Sic ubi pulſarunt acres latera ardua fluctus;
Vaſtius inſurgens decimæ ruit impetus undæ:
Nec priùs abſiſtit feſſam oppugnare carinam,
Quàm velut in captæ deſcendat mœnia navis.
Pars igitur tentabat adhuc invadere pinum;
Pars maris intus erat. trepidant haud ſegnius omnes;
Quàm ſolet urbs, aliis murum fodientibus extra,
Atque aliis murum, trepidare, tenentibus intus.
Deficit ars: animique cadunt: totidemque videntur,
Quot veniant fluctus, ruere atque irrumpere mortes.

Non

vitatem carinæ. R. *Dat quoque jam ſaltus.*] Non per rimas tantum, ut prius, illabebatur aqua in navim: ſed toti fluctus inſiliebant. *Pont.*

526. *Cum ſæpe aſſiluit.*] *Aſſiluit* vetuſtiores. *Heinſ.*

529. *Celſi latera ardua fluctus.*] *Acres fluctus* Thuan. prim. Bonon. prim. Moreti, uterque Erfurtan. & octo alii. nec dubito ſic fuiſſe in Florentino S. Marci, & Neapolitano, in quibus eraſa erat vetus ſcriptura. quatuor ex vetuſtioribus *cæli.* an *caci?* duo *puppis.* quinque alii, *navis.* mox *decuma unda* prim. Mediceus, ἀχχαίικῶς. *Idem.*

530. *Decimæ.*] Decumanus fluctus, qui maximus putatur. Sic & maxima quæque dicuntur decumana. Ova, ſcuta, porta in caſtris, decumana. denarium quippe numerum volebant eſſe perfectiſſimum, ut qui conſtet ex uno, duobus, tribus & quatuor. unde ad numerum denarium progreſſi redimus ad unitatem. Sphærarum inſuper decadam mundo tribuebant Pythagorei. Laudat & ipſe Scalig. 5. lib. Poët. 12. cap. numeri hujus expreſſionem 2. eleg. 1. lib. Triſtium: *Qui venit hic fluctus, fluctus ſupereminet omnes. Poſterior nono eſt, undecimoque prior.* Farn.

532. *Tentabat adhuc invadere.*] *Tendebat* duo veteres. apud Virgilium l. 11. Æn. *tendit divellere nodos.* & lib. x. *locum tendunt ſuperare priorem.* Adeantur quæ noto ad Claudianum. ubi plura congeſſimus. *Heinſ.*

533. *Trepidant haud ſegnius omnes.*] Ad lib. 11. v. 809. monui videri *ſecius* ſcribendum. *Idem.*

536. *Murum tenentibus.*] *Tuentibus* quatuor libri. fruſtra. agit de hoſtili milite, qui jam murum obſeſſum occupavit. *Idem.*

537. *Deficit ars.*] Tempeſtati ars ſuccumbit. *Animique cadunt.*] *Labant* unus Strozzæ. *Heinſ.*

538. *Quot veniunt.*] *Veniant* S. Marci, Neapol. Arond. prim. Baſil. & quinque alii. pro *mortes* in multis veterum *montes.* ut apud Virgilium *praruptus aqua mons.* & alibi,

Curvata in montis faciem circumſtatis unda.

Silius lib. XVII. in deſcriptione tempeſtatis,

——*ſtridorque immite rudentum*
Sibilat, ac ſimilem monti, nigrante profundo,
Ducturis frangit ſuper ora tremenda fluctum.

ſed,

Digitized by Google

Non tenet hic lacrymas; ſtupet hic: vocat ille beatos,
Funera quos maneant: hic votis numen adorat:
Brachiaque ad cælum, quod non videt, irrita tollens
Poſcit opem: ſubeunt illi fratreſque parenſque;
Huic cum pignoribus domus, & quod cuique relictum eſt.
Halcyone Ceyca movet: Ceycis in ore
Nulla niſi Halcyone eſt: &, cum deſideret unam,
Gaudet abeſſe tamen. patriæ quoque vellet ad oras
Reſpicere, inque domum ſupremos vertere vultus.
Verùm ubi ſit neſcit. tantâ vertigine pontus
Fervet: & inductâ piceis è nubibus umbrâ
Omne latet cælum: duplicataque noctis imago eſt.
Frangitur in curſu nimboſi turbinis arbos:
Frangitur & regimen: ſpoliiſque animoſa ſuperſtans
Unda, velut victrix, ſinuatas deſpicit undas.
Nec levius, quam ſi quis Athon Pindumve revulſos
Sede

ſed, quia jam ſupra monti undam comparaverat, hic nihil cenſeo mutandum. *Idem.*

540. *Funera quos maneant.*] Qui exequiarum honore non priventur. ℞. *Funera.*] In mari interire acerbe tulerunt fortes, ubi virtuti ſuæ non erat locus, ut pulchre exirent è vita. Ariſt. 3. l. Ethic. Nicom. 6. cap. Adde quod animam cenſebant veterum plerique igneam eſſe, quam in aquis extingui naturæ contrarium videbatur. Super omnia exequiarum honore deſtitui & exequiis, horrebant. ſine quibus Styga tranſvehi per annos 100. deſperabant. Vide quæ ad v. 429. ſupra. & Triſt. 1. lib. eleg. 2. *Eſt aliquid fatove ſuo, &c.* Farn. *Beatos, funera quos maneant.*] Virgil. *Funere ſolici ſpolior.* & alibi——*qui bonos Achevonte ſub imo eſt.* Τὸ γὰρ θανεῖν θανόντων. Homer.

542. *Fraterque parenſque.*] *Fratreſque* in melioribus. *Heinſ.*

546. *Patria erat.*] Malim *patrias.* Idem.

550. *Duplicataque.*] Supra vſ. 251. *Cæcaque nox premitur tenebris hyemiſque ſuiſque.* Farn.

552. *Spoliiſque animoſa ſuperbit Unda velut victrix, ſinuataque deſpicit.*] *Animoſa ſuperſtes*, S. Marci, Urbin. Neapol. Bernegger. Cantabrig. prim. Palat. prim. tert. quart. Medic. prim. Baſil. prim. Reg. prim. Erfurt. utrerque Hamburg. aliique plurimi. *ſuperſtat* prim. Reg. Calandr. Barbetin. & codices Conſtantii Fanenſis. *ſuperſtans* quatuor. rec. *ſinuatus* etiam prim. Erfurt. & alter Strozzæ cum Twiſdeniano altero. unus meus *ſinuata.* Scribe,

——*ſpoliiſque animoſa ſuperſtans*
Unda velut victrix, ſinuatas deſpicit undas.

554. *Quam ſi quis Athon Pindumve.*] Montes eſſe Macedoniæ Athon, & Pindum; Theſſaliæ, ſuperius diximus. ℞. *Nec levius.*] Naufragium deſcribunt Lucret. 2. lib. 552. vſ. Propert. 3. lib. 5. eleg. Lucan. 1. lib. 498. vſ. Silius 10. lib. 321. vſ. Juvenal. 14. Sat. 295. vſ. Clau-

Digitized by Google

Sede ſuâ totos in apertum everterit æquor,
Præcipitata ruit: pariterque & pondere & ictu
Mergit in ima ratem. cum qua pars magna virorum
Gurgite preſſa gravi, neque in aëra reddita, fato
Functa ſuo eſt. alii partes & membra carinæ
Trunca tenent. ipſe manu, qua ſceptra ſolebat,
Fragmina navigii Ceyx: ſocerumque patremque
Invocat (heu!) fruſtra. ſed plurima nantis in ore
Halcyone conjux. illam meminitque refertque:
Illius ante oculos ut agant ſua corpora fluctus,
Optat; & exanimis manibus tumuletur amicis.
Dum natat; abſentem, quoties ſinit hiſcere fluctus,
Nominat Halcyonen, ipſisque immurmurat undis.
Ecce ſuper medios fluctus niger arcus aquarum
Frangitur: & rupta merſum caput obruit undâ.
Lucifer obſcurus, nec quem cognoſcere poſſes,
Illâ nocte fuit: quoniamque excedere Olympo
Non licuit, denſis texit ſua nubibus ora.
Æolis interea tantorum ignara malorum
Dinumerat noctes: & jam, quas induat ille,
Feſtinat veſtes; jam quas, ubi venerit ille,

Ipſa

Claudian. 4. conſ. Honorii v. 136. *Farn.* *Pindumque revulſos ſede ſua totos.*) *Pindumve* meliores. ſed non placet illud *revulſos totos.* unus meus *revulſum.* Neapol. & unus Gronovii *revolſos.* pro *totos* Twiſdenianus alter *tortos.* Forte,

Nec levius, quam ſi quis Athon, Pindumve, vel Oſſan
Sede ſua motos in apertum everterit æquor.

nam *everterit* pro *everterat* meliores. *Heinſ.*

556. *Præcipitata cadit.*] Rect, bene, libri quatuor. *Idem.*

561. *Socerumque.*] Æolum. *Patremque.*] Luciferum. *Farn.*

568. *Niger.*] Nubes atra aquis gravida, inquiunt. ego ſuſpicor indicari arcum triumphalis advolutum factumque intelligo. *Farn.*

571. *Excedere cœlo.*] *Olympo* alter Regius. *Heinſ.*

572. *Texit ſua nubibus ora.*] *Sua texit* plurimi veteres. prim. Gronov. *ſubtexit.* idem.

573. *Æolis.*] Halcyone Æoli filia.

575. *Feſtinat.*] Non patronis tantum purpuras trahebant clientæ plebeiæ, ut Hor. 1. ode. l. 2. ſed & nobiliſſimarum feminarum erat lana actela: viris, fratribus, ſibi, liberis veſtes manu ſua texebant, ut omittam Dianeiram & Clytemnæſtram; Auguſtus non temere alia quam domeſtica veſte uſus eſt, ab uxore & ſorore & filia neptibuſque confecta. Sueton. Auguſt. 73. cap. ad quem locum vide quæ Caſaubonus. *Farn.*

578. *Ante*

Ipſa gerat: redituſque ſibi promittit inanes.
Omnibus illa quidem Superis pia thura ferebat:
Ante tamen cunctos Junonis templa colebat:
Proque viro, qui nullus erat, veniebat ad aras.
Utque foret ſoſpes conjux ſuus, utque rediret,
Optabat; nullamque ſibi præferret. at illi
Hoc de tot votis poterat contingere ſolum.
At Dea non ultra pro functo morte rogari
Suſtinet; utque manus funeſtas arceat aris;
Iri, meæ, dixit, fidiſſima nuncia vocis,
Viſe ſoporiferam Somni velociter aulam:
Extinctique jube Cëycis imagine mittat
Somnia ad Halcyonen veros narrantia caſus.
Dixerat. induitur velamina mille colorum
Iris, & arquato cælum curvamine ſignans
Tecta petit juſſi ſub rupe latentia regis.

Eſt

578. *Antea tamen.*] Virg. 4. Æneid. *Junoni ante omnes, cui vincla jugalia curæ.* Farn. *Junonis templa.*] *Junonia* puto, ut jam monui lib. 1. Faſtor. vſ. 55. *Heinſ.*

584. *Manus funeſtas.*] Funere & morte mariti pollutas.

589. *Induitur.*] *Ergo Iris croceis per cælum roſcida pennis, Mille trahens varios adverſo Sole colores Devolat.* Æn. 4. ſub exitu lib. ad quem locum vide quæ nos. videatur & Jul. Scaliger exercitat. 80. *Farn.*

590. *Arcuato curvamine.*] *Arcato* veteres multi. prim. Palat. & unus Mediceus *arquato*. quod ſequor. Certe Nonius inter *arcum* & *arquum* diſtinguit, quod alter fornicem deſignet, alter itidem. unde & *arquatos* dici contendit. quæ vox occurrit apud Lucretium. *Heinſius. Arquato.*] In arcus ſimilitudinem figurato. R. *Arcuato curvamine.*] Virgil.

——— *ſecuit ſub nubibus arcum.*

Omne curvum poëtæ cum plurimum referunt ad arcum. Virgil.

——— *Portus ſinuatur in arcum.*

Quod Sulmonenſis noſter non parum ſæpe eſt ſecutus,

591. *Sub nube latentia.*] De nube magæ ſunt. Scribe *ſub rupe* cum primo Gronovii, quarto Mediceo, Rottendorph. Græviano, & aliis duobus. ſec. Pal. & duo alii *ſub nocte*. fruſtra. Audi Statium lib. x. Theb. ubi Somni domum deſcribit ad Noſtri imitationem,

Stat ſuper occiduæ nebuloſa cubilia noctis,
Æthiopaſque alios, nulli penetrabilis aſtro
Lucus inest, ſubterque cavis grave rupibus antrum
It vacuum in montem: quæ defidis atria Somni.

cæterum ſimilis quoque error apud Val. Flaccum lib. VIII. ſub finem operis eſt commiſſus, ubi *nubes* pro *rupibus* intreſerunt.

Si Pagaſas vel Peliacas hinc denique rupes
Cerneret, & Tempe viridi virentia luco.

at nunc ibi non tantum *nubes* perperam legitur, ſed *viridi* quoque *incentia fumo* etiam in ſcriptis exemplaribus. perperam ſequenti verſu unus Gronovii *longi ſpelunca receſſus*. rectius quam vulgati *longo receſſu*. Heinſ.

592. *Eſt*

Est prope Cimmerios longo spelunca recessu,
Mons cavus, ignavi domus & penetralia Somni:
Quo nunquam radiis oriens mediusve cadensve
Phœbus adire potest. nebulæ caligine mistæ
Exhalantur humo: dubiæque crepuscula lucis.
Non vigil ales ibi cristati cantibus oris
Evocat Auroram: nec voce silentia rumpunt
Sollicitive canes, canibusve sagacior anser.
Non fera, non pecudes, non moti flamine rami,
Humanæve sonum reddunt convicia linguæ.
Muta quies habitat. saxo tamen exit ab imo
Rivus aquæ Lethes: per quem cum murmure labens
Invitat somnos crepitantibus unda lapillis.
Ante fores antri fœcunda papavera florent,
Innumeræque herbæ: quarum de lacte soporem
Nox legit, & spargit per opacas humida terras.
Janua, quæ verso stridorem cardine reddat,
Nulla domo totâ; custos in limine nullus.

At

592. *Est prope.*] Somni regiam accommodatissime amovet ad Scythiæ regionem frigidam, tenebrosam, humidam, Bosphorum Cimmerium, Ἔνθα δὲ Κιμμερίων ἀνδρῶν δήμός τε πόλις τε Ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, οὐδέ ποτ' αὐτοὺς Ἠέλιος Φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτῖνεσσιν Οὔθ' ὅταν εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα Οὔθ' ὅταν αὖθ' ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανόθεν τροπήσηται, &c. Homer. Odyss. 11. *Farn.*

596. *Dubiæ lucis.*] Redibis ad Tom 1. p. 130. vs. 7.

597. *Ales cristati oris.*] Periphrasis est galli.

599. *Sollicitive canes.*] *Sollicitave* duo Bononienses & prim. Hamburgensis. de quo libro 111. Cæterum multi codices huic subjungunt istum versum,

Garrula nec Procne flentia pectora mulcet.

qui prorsus adversatur menti Nasonis nostri. nam si mulcet Procne flentia pectora, nihil causæ est cur hinc ablegetur. *Heins. Canibusque.*] Respicit historiam. Rom. qua ab anseribus excitati canes, Manlius aliique repulerunt Gallos, qui noctu Capitolium conscenderant. Liv. 5. lib. Columella l. 18. cap. 13. *Farn.*

603. *Unda labens.*] Murmure siquidem aquæ somni efficiuntur suaves. Ῥεῖθρον. *Rivus.*] Et somno tanquam ἀδελφοποίητον convenit Lethe & dormientes occupat ad tempus rerum oblivio, nec non somniculosos veternum.

605. *Ante fores.*] Civitatem somni, quam describit Lucian. 2. lib. verar. hist. cingit silva, cujus arbores μήκωνες ὑφηλαὶ καὶ μανδραγόραι. Elegantissime autem apponit quæ somnum conciliant: amovet quæ somnum impediant. *Farn.*

608. *Janua ne verso.*] Quæ reddat octo scripti. quod rectius. *Heins.*

At medio torus eſt, hebeno ſublimis in atrâ,
Plumeus, atricolor, pullo velamine tectus:
Quo cubat ipſe Deus, membris languore ſolutis.
Hunc circa paſſim varias imitantia formas
Somnia vana jacent totidem, quot meſſis ariſtas,
Silva gerit frondes, ejectas littus arenas.
Quo ſimul intravit, manibuſque obſtantia virgo
Somnia dimovit; veſtis fulgore reluxit
Sacra domus: tardâque Deus gravitate jacentes
Vix oculos tollens; iterumque iterumque relabens,
Sum-

610. *At medio torus eſt ebeno ſublimis in antro.*] Aut *ebeni* legendum, aut *ebeno ſublimis in atra* cum primo Mediceo. pro *unicolor*, quod quid ſibi velit neſcio, S. Marci Florentinus *atque color*. Spirenſis *utve color*. Scribe *atricolor*. ſic *concolor, decolor, diſcolor, verſicolor, bicolor*, & ſimilia paſſim. ſic literas Auſonius Epiſt. VII. ad Theonem, *Cadmi filiolas atricolores* dixit. apud eundem *nocticolor Styx*, & *Iricolor ſpuma. albicolor* apud Corippum Africanum, poëtam non malum, ut illa ferebant tempora. *multicolora prata* apud Prudentium Cathemer. Hymno III. & *multicolor ſucus* περὶ στεφ. Hymno Hippolyti. & *omnicolor pictura* eidem Hymno SS. Petri & Pauli, quomodo & Lucilio *omnicolor fomentum* apud Nonium in *coluſtra*. & *animæ unicolores* Hamartig. eidem Prudentio in Cataleſtis Pithœi, *multicolor Iris*, & *floricolor. nocticolor* etiam occurrit apud Gellium ex Nævio lib. XIX. cap. XII. & *pudoricolor Aurora*. Virgilius in dedicatione Æneidos,

Marmoreuſque tibi, Dea, verſicoloribus alis
In morem picta ſtabit Amor pharetrâ.

quomodo ſcribendum. Amori alas purpureas adſcribi à poëtis quis neſcit? Scaliger *diverſicoloribus alis*. quod Latinum non eſt. nec felicius Pithœus, *aut ignicoloribus*. ſed cum nullus dubitem eam Pithœanæ editionis lectionem ex vetuſto aliquo codice depromtam eſſe, parum abeſt, quin perſuadear, ut credam reponendum eſſe *Deo, cygnicoloribus alis*, ſive candidis, ſive purpureis intelligas. nam & purpureæ alæ Amori à poëtis paſſim aſſignantur, & olores Horatio purpurei ſunt. Sed ad rem. *atricolor* etiam in Neapolitano videbatur ſcriptum, eraſa quidem lectione veteri, ſed reſtante interlineari gloſſa, *id eſt, niger*. ſec. Palat. *inicolor*. Cogitabam aliquando *aquicolor* inſiſtens veſtigiis optimi Florentini codicis. hoc eſt, æqui cum ebeno atra coloris, ebeno concolor. ut locutus Silius libro VII.

Terrificus nigris prorumpit Maurus in armis,
Nigra viro membra, & furvi juga celſa trahebant
Cornipedes, tonſuque nova formidine arte
Concolor aquabat liventia cruora equorum
Terga.

apud Auſonium pari modo *equinoctium* occurrit,

Quis Myrmilloni componitur equinoctium Thrax.

atricolor tamen non damno, quæ voce etiam Plinium in Naturali Hiſtoria uſum memini. ſed locus non ſuccurrit. *Idem.*

614. *Somnia.*] Et ſomniorum formas atque naturas varias recenſet Lucianus lib. modo dicto. vide & Indicem Poëticum noſtrum, tit. *Somnium*. Pars.

615. *Ejectas littus arenas.*] *Ejectas* cum melioribus. *Heinſius.*

618. *Sacra domus.*] Puto *Aera*. Mem. 623. *Somnus*,

Summaque percutiens nutanti pectora mento,
Excussit tandem sibi se : cubitoque levatus,
Quid veniat (cognorat enim) scitatur. at illa:
Somne, quies rerum, placidissime Somne Deorum,
Pax animi, quem cura fugit; qui corda diurnis
Fessa ministeriis mulces, reparasque labori;
Somnia, quæ veras æquent imitamine formas,
Herculeâ Trachine jube, sub imagine regis,
Halcyonen adeant; simulacraque naufraga fingant.
Imperat hoc Juno. postquam mandata peregit
Iris, abit. neque enim ulterius tolerare vaporis
Vim poterat. labique ut Somnum sensit in artus;

Effu-

623. *Somnie, quem cura fugit.*] Ex Virgil. 4. Æn.

——— *Somno posita sub nocte silenti*
Lenibant curas, & corda oblita laborum.
Quies.] Lege ὕπνε Θυμίαμα, in iis quæ tribuuntur Orpheo, & quos citat autores Index noster Poëticus tit. *Somnus.* Farn.

624. *Qui corpora duris Fessa ministeriis.*] *Qui corda diurnis* prim. Basil. recte. nisi mavis cum aliis quatuor, *membra diurnis.* libro IV.

——— *ea fessa diurnis*
Membra ministeriis nutrit reparatque labori.

libro VIII.

Prima quies adest, quæ curis fessa diurnis
Pectora somnus habet.

similiter *currus* solis *diurnos* lib. IV. & *diurnos ignes* lib. VII. dixit. *Heins.*

626. *Somnia quæ veras æquant.*] Æquent sec. Palat. Arondel. & alii complures. bene. *Idem. Somnia, quæ veras æquent imitamine formas.*] Respicit poëta ad Virgil. in fine 6. Æn.

Sunt geminæ somni portæ &c.
Altera candenti perfecta nitens elephanto,
Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia manes.

Ex Homer. Odyss. τ. à vs. 562.

Δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσὶν ὀνείρων.
Αἱ μὲν γὰρ κεράεσσι τετεύχαται, αἱ δ' ἐλέφαντι. &c.

Unde & Coluth. Theban.

——δοιὰς δὲ πύλας αἰζηὸν ὀνείρων. &c. Horat. 2. 27. ——*qua porta fugiens eburna*——
Somnium ducit——*Ludit imago*——*Vana.*

Vide & Luciani Gallum, in somnio; ubi more suo hæc omnia falsè ridet. *Qua veras æquent, &c.*] Paulo ante dixit: *varias imitantia formas*, id est, vera & falsa somnia. Hic jubet vera mitti ad Alcyonem, in urbem Trachinem, simulachrum scilicet Ceycis naufragi. *Pont.*

627. *Herculeam Trachina jube.*] *Herculea Trachina* cum melioribus. *Heinsius. Regis.*] Ceycis. *R. Herculeam.*] Ab Hercule conditam ad vs. 383. supra. *Farn.*

630. *Neque.*] Ita & Cereris nympha lib. 8. vs. 814. *Quanquam aberat longe, quanquam modo venerat illuc, Visa tamen sensisse famem, &c.* Farn. *Tolerare soporis Vim poterat.*] Spirensis, Florent. S. Marci, *vaporem vi poterat.* Forte *vaporam vim.* ut *vaporus ardor* apud Prudentium, à vaporo, vaporus & vaporatus. quomodo à soporo, soporus & soporatus. Nec male tertius Bononiensis ex veterrimo, quod passim apparebat, codice descriptus. *vaporis vim.* Statius Theb. x. ubi Somni regiam describit,

Effugit; & remeat per quos modo venerat arcus.
At pater è populo natorum mille ſuorum
Excitat artificem ſimulatoremque figuræ
Morphea. non illo juſſos ſolertius alter
Exprimit inceſſus, vultumque modumque loquendi.
Adjicit & veſtes, & conſuetiſſima cuique
Verba. ſed hic ſolos homines imitatur: at alter
Fit fera, fit volucris, fit longo corpore ſerpens.
Hunc Icelon Superi, mortale Phobetora vulgus
Nominat. eſt etiam diverſæ tertius artis
Phantaſos. ille in humum, ſaxumque, undamque, trabemque,
Quæque vacant animâ feliciter omnia tranſit.
Regibus hi, ducibuſque ſuos oſtendere vultus
Nocte ſolent: populos alii plebemque pererrant.
Præterit hos ſenior: cunctiſque è fratribus unum
Morphea, qui peragat Thaumantidos edita; Somnus
Eligit: & rurſus molli languore ſolutum
Depoſuitque caput, ſtratoque recondidit alto.
Ille volat, nullos ſtrepitus facientibus alis,
Per tenebras: intraque moræ breve tempus in urbem
Pervenit Hæmoniam: poſitiſque è corpore pennis
In faciem Cëycis abit: formâque ſub illâ

Luri-

---

corpore pigro
Strata calent, ſupraque torum niger adflat anhelo
Ore vapor.

ita ſcribe. non *efflat*. Heinſ.

633. *E populo.*] Ex numero innumero ſomniorum evocat Morphea, qui primipilus, tribunus, ceu dux ſomniorum, quæ formam, perſonamque humanam ſuſtinere poſſunt. *Farn.*

634. *Simulatoremque figuræ Morphea.*] Morpheus ἀπὸ τῆς μορφῆς, hoc eſt, à *forma* dicitur formæ ſimulator. *R.*

636. *Exprimit.*] Malo *Exprimat*. mox ſec. Palat. & unus meus *modumque loquendi* non *ſonumque*, Heinſius.

643. *Fallaciter omnia tranſit.*] *Feliciter* bene unus Palat. & meus chartaceus. cum uno Moreti. pro *Quæque vacant anima*, Spirenſis *animi*. ut ſecundum ceſum hoc verbum regat. codex S. Mauri *animo*. Idem.

647. *Thaumantidos edita.*] Iridis juſſa, Thaumantis filiæ. *Somnus.*] Somni Deus.

649. *Languore ſolutum.*] *Solutum* octius duo veteres. *Heinſ.*

651. *Urbem Æmoniam.*] Trachinæ, urbem Theſſaliæ, ut ſupra ad 270. vi.

654. *Sumptâque figurâ.*] *Formaque ſub illa* cum pri. Baſil. Arundel. prim. Moreti, & decem aliis. *Heinſ.*

656. *Me-*

Luridus, exangui ſimilis, ſine veſtibus ullis,
Conjugis ante torum miſeræ ſtetit. uda videtur
Barba viri, madidiſque gravis fluere unda capillis.
Tum lecto incumbens, fletu ſuper ora refuſo,
Hæc ait: Agnoſcis Cëyca, miſerrima conjux?
An mea mutata eſt facies nece? reſpice; noſces:
Invenieſque tuo pro conjuge conjugis umbram.
Nil opis, Halcyone, nobis tua vota tulerunt.
Occidimus. falſæ tibi me promittere noli.
Nubilus Ægæo deprendit in æquore navim
Auſter, & ingenti jactatam flamine ſolvit:
Oraque noſtra tuum fruſtra clamantia nomen
Implerunt fluctus. non hæc tibi nuntiat auctor
Ambiguus: non iſta vagis rumoribus audis.
Ipſe ego fata tibi præſens mea naufragus edo.
Surge, age: da lacrymas; lugubriaque indue: nec me
Indeploratum ſub inania Tartara mitte.
Adjicit his vocem Morpheus; quam conjugis illa
Crederet eſſe ſui. fletus quoque fundere veros
Viſus erat: geſtumque manus Cëycis habebant.
[Ingemit Halcyone lacrymans, motatque lacertos

Per

656. *Madidiſque gravis.*] *Madidiſque viri* Florent. S. Marci, Neapol. & tert. Bonon. *Idem.*

658. *Hæc ait.*] Malim, *Hunc ne ait agnoſcis Ceyca?* ſic libro VI.

Hen quantum hæc Niobe, Niobe diſtabat ab illa!

paulo ante pro *profuſo fletu* prim. Erfurt. Thuan. Bernegger. Cantabrig. & quatuor alii, *refuſo.* Idem.

662. *Falſo tibi me promittere noli.*] *Falſe* pri. Gronov. Lege *falſa.* mox *navim* pro *navem* meliores. Idem.

663. *Ægæo.*] Quod è ſinu Maliaco ſub Heraclea ceu Trachine ſolventi trajiciendum eſt in Ioniam naviganti. ſupra VſI. 478. namque Ægæum mare duo allnit Græciæ latera; illud ad ortum Solis, hoc ad Meridiem, &c. Strabo lib. 7. Ægæum unde dicatur, vide quæ ad Senecæ Thebaidem VſI. 313. *Farn.*

665. *clamantia.*] Verſ. 566. ſupra. *Idem.*

670. *Inania.*] Virgil. 6. Æneid. dixit, *domos Ditis vacuas & inania regna.* in quibus ſc. neque corpora, nec animæ, ſed idola tantum, umbræ & ſimulachra rerum. Dido. 4. Æn. *& nunc magna mei ſub terris ibit imago.* Ἢ ῥά τις εἰν Ἀΐδαο δόμοισι ψυχὴ καὶ εἴδωλα, ἀτὰρ φρένες οὐκ ἔνι πάμπαν. quæ Homeri citat Plato 3. de Republica. Hinc Horatio 4. ode lib. 1. *domus exilis Plutonia.*

673. *Geſtumque manus.*] Fruſtra cum Planude quidam codices *ſceptrumque.* dixi lib. VI. VſI. 308. *Heinſ. Geſtumque.*] Planudes, καὶ σκῆπτρον τῇ χειρὶ εἶχε.

674. *Ingemit Alcyone, lacrymas movet atque lacertos.*] *Lacrymans* cum pri.

Per ſomnum: corpuſque petens amplectitur auras:
Exclamatque, Mane. quo te rapis? ibimus unà.]
Voce ſuâ ſpecieque viri turbata ſoporem
Excutit: & primò ſi ſit circumſpicit illic,
Qui modo viſus erat. nam moti voce miniſtri
Intulerant lumen. poſtquam non invenit uſquam;
Percutit ora manu: laniatque à pectore veſtes:
Pectoraque ipſa ferit. nec crinem ſolvere curat;
Scindit: & altrici, quæ luctûs cauſſa, roganti,
Nulla eſt Halcyone, nulla eſt, ait: occidit unà
Cum Ceyce ſuo. ſolantia tollite verba.
Naufragus interiit. vidi, agnovique; manuſque
Ad diſcedentem, cupiens retinere, tetendi.
Umbra fugit: ſed & umbra tamen manifeſta, virique
Vera mei. non ille quidem, ſi quæris, habebat
Aſſuetos vultus: nec quo prius ore nitebat.
Pallentem, nudumque, & adhuc humente capillo
Infelix vidi. ſtetit hoc miſerabilis ipſo
Ecce loco: & quærit veſtigia ſi qua ſuperſint.
Hoc erat, hoc animo quod divinante timebam;
Et ne, me fugiens, ventos ſequerere rogabam?
At certè vellem, quoniam periturus abibas,
Me quoque duxiſſes. tecum fuit utile, tecum

Ire

Erfurt. altero Hamburg. & aliis nonnullis. Rectè itaque Gronovius,

Ingemit Alcyona lacrymans, motatque lacertos.

ſed ut dicam quod res eſt, habeo perſuaſum, cum ſequentibus duobus hunc verſum ab aliena manu hic inculcatum eſſe. Auget ſuſpicionem, quod paulo poſt ſex ſcripti agnoſcant, *Voce ſui ſpecieque viri*, non *voce ſua*. quomodo omnino legendum, ſi hi tres verſus tollantur. *Heinſ.*

681. *Percutit ora manu.*] *Perculit* unus meus. de quo alibi. mox *crinem* pro *crines* nonnulli. *Idem Laniatque.*] In dolore crines lacerare, veſtes abſcindere uſitatum. 12. Æneid. Amata *moritura manu diſcindit amictus*. ibid. *it ſciſſa veſte Latinus*. Curtius. 3. lib. nobilium fœminarum turba fleterat, laceratis crinibus, abſciſſa veſte. *Farn.*

682. *Nec crines ſolvere.*] Et ſolvere, & ſolutos laniare crines rebus adverſis ſolebant. Alcyone quamvis adhuc compoſitos & colligatos vellit. *Pont.*

688. *Umbra fuit.*] *Fugit* prim. Erfurt. Bernegger. pri. Vatican. fragmen. Theat. & viginti alii. rectè. *Heinſ.*

690. *Aſſuetos vultus.*] Puto rectius ne bis idem dicat. atque ita hæc reſpondebunt ſequentibus, *Pallentem nudumque.* Idem.

697. *Fuit ab fuit utile tecum.*] Fuit ô decem ſcripti. *multum fuit* Florent. S. Marci, & duo alii. *quoniam* Bernegger.

Digitized by Google

Ire mihi. neque enim de vitæ tempore quicquam
Non ſimul egiſſem : nec mors diſcreta fuiſſet.
Nunc abſens pereo, jactor nunc fluctibus abſens:
Et, ſine me, me pontus habet. crudelior ipſo
Sit mihi mens pelago : ſi vitam ducere nitar
Longius; & tanto pugnem ſupereſſe dolori.
Sed neque pugnabo : nec te, miſerande, relinquam:
Et tibi nunc ſaltem veniam comes. inque ſepulcro,
Si non urna, tamen junget nos littera : ſi non
Oſſibus oſſa meis, at nomen nomine tangam.
Plura dolor prohibet; verboque intervenit omni
Plangor : & attonito gemitus è corde trahuntur.
Mane erat : egreditur tectis ad littus : & illum
Mœſta locum repetit, de quo ſpectarat euntem.
Dumque, Moratus ibi; dumque, Hîc retinacula ſolvit,
Hoc mihi diſcedens dedit oſcula littore, dicit,
[Dumque notata oculis reminiſcitur acta, fretumque]
Proſpicit; in liquidâ ſpatio diſtante tuetur
Neſcio quid, quaſi corpus, aquâ; primoque, quid illud
Eſſet, erat dubium. poſtquam paulò appulit unda;
Et,

at Neapol. prim. Medic. pri. Hamburg. & præterea ſex, probe,

——— *tecum fuit utile, tecum.*

Idem.

699. *Neque.*] Te pereunte, quæ melior pars mei. *Δύο μὲν σώματα, ψυχὴ δὲ μία. Farn.*

700. *Nunc abſens perii; jactor quoque fluctibus abſens.*] *Pereo* Urbin. Thuan. pri. Gronov. pri. Moret. uterque Erfurt. aliique complures. *jactor nunc* quoque recte unus meus. *Heinſ.*

701. *Et ſine me te pontus habet.*] Redde Naſoni ſuum acumen & ſcribe, *ſine me me pontus habet.* quomodo in Barberiniano poſtea inveni & in uno Mediceo à manu prima. nihil verius. ſuperiora confirmant. niſi mavis,

Nec ſine me te pontus habet.

ſed alterum præſtat. Ludunt frequenter ſcriptores in his argutiis, vide Epigramma CIII. Auſonii, cujus initium,

Vade: ſed ſine me, quia te ſine.

Idem.

706. *Littera.*] Epitaphium inſcribat ſcil. ſepulchro *Halcyone Ceycis conjux* lib. ſequent. vſ. de cenotaphio, *tumulo quoque nomen habenti.* Diſcedentem Ceyca. *F.*

709. *Gemitus à corde.*] *E corde* Bernegger. alii nonnulli *de corde.* Heinſius.

712. *Dumque moratur ibi.*] Puto *Dumque, Moratus ibi eſt.* ut Halcyones ſint verba. mox *dicit* pro *dixit* meliores. *Idem.*

714. *Dumque notata oculis reminiſcitur acta fretumque.*] *Quæ dum tota locis S.* Marci, & duo alii. *Dumque novata oculis.* prim. Baſil. *Dumque notat littus* ſec. Palat. Verſus eſt adulterinus. proximo opinor legendum, *Proſpicit, in liquidâ.* Idem.

717. *Poſtquam paulum appulit unda.*]

Et, quamvis aberat, corpus tamen esse liquebat;
Qui foret, ignorans, quia naufragus, omine mota est
Et, tanquam ignoto lacrymam daret, Heu miser, inquit,
Quisquis es, & si qua est conjux tibi! fluctibus actum
Fit propius corpus. quod quo magis illa tuetur,
Hoc minus, & minus est amens sua. jamque propinquæ
Admotum terræ, jam quod cognoscere posset,
Cernit: erat conjux. Ille est, exclamat: & unà
Ora, comas, vestem lacerat: tendensque trementes
Ad Cëyca manus, Sic, ô carissime conjux,
Sic ad me, miserande, redis? ait. adjacet undis
Facta manu moles: quæ primas æquoris iras
Frangit; & incursus quæ prædelassat aquarum.
Insilit huc: mirumque fuit potuisse; volabat:

Per-

Unda ex scriptis. *paulo* etiam multi veteres. bene. *Idem.*

719. *Quis foret.*] *Quid* vel *Qui* meliores. & mox *lacrymam* pro *lacrymas*, Idem.

723. *Hoc minus & minus est mentis, jam jamque propinqua.*] S. Marci, Neapol. Urbin. pri. & sec. Palat. pri. Vatican. aliique complures, *mentis sua. jamque propinqua.* septem cum Spirensi, *mentis sua.* unus Medic. *menti sua.* Oxon. *jam mens sua.* Scribe minimâ mutatione, *Hoc minus & minus est amens sua.* Adeantur quæ notavimus l. III. v. 687. Cicero tertio Tusculanar. Quæst. *Nec minus illud acute, quod animi affectionem lumine mentis carentem nominaverunt amentiam, eandemque dementiam.* Idem.

728. *Adjacet.*] Portus manu & arte facti notatio. quam Juvenal. Sat. 12. circumscribit, *positas inclusa per æquora moles, Tyrrhenamque Pharon, porrectaque brachia rursus, Qua pelago occurrant medio, longeque relinquunt terram.* Farn.

729. *Primas aquoris undas frangit.*] Jam dixerat *adjacet undis.* optime igitur præstantissimus Thuaneæ bibliothecæ liber, quart. Medic. pri. Bonon. pri. Mosci. *iras.* nec hos eadem voce iratus. Pari modo Valerius Flaccus lib. VII. v. 584.

—— *æquora non sic*
In scopulos irata ruunt, eademque recedunt
Fracta retro.

sic scribe non *Facta.* Silius libro III.

Mox remeat gurges fractoque relabitur æstu.

ubi *tractoque* perperam nunc legitur. *Ira maris* eidem Valerio libro I.

Ira maris, vastique placent discrimina ponti.

Tibullus libro II. Eleg. IV.

Stare vel insanis cautes obnoxia ventis,
Naufraga quam vasti tunderet ira maris.

sic codex Thuaneus. nihil usitatius Nasoni nostro. Ep. Leandri, *si cadat ira maris.* ubi male in multis *unda.* libro XII. initio,

—— *pariter maris ira recessit.*

Heins.

730. *Qua prædelassat.*] Lassos ac debiles reddit antequam is portum perveniant.

731. *Insilit huc.*] *Huic* nonnulli. duo Leidenses *hunc.* Puto *hanc.* vide Notas lib. VIII. vs. 142. *Heins. Volabat.*] Ceyx nobilitate, opibus, forma, conjugio superbiens, se Jovem, Halcyonem appellavit

Percutiensque levem modo natis aëra pennis,
Stringebat summas ales miserabilis undas.
Dumque volat; mœsto similem, plenumque querelæ
Ora dedêre sonum tenui crepitantia rostro.
[Ut verò tetigit mutum & sine sanguine corpus;
Dilectos artus amplexa recentibus alis,
Frigida nequicquam duro dedit oscula rostro.]
Senserit hoc Cëyx, an vultum motibus undæ
Tollere sit visus, populus dubitabat: at ille
Senserat. & tandem, Superis miserantibus, ambo
Alite mutantur. fatis obnoxius îsdem
Tunc quoque mansit amor, nec conjugiale solutum
Fœdus in alitibus. coëunt, fiuntque parentes:
Perque dies placidos hiberno tempore septem
Incubat Halcyone pendentibus æquore nidis.

Tum

lavit Junonem. Quam arrogantiam indignatus Jupiter, prodigiis primum, mox naufragio ultus est. Luciferi & Thetidos tandem misericordia ipse cum uxore in aves Halcyones versi sunt. Ant. Liberalis fab. 11. narrat Procnen in Halcyonen fuisse mutatam. *Farn.*

734. *Mœsto.*] Τοιαῦτα δὲ ἀλυθὼς τὸν ἦχον ἀφίησι τὸ ζῶον. Lucianus in Halcyone. *Farn.*

736. *Ut verò tetigit.*] Hos quoque tres versus non esse Nasonianos censeo. medius certè,

Dilectos artus amplexa recentibus alis,

omnino otiosus est. nam quid opus *recentibus alis*, cum paulo ante *modo natis pennis* dixerit? Certe in uno Gronoviano hic ipse, ut & tertius margini erat adscriptus. *Heinf.*

742. *Ambo.*] Μεγάλην μὲν τοι διὰ τὴν φιλανδρίαν φιλόφασι παρὰ τῶν θεῶν τιμήν. ἐπὶ τῇ γὰρ τούτων νοσσιᾷ, &c. Lucian. in Halcyone. Magnum quidem ob amorem conjugalem acceperunt à Diis honorem. namque in istarum avium nidulatione, per mediam hyemem agit mundus tranquillos dies ἀλκυονίδας τινὰς παρὰ τροπὰς χειμερινὰς, &c. Arist. 5. lib. hist. animalium. Plin. lib. 10. cap. 32. Ælian. hist. anim. 1. lib. vs. 37. Plutarch. Quæ animalia magis ratione utantur. *Farn.*

743. *Conjugale solutum.*] *Conjugiale* ex scriptis. dixi lib. v. initio. *Heinf.*

745. *Perque dies placidos.*] Halcyones (ut refert Plinius) fœtificant bruma, qui dies *Halcyonides* vocantur, placido mari per eos & navigabili, Siculo maxime. Faciunt autem septem ante brumam diebus nidos, & totidem sequentibus pariunt. Quibus quidem quatuordecim diebus maxime tranquillatur mare, unde & *Halcedonia* pro tranquillitate à Plauto in Casina accipiuntur. Dictæ sunt Halcyones, ut Ovid. putat, ab Halcyone Ceycis uxore, ut alii ἀπὸ τῦ κύειν ἐν ἁλὶ, hoc est, à concipiendo in mari. *Dies septem.*] De numero horum dierum variæ sunt antiquorum opiniones. Simonides namque undecim esse ait, Philochorus novem, Demagoras vero septem, cujus opinioni Ovidius adhæret.

746. *Pendentibus nidis.*] Halcyonum nidi admirationem habent, ut refert Plinius. Pilæ figura paulum eminentiores, ore perquam angusto, grandium

Tum via tuta maris: ventos cuſtodit, & arcet
Æolus egreſſu: præſtatque nepotibus æquor.
Hos aliquis ſenior circum freta lata volantes
Spectat: & ad finem ſervatos laudat amores.
Proximus, aut idem, ſi fors tulit, Hic quoque, dixit,
Quem mare carpentem ſubſtrictaque crura gerentem
Aſpicis, (oſtendens ſpatioſum guttura mergum)
Regia progenies, &, ſi deſcendere ad ipſum
Ordine perpetuo quæris, ſunt hujus origo
Ilus, & Aſſaracus, raptuſque Jovi Ganymedes,
Laomedonque ſenex, Priamuſque noviſſima Trojæ
Tempora ſortitus. frater fuit Hectoris iſte:
Qui, niſi ſenſiſſet primâ nova fata juventâ,
Forſitan inferius non Hectore nomen haberet:
Quamvis eſt illum proles enixa Dymantis.
Æſacon umbroſâ furtim peperiſſe ſub Idâ
Fertur Alexirhoë Granico nata bicorni.

Oderat

ſpongiarum ſimilitudine; intercidi non queunt, franguntur ictu valido, ut ſpuma arida maris. nec unde confingantur, invenitur, putant ex ſpinis aculeatis.

746. *Tunc via tuta maris.*] *Mari eſt* malim. at S. Marci, cum duobus aliis, *Tunc jacet unda maris.* Heinſ.

FAB. XI. *Arg.* Hos aliquis ſenior.] *Æſacus Priami filius ex Alyxothoë nympha cum amore Eperies nympha captus, eam fugientem perſequeretur, in cauſa fuit, ut illa periret, nam inter fugiendum a ſerpente icta interiit, tantoque dolore Æſacon affecit, ut moriturus e ſcopulo ſe in mare præcipitarit. Quem Tethys miſerata in mergum transmutavit. Ille vero indignatus quod mori non potuerit, ſe mergere numquam deſiſtit, unde & mergus a ſapius ſe mergendo a Latinis eſt dictus.* Raph.

753. *Spatioſum in gutture mergum.*] *In gutture* vel *gurgite* plerique veteres. *ſpatioſum gutture* pri. Medic. prior Twiſd. & unus Moreti. Lege *ſpatioſum gutture.* ut ſit Græciſmus. *Heinſ.*

755. *Sunt hujus.*] Ortum hic ducit à Troë, cui filii erant Ilus, Aſſaracus & Ganymedes; Ili autem filius Laomedon, Laomedontis Priamus, qui patet hujus Æſaci.

759. *Qui niſi ſenſiſſet.*] *Cui niſi ceſſiſſe* S. Marci. Forte, *Cui niſi ceſſiſſent prima nova fata juventæ.* hoc eſt, obtigiſſent. ſic *male, bene, miſeri cedere.* Heinſ.

761. *Proles.*] Hecuba, quam Dymantis filiam facit Homerus, Euripides filiam Ciſſei regis Thracum, peperit Priamo 17. liberos, reliqui nati erant ex concubinis.

763. *Fertur Alyxothoë gracili comata bicorni.*] *Alexirroë*, vetuſtiores, vel *Alixthoë.* Scribe *Alexirhoë.* cujus nominis nympha quoque à Baccho amata occurrit apud Plutarchum περὶ ποταμῶν in Pactolo, alia item in Sagari. poſſet etiam reponi, *Alirrhotie*, vel *Alaciare.* pro *gracili comata bicorni*, quod eſt nihili, tert. Med. *gratali.* unus meus *gracili.* duo alii *gracciali.* Scribe, *Granico nata bicorni.* nam in nonnullis codicibus *graciico* notatum. Granicum fluvium eſſe Phrygiæ qui

Oderat hic urbes: nitidâque remotus ab aulâ
Secretos montes, & inambitiosa colebat
Rura: nec Iliacos cœtus, nisi rarus, adibat.
Non agreste tamen, nec inexpugnabile Amori
Pectus habens, silvas captatam sæpe per omnes
Aspicit Hesperien patriâ Cebrenida ripâ,
Injectos humeris siccantem sole capillos.
Visa fugit Nymphe: veluti perterrita fulvum
Cerva lupum, longéque lacu deprensa relicto
Accipitrem fluvialis anas. quam Troïus heros
Insequitur: celeremque metu celer urget amore.
Ecce latens herbâ coluber fugientis adunco
Dente pedem stringit: virusque in corpore linquit.
Cum vita suppressa fuga est. amplectitur amens
Exanimem: clamatque, Piget, piget esse secutum:
Sed non hoc timui: nec erat mihi vincere tanti.
Perdidimus miseram nos te duo. vulnus ab angue,
A me causa data est. ego sim sceleratior illo,
Ni tibi morte meâ mortis solatia mittam,
Dixit: & è scopulo, quem rauca subederat unda,
Se dedit in pontum. Tethys miserata cadentem

Mol-

pescit? quis ignorat fluvios bicornes dici? Apposite Q. Smyrnæus libro III. παρελειπομένων de Atymnio, quem ab Ulysse occisum narrat,

——— ὃν ποτε νύμφη
Παγασὶς κύκλωψ σθεναρῷ τέκεν Ἡμαλιώνι
Γρηΐκιν ποταμῷ παρὰ ῥοῖν.

Heins.

763. *Alyxothoë.*] Nympha fuit hæc, ex qua Priamus Æsacon suscepit.

769. *Esperien.*] Filiam Cebreni, qui fluvius Troadis.

770. *Aspicit Hesperien.*] *Esperien* plurimi veteres. alii, *Epirien, Epireen, Epiren. Epirihen, Hyperien, Heperien, Heperihen. Aspexit Perien.* Florent. S. Marci. *Heins.*

771. *Velut.*] *Sic agna lupum, sic cerva leonem, sic aquilam, &c.* I, l. VI. 505, F.

776. *Strinxit & liquit.*] *Stringit* multi, & *linquit.* Heins.

781. *Ego sum sceleratior illo Qui tibi.*] *Ni tibi* prim. Basil. pro diversa lectione. Scribe,

——— *ego sim sceleratior illo,*
Ni tibi morte meâ mortis solatia mittam.

sic supra,

——— *crudelior ipse*
Sit mihi mens pelago, si vitam ducere nitar
Longius.

Idem.

784. *Decidit in pontum.*] *Defilit* prim. Moreti, quart. Medic. & decem alii. *Se dedit* Neap. & Urbin. bene. Lucretius libro VI.

In fluvios partim gelidos ardentia morbo
Membra dabam,

Vir-

Molliter excepit: nantemque per æquora pennis
Texit: & optatæ non eſt data copia mortis.
Indignatur amans invitum vivere cogi;
Obſtarique animæ miſerâ de ſede volenti
Exire. utque novas humeris aſſumſerat alas,
Subvolat: atque iterum corpus ſuper æquora mittit.
Pluma levat caſus. furit Æſacos: inque profundum
Pronus abit, letique viam ſine fine retentat.
Fecit amor maciem: longa internodia crurum,
Longa manet cervix: caput eſt à corpore longè.
Æquor amat: nomenque manet, quia mergitur, illi.

Virgilius libro XI.

At Metabus magna propius jam urgente caterva
Dat ſeſe fluvio. tres alii *Dejicit.* Idem.

786. *Et optata.*] Scribo, *ut optata non eſt data copia mortis, Indignatur amans. mori* etiam Florent. S. Marci, & unus Bonon. cum Spirenſi. ſuperiori verſu puto ſcribendum,

——*invitus vivere cogi.*

lib. XIII.

——*quia rettulit Ajax*
Eſſe Jovis pronepos.

pro ſe eſſe pronepotem. *Idem.*

788. *Miſera.*] Corpore, carcere, cuſtodia, ergaſtulo corporis, animæ ſepulchro. lege quæ Seneca in Conſolatione ad Helviam cap. 11. & quæ Macrobius lib. in ſomnium Scipionis cap. 11.

791. *Furit Æſacus.*] *Æſacon* Neapol. & ſex præterea. at pri. Pal. pri. Medic. & duo alii *Æſaces.* Heinſ.

794. *Caput eſt à corpore longe.*] *A pectore* alter Hamburg. & quatuor alii. *longo* ſec. Palat. *longum* Thyſii. Puto,

——*caput exſtat pectore longum.*

Idem.

795. *Quia mergitur illo.*] Alii *illic. illi* legendum cum pri. Pal. pri. Vatic. prim. tert. quart. Medic. pri. Erfurt. aliiſque plurimis. nomen manet illi, quia mergitur. *Idem.*

P. OVI-

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER XII.

ARGUMENTUM.

Huic tum Priamus pater, tanquam mortuo, exequias fecit una cum filiis; excepto tamen Paride, qui in Graciam profectus erat: quemque deinde persecuti Graci draconem Aulide lapideum viderunt redditum. Inde Cygnus ab Achille occisus in avem vertitur, cum invulnerabilis fuisset. Sicut & Canis olim in Caneum, & postea in avem, commutata. Quod cum narrasset Nestor. Periclymeni quoque transformationes adjunxit.

NEscius assumtis Priamus pater Æsacon alis
Vivere, lugebat: tumulo quoque nomen habenti
Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.
De-

FAB. I. & II. *Arg.* Nescius assumptis.] *Draconis transmutationem, qui pullos cum matre apud Aulidem spectantibus Gracis devoravit, perspicue exponit. Nam cum mille Gracorum Helenam repetentium naves ad Aulidem convenissent, ac Jovi sacrificare Graci vellent, ecce serpens platanum ara imminentem ascendit, ac primum pullos octo qui aderant, deinde circumvolantem matrem hac in nido devoravit. Quod quidem cum alii admirarentur, Calchas ex eo colligit bellum novem annos duraturum, ac decimo demum anno Troja capiendam iri. Caterum serpens ille ad perpetuam rei memoriam in saxum à Diis immortalibus commutatus. Fertur autem portus Bœotiæ hic esse, ubi mille naves adversis tempestatibus statuissent. Morantibus enim Achivis, respondetur à Calchante non antè classes posse moveri, quam Iphigeniam pater immolasset. quæ cum pro re communi ad aram stetisset applicata, inter sacrificium obdurantibus à Diana rapta est, & pro ea supposita Cerva.* Lact.

1. *Nescius assumtis alis.*] Opinabar aliquando, *assumtis*. Adi notas nostras libro IV, vs. 562. sed & vulgata scriptura ferri potest. sic paulo ante,

——— *atque novas humeris assumpserat alas.* Heins.

Nescius assumptis, &c.] Ignarus Priamus, Æsacum filium suum in avem mergum conversum, & adhuc superesse, pro mortuo lugebat. *Pont.*

2. *Inferias inanes.*] *Inani* Florent. S. Marci, & unus Medic. Lego *inane* scil. nomen. In Amoribus,

Despice gypsati nomen inane pedis.

Art. Amat.

Nomen amicitiæ est, nomen inane fides. ita passim scriptores Romani. *Heinsius.*

3. *Inferias.*] Xodc. fundebant enim inferebantque tumulis lac, mel, sanguinem, vinum, oleum, flores, thura, lacrymas. *Manes.*] Vel quod ad cenotaphium ipsum, sic Deiphobo Æneas 6. lib. *Tunc egomet tumulum Rhœteo in litore inanem Constituo.* vel quod ad ipsos fato functos. sic poëta funus Marcelli prosequitur eod. libro: *His saltem accumulem donis, & fungar inani Munere.* & lib. 11. in exequiis Pallantis. *Nos juvenem exanimem & inania munera cernimus.* Fam.

7, Mille

Defuit officio Paridis præsentia tristi:
Postmodo qui raptâ longum cum conjuge bellum
Attulit in patriam: conjuratæque sequuntur
Mille rates, gentisque simul commune Pelasgæ.
Nec dilata foret vindicta; nisi æquora sævi
Invia fecissent venti; Bœotaque tellus
Aulide piscosâ puppes tenuisset ituras.
Hîc patrio de more Jovi cum sacra parassent;
Ut vetus accensis incanduit ignibus ara;
Serpere cæruleum Danaï vidêre draconem
In platanum: cœptis quæ stabat proxima sacris.
Nidus erat volucrum bis quatuor arbore summâ:
Quas simul, & matrem circùm sua damna volantem
Corripuit serpens; avidâque recondidit alvo.
Obstupuêre omnes. at veri providus augur
Thestorides, Vincemus, ait: gaudete Pelasgi,
Troja cadet; sed erit nostri mora longa laboris.
Atque novem volucres in belli digerit annos.
Ille, ut erat, virides amplexus in arbore ramos,
Fit lapis: & servat serpentis imagine saxum.
Permanet Aöniis Nereus violentus in undis:
Velaque non transfert: & sunt, qui parcere Trojæ
Neptunum credant; quia mœnia fecerit urbi.
At non Thestorides. nec enim nescitve, tacetve

San-

7. *Mille rates.*] Numerus rotundus, qui Homero 1186. Dyct. 1225. Dareti Phrygio 1140. *Commune.*] Τὸ κοινὸν, populus universus, resp. Cic. 4. Verrin. Statuæ à communi Siciliæ datæ. *Farn.*

13. *Serpere.*] Nota hæc ex Homeri Iliad. 2. quæ interpretatur Cic. 2. de Divinatione. *Idem.*

16. *Circum sua damna.*] Circum sua pignora, quæ cum maximo suo damno devorari à dracone videbat. *R.*

19. *Thestorides.*] Calchas, filius Thestoris, cui pater Idmon vates.

21. *Atque.*] Passer hieroglyphice denotat annum. Pierius 20. lib. Serpens autem denotat tempus edax rerum. Pierius lib. 14. *Farn.* Tota hæc fabula describitur ab Homer. libro 2. Iliados.

25. *Bellaque non transfert.*] Ita libri omnes. Malim nihilominus *Velaque.* simile mendum insedit Statii codicem Theb. v.

——— *nos Thracia visa*
Vela rata, varie tella incursare tumultu.

ubi *Bella* nunc legitur. mox pro *mœnia fecerat urbi, urbi* decem ex melioribus. *fecerit* quoque cum uno Medic. & uno Ambros. *Heins.*

26. *Quia mœnia.*] Lib. 1. v. 204. *Farnabius.*

29. *Dixi*

Sanguine virgineo placandam virginis iram
Esse Deæ. postquam pietatem publica caussa,
Rexque patrem vicit; castumque datura cruorem
Flentibus ante aram stetit Iphigenia ministris;
Victa Dea est: nubemque oculis objecit; & inter
Officium turbamque sacri, vocesque precantum,
Suppositâ fertur mutasse Mycenida cervâ.
Ergo ubi, qua decuit, lenita est cæde Diana;
Et pariter Phœbus, pariter maris ira recessit:
Accipiunt ventos à tergo mille carinæ:
Multaque perpessæ Phrygiâ potiuntur arenâ.
Orbe locus medio est inter terrasque, fretumque,
Cælestesque plagas, triplicis confinia mundi;
Unde, quod est usquàm, quamvis regionibus absit,
Inspicitur; penetratque cavas vox omnis ad aures.
Fama tenet, summâque domum sibi legit in arce:
Innumerosque aditus, ac mille foramina tectis

Addi-

29. *Dea: postquam.*] Dianæ iratæ Agamemnoni propter cervam sibi peculiarem ab illo cæsam. Cic. 3. offic. Quid Agamemnon? cum devovisset Dianæ, quod in suo regno pulcherrimum esset natum eo anno, immolavit Iphigeniam Lucret. 1. lib. *Aulide quo pacto Triviali virginis iram, &c.*

30. *Rexque.*] Lib. 13. vs. 187. *Atque in rege pater tamen est.* Farn.

34. *Mycenida.*] Iphigeniam Mycenæam. *R. Suppositæ.*] Cervam suppositam, avectamque Iphigeniam in Tauricam scribit etiam Euripides in Iphigenia in Aulide, & Noster 4. eleg. 4. lib. Tristium. quod tamen negant Pindarus, Pausanias, alii, immolatamque asserunt ex more Scythicæ Dianæ, cui litatum victimis humanis. Ex SS. historiis adumbratum volunt alii. Jephthes sc. ex voto temerario immolantis filiam: aut Abrahami, cui filium immolaturo, pro filio, suppositus est hircus. *Farn.*

35. *Ergo ubi qua decuit.*] Alii *licuit.* Tò *ubi* abest à Zulichemiano. Tò *est* à fragmento Boxhornii. unus Leid. *lenitaque.* Existimo scribendum,

Ergo, qua decuit, lenitâ cæde Dianâ,
Ut pariter Phœbes, pariter maris ira recessit. Heins.

37. *Accipiunt ventos à tergo.*] *Prosequuntur surgens à puppi Ventus euntes.* Virgil. 5. *A tergo.*] A puppi.

39. *Orbe locus.*] Conferatur descriptio Famæ cum illa Virgilii 4. Æneid. vs. 173. & aliorum, quos citat Index noster Poeticus, tit. *Fama*, & Cl. Fr. Baconi, *Sacer Gigantum sive Fama*, lib. de Sapientia veterum. *Farn.*

40. *Triplicis mundi.*] In tres partes divisi, in cœlum, mare, & terram.

42. *Penetratque cavas vox omnis ad aures.*] *Penetrantque* prim. Medic. Vide notas lib. IX. v. 426. pro *domum* mox multi veteres *locum.* ut libro 1.

Emicuit, summâque locum sibi legit in arce. Heins.

44. *Innumerosque aditus.*] *Quo lati ducunt aditus centum, ostia centum, Undè ruunt totidem voces.*

Addidit, & nullis incluſit limina portis.
Nocte dieque patent. tota eſt ex aure ſonanti:
Tota fremit: voceſque refert: iteratque quod audit.
Nulla quies intus, nullâque ſilentia parte.
Nec tamen eſt clamor, ſed parvæ murmura vocis:
Qualia de pelagi, ſi quis procul audiat, undis
Eſſe ſolent: qualemve ſonum, cum Jupiter atras
Increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt.
Atria turba tenent: veniunt leve vulgus, euntque.
Miſtaque cum veris paſſim commenta vagantur
Millia rumorum: confuſaque verba volutant.
E quibus hi vacuas implent ſermonibus auras:
Hi narrata ferunt aliò: menſuraque ficti
Creſcit; & auditis aliquid novus adjicit auctor.
Illic Credulitas, illic temerarius Error,
Vanaque lætitia eſt, conſternatique Timores,
Seditioque repens, dubioque auctore Suſurri.
Ipſa quid in cœlo rerum, pelagoque geratur,

Et

46. *Ex are ſonanti.*] *Ex ore* duo Palatini. *ex aure* Florent. S. Marci, pri. Medic. Spirenſis, Bernegger. prim. Gronov. utrumque recte. Virgilius de Fama,

Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſubrigit aures.

Val. Flaccus lib. II. de eadem,

——*jamque advolat ultro,*
Impatiens, jamque ora parat, jam ſuſcitat aures.

patent etiam pro *patet* quart. Medic. & duo alii. *Heinſ.*

53. *Atria turba tenet.*] *Tenent* quinque ſcripti. *Idem.*

56. *Vacuas aures.*] Quidam *auras*, ſed nil muto. Conſule Notas lib. II. Amor. Eleg. I. *Idem.*

61. *Seditioque recens.*] *Repens* ſcribendum vel invitis libris. ſic *repens diſcordia* Virgilio,

Quo ruitis? quæve iſta repens diſcordia ſurgit?

Livius libro primo: *Repens ex agris tumultus in urbem allatus*, noſtet ſuperius initio libri quinti,

Inque repentinos convivia verſa tumultus.

ſæpe in hac voce peccatum. ut in illo Petronii,

Sanguineoque repens deſcendit Jupiter imbre.

ubi *recens* nunc legitur. libro I. Faſtor.

Bina repens oculis obtulit ora meis.

ubi *repente* fruſtra in plurimis veterum. ſic *repens fulminis ictus* Lucretio lib. V. *vox repens* Val. Flacco, & *vocis repens ſingultus* Statio, *cura repens* Ciceroni in Tuſculanis. *repens caſtra quatit clamor*, Silio lib. III. *Idem.*

62. *Ipſa quoque.*] Famigerationis filios cœnipetas ſorenſes belle depingit Megaronides in Plauti Trinummo; *Scimus id, quod in aurem Rex Regina dixerit. Scimus, quod Juno fabulata eſt cum Jove. Scimus quæ neque futura, neque facta ſunt: tamen illi ſciunt, &c.* Filium famiger. laudat more ſuo Juven. 6. Sat. *Hæc eadem novit, quid tuto fiat in urbe;*

Quod

Et tellure, videt, totumque inquirit in orbem.
Fecerat hæc notum, Grajas cum milite forti
Adventare rates : neque inexſpectatus in armis
Hoſtis adeſt. prohibent aditu, littuſque tuentur
Troës : & Hectoreâ primus fataliter haſtâ,
Proteſilaë, cadis : commiſſaque prælia magno
Stant Danaïs : forteſque animæ, neque cognitus Hector.
Nec Phryges exiguo, quid Achaïa dextera poſſet,
Sanguine ſenſerunt. & jam Sigæa rubebant
Littora : jam leto proles Neptunia Cygnus

Mille

Quid Seres, quid Thraces agant, &c. Farn.

FAB. III. *Arg.* Ergo ubi fecerat hoc notum, &c.] *Cum fama per orbem Grajorum adventum ad expugnandum Ilium, & in Troade claſſes eſſe, aperniſſet, primus in congreſſu bellantium Proteſilaus Iphicli filius ab Hectore eſt interemptus : dehinc noviſſime Cygnum Neptuni filium, qui nullo telo interimi poterat, Achilles, cum diu in certamine victoria contentio eſſet, & fruſtra in eum tela eminus jaceret, Menœto Lycio prius interempto, ſtricto enſe perſequens præcipitatum ſupra ſaxum eliſo gutture preſſit. Quem, priuſquam ſpoliaretur armis ab illo, Neptunus ejus parens in volucrem ejuſdem nominis contulit, ne nominis aboleretur perpetuitas.* Lact.

66. *Prohibentque aditus.*] *Prohibent* libri veteres. præterea *aditu* ſcribendum, quicquid in contraria eunt antiquæ membranæ. Adi Notas Artis l. II. vſ. 335. *Heinſius.*

67. *Hectorea.*] Ἀλλ' ὁ μὲν, ἄλλῃ ἐπρόσθεν ὑφ' Ἕκτορι κεῖτο δαϊθεὶς Ἥρωϊ Προτεσιλάῳ. Caleber I. lib. Alii tamen Æneæ, alii Achatæ manu cecidiſſe eum autumant. *Fataliter.*] Oraculi præmonitu, occubiturum illum qui primus de Græcis in litus Trojanum exſcenderet, *Sors quoque neſcio quem fato deſignat, &c.* epiſt. Laodamiæ. Auſonius in Epitaphiis Heroum, omen à nomine ſumit, *Fatale adſcriptum nomen mihi Proteſilao, &c.* Quod tamen illi poſtea inditum, cum prius Iolaus dictus fuerit. *Farn.*

68. *Proteſilaë cadis.*] Proteſilaus Laodamiæ Acaſti filiæ maritus. Hujus pater Iphiclus curſus velocitate celebris.

69. *Forteſque animæ, neque cognitus Hector.*] Ita libri conſtanter. nec tamen ſenſus horum poëtæ menti reſpondet. Cenſebam olim refingendum *neque inagnitus Hector. inagnitus*, pro incognitus: etſi minus obviâ voce. Sequentia id confirmant. ſic paulo ante,

——*neque inexpectatus in armis*
Hoſtis adeſt.

Certe in meo chartaceo, qui ad fidem libri vetuſtioris erat deſcriptus, *neque incognitus* legebatur. nunc omnino amplector conjecturam Chriſtiani Hugenii Zulichemii viri ad ſumma quævis nati, qui monebat nuper, reponendum ſibi videri,

——*fortiſque animæ nec cognitus Hector.*

ut Proteſilaus ſubintelligatur. de quo paulo ante egerat. De cujus conjecturæ veritate vix dubito. *Heinſ.*

70. *Achaïca dextera.*] *Achaïa ex* melioribus. ſic *Troïa* paſſim pro *Troïca*, libro X. *Panchaïa tellus*, cum *Panchaïca* male legeretur. libro II. Æneïdos *Achaïa caſtra.* & libro V. *manus Achaïa* in multis antiquis exemplaribus. *Achaïcis* tamen *ignis* apud Horatium. *Idem.*

Mille viros dederat. jam curru inſtabat Achilles:
Troaque Peliacæ ſternebat cuſpidis ictu
Agmina: perque acies aut Cygnum aut Hectora quærens,
Congreditur Cygno: decimum dilatus in annum
Hector erat. tum colla jugo candentia preſſos
Exhortatus equos, currum direxit in hoſtem:
Concutienſque ſuis vibrantia tela lacertis,
Quiſquis es, ô juvenis, ſolatia mortis habeto,
Dixit, ab Hæmonio quod ſis jugulatus Achille.
Hactenus Æacides. vocem gravis haſta ſecuta eſt.
Sed quanquam certâ nullus fuit error in haſtâ;
Nil tamen emiſſi profecit acumine ferri:
Utque hebeti pectus tantummodo contudit ictu;
Nate Deâ, (nam te fama prænovimus) inquit
Ille, quid à nobis vulnus miraris abeſſe?
(Mirabatur enim.) non hæc, quam cernis, equinis
Fulva

73. *Curru inſtabat.*] Ab illo Virgiliano 1. Æn. *inſtaret curru criſtatus Achilles.* inſipidum enim eſt quod vulgo legebatur, *jam curru ſtabat Achilles:* vel *currus ſtabat Achillis.*

74. *Totaque Peliaca ſternebat cuſpidis ictu Agmina.*] Mediceus chartaceus ex vetertimo codice deſcriptus, *Troaque.* probe. nam Τρῳὸς & Τρῳὲς & Τρωϊὲς & Τρωϊκὸς dicitur. Vide Notas ad Epiſt. 1. Vſ. 28. *Troïa agmina* dixerat Virgilius,

—— *cum Troïa Achilles*
Exanimata ſequens impingeret agmina muris.

Noſter infra hoc ipſo libro,

—— *oſtendens ſternentem Troïa ferro*
Corpora Peliden.

Catullus de Achille,

Trojugenum infeſto proſternat corpora ferro. Heinſ.

Peliaca.] Confectæ ex arbore in monte Pelio cæſa. Sic & Argo, *Pelias arbor* dicta. *Farn. Peliaca cuſpidis.*]

Ipſe ſuas quamvis vires inhiberet Achilles
Miſſa graves ictus Pelias haſta dabat.

de Ponto 1. Eleg. 8. —— αἰεὶ δ' ἀκόντων —— Ἐγχεσι μὲν φύξεσθαι ἀμείλιχα. Achilles Dardaniis Smyrn. Calab. lib. 3. Quod & deinde evenit. idem lib. 9. Σὸν δόρυ καὶ τεὸν ἔγχος ἀμεμφέα μὴ ἐν δηΐῳ πτώσεσθαι —— Δυσμενίῃς.

77. *Collo canentia.*] *Candentia* rectius legas ex decem ſcriptis. candidus enim color, non canus, in equis commendatur. *Heinſius.*

79. *Vibrantia tela.*] Unus Voſſianus *Vulcania*, ut ad arma ejus à Vulcano fabricata alludat. *Idem.*

80. *Dixit ſolamen habeto mortis.*] *Solatia mortis habeto, Dixit* tres antiqui, aliquanto rotundius. *Idem. Solatia mortis habeto.*] Ex Virgil. 10.

Hoc tamen infelix miſeram ſolabere mortem,
Æneæ magni dextra cadis.

82. *Equinis.*] Galeanum criſtas inſignibant heroës jubis equinis. Hinc Homero ἱππόδασυς κόρυς. λόφος ἱππιοχαίτης, ἱππόκομος τρυφάλεια

Fulva jubis caſſis, neque onus cava parma ſiniſtræ
Auxilio mihi ſunt: decor eſt quæſitus ab iſtis.
Mars quoque ob hoc capere arma ſolet. removebitur omne
Tegminis officium; tamen indeſtrictus abibo,
Eſt aliquid, non eſſe ſatum Nereïde, ſed qui
Neraque, & natas, & totum temperet æquor.
Dixit: & hæſurum clypei curvamine telum
Miſit in Æaciden: quod & æs, & proxima rupit
Terga novem boum: decimo tamen orbe moratum
Excutit hoc heros: rurſusque trementia forti
Tela manu torſit: rurſus ſine vulnere corpus,
Sincerumque fuit, nec tertia cuſpis apertum,
Et ſe præbentem valuit deſtringere Cygnum.
Haud ſecus exarſit, quam Circo taurus aperto,
Cum ſua terribili petit irritamina cornu
Pœniceas veſtes, eluſaque vulnera ſentit.
Num tamen exciderit ferrum conſiderat haſtæ.
Hærebat ligno. Manus eſt mea debilis ergo;

Quaſ-

ἀνὰ ἱππόκομον κράνος. Virg. Æn. 10. *criſtaque hirſutus equina.* Farn.

93. *Sed qui.*] Sed Neptuno, cui famulatur Nereus matris tuæ pater. *Farn. Nereide.*] Thethide nympha, Nerei filia.

94. *Temperat æquor.*] *Temperet* rectius Neap. duo Medicei, & unus Strozz. *Heinſ.*

98. *Excipit hoc hæres.*] *Excutit* plerique caſtigatiores. *Decutere* dixit Virgilius in re ſimili. *Idem.*

100. *Apertum, & ſe præbentem.*] Sic Virgil. —*Latus haurit apertum.* id eſt, Non contectum clypeo.

101. *Diſtringere Cygnum.*] *Deſtringere* vetuſtiores. paulo ante etiam *indeſtrictus* reponendum. *Heinſ.*

102. *Circo aperto.*] Spatioſo. In circo autem venationes exhibebantur. R.

104. *Pœniceas veſtes.*] *Puniceas* nonnulli. Lege tam hic quam aliis locis *Puniceas.* nam *Punicus* pro *Punicus*, & *Pœnicius* pro *Punicius* dicebant. in *Phœniceus* ſecunda producitur. ut in *Phœnices.* ſic Amor. lib. III. Eleg. VII. pro *Phœnicea cera*, reponendum eſt *Puniceæ.* & *Pœniceam chlamydem* Met. XIV. apud Lucretium l. II. *Purpura Puniceuſque color.* & lib. V. *Arbuta Puniceo colore.* Varro de L. L. lib. IV. *Purpura à purpureæ maritimæ colore. Punicum, quod à Pœnis primo dicitur allatum.* ſic *Pœnicus ignis* pro *Punicus* apud Silium Italicum l. I. vſ. 590. ex optimo codice. Virgilio ſemper *Puniceus.* ſic *Punicei cothurni* Ecloga VII. Ecloga V. *Puniceæ roſeta.* Georg. III. & Æn. XII. *Puniceæ pennæ.* Æn. V. *teniæ punicea.* l. XII. *Puniceas Aurora rotas.* Horat. *color Puniceæ flore prior roſæ.* Heinſ. *Phœniceas.*] Effigies hominum, rubris indutas veſtibus, quas ſtramento aut fœno farciebant, tauris in arena objectare ſoliti ſunt, quo eos ad pugnam irritare voluerunt. Senec 3. lib. de Ira.

Quaſque, ait, ante habuit vires effudit in uno.
Nam certè valuit, vel cum Lyrneſia primus
Mœnia disjeci; vel cum Tenedonque, ſuoque
Eëtionêas implevi ſanguine Thebas.
Vel cum purpureus populari cæde Caycus
Fluxit; opuſque meæ bis ſenſit Telephus haſtæ.
Hîc quoque tot cæſis, quorum per littus acervos
Et feci, &, video, valuit mea dextra, valetque.
Dixit: & ante actis veluti male crederet, haſtam
Miſit adverſum Lyciâ de plebe Menœten:
Loricamque ſimul, ſubjectaque pectora rupit.
Quo plangente gravem moribundo vertice terram,
Extrahit illuc idem calido de vulnere telum:

At-

108. *Lyrneſia primus Mœnia dejeci.*] *Disjeci* libri veteres quinque. ut Epiſtola prima.

——— *noſtris disjecta lacertis Ilion.*

Seneca Thebaïde, ut legit optimus codex,

Disjicite paſſim mœnia, in planum date.

Virgilius lib. VIII.

Ut bello egregias idem disjecerit urbes,
Trojamque OEchaliamque.

& mox,

Hæc duo præterea disjectis oppida muris.

& libro XII.

Fulminat Æneas armis, ſummaſque minatur
Disjecturum arces.

ita codex Leidenſis bibliothecæ. apud Statium tamen Theb. VI.

——— *qui Tyrias dejectum vaditis arces.*

primus etiam in Florentino S. Marci. *Heinſ. Lyrneſſia.*] Lyrneſſus erat urbs Troadis, patria Hippodamiæ Briſeidos. *Farn.*

109. *Vel cum Tenedonque.*] Tenedos inſula eſt, è regione littoris Trojani, ut & Virg. 2. Æn. meminit. Hæc à Tenne, Cygni filio nominata dicitur, cum antea Lycophrys vocaretur. *R.*

110. *Eëtioneas.*] Thebas in Cilicia, ubi regnavit Eetion Andromaches pater, ἦ τ' ἐμολεν ἐς Θήβην ἱερὴν πτολιν Ἠετίωνος· τὴν δὲ διεπράθομεν, Iliad. 1. *Farn.*

111. *Purpureus Caycus.*] Fluvius eſt Myſiæ Caycus, quam regionem Græci devaſtarunt, ne Trojanis ferre auxilium poſſet. *Cæde populari.*] Occiſione populi ſui. *R.*

112. *Opuſque.*] Vulnus & auxilium. Telephus rex Myſiæ tranſitu prohibiturus Græcos ad Trojam proficiſcentes ab Achille vulneratus eſt. Vulnus ubi putreſcebat, oraculo conſulto reſponſum tulit, quærendum eſſe remedium ab eadem haſta. conciliatus ergo Achille, æruginе cuſpidis ſanatus eſt. Sunt qui ad Achillem uſque auctorem, aut etiam Chironem, à quo Medicinam didicit, referant unguentum armarium ſeu Magneticum. De ὁπλοθεραπείᾳ videantur Paracelſus, Bapt. Peras, Croſius, Goclenius, Robertus de Fluctibus, alii. *Farn.*

116. *Lycia de plebe Menœten.*] *Menœten* duo Regii. bene. ejus nominis rector navis apud Virgilium occurrit non ſemel lib. V. & apud Statium alius in Thebaïde ſæpe. infra Noſter, *ſanguine fuit ille Menœta.* ſic iidem Regii & prima Medic. *Heinſ.*

117. *Tum*

Atque ait; Hæc manus eſt, hæc, qua modo vicimus, haſta.
Utar in hunc iſdem: ſit in hoc precor exitus idem.
Sic fatus, Cygnumque petit, nec fraxinus errat;
Inque humero ſonuit non evitata ſiniſtro.
Inde, velut muro ſolidave à caute, repulſa eſt.
Qua tamen ictus erat, ſignatum ſanguine Cygnum
Viderat, & fruſtra fuerat gaviſus, Achilles.
Vulnus erat nullum: ſanguis fuit ille Menœtæ.
Tum verò præceps curru fremebundus ab alto
Deſilit: & nitido ſecurum cominus hoſtem
Enſe petens, parmam gladio, galeamque cavari
Cernit; & in duro lædi quoque corpore ferrum.
Haud tulit ulterius: clypeoque adverſa reducto
Ter quater ora viri, capulo cava tempora pulſat.
Cedentique ſequens inſtat: turbatque, ruitque.
Attonitoque negat requiem. pavor occupat illum,
Ante oculoſque natant tenebræ: retroque ferenti
Averſos paſſus medio lapis obſtitit arvo.
Quem ſuper impulſum reſupino pectore Cygnum
Vi multâ vertit, terræque adflixit Achilles.

Tum,

121. *Utar in hoc iſdem.*] *In hunc* nonnulli ex melioribus. recte. deinde pro *fatur* Florent. S. Marci, & tres alii, *fatus.* Idem.

132. *Gladioque adverſa reducto.*] Multi veteres *clypeoque.* quod verum eſt. de gladio paulo ante habuimus. Innuit os Cygni adverſum clypeo impacto identidem ab Achille fuiſſe pulſatum. pro *reducto*, quidam ex vetuſtioribus *retecto*, *rejecto*, *relicto*, *remoto.* Florentinus S. Marci, *recepto.* fruſtra. Vide Notas libro VI. vſ. 107. ſic *reducta haſta* apud Virgil. libro X. Æn. *Idem.*

133. *Ladi quoque.*] Hinc illa Lycophronis, Στέρνῳ τυπέντα κλειδὸς ὠκέχει μόλῳ, videtur jure refellere Iſ. Tzetzes. Ψεύδεται ὁ Λυκόφρων. Fallitur, inquit, Lycophron; neque enim humeris ſed capite, ab Achille, pulſato interiit Cycnus. erat enim toto corpore invulnerabilis, excepto capite. Aliter Heſiodus in Clypeo. Neque deſunt interea, qui etiam apud veteres in uſu fuiſſe autument amuleta & carmina, quibus præmuniti, neque cominus, punctim aut cæſim vulnerari poſſunt. *Farn.*

134. *Cedentemque ſequens inſtat.*] *Cedentique* Florentinus S. Marci, Neapol. Spirenſis, prim. Moreti, ſeptem alii. *Heinſius.*

137. *Medio lapis obſtitit arvo.*] *Armo* Meurſius in Criticis. nolim factum, etſi ab uno meo codice confirmetur conjectura. alius, *alvo.* Idem.

139. *Terraque adfixit.*] *Adfixit* Neapol. prim. Medic. prim. Gronov. & de-

Tum, clypeo genibusque premens præcordia duris,
Vincla trahit galeæ. quæ presso subdita mento
Elidunt fauces; & respiramen iterque
Eripiunt animæ. victum spoliare parabat:
Arma relicta videt. corpus Deus æquoris albam
Contulit in volucrem; cujus modo nomen habebat.
Hic labor, hæc requiem multorum pugna dierum
Attulit: & positis pars utraque substitit armis.
Dumque vigil Phrygios servat custodia muros;

Et

cem alii. duo *adfligit*. Florentinus S. Marci, Spirensis, prim. Moreti & duo alii *afflixit*. sic apud Silium libro VII. sub finem,

Adfigunt proni squallentia corpora terræ.

idem libro VIII.

Namque super tepido lapsantem sanguine & ægrâ
Lubrica nitentem nequicquam evadere plantâ
Impacto prosternit equo, trepideque levantem
Membra afflicta solo pressâ violentius hastâ
Implicuit terræ.

libro IX.

Et superas alte miserum jaculata per auras
Tellure elisis assurgit flebile membris.

ita enim in veterrimo codice Colonienſi legitur. quidam *infixit Achilles*. quo alludunt prim. Vatic. frag. Theat. & duo alii. in quibus *infinxit*. Virgil.

Illum exspirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, scopulogque infixit acuto.

ubi Servius notat, Cornutum *inflixit* maluisse pro *vertit*. duo *invertit*. unus Leid. *avertit*. Puto *advertit terraque inflixit Achilles*. ut lib. IX. vs. 54. quæ videantur. *infligere humo* etiam Val. Maximus dixit lib. IX. cap. II. n. 4. Vide Nonium in *Infligere*. Idem.

142. *Elidunt fauces.*] Scribe *elidant*. & mox *eripiant*. etsi libris antiquis nihil quaquam est. *Idem.*

144. *Arma relicta videt.*] *Relicta loco* Langermannus. *Idem.*

145. *Contulit in volucrem.*] Convenit in volucrem. R. Tres autem Cygni memorantur apud poëtas, primus Neptuni filius, quem occidit hic Achilles: Alter Stheneli filius, Ligurum rex: Tertius autem Cygnus Martis filius fuit, quem Hercules singulari certamine apud Peneum amnem superavit, & occidit. *Micyl.*

FAB. IV. & V. *Arg.* Hic labor, &c.] *Superato autem Cygno, inter cæteras Achilles: cæterique Achivi, admirantur corporis duritiem quod toties hasta a corpore ejus esset repulsa, qua admiratio a Nestore sene dulcissimo speciosoque exemplo infirmatur. Retulit enim sua ætate Caenin Elati filiam fuisse, quæ propter pulchritudinem a Neptuno compressa sit. Data ei venia ob injuriam, ut in virum mutata nullo telo interfici posset. Hinc cum Pirithous Ixionis filius Neptuni interisset, duobus Hippodamia, & Eurytus inter Centauros incitatus in nuptam novam impetum fecisset, cæteri Lapitha atque Centauri nuptias frequentantes profligere. Ideoque cum maxima cædes esset exorta, plurimique ex utraque parte ob raptum matrimonium concidissent, eo quod inviolabilis ipse restaret, ab universis qui ex cæde reliqui fuerunt, novissime impetu facto, congestisque in eum arborum truncis spiritum reddere coactus est. Tamen non immemor Deus Neptunus a quo speciosum munus acceperat, supradictum in volucrem nominis sui transfigravit.* L.

151. *Pallas*

Et vigil Argolicas ſervat cuſtodia foſſas:
Feſta dies aderat; qua Cygni victor Achilles
Pallada vittatæ placabat ſanguine vaccæ.
Cujus ut impoſuit profecta calentibus aris;
Et Dis acceptus penetravit in æthera nidor;
Sacra tulêre ſuam: pars eſt data cætera menſis.
Diſcubuêre toris proceres; & corpora toſtâ
Carne replent: vinoque levant curaſque ſitimque.
Non illos citharæ, non illos carmina vocum,
Longave multifori delectat tibia buxi:
Sed noctem ſermone trahunt: virtusque loquendi
Materia eſt. pugnam referunt hoſtiſque ſuamque.
Inque vices adita atque exhauſta pericula ſæpe
Commemorare juvat. quid enim loqueretur Achilles?
Aut quid apud magnum potius loquerentur Achillem?
Proxima præcipue domito victoria Cygno
In ſermone fuit. viſum mirabile cunctis;
Quod juveni corpus nullo penetrabile telo,

Invi-

151. *Pallada mactata placabat ſanguine vaccæ.*] *Vittata vaccæ* fragmentum Theatin. & Barberinianus. optime vi & imæ paſſim vittatæ. nihil notius. Statius Achilleide,

Vittatâ genitrix placata juvencâ eſt.

& apud Avienum Fabula ultima: ubi Lupus ad hœdum,

Hei mihi! vittatâ tu quoque fronte cades. Heinſ.

Pallada.] *Mactatur vacca Minervæ; Alipedi vitulus; taurus tibi, ſumme Deorum.* lib. 4. vſ. 755. idem Auſonius epigr. 64.

152. *Profecta.*] Carnes hoſtiarum quas profecabant, id eſt, primum ſecabant Diiſque adolebant. Partem, inquit Turneb. lib. 15. cap. 7. Diis adolebant, partem ſacerdotibus dabant; partem ſibi apponebant. Cujus commenti rationem ex hoc Ovidii loco videtur ſumpſiſſe. *Farn.*

153. *Nidor.*] Κνίσσα. Homer.

155. *Toſta.*] Heroicis temporibus elixa carne veſci non ſolere Servius adnotat ad 1. Æn vid. & Athenæum l. 1. c. 8.

157. *Non illos.*] Lepidiſſimum, inquit Plutarchus, eſt illud convivium, in quod non intrat tibicen. Quibus de rebus in convivio diſſerendum ſit, docet A. Gellius 13. lib. 11. c. & Macrob. 7. lib. Saturn. 1. cap. hic duces de virtute bellica & pugnis. *Farn.*

158. *Multifori delecta tibia buxi.*] Prim. Vatic. fragment. Theat. Oxon. ſex alii, *delectat. multifidi* Neapol. Urbin. prim. Gronov. male. *multifora tibia buxo*, Senecæ in Agamemnone. mox, *pugnam referunt hoſtiſque ſuamque*, S. Marci, pri. Vatican. ſec. Palat. pri. tert. quart. Medic. aliique multi. non *pugnas* & *ſuaſque*. Heinſ.

161. *Exhauſta pericula.*] *Exacta pericula* prim. Gronov. & duo alii. nil mutо. *Idem.*

166. *Quod juvenis corpus.*] *Juveni* Florent: S. Marci, pri. Vatic. ſec. Palat. tert. Bonon. & Spirenſis. *Idem.*

Invictumque ad vulnera erat, ferrumque terebat.
Hoc ipsum Æacides, hoc mirabantur Achivi.
Cum sic Nestor ait: Vestro fuit unicus ævo
Contemtor ferri, nulloque forabilis ictu
Cygnus. at ipse olim patientem vulnera mille
Corpore non læso Perrhæbum Cænea vidi:
Cænea Perrhæbum; qui factis inclytus Othryn
Incoluit: quoque id mirum magis esset in illo;
Fœmina natus erat. monstri novitate moventur,
Quisquis adest: narretque rogant. quos inter Achilles,
Dic age, (nam cunctis eadem est audire voluntas)
O facunde senex, ævi prudentia nostri;
Quis fuerit Cæneus, cur in contraria versus;
Quâ tibi militiâ, cujus certamine pugnæ
Cognitus; à quo sit victus: si victus ab ullo est.
Tum senior: Quamvis obstet mihi tarda vetustas;
Multaque me fugiant primis spectata sub annis;

Plura

167. *Invictumque à vulnere.*] *Ad vulnera* Urbin. Thuan. prim. & tert. Medic. prim. Hamburg. tresque alii. tres itidem *ad vulnus.* Sed *invictus à labore* dixit Cicero lib. 1. Officiorum. *Idem.*

168. *Hoc ipse Æacides.*] *Hoc ipsum* tert. Medic. & quinque alii. *Idem.*

170. *Forabilis.*] Ἄτρωτος, ἄτρητος impenetrabilis, invulnerabilis Palæphato l. 1. Apollonio 1. Argonaut. 63. v. ἄῤῥηκτος, ἄκαμπτος.

172. *Perrhæbum*] Perrhæbi, pop. Thessaliæ, qui à Lapithis devicti in montana confugerunt ad Olympum & Tempe sita. Homer. 2. Il. μετοικόλπιοι τε Περραιβοί. vs. scil. gratia cum Straboni l. 9. passim sin. Περῤῥαιβοί. Propertio 3. lib. 5. el. *Aut cur Perrhabi tremuere cacumina Pindi.* Farn. *Perrhæbum Canea vide.*] Cænis Elati Lapithæ filia fuit: cui Neptunus cum vim intulisset, copiam fecit ut quicquid vellet, peteret. se enim omnino concessurum. Puella ut vir invulnerabilis efficeretur petiit. Id illi benigne præstitit Neptunus. *Cyneusque* vocatus, nulli Deorum neque sacrificabat, neque supplicabat, sed suæ duntaxat hastæ, cui etiam peregrinos ad se venientes sacrificare cogebat. Qua impietate iram Jovis in se concitavit. Nam in pugna à Centauris in nuptiis Pirithoi excitata, multos hostium cum interfecisset, neque ipse cujusquam ferro vulnerari posset, à Centauris tandem conjectis arboribus fuit oppressus, in avemque à Neptuno transmutatus.

173. *Othryn.*] Mons est Thessaliæ Othrys.

177. *Audire voluntas.*] *Voluptas* pri. Vatican. aliique septem cum Aroudeliano. *Heins.*

179. *Cur in contraria versus.*] Ex fœmina in marem.

182. *Quamvis obstet mihi.*] Quamvis (inquit) Nestor, memoriam meam senectus impediat, multorumque fim obtus, plura tamen recordor. *Tarda vetustas.*] *Longa* meliores. *Heins.*

186. *Inter*

Plura tamen memini: nec, quæ magis hæreat illâ,
Pectore res noſtro eſt, inter bellique domique
Acta tot, ac ſi quem potuit ſpatioſa ſenectus
Spectatorem operum multorum reddere; vixi
Annos bis centum: nunc tertia vivitur ætas.
Clara decore fuit proles Elateïa Cænis,
Theſſalidum virgo pulcherrima; perque propinquas
Perque tuas urbes (tibi enim popularis, Achille)
Multorum fruſtra votis optata procorum.
Tentaſſet Peleus thalamos quoque forſitan illos;
Sed jam aut contigerant illi connubia matris,
Aut fuerant promiſſa, tuæ. nec Cænis in ullos
De-

186. *Inter bellique domuſque acta tot. Bellique domique.* Calandr. Langerman. & quatuor alii. quod & Conſtantius Fanenſis in ſuis invenerat. vere: ſic loquebantur veteres. Horatius libro 11. Sat. 1.

Æditimos habeat belli ſpectata domique Virtus.

Silius libro 1v.

——— *multuſque in imagine claris Præfulgebat avus titulis bellique domique.*

modus exemplorum non eſſet, ex Plauto, Terentio, Cicerone, Livio, Salluſtio, aliis promendorum. pro *primis ſub armis* paulo ante Oxonienſ. & duo alii *ſub armis.* de quo dictum lib. v111. deinde pro *hæreat ulla*, meus chartaceus *illa*, ut & alter Hamburgenſis. *Idem.*

188. *Nunc tertia vivitur ætas.*] Ætatem pro ſeculo poſuit. Nam ſeculum centum annorum ſpatium comprehendit. *Annos.*] Hinc Euſtathium, Servium, alios falli, liquet, qui nonagenarium tantum faciunt Neſtora; ſeculum 33. annis terminantes. neque in tantum mira foret illa vitæ longinquitas, ſi conferatur (ut primæ ætatis mortales taceam quorum meminit Sacra pagina) cum ea quæ à Plinio recenſetur 7. lib. 48. cap. quin & hodie Ann. Dom. 1635. Londini viſitur in ædibus Arondelianis ex agro Salopienſi accitus quidam Thomas Par, annum ætatis agens centeſimum quinquageſimum ſecundum. Nævius porro apud A. Gellium lib. 9. cap. 7. vocat eum *Triſecli ſenem.* ſeculum autem Scalig. 2. lib. emendatione temporum definit annis 110. luſtris nempe 22. quos tamen numero rotundato recenſeri, centeno, ait. ſeculum tamen à nonnullis pro tempore vitæ hominis, quæ plerumque eſt 70. annorum, uſurpari ait. Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων Εφθίαθ', οἱ, &c. Pylo ab Hercule expugnata & Neleo cum filiis undecim interfectis, Neſtori, qui apud Gerenios alebatur, ſuperſtiti fingunt poëtæ adjectos annos fratribus ademptos. vide & Phleg. Trallianum περὶ μακροβίων, & Euſebium de præp. Euangel. lib. 9. cap. 13.

189. *Elateïa.*] Elati Lapitharum regis filia. *Farn.*

191. *Tibi enim popularis Achille.*] Ex eodem quo tu ô Achille populo fuit.

192. *Multorum fruſtra votis optata procorum.*] Codex S. Marci, Neapol. Thuan. prim. Moret. & unus Voſſianus cum altero Hamburg. & Jureti,

Multorumque fuit ſpes invidioſa procorum.

qui verſus initio libri non occurrit. ſic Propertius,

Mæcenas noſtræ ſpes invidioſa juventæ.

Heinſ.

200. *Ea-*

Denupſit thalamos: ſecretaque littora carpens
Æquorei vim paſſa Dei eſt. ita Fama ferebat.
Utque novæ Veneris Neptunus gaudia cepit:
Sint tua vota licet, dixit, ſecura repulſæ;
Elige quid voveas. eadem hoc quoque Fama ferebat.
Magnum, Cænis ait, facit hæc injuria votum,
Tale pati nil poſſe mihi. da fœmina ne ſim:
Omnia præſtiteris. graviore noviſſima dixit
Verba ſono: poteratque viri vox illa videri:
Sicut erat. nam jam voto Deus æquoris alti
Annuerat: dederatque ſuper; ne ſaucius ullis
Vulneribus fieri, ferrove occumbere poſſet.
Munere lætus abit: ſtudiiſque virilibus ævum
Exigit Atracides, Peneïaque arva pererrat.
Duxerat Hippodamen audaci Ixione natus;
Nubigenaſque feros, poſitis ex ordine menſis,
Arboribus tecto diſcumbere juſſerat antro.
Hæmonii proceres aderant; aderamus & ipſi:
Feſtaque confuſâ reſonabat regia turbâ,
Ecce canunt Hymenæon: & ignibus atria fumant:
Cin-

200. *Eadem quoque fama ferebat.*] *Eadem hoc quoque* meliores. *Idem.*

201. *Magnum facit hæc injuria votum.*] Hæc injuria inquit, qua mihi virginitatem eripuiſti, effecit, ut magna petere audeam. *R.*

202. *Tale pati jam poſſe nihil.*] *Da poſſe* Urbin. & unus Reg. at Florent. S. Marci, *nil poſſe.* Scribe *nil poſſe mihi* cum ſec. Palat. prim. Gronov. quart. Medic. & aliis duodecim. *Heinſ.*

203. *Omnia præſtiteris.*] De fœminis converſis in mares, Plin. 7. cap. 4. Gell. lib. 9. cap. 4.

209. *Peneïa arva.*] Per quæ Peneus labitur. *R. Atracides.*] Cœneus Theſſalus, eſt enim Atrax urbs Theſſaliæ apud Peneum fl.

210. *Hippodamen*] Iſchomachen nominat Propertius lib. 2. El. 2. Deidamiam, Theſeus in Plutarcho.

211. *Nubigenaſque.*] Nube pro Junone à Jove ſuppoſita genitos. fabulam exponit Palæphatus lib. 1. de incolis montani pagi, cui nomen Nephele, qui equos primi domuerunt, iidem equis vecti tauros œſtro in furorem exagitatos & Theſſaliæ culta, ſata, & pecora infeſtantes, ab Ixione præmio interemerunt. unde & nomen ἀπὸ τῦ κεντᾶν τὰς ταύρυς. *Sed neque Centauri fuerunt, neque.* Lucretius lib. 5. *Farn.*

213. *Æmonii proceres.*] Theſſali principes.

215. *Hymenæon.*] Nuptiale carmen. de Hymenæo vide quæ nos ad Senecam. Theb. vſ. 262. & Medeæ vſ. 67. *Ignibus.*] Nuptiis non faces modo, ſed & aræ, & ſacra adhibita, Diique advocati. *Farn.*

216. *Ma-*

Cinctaque adeſt virgo matrum nuruumque catervâ,
Præſignis facie. felicem diximus illâ
Conjuge Pirithoum: quod pœne feſellimus omen.
Nam tibi, ſævorum ſæviſſime Centaurorum
Eryte, quam vino pectus, tam virgine viſa
Ardet: & ebrietas geminata libidine regnat.
Protinus everſæ turbant convivia menſæ:
Raptaturque comis per vim nova nupta prehenſis.
Eurytus Hippodamen, alii, quam quiſque probarant,
Aut poterant, rapiunt: captæque erat urbis imago.
Fœmineo clamore ſonat domus. ocius omnes
Surgimus: & primus, Quæ te vecordia, Theſeus,
Euryte, pulſat, ait; qui me vivente laceſſas
Pirithoum, violeſque duos ignarus in uno?
Neve ea magnanimus fruſtra memoraverit heros;
Submovet inſtantes: raptamque furentibus aufert.
Ille nihil contra: neque enim defendere verbis
Talia facta poteſt: ſed vindicis ora protervis
Inſequitur manibus, generoſaque pectora pulſat.
Forte fuit juxta ſignis exſtantibus aſper
Antiquus crater, quem vaſtum vaſtior ipſe

Suſtu-

216. *Matrumque nuruumque caterva.*] *Matrum nuruumque* rectius ſec. Pal. & decem alii. *Heinſ.*

217. *Præſignis facie.*] *Faciem* eleganter unus Mediceus. ſic lib. VI. Faſtor. ex optimo codice vſ. 628.

Præſignis faciem Corniculana fuit. Id. *Felicem.*] Ex formula ſponſos ſalutantium.

218. *Quod pene feſellimus omen.*] Pene falſum effecimus propter eam quæ ſecuta eſt rixam.

219. *Nam tibi ſævorum.*] *Semivirum* Mediceus chartaceus. Putabam aliquando *ſemihominum*. ut infra,

Hæc inter Lapithas & ſemihomines Centauros

Prælia. Heinſ.

223. *Per vim.*] *Per humum* unus meus. *Idem,*

224. *Probabat aut poterat*] *Probabant aut poterant* multi veteres. Arondel. *probarat*, ut & unus Patav. Lege *probarant*. Id.

227. *Vecordia.*] Saluſt. de Catilina: *Vecordia in vultu.*

228. *Me vivente.*] Ἐμοῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένου. Verum hic emphatice, *me*, quia amicus. *Farn.*

229. *Violaſque.*] *Violeſque* ex ſcriptis præcedentia requirunt. *Heinſ.*

233. *Sed vindicis.*] Theſei, quo novam nuptam à Centaurorum injuria liberat; pugnos in faciem & pectus Theſei ingerit.

236. *Crater.*] Craterem hunc Hylæo dat Virgilius 2. Georg. *Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.* Martialis Rhæto, *Hoc cratere ferox commiſit prælia Rhætus, cum Lapithis.* lib. 8. epig. 6.

Hoc

Suſtulit Ægides; adverſaque miſit in ora.
Sanquinis ille globos pariter, cerebrumque merumque,
Vulnere & ore vomens, madidâ reſupinus arenâ
Calcitrat. ardeſcunt germanâ cæde bimembres:
Certatimque omnes uno ore, Arma, arma, loquuntur.
Vina dabant animos: & primâ pocula pugnâ
Miſſa volant, fragileſque cadi, curvique lebetes:
Res epulis quondam, nunc bello & cædibus, aptæ,
Primus Ophionides Amycus penetralia donis
Haud timuit ſpoliare ſuis; & primus ab æde
Lampadibus denſum rapuit funale coruſcis:
Elatumque altè, veluti qui candida tauri
Rumpere ſacrificâ molitur colla ſecuri;
Illiſit fronti Lapithæ Celadontis: & oſſa

Non

Hoc telo Perſeus Erithum ſternit lib. 5. vſ. 81. *Farn. Vaſtior ipſo.*] *Ipſe* meliores. & rectè. *Heinſ.*

237. *Ægides.*] Theſeus Ægei filius.

239. *Madida arena Calcitrat.*] *Madidam arenam* Neapol. Arond. pri. Gronov. & decem alii. mox pro *germani cade*, unus meus *germanâ*. bene. alter Thuan. *germania*. ſic *cædes merita* Epiſt. Hypermneſtræ ex antiquis libris. *Heinſ.*

240. *Calcitrat.*] Vide quæ ad vſ. 40. lib. 5. *Bimembres.*] Centauri biformes. modo ad vſ. 211. *Farn.*

241. *Certatimque omnes ſimul uno ore Arma loquuntur.*] Scribendum ex fide caſtigatiorum,

Certatimque omnes uno ore Arma, arma loquuntur.

Dictum ſuperiori libro vſ. 378. *Heinſ.*

242. *Et prima.*] Malim *en prima* mox pro *fragileſque cadi* prim. Vatic. *ſcyphi*. & poſtea *nunc bello apta* pro *tum* meliores. *Idem.*

243. *Fragiles cadi.*] Ex creta confecti.

244. *Res epulis.*] *Natis in uſum latitiæ ſcyphis pugnatur.* Hor. Od. 27. lib. 1. *Crateres menſaque volant.* Flaccus lib. 1. vide quæ ad 82. vſ. lib. 5. *furor arma miniſtrat.* Æneid. 1. *Farn.*

245. *Ophionides Amycus.*] Ophionis filius.

247. *Lampadibus.*] Funalia (deſcribente Iſidoro l. 20. cap. 10.) erant candelabra, extantes ſtimulos habentia, quibus funiculi cera vel hujuſmodi alimento luminis obliti figebantur. Unde conjicio fuiſſe hoc funale lychnuchum trabalem, de fornicato laqueari & camera cæli cavum referente pendentem, lampadibus aut locernis ſtellarum, Virgil. 1. Æneid. 730. vſ. *dependent lychni laquearibus aureis Incenſi, & noctem flammis funalia vincunt.* Petron. *Incerna bilychnis de camera pendebat.* Farn.

250. *Oſſa confuſa.*] Puto *contuſa*. ſic lib. v.

Perculit, & fractis contundit in oſſibus ora.

ita ex ſcriptis quidam, non *confudit.* libro XIV.

——*nareſque à fronte reſimas.*
Contudit.

certe in duobus ſcriptis *concuſſa*. alter Erfurtanus *confracta. diſpergere* dixit Virgil.

Oſſaque diſpergit cerebro permiſta cruento. Heinſ.

252. *Et*

Non agnoſcendo confuſa reliquit in ore.
Exſiluêre oculi; disjectisque oſſibus oris
Acta retro naris, medioque infixa palato eſt.
Hunc pede convulſo menſæ Pellæus acernæ
Stravit humi Belates, disjecto in pectora mento:
Cumque atro miſtos ſputantem ſanguine dentes,
Vulnere Tartareas geminato mittit ad umbras.
Proximus ut ſteterat, ſpectans altaria vultu
Fumida terribili, cur non, ait, utimur iſtis?
Cumque ſuis Gryneus immanem ſuſtulit aram
Ignibus, & medium Lapitharum jecit in agmen:
Depreſſitque duos, Brotean, & Orion. Orio
Mater erat Mycale: quam deduxiſſe canendo
Sæpe reluctanti conſtabat cornua Lunæ.
Non impune feres, teli modo copia detur,
Dixerat Exadius. telique habet inſtar, in altâ

Quæ

252. *Exſiliere.*] Meliores *Exſiluere.* Idem.

253. *Medioque eſt fixa palato.*] *Infixa palato eſt* ſeptem veteres. prim. Gronov. *affixa.* Idem.

254. *Pellæus Belates.*] Pella nomen eſt multarum urbium. nam & in Macedonia, & in Theſſalia, & in Achaia, & in Syria eſt Pella, unde *Pellæus* derivatur.

256. *Cumque atro miſtos ſpumantem ſanguine dentes.*] Ita & ſcripti. Mihi tamen dubium non eſt *ſputantem* debere reponi. quo verbo Plautus etiam non ſemel utitur. apud Martialem *expuere dentes.*

Si memini, fuerant tibi quatuor Ælia dentes:
Expuit una duos tuſſis, & una duos.

Virgilium imitatus eſt qui Dareren deſcribit libro v.

——*craſſumque cruorem*
Ore rejectantem miſtoſque in ſanguine dentes.

apud Val. Flaccum lib. III.

——*purpureum ſingultibus exput aurum.*

quomodo illic Aldinus codex, vulgati *expulit haſtam.* Seneca Thyeſte,

Ferro peremptus ſpiritum inimicum expuat.

pro *miſit* poſtea meliores *mittit.* Heinſ. *Miſtos.*] Virgilius dixerat, *craſſumque cruorem Ore rejectantem, miſtoſque in ſanguine dentes.* Æneid. 5.

262. *Oppreſſitque duos.*] *Depreſſitque* S. Marci, Neapol. Urbin. tres Moreti, Aroudel. & quinque alii. *Oppreſſit* mox ſequitur vſ. 284. pro *Orion* malim *Oreon* cum meo chartaceo. Ὀρεῦ, ab ὄρος. ſic infra *Orneus* & *Arcus.* ὀρεῦ καὶ ἀρεῦ. ab ὀρὸς & ἄρης. Vide Notas lib. 1. vſ. 572. *Heinſ.*

263. *Quam.*] Lunam deficientem credebat olim vulgus è cœlo devocari carminibus magicis. vide quæ ad vſ. 333. lib. 4. & Virg. 8. eclog. *Carmina vel cœlo poſſunt deducere Lunam.* Theſſalia autem veneficiis infamis erat. *Farnabius.*

264. *Reluctantis Lunæ.*] *Reluctata* plurimi veteres. quatuor *reluctante.* Scribe *reluctanti* cum optimo S. Marci libro & utroque Caroli Stroza. *Heinſ.*

267. Qua

Quæ fuerant pinu, votivi cornua cervi.
Figitur huic duplici Grynæus in lumina ramo:
Eruiturque oculos. quorum pars cornibus hæret:
Pars fluit in barbam; concretaque ſanguine pendet.
Ecce rapit mediis flagrantem Rhœtus ab aris
Primitium torrem: & dextrâque parte Charaxi
Tempora perfringit fulvo protecta capillo.
Correpti rapida, veluti ſeges arida, flammâ
Arſerunt crines: vulnere ſanguis inuſtus
Terribilem ſtridore ſonum dedit; ut dare ferrum
Igne rubens plerumque ſolet, quod forcipe curvâ
Cum faber eduxit, lacubus demittit. at illud
Stridet: & in trepida ſubmerſum ſibilat undâ.
Saucius hirſutis avidum de crinibus ignem

Ex-

267. *Quæ fuerant.*] Eclôga 7. Virg. Dianæ *vovet ramoſa Mycon vivacis cornua cervi.* cornibus itaque pinu, in qua figebantur votiva Dianæ, direptis ſubitorum vice armorum utitur Exadius. *Farn.*

268. *Figitur hinc duplici. Grynæus in lumina ramo.*] *Grynæus lumina* plurimi veteres. ſed ſupra etiam id nomen fuerat diſſyllabum. *per lumina.* ſeptem codices. totidem *ſua lumina.* nil muta. Statius Theb. IX.

Figitur & validæ ſonipes Æſtolus in armos.

pro *hinc* tamen octo *huic* probe. *Heinſ.*

272. *Primitium torrem.*] *Pruniceum* Mediceus chartaceus. *Prunicium* fragm. Boxhorn. alter Hamburg. *Prunitium.* a pruno. quod in ſuis etiam Conſtantius Fanenſis inveneraſ. *Idem. Primitium.*] Ita lib. 12. Æn. *ambuſtum torrem Cloerinans ab ara Corripis, & venienti Eluſo plagamque ferenti Occupat os flammis: illi ingens barba reluxit.* Farn.

270. *In tepida ſubmerſum ſibilat unda.*] *Tepida unda* Urbin. prim. ſec. Palat. Cantabr. Oxon. uterque Hamburgenſis, prim. Moret. Thuan. & multi alii. vere. Apud Virgilium lib. 1. Georg. ſimiliter refinge,

Aut foliis undam trepidi deſpumat aheni.

Nam ita vetuſtiſſimi codices. neque aliter agnoſcebat Servius, qui *trepidi* interpretatur *bullientis, quia quod bullit, tremere videtur.* recte. quamquam in vulgatis Servii exemplaribus *tepidi* perperam circumfertur. atque ita capiendo illa Valerii Flacci lib. V. verſ. 430.

Ater & Eridani trepidum globus ibat in amnem.

nec audiendi, qui *tepidum* reponunt. ſimilis aquæ trementis deſcriptio apud eundem Virgilium lib. VII.

——— *undantis aheni*
Exſultant æſtus latices, furit intus aquai
Fumidus atque alte ſpumis exuberat amnis.

ita ſcribendum ex Mediceo libro. nam Pierius Valerianus in ſuis omnibus *fure intus aqua vis* exſtare aſſeverat. Cæterum Lucretii illa Noſter ex lib. VI. manifeſte imitatus eſt,

Ut calidis candens ferrum è fornacibus olim
Stridit, ubi in gelidum propere demerſimus imbrem. Heinſ.

Ferrum candens ſtridat lacubus.] Ex Virgil. 8. Æneid. ——— *alii ſtridentia tingunt Æra lacu.* ———

285. Cer-

Digitized by Google

Excutit : inque humeros limen tellure revulsum
Tollit, onus plaustri : quod ne permittat in hostem,
Ipsa facit gravitas. socium quoque saxea moles
Oppressit spatio stantem propiore Cometem:
Gaudia nec retinet Rhœtus. Sic comprecor, inquit,
Cætera sit fortis castrorum turba tuorum;
Semicremoque novat repetitum stipite vulnus:
Terque quaterque gravi juncturas verticis ictu
Rupit : & in liquido sederunt ossa cerebro.
Victor ad Evagrum, Corythumque, Dryantaque transit.
E quibus ut primâ tectus lanugine malas
Procubuit Corythus; Puero quæ gloria fuso
Parta tibi est? Evagros ait. nec dicere Rhœtus
Plura finit : rutilasque ferox in aperta loquentis
Condidit ora viri, perque os in pectora, flammas.
Te quoque, sæve Drya, circum caput igne rotato
Insequitur : sed non in te quoque constitit idem
Exitus, assiduæ successu cædis ovantem,
Qua juncta est humero cervix, sude figis obustâ.
Ingemuit, duroque sudem vix osse revellit
Rhœtus; & ipse suo madefactus sanguine fugit.
Fugit & Orneus, Lycabasque, & saucius armo
Dexteriore Medon, & cum Pisenore Thaumas:
Quique pedum nuper certamine vicerat omnes
Mermeros, accepto nunc vulnere tardius ibat:
Et Pholus, & Melaneus, & Abas prædator aprorum:
Qui-

285. *Gaudia nec retinet.*] Aut *retinens* legendum, aut pro *sic comprecor, sicque precor.* Thuan. tamen, prim. Bonon. pri. Basil. & duo alii. *sic sic precor.* & pro *fortis* pri. Ambros. & duo alii, *sospes.* ut Pont. lib. 1. Eleg. VIII.

Cætera sit sospes cultorum turba tuorum. Heins.

290. *Corythum.*] *Corythum.* Κορυθὸς Græcis. *Idem. Dryantaque.*] Dryantis hujus, ut & Exadii, de quo modo 266. v. Cænei & aliorum meminit ipse Nestor Il. a. Hom. Οὐ γάρ πω τοίους ἴδον ἀνέρας, οὐδὲ ἴδωμαι, Οἷον Πειρίθοόν τε Δρυαντά τε ποιμένα λαῶν, Καὶ Τ' Ἐξάδιόν τε, &c. Farn.

293. *Evagrus.*] Unus meus *Evagros.* alius *Evandros.* Heinsius.

299. *Sude figis.*] *Stipitibus duris agitur, fudibusque praustis* 7. Æn. & 11. Æn. *Stipitibus ferrum, fudibusque imitantur obustis.* Farn.

Quique ſuis fruſtra bellum diſſuaſerat augur
Aſtylos. ille etiam metuenti vulnera Neſſo,
Ne fuge; ad Herculeos, inquit, ſervaberis arcus.
At non Eurynomus Lycidaſque, & Arêos & Imbreus
Effugêre necem : quos omnes dextra Dryantis
Perculit adverſos. adverſum tu quoque, quamvis
Terga fugæ dederas, vulnus, Crenæe, tuliſti.
Nam grave reſpiciens inter duo lumina ferrum.
Qua natis fronti committitur, accipis, imæ.
In tanto fremitu ductis ſine fine jacebat
Sopitus vinis, & inexperrectus Aphidas:
Languentique manu carcheſia miſta tenebat
Fuſus in Oſſææ villoſis pellibus urſæ.
Quem procul ut vidit fruſtra nulla arma moventem,
Inſerit amento digitos, Miſcendaque, dixit,
Cum Styge vina bibas, Phorbas. nec plura moratus
In

307. *Quique ſuis.*] Centauris. R.

309. *Ad Herculeos arcus.*] *Ictus* in multis veterum. *Heinſ. Servaberis.*] Peritturus Herculis ſagitta, ubi Deianiram aliquando trajiciens, depoſitum fallere paraveris lib. 8. vſ. 127. *Farn.*

313. *Cænee.*] *Cornee* S. Marci, & Urbin. unus meus *Gornee.* Scribe *Crenæe* cum Thuaneo optimæ notæ, pri. Moreti, Oxon & tribus aliis. à κρήνη, κρηναῖος. Heinſ.

317. *Cunctis ſine fine jacebat Sopitus venis.*] Quid ſibi vult *ſopitus cunctis venis?* Non intelligo. *cunctis curis* primus Baſileenſis. ſed nec id verum. Reliqui codices ſcripti cum vulgatis faciunt. Scribe,

——*ductis ſine fine jacebat*
Sopitus vinis.

hoc eſt, ſine fine hauſtis. non aliter optimi ſcriptores loquuntur. Seneca Thyeſte,

Satur eſt. capaci ducit argento merum.

ducere pocula apud Horatium libro 1. Od. XVII. & Propert. l. II. Eleg. IX. *Ducere Liberum* eidem Horatio lib. IV. Od. XII. & *Ducere nectaris ſuccos*, l. III. Od. III. ſic & *educere vini bimenam* Plauto Amphitr. & Apuleio libro X. Metam. *Vini poculum perducere.* hinc apud Plautum Curculione *immergere in ſe liquores ductim. ducere ubera* lib. II. Faſt. ubi perperam *ſugere* multi veteres. lib. IX. Met.

——*nec ſequitur ducentem Lactens humor.*

pro *vinis* etiam *venis* plerique codices antiqui agnoſcunt illo verſu Amis Amatoriæ.

Et Venus in vinis ignis in igne fuit.

vino ſepulti, & *ſolum*, paſſim occurrunt apud poëtas. Gronovio noſtro *jumenta vinis* ſcribendum videbatur. ut *jungi vina* dicantur, quæ hauriuntur ſine intermiſſione. *Idem.*

319. *Offaa.*] In Oſſa monte natum aut etiam captæ. *Farn.*

322. *Cum Styge vina bibas.*] Lege *bibas*; eſt enim imprecantis. confirmat ſecundus Moreti & Mediceus chartaceus. ſic libro V. *Stygiis cane cætera, dixit Manibus.* pro *plura locutus* S. Marci codex, prim. Moret. ſec. Palat. & novem alii, *moratus.* ſex cum Arondel. & pri. Baſil. *minatus*, utrumque præſtat vulgatæ lectioni. *Heinſ. Cum Styge.*] Hinc *Stygias ebrius hauſit aquas.* Farn.

325. *Mo-*

In juvenem torſit jaculum : ferrataque collo
Fraxinus, ut caſu jacuit reſupinus, adacta eſt.
Mors caruit ſenſu : plenoque è gutture fluxit
Inque toros, inque ipſa niger carcheſia ſanguis.
Vidi ego Petræum conantem evellere terrâ
Glandiferam quercum : quam dum complexibus ambit;
Et quatit huc illuc, labefactaque robora jactat,
Lancea Pirithoi coſtis immiſſa Petræi
Pectora cum duro luctantia robore fixit.
Pirithoi virtute Lycum cecidiſſe ferebant:
Pirithoi cecidiſſe Chromin. ſed uterque minorem
Victori titulum, quam Dictys Helopſque, dederunt.
Fixus Helops jaculo, quod pervia tempora fecit;
Et miſſum à dextrâ lævam penetravit in aurem.
Dictys ab ancipiti delapſus acumine montis,

Dum

325. *Mors caruit ſenſu.*] Propter altum ſoporem. ἀσθμαίνων διδυμεύων ὕπνῳ καὶ οἴνῳ. —— *Vino domiti, ſomnoque ſepulti.* Enn. 8. Ann. Quod & Rheſo obvenit. Quò alludit Noſter Amor. l. 1. El. 9. v. *Sæpe ſoporatos invadere profuit hoſtes, Cedere & armata vulgus inerme manu. Sic fera Threïcii cecidêrunt agmina Rheſi, Et dominum capti deſervêſtis equi.* Liv. Decad. 5. lib. 1. *Hiſtrorum pauci, qui modicè vinoſi erant, memores fuerant fugæ; aliis ſomno mors continuata eſt.* Petron. Haloſi Neron. —— *hic graves alios mero —— Obtruncat, & continuat in mortem ultimam ——Somnos.* Ὁ' ἀδελφὸς τὸν ἀδελφὸν φονεύει. ὁ ὕπνος τὸν θάνατον.

326. *Carcheſia.*] Iſ. Caſaubonus Carcheſium ab Athenæo ex Callixeno deſcriptum, & à Macrobio verſum, nec intellectum probe, ex verbis Græcis ſanitati reſtituit. Carcheſium, inquit, eſt poculum procerum & circa mediam partem compreſſum mediocriter anſatum, anſis à ſummo ad infimum pertingentibus. Macrobius hoc poculi genus ut & cymbium aliaque à re navali ducta autumat. l. 5. Saturnaliorum, c. 21. Caſaub. à κίρχνος Ionice pro κίρκος, milium, cujus formam habuiſſe carcheſia dicit ad Athenæi lib. 11. cap. VII. *Farm.*

329. *Robora jactat.*] *Pulſat* plurimi veterum. *Heinſ.*

330. *Coſtis immiſſa Petræi.*] Puto *coſtis Petræis.* ut apud Virgilium, *cineri Sicheo*, & *Lenæus honor.* nam ingratus & Naſoni inſolens concurſus ille *Pirithoi, Petræi, Phorei* S. Marci codex, & unus Regius. *Idem.*

333. *Pirithoi virtute Chromin.*] *Cecidiſſe* pri. Gronov. & prim. Moreti cum aliis quatuor. meliores etiam ſuperiori verſu vocibus inverſis,

Pirithoi virtute Lycum cecidiſſe ferebant. Idem.

335. *Fixus Helops jaculo eſt.*] Meliores tollunt Τὸ *eſt.* pro *ad aurem* Cantabr. Oxon. multique alii *in aurem.* Idem.

337. *Ancipiti acumine.*] *Ancipitis acumine montis* Thuan. Neap. Bernegger. pri. Gronov. tert. Medic. Oxon. & octo alii. *Idem.*

Digitized by Google

Dum fugit inſtantem trepidans Ixione natum,
Decidit in præceps: & pondere corporis ornum
Ingentem fregit; ſuaque induit ilia fractæ.
Ultor adeſt Aphareus: ſaxumque è monte revulſum
Mittere conatur. conantem ſtipite querno
Occupat Ægides; cubitique ingentia frangit
Oſſa: nec ulterius dare corpus inutile leto
Aut vacat, aut curat: tergoque Bianoris alti
Inſilit, haud ſolito quenquam portare, niſi ipſum:
Oppoſuitque genu coſtis: prenſamque ſiniſtrâ
Cæſariem retinens, vultum minitantiaque ora
Robore nodoſo, præduraque tempora, fregit.
Robore Nedymnum, jaculatoremque Lycotan
Sternit, & immiſsâ protectum pectora barbâ
Hippaſon, & ſummis exſtantem Riphea ſilvis;
Tereaque, Hæmoniis qui prenſos montibus urſos
Ferre domum vivos, indignanteſque ſolebat.
Haud tulit utentem pugnæ ſucceſſibus ultra
Theſea Demoleon: ſolidoque revellere dumo
Annoſam pinum magno molimine tentat.
Quod quia non potuit; præfractam miſit in hoſtem.
Sed procul à telo Theſeus veniente receſſit,
Pallados admonitu. credi ſic ipſe volebat.
Non tamen arbor iners cecidit: nam Crantoris alti

Ab-

342. *Mittentem ſtipite querno.*] *Conantem* unus Voſſ. unus Baſil. & Genev. recte. Silius libro 11.

Illa volans humerum rapido tranſverberat ictu
Conantis Doryla.

lib. v.

——— *conantiſque ilia niſu*
In medio ſuſpenſa fodit.

Plenus eſt harum repetitionum Noſter, ſi attendas. Cantabr. & tres alii *nitentem* etiam non male. *minantem* unus Baſil. Leidenſis unus *mutantem*. pro *Phareus*, S. Marci, Neapol. Urbin. probe, *Aphereus*. quo alludunt nonnulli alii; in quibus *Iphareus*. prim. Erfurt. *Apiarus*, alter *Amphareus*. ſic lib. VIII.

——— *proleſque Apharetia Lyncus.*

Idem.

343. *Cubitique ingentia fregit.*] *Frangit* multi. rectius. *cubitoque* etiam Florent. S. Marci, & unus Mediceus ex melioribus. *Idem.*

350. *Jaculatoremque Lycotan.*] *Lechopen* vel *Licepen* vetuſtiores plerique. *Lycotan* Calandræ codex. quod arridet. *Idem. Nedymnum.*] Tumultuarias hujuſmodi pugnas & cædes promiſcuas habes apud Virg. 9. 10. 11. & 12. lib. Æn. vide Noſtrum lib. 5. ſub initio in nuptias Perſei

Abſcidit jugulo pectuſque humerumque ſiniſtrum.
Armiger ille tui fuerat genitoris, Achille:
Quem Dolopum rector bello ſuperatus Amyntor
Æacidæ dederat pacis pignuſque fidemque.
Hunc procul ut fœdo disjectum vulnere Peleus
Vidit, At inferias, juvenum gratiſſime Crantor,
Accipe, ait. validoque in Demoleonta lacerto
Fraxineam miſit, mentis quoque viribus, haſtam.
Quæ laterum cratem perrumpit: & oſſibus hærens
Intremuit. trahit ille manu ſine cuſpide lignum:
Id quoque vix ſequitur. cuſpis pulmone retenta eſt.
Ipſe dolor vires animo dabat. æger in hoſtem
Erigitur: pedibuſque virum proculcat equinis.
Excipit ille ictus galeâ clypeoque ſonantes.
Defenſatque humeros: prætentaque ſuſtinet arma:
Perque armos uno duo pectora perforat ictu.

Ante

Perſei & Andromedæ. adi etiam Indicem noſtrum Poëticum tit. *Pugna tumultuoſa.* Hujus meminit Homer. 1. & 2. Il. Heſiodus in clypeo. Horat. Od. 11. lib. 1. *Farn.*

362. *Pectus humerumque ſiniſtrum.*] *Pectuſque* ſcripti meliores. pro *Crantoris* omnes noſtri *Grantoris.* Heinſ.

364. *Amyntor.*] Rex hic Dolopum fuit, ac Phœnicis pater.

365. *Pacis pignuſque fidemque.*] Significat Crantora Peleo obſidem ab Amyntore fuiſſe datum.

367. *Videret, Inferias.*] *Vidit, At inferias* recte potior ſcriptorum pars. jam monui ad Epiſtolam Medeæ, niſi fallor, ipſo ſtatim initio. *Heinſ.*

369. *Mentis quoque viribus.*] *Mentis cum* unus meus & Neapolitanus. ſed ita ut *magnis* à manu prima videretur fuiſſe. nonnulli *magnis quoque.* ſex *junctis quoque.* totidem *totis.* pri. Hamburg. prim. Gronov. & unus Medic. *meritis.* alii *tantis, cunctis.* Tuto ſcriptum fuiſſe, *cum mentis.* pro *contentis viribus.* ſic contendere nervos, vires, curas. pro omnes ſimul intendere. certe unus Baſil. *intenſis viribus.* quomodo apud Val. Flaccum libro III.

At Tydeus, En intentis quem viribus, inquit,
Experiar.

apud Virgilium libro IX.

Intorquet ſummis adnixus viribus haſtam.

libro X.

At Pallas magnis emittit viribus haſtam.

Val. Flaccus libro III.

Torſerat hic totis connixus viribus haſtam.

Silius libro II.

——*totiſque adnixa doloris*
Viribus intorquet lethalem in mœnia cornum.

&,

Illa jacit totis connixus viribus ægrum
In flammas corpus.

quare & hoc loco admitto *magnis cum viribus*, dum meliora ſuggerant membranæ. *Idem.*

370. *Perrupit.*] *Perrumpit* cum melioribus. *Idem.*

375. *Clypeoque ſonanti.*] *Sonantes* iidem. *Idem.*

377. *Duo pectora.*] Equi & hominis:

Digitized by Google

Ante tamen leto dederat Phlegræon, & Hylen
Eminus: Hiphinoum collato Marte, Claninque.
Additur his Dorylas: qui tempora tecta gerebat
Pelle lupi, ſævique vicem præſtantia teli
Cornua vara boum multo rubefacta cruore.
Huic ego, nam vires animus dabat, Aſpice, dixi,
Quantum concedant noſtro tua cornua ferro:
Et jaculum torſi. quod cum vitare nequiret,
Oppoſuit dextram paſſuræ vulnera fronti.
Affixa eſt cum fronte manus. fit clamor: at illum
Hærentem Peleus, & acerbo vulnere victum
(Stabat enim propior) mediam ferit enſe ſub alvum.
Proſiluit, terrâque ferox ſua viſcera traxit:
Tractaque calcavit: calcataque rupit: & illis
Crura quoque impediit; & inani concidit alvo.
Nec te pugnantem tua, Cyllare, forma redemit,
Si modo naturæ formam concedimus illi.
Barba erat incipiens: barbæ color aureus: aureaque

Ex

Centauri ſcil. infra vſ. 478. *Quo vir e quo commiſſus erat.* Farn.

379. *Glanimque.*] *Claninque* cum Florentino S. Marci. *Heinſ.*

381. *Pelle lupi.*] Περὶ παρὰ δόρατα. Strabo l. 11. *cudones ferinos* Silius vocat galeas haſce pellibus tectas. Virg. 7. Æneid. 688. vſ. *fulvoſque lupi de pelle galeros Tegmen habens capiti.* vide quæ nos ad Senecæ Hippolytum vſ. 541.

382. *Cornua dura boum.*] Inepta lectio. *curva* prim. Moret. Thuan. quart. Medic. aliique multi. rectius omnino. At Florentinus S. Marci, & unus Argent. *rara.* Genev. *cava.* Scribe *Cornua vara.* & vide Notas Amor. 11. vſ. 24. *Heinſ. Cornua.*] Pyrrhum Epirotarum regem cornua hircina in galea geſtaſſe ſcribit Plutarchus. Non ſubſcribo interpretibus qui Dorylam putant itidem cornua bubula in galero geſtaſſe: quin manu gerebat potius, ut cervi cornua Exadius: v. 167. ſupra. *Farn.*

387. *Affixa eſt cum fronte manus.*] Rectius, ni fallor,

Affixâ cum fronte manu ſit clamor. Heinſ.

390. *Proſiluit.*] *Proſiluit* meliores & probe. *Idem.*

393. *Tua Cyllare forma.*] Tua pulchritudo. Cyllarus autem & Centauri & equi à Caſtore domiti nomen eſt.

395. *Aurea.*] *Aureaque* prim. Palat. prim. Vatican. prim. Baſil. tert. Medic. Thuan. prior Erfurt. uterque Hamburg. & alii plurimi. idque recte. cum vocalis proxime ſequatur. ſic libro VI.

—— *natamque nepotemque*
Abſente pro ſe memori rogat ore ſalutet.
libro IV.

—— *hominum ſimulatra ferarumque*
In ſilicem ex ipſis visâ converſa Medusâ.
libro XV. ex veſtigiis optimi codicis,

Quaque diu lacuere canam, juvat ire per ardua.
Aſtra. Idem.

399. Ex

Ex humeris medios coma dependebat in armos.
Gratus in ore vigor : cervix, humerique, manuſque,
Pectoraque artificum laudatis proxima ſignis;
Et qua parte viri eſt : nec equi mendoſa ſub illâ
Deteriorque viro facies. da colla, caputque:
Caſtore dignus erit. ſic tergum ſeſſile, ſic ſtant
Pectora celſa toris : totus pice nigrior atrâ.
Candida cauda tamen: color eſt quoque cruribus albus.
Multæ illum petiere ſuâ de gente; ſed una.
Abſtulit Hylonome : qua nulla decentior inter
Semiferos altis habitavit fœmina ſilvis.
Hæc & blanditiis, & amando, & amare fatendo
Cyllaron una tenet. cultus quoque quantus in illis
Eſſe poteſt membris; ut ſit coma pectine lævis:
Ut modo rore maris, modo ſe violâve rosâve
Implicet : interdum candentia lilia geſtet:
Biſque die lapſis Pagaſææ vertice ſilvæ
Fontibus ora lavet : bis flumine corpora tingat.
Nec, niſi quæ deceant electarumque ferarum,
Aut humero, aut lateri prætendat vellera lævo.
Par amor eſt illis : errant in montibus unà:
Antra ſimul ſubeunt & tum Lapitheïa tecta

In-

399. *Et quacunque vir eſt.*] Multi *Ex qua parte.* nec pauciores, *Et qua parte.* ſed vera ſcriptura, *Et qua parte viri eſt*, cum priore Strozzæ & fragmento Boxhornii. *viri eſt*, nempe facies. deinde pro *ſub illo* ſcribe *illâ*, parte videlicet. atque ita unus Mediceus ex melioribus, & alter Regius. *Idem.*

401. *Caſtore dignus erit.*] *Erat* Neapol. Urbin. pri. Reg. Arond. tert. Medic. pri. Baſil. & multi alii. Scribe *eat.* pro *ſunt* etiam recte pri. Vatic. *ſtant.* Idem. *Caſtore.*] Alluſum ad Caſtoris equum cognominem. qui tamen alternis inſerviebat fratribus Dioſcuris, uti dictum ad 3. Georg. Virg. *Talis Amyclæ dominus Pollucis habenis Cyllarus.* F. *Sic tergum ſeſſile.* Latum, aptumque ad ſedendum.

407. *Hic & blanditiis & amando.*] Multi *& amans.* Puto.
Hac & blanditias adhibendo.
lib. x.
Et modo blanditias adhibet, modo grata puellis
Munera fert illi.
lib. IV.
O quoties voluit blandis accedere dictis,
Et molles adhibere preces!
paulo ante *inter Semiferos* libri meliores, non *Semiferas.* Heinſ.

410. *Rore maris.*] Rore marino. herba ſuavis odoris.

411. *Canentia lilia*] *Candentia* cum melioribus, & mox *Pagaſæa* pro *Pegaſæa.* Heinſ.

417. *Lapitheïa.*] Antrum arboribus tectum

Digitized by Google

Intrarant pariter; pariter fera bella gerebant.
Auctor in incerto est : jaculum de parte sinistrâ
Venit; & inferius, quàm collo pectora subsunt,
Cyllare, te fixit : parvo cor vulnere læsum
Corpore cum toto post tela educta refrixit.
Protinus Hylonome morientes excipit artus:
Impositâque manu vulnus fovet; oraque ad ora
Admovet: atque animæ fugienti obsistere tentat.
Ut videt exstinctum : dictis, quæ clamor ad aures
Arcuit ire meas, telo, quod inhæserat illi,
Incubuit : morienſque suum complexa maritum est.
Ante oculos stat & ille meos : qui sena leonum
Vinxerat inter se connexis vellera nodis

Phæo-

tectum pro Pirithoi Lapitharum regis celebratæ sunt nuptiæ. supra v. 212.

419. *Auctor.*] *Ecce viro stridens alis dilapsa sagitta est; Incertum qua pulsa manu, quo turbine adacta*, &c. Virgil. Æn. 12. *Farn.*

420. *Quà collo pectora subsunt.*] *Quam* repone cum Arondel. Zulich. Junian. & altero Thuan. *Heins.*

428. *Incubuit telo.*] Incumbens telo se transfixit. *Quod inhæserat illi.*] Quod illi Cyllaro fuerat infixum. *R.*

429. *Qui sæva leonum.*] *Sena* meliores magno numero. quod admittendum. *Heinsius.*

430. *Connexis vellera nodis.*] *Collectis* S. Marci, prim. Gronov. & quatuor alii. *conjectis* prim. Erfurt. & alii nonnulli. *loris* etiam multi veteres. unus Basil. *contextis loris.* an *consutis?* pro *nodis* forte *codis*, hoc est, *caudis* reponendum. apud Servium ad v. 295. libri VI. in versibus Virgilio adscriptis,

Serpentum extremis nodantur vincula caudis.

sic pro *Codice* paulo post Florent. S. Marci, Urbin. uterque Erfurt. aliique multi, *Caudice.* *Claudius Loretum* locus Romæ in Aventino, ab *aure*, *oricella. Claudius*, *clodus cotes* & *cautes. plostrum* pro *plaustro* & *plostellum* Horatio. & similia. Hic scribendi usus occasionem dedit loco apud Phædrum corrumpendo ipso operis initio,

Duplex libelli dos est, quod risum movet,
Et quod prudenti vitam consilio monet.

Ita enim Rhemensis liber. ac Pithœi codex, *libellis os.* alii, *mos.* puto *libello hoc* pro *laus* exaratum fuisse. huc refer illud Horatianum,

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.

apud Horatium libro II. Sat. 14. veterrimus codex bibliothecæ Leidensis. *Cola sub urbano.* ubi Scholiastes. *cole pro canis. sic coda pro cauda.* ita *aure* & *ore* frequenter confunduntur in scriptis exemplaribus, ut jam vidimus hoc ipso libro vs. 46. Propertius libro I. Eleg. I.

Vos remanete, quibus facile Deus annuit ore.

ubi perperam *aure* legitur. Martialis lib. II. Ep. XXIV.

—— *quod si Deus ore sereno*
Annuerit? felix, Candide, fueris.

sic apud eundem Propertium Eleg. III. libri primi *cotibus* pro *cautibus.* Idem denuo Eleg. XII. libri I.

Nec mihi consuetos amplexu rumpat amores
Cynthia, nec nostro dulcis in ore jacet.

non *nostra aure*, quod nunc legit. Idem libro III. Eleg. IX.

Dulcisque ingratos adimant cum carmine somnos.

Pa-

Digitized by Google

Phæocomes, hominemque ſimul protectus equumque.
Codice qui miſſo, quem vix juga bina moverent
Juncta, Phonoleniden à ſummo vertice fregit.
Fracta volubilitas capitis latiſſima: perque os,
Perque cavas nares, oculoſque, aureſque cerebrum
Molle fluit. veluti concretum vimine querno
Lac ſolet; utve liquor rari ſub pondere cribri
Manat; & exprimitur per denſa foramina ſpiſſus.
Aſt ego, dum parat hunc armis nudare jacentem,
(Scit tuus hoc genitor) gladium ſpoliantis in ima
Ilia dimiſi. Chthonius quoque Teleboaſque
Enſe jacent noſtro. ramum prior ille bifurcum

Geſ-

Publica vicina perſtrepat ora via. ubi circumfertur nunc *aura* perperam. *Idem.*

432. *Codice.*] Arboris ſtipite. *Farn.*

433. *Juncta Phonoleniden.*] Metuo ne hæc mendoſa ſint. nam in membranis vetuſtioribus mera lectionum monſtra apparent. S. Marci, *Tecta phonolenidamque. Phololeniden* Neapol. at Bernegger. & Thuan. *Te Phonolenides. Tectum Pholeniden.* pri. Erfurt. *Thephonoleniden.* alii aliter. Viderint acutiores. Proximi quinque verſus à multis vetuſtiorum abſunt. *Heinſ. Phonoleniden.*] Phonoleni filium.

434. *Fracta volubilitas capitis, &c.*] Latiſſimum ſeu maximum & volubile ſeu rotundum caput fractum eſt ea plaga. *Pont.*

436. *Vimine querno.*] Urbin. *teſto*, pro *texto*. Vide Notas Faſt. IV. v. 435. *Heinſ.*

438. *Exprimitur per denſa foramina ſuccus.*] *Spiſſus* prim. Vatic. Bernegger. Arond. prim. Hamburg. aliique plurimi. recte. Severus Ætna,

Nunc ſpiſſus crebro prabetur vimine ſuccus.

Pro *Manat* unus Baſil. *Stillat.* Sed Lucretius in re ſimili *permanare* dixit lib. II. pro *rari cribri* paulo ante, Urbin. prim. Baſil. & alter Thuan *vini præli.* tres alii *coli.* cujus alterum illud *vini præli* eſt gloſſema & interpretatio. ut apud Virg Georg.

Colaque pralorum fumoſis deripe tectis.

ubi Scholiaſtes Ms. *Cola, inſtrumentum quo vinum promitur.* Lucretius lib. II.

Et quamvis ſubito per colum vina videmus
Perfluere, at contra tardum cunctatur olivum.

ergo & cola olivarum ut & piſcatorium vas Auſonio Epiſt. ad Theonem,

Nodoſas veſtes animantum Nerinorum,
Et jacula, & fondas & nomina villica lini,
Colaque, & inſutos terrenis vermibus hamos.

per *Nodoſas veſtes* retia intelligit, quæ Noſter *nodoſas plagas* alibi vocat. apud Plinium lib. XIV. cap. I. male legitur, *Uva non alibi gratior collo, ut inde poſſit inveniſſe nomen duracina*; cum ſcribendum ſit *craſſior cole.* Turnebus *craſſiore callo.* Idem.

439. *Armis nudare.*] *Spoliare* ſec. Palat. Juret. alter Hamburg. & alii quatuor. placet. quia *ſpoliantis* mox ſequitur. *Arma etiam ſpoliare cupit.* Statio Theb. XI. Noſter ſupra de Achille,

—— *vellum ſpoliare parabat.*

parat hunc etiam tres ſcripti. *Idem.*

440. *Scit tuus hoc genitor.*] Peleus, nam Achillem alloquitur Neſtor.

441. *Ilia dimiſi.*] *Dimiſi* meliores. pro *Thelobaſſique* repone ex ſcriptis, *Teleboas. τηλεβόας &c.* pro *ramum bifurcum* in boxhorni fragmento *cornum.* Heinſ.

Digitized by Google

Gesserat; hic jaculum. jaculo mihi vulnera fecit.
Signa vides: apparet adhuc vetus ecce cicatrix.
Tunc ego debueram capienda ad Pergama mitti:
Tunc poteram magni, si non superare, morari
Hectoris arma meis. illo sed tempore nullus,
Aut puer, Hector erat, nunc me mea deficit ætas.
Quid tibi victorem gemini Periphanta Pyreti;
Ampyca quid referam? qui quadrupedantis Oëcli
Fixit in adverso cornum sine cuspide vultu.
Vecte Pelethronium Macareus in pectus adacto
Stravit Erygdupum. memini & venabula condi
Inguine, Nessëis manibus conjecta, Cymeli.
Nec tu credideris tantum ceciniſſe futura
Ampyciden Mopsum. Mopso jaculante biformis
Occubuit, frustraque loqui tentavit Odites,
Ad mentum linguâ, mentoque ad guttura fixo.
Quinque neci Cæneus dederat, Stiphelumque, Bromumque,
Antimachumque, Helimumque, securiferumque Pyracmon.
Vulnera non memini: numerum, nomenque notavi.
Provolat Emathiis spoliis armatus Halesi,

Quem

444. *Apparet adhuc vetus inde cicatrix.*] *Vetus ecce* prim. Gronov. & quatuor alii. *Idem.*

446. *Tunc.*] Περιαυτολογία hæc senile quiddam est, & ætati nostræ (inquit Cato Ciceronianus) conceditur. Videtisne ait, ut apud Homerum sæpissime Nestor de virtutibus suis prædicet? tertiam enim jam ætatem hominum vixerat, nec erat ei verendum, ne vera de se prædicans, nimis videretur aut insolens aut loquax, &c.

450. *OEcli.*] S. Marci, *Echecli.* Neapol. *Echeli.* Urbin. *OEli.* Thuan. *Ethedi.* prim. Erfurt. *Abecli.* alter *Eocli.* alii aliter. *Heinſ.*

452. *Pelethronius.*] Malo *Pelethronium* cum Boxhornii fragmento. *Idem.* *Pelethronius.*] Lapitha Pelethronium Thessaliæ montem incolens. *Frena Pelethronii Lapithæ; gyrosque dedere Impositi dorso.* 3. Georg. *Farn.*

453. *Erigdupum.*] Graviter strepens *Erigdupus* interpretatur. Epitheton Homero frequens.

454. *Inguine Nessëi manibus conjecta Cymeli.*] Lege *Nessëis manibus.* Zulichemianus *Inguine Nessëo.* Junianus *Inguine, Nesse, tuo.* Cymelum in inguine vulnerabat Nessus, non Nessum Cymelus. *H.*

456. *Ampyciden Mopsum.*] Mopsus, Ampyci Titaronis filii fuit filius: unde etiam *Ampycides* vocatur.

460. *Helimumque.*] *Helimumque* ex scriptis. *Heinſ.*

462. *Alesi.*] *Halesi* ex iisdem. cujus nominis etiam Faliscorum conditor Argivus. *Idem.*

466. *Ma-*

Quem dederat leto, membris & corpore Latreus
Maximus. huic ætas inter juvenemque, ſenemque,
Vis juvenilis erat. variabant tempora cani.
Qui clypeo, galeâque, Macedoniâque ſariſsâ
Conſpicuus, faciemque obverſus in agmen utrumque;
Armaque concuſſit, certumque equitavit in orbem:
Verbaque tot fudit vacuas animoſus in auras:
Et te, Cæni, feram: nam tu mihi fœmina ſemper,
Tu mihi Cænis eris. nec te natalis origo
Comminuit? mentemque ſubit, quo præmia facto,
Quaque viri falſam ſpeciem mercede pararis?
Vel quid nata vide, vel quid ſis paſſa: columque,
I, cape cum calathis; & ſtamina pollice torque:
Bella relinque viris. jactanti talia Cæneus
Extentum curſu miſsâ latus eruit haſtâ,
Qua vir equo commiſſus erat. furit ille dolore:

Nu-

466. *Macedoniaque ſariſſa.*] Nota ſecundam in *Macedonia*, longam poſitam à poëta per ἔκτασιν. Nam in primitivo alias corripitur, ut apud Claudianum de bell. Getico; *Nubibus intactum Macedo miratur Olympum. M. Macedoniaque.*] Haſta Macedonia. Q. Curtius lib. 9. Macedo juſta arma ſumpſerat, æreum clypeum, haſtam, quam ſariſſam vocant, læva tenens, dextera lanceam, &c.

469. *Vacuas in auras.*] *In auras* puto ſcribendum, etſi codices nil juvant. Dixi Amor. 11. Eleg. 1. vſ. 62. *Heinſ.*

470. *Cani.*] Per contemptum & cum indignatione exprobrat Cæneo ſexum & concubium Neptuni, de quo ſupra v. 195. vid. & Ant. Liberalem fab. 17. & Phlegonta Trallianum de monſtris ſexuum. Remulus 9. Æn. Virgil. *O vere Phrygiæ, neque enim Phryges.* Hom. Il. 7. Ἀχαιδες ἐκ ἐτ' Ἀχαιοι. *Farn.*

472. *Commonuit.*] *Commovit* multi veteres. *Comminuit.* pri. Palat. Cantabrig. Bernegger. & decem alii. Epiſt. 121.

Ut taceam, lacrymis comminuêre meis.
Pont. 111. El. 111.

——— *ignis & arcus*
Ingenii vires comminuêre mei.
animum alicujus comminuere Val. Maximus lib. 11. cap. x. nonnulli codices *Continui.* tres *Admonuit.* ut Epiſt. Sapphus

——— *nec te*
Admonuit, quod tu pignus amantis habes.
Heinſ.

474. *Quid ſis nata vide.*] *Vel quid nata vide* ex melioribus. *Idem. Quid vel nata vide.*] Nam fœmina. *Vel quid ſis paſſa.*] Neptuni namque vim paſſa es. *R. Columque.*] Γ'ςοι ἐπιλύεσθε ἰὼν ἔντοσθε μελάθρων. Ἀνδράσι δ' ἡμετέροισι περὶ πολέμοιο μελήσει. Q. Calaber 1. lib. *Cura tibi Divum effigies & templa tueri; Bella viri pacemque gerent, queis bella gerenda.* Turnus 5. Æneid. & Claudianus in Eutropium eunuchum. *Quid te turpiſſime bellis Inſeris? aut ſævis pertentas Pallada campis? Tu potes alterius ſtudiis harere Minervæ; Tu telas; non tela pati; tu ſtamina noſſe, &c.* Farn.

477. *Latus eruit haſta.*] *Hauſit* S. Marci. *hauſerat* pro diverſa lectione pri. Vatic. *Heinſ.*

479. *Phy-*

Nudaque Phyllêi juvenis ferit ora fariſsâ.
Non ſecus hæc reſilit, quam tecti à culmine grando:
Aut ſi quis parvo feriat cava tympana ſaxo.
Cominus aggreditur: laterique recondere duro
Luctatur gladium. gladio loca pervia non ſunt.
Haud tamen effugies: medio jugulaberis enſe,
Quandoquidem mucro eſt hebes, inquit; & in latus enſem
Obliquat: longâque amplectitur ilia dextrâ.
Plaga facit gemitus, ceu corpore marmoris icti:
Fractaque diſſiluit percuſſo lamina collo.
Ut ſatis illæſos miranti præbuit artus;
Nunc age, ait Cæneus, noſtro tua corpora ferro
Tentemus. capuloque tenus dimiſit in armos
Enſem fatiferum: cœcamque in viſcera movit,
Verſavitque manum: vulnuſque in vulnere fecit.
Ecce ruunt vaſto rabidi de more bimembres:
Telaque in hunc omnes mittuntque feruntque.
Tela retuſa cadunt. manet imperfoſſus ab omni,
Inque cruentatus Cæneus Elateïus ictu.
Fecerat attonitos nova res. Heu dedecus ingens!
Monychus exclamat: populus ſuperamur ab uno,
Vixque viro. quanquam ille vir eſt: nos ſegnibus actis,
Quod fuit ille, ſumus. quid membra immania proſunt?
Quid

479. *Phylei.*] *Pillei* Florent. S. Marci. Scribe *Phyllei*. Φυλλὲς πόλις ἐν Θετταλίᾳ. Quanquam Hyginus Fab. XIV. montem in Theſſalia contendit eſſe, dixi ad Epiſt. XIII. v. 35. *Idem. Phyllei.*] Cænei, Theſſali. eſt enim Phyllos opp. Theſſaliæ, Straboni lib. IX. *Farn. Nuda ferit ora, &c.*] Caput galea non munitum. *Pont.*

487. *In corpore marmoris icti.*] *Ut corpore* plurimi veteres & recte. niſi quod malo cum Arondeliano & ſeptem aliis *ceu corpore*. verſu proximo *diſſiluit* pro *diſſiliit* cum melioribus. *Idem.*

492. *In viſcera movit.*] Malim *in viſcere*. quanquam aliter ſcripti. unus tamen Vatic. & unus Baſil. *condit.* ut l. XV. *Heu quantum ſcelus eſt in viſcera viſcera condi.*

paulo ante *dimiſit* non *demiſit* præſtantiores. *Idem.*

494. *Rapidi clamore bimembres.*] In multis *trepidi*. pri. Vatic. *rapidi de more*. pri. Hamburg. *rabidi de more.* quod placet. *Idem.*

499. *Monychus.*] De quo Juven. *Quantas jaculetur Monychus ornos.* R. *Monychus.*] Centaurus. μονόνυχος, ſolidungulus. *Superamur.*] *Superemur* Langermann. & tres alii, per interrogationem. *Heinſ.*

501. *Quod fuit ille ſumus.*] Fœminæ. Nam Cæneus antea fœmina fuerat.

502. *Et*

Quid geminæ vires? quid, quod fortiſſima rerum
In nobis natura duplex animalia junxit?
Nec nos matre Deâ, nec nos Ixione natos
Eſſe reor; qui tantus erat, Junonis ut altæ
Spem caperet. nos ſemimari ſuperamur ab hoſte.
Saxa, trabeſque ſuper, totoſque involvite montes:
Vivacemque animam miſſis elidite ſilvis.
Silva premat fauces: & erit pro vulnere pondus.
Dixit: & inſani dejectam viribus Auſtri
Forte trabem nactus, validum conjecit in hoſtem.
Exemplumque fuit: parvoque in tempore nudus
Arboris Othrys erat: nec habebat Pelion umbras.
Obrutus immani cumulo, ſub pondere Cæneus
Æſtuat arboreo: congeſtaque robora duris
Fert humeris. ſed enim poſtquam ſuper ora caputque
Crevit onus; neque habet, quas ducat, ſpiritus auras;
Deficit interdum: modo ſe ſuper aëra fruſtra
Tollere conatur, jactaſque evolvere ſilvas.
Interdumque movet. veluti, quam cernimus ecce,
Ardua ſi terræ quatiatur motibus Ide.

Exi-

502. *Et quod fortiſſima rerum.*] *Quid quod* Calandræ codex & quatuor ex noſtris. mox *Natura duplex* cum pri. Reg. & aliis tribus. *Heinſ.*

506. *Semimari.*] Semiviro. *R.*

507. *Saxa.*] Cæneus, inquit Palæphatus, erat vir bello ſtrenuus & pugnæ ſciens. Is cum in multis variiſque bellis verſatus fuiſſet, neque vulneratus unquam, cum Lapithis aliquando pugnans, à Centauris interceptus, illorum multitudine obrutus eſt. cujus corpus ubi nullo vulnere confoſſum adverſiſſent Centauri, ab iis invulnerabilis exiſtimatus eſt. *Farn.*

510. *Inſanis dejectam viribus Auſtri.*] *Inſani* Neap. Arondel. pri Baſ. ſec Pal. & multi alii. *disjectam* pri. Pal. & Medic. chartaceus cum aliis duobus. *defectam* quinque ex vetuſtioribus. *direptam* prim. Baſil. Arondel. tres alii. *Heinſius. Inſani auſtri.*] *Nephretici Septentrionis filii.* Et *inſana aqua*, pro procelloſis.

513. *Nec habet Pelion umbras.*] Per μετάληψιν intelligimus Pelion montem arboribus ſpoliatum fuiſſe. Othrys autem & Pelion montes ſunt Theſſaliæ notiſſimi. *Pelion umbras.*] *Pelios* S. Marci, Thuan. prim. Gronov. prim. Moret. Juret. & ſeptem alii. ſed Pelion tam apud Græcos quam Latinos eſt in uſu. *Heinſ.*

514. *Immani cumulo.*] *Tumulo* plurimi veterum. *cumuli arbori pondere* unus Medic. *Idem.*

517. *Quas ducat ſpiritus auras.*] Malim *qua ducat* vel *quo ducat* ut lib. v.

——— *nec quo loqueretur habebat.* Idem.

520. *Veluti.*] De terræ motu, vide quæ ad 299. v. lib. 15. *Farn.*

523. *Tar-*

Exitus in dubio eſt. alii ſub inania corpus
Tartara detruſum ſilvarum mole ferebant.
Abnuit Ampycides: medioque ex aggere fulvis
Vidit avem pennis liquidas exire ſub auras:
Quæ mihi tunc primum, tunc eſt conſpecta ſupremum,
Hanc ubi luſtrantem leni ſua caſtra volatu
Mopſus, & ingenti circum clangore ſonantem
Adſpexit, pariterque oculis animoque ſecutus;
O ſalve, dixit, Lapithææ gloria gentis,
Maxime vir quondam, ſed nunc avis unica, Cæneu.
Credita res auctore ſuo eſt. dolor addidit iram:
Oppreſſumque ægrè tulimus tot ab hoſtibus unum.
Nec prius abſtitimus ferrum exercere cruore;
Quam data pars leto, partem fuga noxque diremit.
Hæc inter Lapithas, & ſemihomines Centauros
Præ-

523. *Tartara detruſum.*] *Retruſum* Florent. S. Marci. *Heinſ.*

524. *Fulvis pennis.*] In aquilam Cæneum fuiſſe converſum innuit poëta. *R. Ampycides.*] Mopſus vates, Ampyci filius, ὃν περὶ πάντων Ἀντιδίδης ἰδίδαξε Θεοπροπίας οἰωνῶν. Apollon. Argon. lib. 1. vſ. 65.

526. *Tunc eſt conſpecta ſupremum.*] *Tunc eſt mihi viſa* unus Ambroſ. non male. *Heinſ.*

527. *Luſtrantem.*] Circundantem. *R. Sua caſtra.*] Tentoria, quæ fixerant Lapithæ ad nuptias Pirithoi venientes. *Pont.*

528. *Clamore ſonantem.*] *Clangore* meliores magno numero & rectè. nam clangor ſonus eſt avium. *Heinſ.*

529. *Animo eſt oculiſque.*] *Oculis animoque* multi veteres. tres *animis oculiſque* cum Florentino S. Marci. *Idem.*

531. *Maxime vir quondam.*] Malim *gloria gentis Maxima, vir quondam.* prim. Vatic. pri. Gronov. & tres alii, *ſed nunc avis unica.* Idem. *Sed avis.*] In priſtinum rediiſſe ſexum autumat Virg. 6. Æneid. vſ. 448. *& juvenis quondam, nunc fœmina Caneus, Rurſus & in veterem fato revoluta figuram.*

532. *Auctore.*] Mopſo ita vaticinante. *Farn. Creditur res eſt.*] Hoc eſt, Mopſi vatis auctoritate creditum Cæneum in aquilam fuiſſe commutatum.

534. *Ferro exercere dolorem.*] *Ferrum exercere cruore*, unus Mediceus. *ferro cruorem* Rottendorp. ſed alterum verius. *dolorem* paulo poſt ſequitur. *Ferrum exercere dolore* Noricus. *Heinſ. Ferro exercere dolorem.*] Similiter Virg. 10. ——*in ſeris ut poſſint, ſole reducto, Exercere diem.* Et 4. Æn. *Tum vos, ô Tyrii, ſtirpem & genus omne futurum Exercete odiis.*

535. *Noxque removit.*] *Redemit* ſex ſcripti. prim. Gron. *diremit.* quomodo paſſim hiſtorici, *nox pugnam diremit aut prælium* aut *certamen.* apud Virgilium *prælia voce diremit.* & Noſtro *diremtus ſanguine bellum.* Heinſ.

FAB. VI. *Arg.* Credita hæc inter Lapithas.] *Periclymenus à Neptuno accepta poteſtate ut ſe in varias figuras transverteret, cum adverſus Herculem dimicaſſet, & cum varietate formarum vellet abire, in aquilam transformatus eſt: quem ille advolantem ſibi, & in altitudinem ſe æris efferentem, neviſſime ſagitta trajectâ interemit.* Lact.

537. *Th-*

Prælia Tlepolemus Pylio referente dolorem
Præteriti Alcidæ tacito non pertulit ore:
Atque ait; Herculeæ mirum eſt oblivia laudis
Acta tibi, ſenior. certè mihi ſæpe referre
Nubigenas domitos à ſe pater ipſe ſolebat.
Triſtis ad hæc Pylius: Quid me meminiſſe malorum
Cogis; & obductos annis reſcindere luctus?
Inque tuum genitorem odium, offenſasque fateri?
Ille quidem majora fide (Dî!) geſſit; & orbem
Implevit meritis; quod mallem poſſe negari:
Sed neque Deïphobum, nec Polydamanta, nec ipſum
He-

537. *Tlepolemus.*] Filius Herculis ex Aſtioche, inique ferens ſilentio præteriti patris ſui laudatam operam in Centaurorum devictorum gloria. *Farn.*

540. *Acta tibi ſenior.*] Melius Palatini:

Atque ait, Herculea mirum eſt oblivia laudis,
Acta tibi, ſenior. certè mihi ſæpe referre
Nubigenas domitos à ſe, pater ipſe ſolebat. Heinſ.

541. *A ſe pater eſſe ſolebat.*] *Ipſe ſolebat* meliores. *Idem.*

542. *Quid.*] *Quid me alta ſilentia cogis Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?* Juno Virgiliana 10. Æneid. vſ. 63.

543. *Obductos annis reſcindere luctus.*] Locus peſſime habitus. Cave accedas pleriſque veterum, qui Tò *reſcindere* mutant in *reſciſcere*, *reſtringere*, *retexere*. male etiam S. Marci, & Neap. *reſtringuere* Cantabr. *reſcinguere*. pro *annis* Thuan. pri. Moret. quart. Medic. Juret. & duo alii *leviter*. quod locum mihi dedit conjecturæ, ut puto, indubitatæ. nam S. Marci, *oculis*, ut & tertius Bonon. *armis* Genev. manifeſte mendoſa ſunt. Scribe,

——*obductum leviter reſcindere vulnus.*

& vide quæ notavimus Triſt. lib. III. El. XI. vſ. 63. *reſcindere juſſa* lib. II. Met. *reſcindere acta* lib. XIV. Decepit hic locus Giphanium Indice Lucretiano, qui videndus voce *Reſcindere*, *reſcindere vias noſtris ſenſibus* Lucretius lib. II. hoc eſt perfringere. ubi nihil eſt mutandum. *avi leges reſcindere* eidem lib. IV. *Heinſ. Obductos.*] Temporis diuturnitate quaſi callo obductos, & ſopitos. *Reſtringere.*] Rurſus & de novo tangere & exerere. *renovare dolorem.* 2. Æn. *reſtringere viam* pro *aperire* uſurpavit Lucretius, inquit Gifanius in Collectaneis, quia *reſtringere* valet, *id quod antea conſtringebatur, ſolvere.* Apulejus Metamorph. Jumentum reſtrinxit, abireque liberum ſtabulo ſivit. Editio Aldina aliæque nonnullæ, Mss. inſuper noſtri habent *reſcindere.* Farn.

545. *Ille quidem majora fide quoque geſſit.*] *Majora fide degeſſit* Juret. & unus meus. in Neap. & Urbin. eraſa vetus lectio. in altero *qua geſſit* videbatur fuiſſe. in altero ſepoſitum *bona geſſit. cum geſſit* ſec. Palat. at optimus S. Marci Florent. quart. Medic. tertius Bonon. & Barberin. *digeſſit.* Lege,

Ille quidem majora fide (Dî!) geſſit.

quod eſt cum admiratione laudantis. Pari modo *Di magni, Di boni*, admirantium ſunt. Adeantur quæ notamus ad Epiſt. XVIII. vſ. 102. *Heinſ.*

546. *Poſſe negare.*] *Negari* prim. Baſ. prim. Reg. Pri. Hamburg & unus Voſſ. recte. *Idem.*

547. *Sed neque Deiphobum.*] Hoſtes non eſſe laudandos colligit Neſtor. Deiphobus autem Priami fuit filius: Polydamas

Digitized by Google

Hectora laudamus. quis enim laudaverit hoſtem?
Ille tuus genitor Meſſenia mœnia quondam
Stravit: & immeritas urbes Elinque Pylonque
Diruit: inque meos ferrum flammamque penates
Impulit. utque alios taceam, quos ille peremit;
Bis ſex Nelidæ fuimus conſpecta juventus:
Bis ſex Herculeis ceciderunt, me minus uno,
Viribus. atque alios vinci potuiſſe ferendum eſt.
Mira Periclymeni mors eſt: cui poſſe figuras
Sumere quas vellet, rurſusque reponere ſumtas
Neptunus dederat, Nelêi ſanguinis auctor.
Hic, ubi nequicquam eſt formas variatus in omnes,
Vertitur in faciem volucris: quæ fulmina curvis
Ferre

damas vero unus è principibus Trojanis fuit fortiſſimus, ſic vocatus, quod multos domaret. R. Producta eſt autem prima in *Polydamas*, eadem extenſione, quam apud Horatium in Polypus, ſatyra 3. & in Epodis. Apud Homerum tamen Πολυδάμας fere dicitur per υ diphtongum. *Micyl. Polydamanta.*] *Polydamanta.* Πολυδάμας pro Πολυδάμας poëtice. ſic Homerus & alii. Silius libro XII.

Pulydamanteis juvenis Pedianus in armis
Bella agitabat atrox.

ſic & illic ſcribendum. & Epiſtola quoque OEnones Naſonianæ reponendum. ſic *curallum* in antiquis codicibus lib. IV. vſ. 748. κυράλλοι pro κυράλλον vel κοράλλιον. Οὔλυμπον pro Ὄλυμπον & ſimilia Homerus dixit, quæ Græcorum licentia Latinos non raro imitatores habuit certe in Propertii codicibus nonnullis ſcriptis libro III. El. 1. *Pulydamantas in armis* legitur. atque ita quoque in Perſio ſcribendum. *Heinſ.*

549. *Meſſenia mœnia.*] Meſſene & urbs eſt & regio adjacens Arcadiæ. Eſt etiam Siciliæ urbs, unde Meſſenius deſcribatur.

550. *Elinque Polynque.*] Nugæ. *Pylumque* veteres plerique. *Pylonque* unus Moreti & Mediceus chartaceus. probe. *Pylon antiqui Neleia Neſtoris arva*, habuimus epiſtola Penelopes. pro *flammaſque* ex melioribus nonnulli *flammamque*. Heinſ. *Elinque Pylumque.*] Elis urbs eſt Arcadiæ juxta Olympiam, ab Elio Tantali filio cognominata: *Pylus* vero Meſſeniæ.

553. *Bis ſex Neleida fuimus.*] Duodecim Nelei filii. Neleus autem Neptuni fuit filius, & Tyrus nymphæ: qui à fratre Pelia domo pulſus, Pylon urbem in Meſſenia condidit. Uxorem habuit Chlorim, ex qua tres filios ſuſcepit, Neſtorem, Periclymenum, Chromium. Ex variis autem mulieribus alios novem, Taurum, Aſterium, Lycaonem, Deimachum, Euribium, Epileontem, Phaſin, Antimenem, & Alaſtorem. *Neleidæ.*] S. Marci *Pelidæ.* Lege *Nelidæ.* ſic & Pelides, non Peleïdes. *Heinſ.*

554. *Bis.*] Vide quæ ad v. 188. ſupra.

555. *Ferendum eſt.*] Tolle Τὸ ἐſt vel invitis libris. quod odioſe mox repetitur. *Heinſ.*

556. *Periclymeni.*] Unius è fratribus meis. omnes nominat interpres Apollonii ad lib. I. vſ. 156.

558. *Nelei.*] Familiæ noſtræ auctor. pater ſcil. Nelei.

560. *Volucris.*] Aquilæ, qui Jovis ales armiger. Negant, inquit Plin. L. 10. c. 1. hanc

Digitized by Google

Ferre ſolet pedibus, divûm gratiſſima Regi.
Viribus uſus avis, pennis roſtroque redunco,
Hamatiſque viri laniaverat unguibus ora.
Tendit in hunc nimium certos Tirynthius arcus:
Atque inter nubes ſublimia membra ferentem,
Pendentemque ferit, lateri qua jungitur ala.
Nec grave vulnus erat: ſed rupti vulnere nervi
Deficiunt, motumque negant vireſque volandi.
Decidit in terram, non concipientibus auras
Infirmis pennis: & qua levis hæſerat alæ,
Corporis affixi preſſa eſt gravitate ſagitta:
Perque latus ſummum jugulo eſt exacta ſiniſtro.
Num videor debere tui præconia rebus
Herculis, ô Rhodiæ ductor pulcherrime claſſis?
Ne tamen ulterius, quam fortia facta ſilendo,
Ulciſcar fratres, ſolida eſt mihi gratia tecum.
Hæc poſtquam dulci Neleïus edidit ore;
A ſermone ſenis repetito munere Bacchi,
Surrexêre toris. nox eſt data cætera ſomno.
At Deus æquoreas qui cuſpide temperat undas,

In

hanc alitem ſolam fulmine exanimatam. Apollonii vero interpres ad v. 159. lib. 1. in muſcam verſum ab Hercule cæſum refert, ubi & multa alia de Periclymeno. *Farn.*

564. *Tendit in hanc.*] *In hunc* malo cum multis veterum. *Heinſ.*

566. *Pendentemque ferit.*] *Rapit* ſcripti quatuor cum Græviano. ſic *deripere vocaverat cælo volantem* videor legiſſe apud neſcio quem ex Poëtis. *Idem.*

570. *Qua levis hæſerat ala.*] *Quâ* ex ſcriptis pleriſque. *Idem.*

574. *O Rhodia ductor, &c.*] Hinc enim aperte colligitur Tlepolemum Rhodiorum ductorem fuiſſe, & pulchrum & magnum. *Rhodia.* Τλαπόλεμος δ' Ἡρακλείδης ἥνδρε τε μέγας τε Ἐς Ῥόδον ἡγήσατο νῆας Ῥοδίων ἀγερώχων. Iliad. 2. *Farn.*

577. *Dulci Neleius.*] Τῷ καὶ ἀπὸ γλυκερὸν μέλι ἔχεν γλυκίων ἦεν αὐδή Iliad. α.

578. *Repetito.*] Verſ. 155. ſupra. *Farn.*

FAB. VII. *Arg.* At Deus æquoreas, &c.] *Neptunus graviter ferens, Cygnum filium ſuum ab Achille occiſum, & Hectorem defenſorem operum, quæ ipſe poſuiſſet, ab Apolline ſocio laboris petit; quoniam ſibi non daretur, ut cominus cum eo congredi poſſet, ut ultor exiſteret. At ille auditis precibus ejus immixtus acie, multisque conſpectus, arcum Alexandri in Achillem convertit, ut ſagittam in eum dirigere poſſit, talumque quod fuit in ejus corpore mortale, percuſſit, & interemit.* Lact.

580. *At Deus æquoreas.*] Neptunus ægre ferens Cygnum filium ab Achille interemptum, Apollinem hortatur, ne ulterius ipſum vivere patiatur. Cui Apollo obſequens, in aciem Troſanorum deſcendit, Paridiſque ſagittam in Achil-

In volucrum corpus nati Stheneleïda verſum
Mente dolet patriâ: ſævumque peroſus Achillem
Exercet memores, plus quam civiliter, iras.
Jamque fere tracto duo per quinquennia bello,
Talibus intonſum compellat Smynthea dictis:
O mihi de fratris longe gratiſſime natis,
Irrita qui mecum poſuiſti mœnia Trojæ;
Ecquid, ut has jam jam caſuras aſpicis arces,
Ingemis? aut ecquid tot defendentia muros
Millia cæſa doles? ecquid (ne perſequar omnes)
Hectoris umbra ſubit circum ſua Pergama tracti?
Cum tamen ille ferox, belloque cruentior ipſo,
Vivit adhuc operis noſtri populator Achilles.
Det mihi ſe: faxo, triplici quid cuſpide poſſim,
Sentiat. at quoniam concurrere cominus hoſti
Non datur; occultâ necopinum perde ſagittâ.
Annuit: atque animo pariter patruoque ſuoque

Delius

lem ita direxit, ut illius vulnere interierit. Hæc autem idcirco à poëta narrantur, ut commodius & libri ſequentis initium cum hujus fine connectat, & Ajacis in florem Metamorphoſin huic loco ſubjungat. *R.*

581. *In volucrem Phaëthontida.*] Ita, veteres plerique. quidam *Cygneïda*, in nonnullis eraſa vetus lectio. *Stheneleïda* editiones nonnullæ vetuſtæ cum Gryphiana, ut à cognato Phaëthontis Cycno Stheneleï filio deducatur. is nimirum jam ante in hanc volucrem mutatus, de quo Noſter,

Adfuit huic monſtro proles Stheneleïa Cygnus.

ſed nihil horum ſatis ad rem facit. Scribendum enim opinor, *volucrem Ledeïda*, Martialis lib. 1. Ep. LIV.

Inter Ledaos videntur corvus olores.

Heinſ.

583. *Memores iras.*] Quas in memoria habebat. Inveterata enim ira non facile deponitur. *Pluſquam civiliter.*] Hoſtiliter. *Memores iras.*] Virg. 1. Æneid.

— memorem Junonis ob iram. Qualem

Didym. Iliad. a. appellat, ὀργὴν, χόλον ἀτίμητον. Ter. Hec. *Unde exorta eſt tam ira, quæ permanſit tam diu.*

585. *Smynthea.*] Apollinem, cui mures, qui lingua Cretenſium σμύνθοι appellantur, ſacri ſunt. Τὸ δὲ σμινθεὺς τὸν Τεύκρους καὶ τοὺς μύας, ἀφ' οὗ ὁ Σμινθεὺς ἱκετεύθη σμίνθους οἱ μύες. Strabo 13. lib. Sed rationes nominis varias ſeu fabulas lege apud Lil. Gyraldum Syntagm. 7. *Farn.*

588. *Ecquid ubi has.*] *Ut has* Junct. & tres alii. *Heinſius.*

593. *Operis.*] Qui *Hectore adempto tradidit feſſis leviora tolli Pergama Grais*, ut canit Horat. 4. Od. 2. lib.

594. *Det mihi.*] Naviget modo & que mihi credat, ſentiat faxo vindicta. *Farn.*

596. *Necopinum perde ſagitta.*] Prudenter Cantabrig. eleganter. *Heinſ.*

597. *Animo pariter patruoque ſuoque.*] *Patruoque* opt. Thuan. & quatuor alii recte. videantur notata noſtra lib. III. El. VI. Amor. vſ. 49. *Heinſ. Animo pariter patruique, &c.*] Ficta lacuna in a

Delius indulgens, nebula velatus in agmen
Pervenit Iliacum; mediâque in cæde virorum
Rara per ignotos ſpargentem cernit Achivos
Tela Parin: faſſuſque Deum, Quid ſpicula perdis
Sanguine plebis? ait. ſi qua eſt tibi cura tuorum;
Vertere in Æaciden, cæſoſque ulciſcere fratres.
Dixit: & oſtendens ſternentem Troïa ferro
Corpora Peliden, arcus obvertit in illum:
Certaque letiferâ direxit ſpicula dextrâ.
Quo Priamus gaudere ſenex poſt Hectora poſſet,
Hoc fuit. ille igitur tantorum victor Achille,
Vinceris à timido Graiæ raptore maritæ?
At ſi fœmineo fuerat tibi Marte cadendum;
Thermodontiacâ malles cecidiſſe bipenni.
Jam timor ille Phrygum, decus & tutela Pelaſgi
Nominis Æacides, caput inſuperabile bello,
Arſerat; armarat Deus idem, idemque cremarat.
Jam cinis eſt; & de tam magno reſtat Achille
Neſcio quid, parvam quod non bene compleat urnam.

At

Achillem utriuſque nomine: ſuo, quia Hectorem Trojanum occiderat, & Troianis clientibus ſuis vehementer nocuerat: Neptuni, quia patruus, & fratrem ſuum patruelem Cycnum peremerat. *Pont.*

599. *Mediaque.*] In templo Apollinis Thymbræi, quo invitatus fuerat Achilles ab Hecuba ad nuptias Polyxenæ, interfectus eſt à Paride poſt ſimulachrum latente. Dictys Cretenſis lib. 4. irretitum amplexibus Deiphobi nuptias ſororis illi gratulanti, à Paride confoſſum ſcribit. Q. Calaber lib. 3. ab ipſo Apolline cæſum indignatur. *Farn.*

600. *Rara per ignotos.*] Præſtantiſſimus Florentinus *gnara*. quod non eſt de nihilo ut idem ſit quod ſcita, docta, bene ac perite torta. Futabam aliquando *pava*. ut apud Val. Flaccum

—— *mihi dextera ferro*
Gnavet opus. Heinſ.

604. *Troïca ferro.*] *Troïa* Calandr. & alter Hamburg. bene. dictum ad Epiſt. primam. *Idem.*

606. *Certaque.*] *Qui Paridis direxit tela manuſque Corpus in Æacida.* Æneas Phœbum precatus 6. Æn. In eam corporis partem quæ erat vulnerabilis, calcaneum nempe, quem prehendens mater eum in Stygia tinxit palude.

609. *Victus es.*] *Vinceris* Bernegger. pri. Erfurt. & ſex alii. in nonnullis *Vincitur.* Heinſ.

611. *Thermodontiaca.*] *Thermodontiaca.* dictum alibi. *Idem. Thermodontiaca*] Penthefileæ, reginæ Amazonum Thermodoontis fl. accolarum, ſecuribuſque armatarum, manu.

614. *Deus idem.*] Vulcanus, qui Thetidos rogatu arma Achilli fabricaverat. *Farn.*

615. *Achille.*] Vel *Achilli* Neapolit. *Heinſius.*

616. *Parvam quod non bene compleat urnam.*] Senec. de Herc. in Oeta: a. 5.

At vivit, totum quæ gloria compleat orbem.
Hæc illi menſura viro reſpondet : & hac eſt
Par ſibi Pelides; nec inania Tartara ſentit.
Ipſe etiam, ut cujus fuerit cognoſcere poſſis,
Bella movet clypeus : deque armis arma feruntur.
Non ea Tydides, non audet Oïleos Ajax,
Non minor Atrides, non bello major & ævo
Poſcere, non alii : ſoli Telamone creato
Laërtaque fuit tantæ fiducia laudis.
A ſe Tantalides onus invidiamque removit:

Argo-

v. 1758. —— *tam parvus cinis* —— *Herculeus eſt* —— *O quanta, Titan, in nihil moles abit.* & deinde v. 1763. —— *ecce, vix totam Hercules* —— *Complevit urnam.* Eſt nimirum, —— *quod digitis quinque levatur onus.* Lucanus de Pompejo. —— *lentum Magnus diſtillat in ignem.*

618. *Hac illi menſura viro.*] *Menſura* in nonnullis. pro *hac eſt par tibi Pelide, Pelides* multi ex vetuſtioribus. alter Erfurt. & quart. Medic. *Pars tibi Pelides.* Florent. S. Marci, *Par fibi Pelides.* Scribe, *& hac eſt par ſibi Pelides.* Vide Notas ad Epiſt. xx. *Heinſ. Hac menſura.*] Totus terrarum orbis menſura eſſe videtur gloriæ Achillis. A præſtantiſſimis enim quibuſque poëtis tam Græcis quam Latinis Achillis geſta fuere celebrata, ſicque per totum terrarum orbem vulgata. *R. Hac illi menſura viro reſpondet.*] Ὀχθεῖ πυλέων ὑπὲ, θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ. —— Ὅτε θάνες ἐν Τροίη ἐνδε Ἄργεϊ &c. Et deinde, Καὶ ἐ ἐν τ' ἐσθλοῖσι θεῶν. Homer. Odyſſ. ω. Ubi & Muſæ ipſum concelebrant: Nos ad illud alluſimus his verſiculis:

Dardanidûm terror ſitus hic in veſte Deorum eſt,
Æternumque locus nomen Achillis habet.
Ingens ſtuctifragum propter jacet Helleſpontum,
Mater cum fremitu concelebratque ſuo.

619. *Nec.*] *Nunquam Stygias fertur ad umbras Inclyta virtus.* Senec. Herc. Oet. 1982. vſ.

620. *Ipſe etiam.*] Achillis arma, clypeum, galeam, thoracem, ocreas, gladium, haſtam, Thetis in medium propoſuit, illi ex ducibus auferenda, qui rebus geſtis optime de filio & re Græcorum meruiſſet. Qu. Smyrnæus 5. lib. Paralip. *Farn. Cognoſcere poſſes.*] *Poſſis* meliores. mox *proque armis* non *deque* pl. Reg. prim. Vatican. prim. Medic. post. Baſil. & tres alii. *Heinſ.*

621. *Deque armis arma feruntur.*] Propter arma Achillis bella excitantur. Nam poſt mortem Achillis inter Ajacem & Ulyſſem de armis ipſius Achillis gravissimæ ſunt ortæ contentiones. *R.*

622. *Non ea.*] *Neque enim loricam poſcit Achillis Therſites, in qua ſe trudebat Ulyſſes ancipitem.* Juvenal. 11. Satyr. *Farn.*

624. *Soli Telamone creato Laërtaque.*] *Laërteque* nonnulli. rectius. plurimi veteres *Laertiadaque, Lertiadaque, Lerciadaque* ut apud Auſonium in Epicedio Heroum.

Captus pellacis Lertiadæ inſidiis.

Sed dubito an Noſter id putarit ſibi licuiſſe. Florent. S. Marci, *Leraeque.* Neap. pro diversâ lectione *Et Laërta.* Scribe

——*ſolis Telamone creatis*
Laërtaque fuit.

& adi Notas ad Epiſt. III. vſ. 29. *Heinſ. Soli Telamone creato.*] Ajaci Telamonis filio.

625. *Laërtaque.*] Laërteque creato, id eſt, Ulyſſe. Alii *Lertiadaque.* & Αἴαντι Δαρτίῳ, in Sophoclis Ajace. v. 1.

627. *Ar-*

Argolicoſque duces mediis conſidere caſtris
Juſſit: & arbitrium litis trajecit in omnes.

627. *Argolicoſque.*] Menelaum, Diomedem, Idomeneum, ſe, &c. *Farnabius.*

628. *Trajecit.*] Tranſmiſit, tranſtulit. Hic quoque variant auctores. Sunt enim inter Græcos, qui judicium armorum captivis Trojanis delegatum ab Agamemnone tradant, quo ille invidiam à ſe derivaret, idque Neſtoris conſilio. Vide Calabrum lib. 5. & Odyſſ. 11. *Micyl.*



Digitized by Google



Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER XIII.

ARGUMENTUM.

Neptunus deinde Achilli mortem procurat. De cujus armis Ajax & Ulysses post mortem contendunt. Ajace vero hac de causa mortuo, sanguis ejus in hyacinthum convertitur. Capta postea Troja, Hecuba in canem mutata est. Cujus fortunam cum dii omnes deplorarent, Aurora sola Memnonem duntaxat, avem jam factum, lugebat. Æneas autem profugus ad Anium, cujus filiæ in columbas erant conversæ, aliaque deinceps loca transformationibus celebrata, delatus est. In Latium denique ut venit, bellum cum Turno suscepit.

CONsedêre duces : & vulgi stante coronâ,
Surgit ad hos clypei dominus septemplicis Ajax.
Utque erat impatiens iræ, Sigeïa torvo
Littora respexit, classemque in littore vultu:
Intendensque manus, Agimus, prô Jupiter, inquit, ſ
Ante rates causſam; & mecum confertur Ulysses!
At

FAB. I. *Arg.* Consedêre duces.] *Achille sagitta Paridis interempto, magna inter Ajacem & Ulyssem contentio orta est, uter ipsorum illius armis dignior esset. Agamemnon autem, ne in alterius odium incideret, illius contentionis judicium ad principes Græcorum rejecit, ut pro virtute ac meritis utriusque arma alteri adjudicarent. Fusso igitur utroque in consessu principum causam agere, non virtute aut meritis, sed eloquentia, qua plurimum valebat, Ulysses effecit, ut sibi arma adjudicarentur. Illam autem repulsam Ajax adeo agre tulit, ut primum furiosus sit effectus, deinde cum respuisset, gladio incumbens se ipsum interfecerit: sed tandem miseratione Deorum in hyacinthum florem fuit commutatus.*

1. *Duces.*] Vide quæ ad vs. 626. lib. præced. & Qu. Smyrnæum lib. 5. ubi habetur ista τῶν ὅπλων κρίσις, & orationes utriusque.

2. *Septemplicis.*] *Taurorum tergora septem* vocat Ulysses infra v. 347. ex Homero, cui Il. 7. est σάκος αἰόλον ἑπτατύχετον ταύρων ζατρεφέων. Sophocl. ἑπτάβοτον ἄρρηκτον σάκος. *Farnab.*

3. *Sigeïa littora.*] Sigeum & urbs & promontorium est Troadis, juxta quod Græcorum classis subducta erat. *R.*

4. *Littora respexit.*] Pri. Basil. prim. Moret. fragm. Boxhorn. Noricus, & sex alii, *prospexit.* Paulo ante, pro *Surgit ad hos*, forte *ab his* scribendum. *Heins.*

5. *Agimus.*] Ad qualitatem, inquit Fabius, pertinet locus, ad commendationem & invidiam valet: nam & Ajax apud Ovidium, *Ante rates agimus causſam*, &c. lib. 5. cap. 10. Ex decoro etiam personæ militaris, & affectuum, iræ atque indignationis adhibetur exordium abruptum. *Farn.*

6. *Ante rates.*] A quibus ego solus

At non Hectoreis dubitavit cedere flammis:
Quas ego sustinui; quas hac à classe fugavi.
Tutius est fictis igitur contendere verbis,
Quam pugnare manu. sed nec mihi dicere promtum;
Nec facere est isti. quantumque ego marte feroci,
Quantum acie valeo, tantum valet iste loquendo.
Nec memoranda tamen vobis mea facta, Pelasgi,
Esse reor: vidistis enim. sua narret Ulysses;
Quæ sine teste geret, quorum nox conscia sola est.
Præmia magna peti fateor: sed demit honorem
Æmulus Ajaci. non est tenuisse superbum,
Sit licet hoc ingens, quidquid speravit Ulysses.
Iste tulit pretium jam nunc certaminis hujus;
Quo cum victus erit, mecum certasse feretur.
Atque ego, si virtus in me dubitabilis esset,
Nobilitate potens essem, Telamone creatus:
Mœnia qui forti Trojana sub Hercule cepit:
Littoraque intravit Pagasæâ Colcha carinâ.
Æacus huic pater est: qui jura silentibus illic
Reddit, ubi Æoliden saxum grave Sisyphon urget.
Æacon agnoscit summus, prolemque fatetur

Ju-

Hectoris faces repulit, cum alii Græci, tum primisque Ulysses, illius viri impetum non sustinentes, eas deseruerint.

7. *Hectoreis.*] Iliad. 15. & infra v. 91. *Farn.*

10. *Quam pugnare.*] *Bellare* unus Leidensis. *Heinsius.*

12. *Inque acie valeo.*] *Quamque* quinque veteres. *Quantum* Neapol. quod placet. *Idem.*

19. *Ipse tulit pretium.*] *Iste* ex melioribus scriptis, ut supra & infra passim. Utebantur ea voce, quoties cum contemtu de aliquo loquerentur. *Idem.*

20. *Quod cum.*] *Qui* in multis. *Quo* Florent. S. Marci, Bernegger. & fragm. Boxhorn. nimirum certamine. *Idem.*

21. *Atque ego.*] *Ast* quatuor. *Atqui* fragm. Boxhorn. infra,

Atque ego contemtus essem paternus hujus.

nisi & illic *Atqui* reponendum. quod non puto. *Item. Atque.*] Rationem sui in judicio hoc habendam postulat Ajax, tanquam 1. virtute rebusque gestis clarioris, 2. genere nobilioris, 3. sanguine Achilli conjuncti: premit autem reicitque adversarium, ut 1. ignavum. 2. ignobilem. 3. alienum. Sed plenius superius diximus. *R.*

24. *Pagasæa.*] Lib. 7. vs. 1. *Farn. Littora Colcha.*] Colchica. Nam Telamon cum Jasone in Colchos navigavit, ut plenius superius diximus. *R.*

27. *Æacon agnovit.*] *Agnoscit* cum plerisque. paulo ante pro *silentibus illic*, Juret. prim. Moret. prim. Basil. Oxon. aliique multi, *silentibus umbris.* Heinsius.

28. *In*

upiter esse suam. sic ab Jove tertius Ajax.
Nec tamen hæc series in causâ profit, Achivi;
Si mihi cum magno non est communis Achille.
Frater erat: fraterna peto. quid sanguine cretus
Sisyphio, furtisque, & fraude simillimus illi,
Inserit Æacidis alienæ nomina gentis?
An quod in arma prior, nulloque sub indice veni,
Arma neganda mihi? potiorque videbitur ille,
Ultima qui cepit; detrectavitque furore
Militiam ficto: donec sollertior isto,
Sed sibi inutilior, timidi commenta retexit
Naupliades animi, vitataque traxit in arma?
Optima nunc sumat, qui sumere noluit ulla.
Nos inhonorati, & donis patruelibus orbi,

Ob-

28. *Sic ab Jove tertius.*] Jove excluso tertius. Primus igitur ab Jove *Æacus*, secundus *Telamon*, tertius *Ajax*. Ita Jovis Pronepos Ajax, Telamon nepos. *Pont. A Jove.*] *Ab Jove* cum pri. Vatic. pri. Bas. & sec. Pal. *Heins.*

29. *In causam profit.*] *In causâ* vetustiores plerique. & deinde, *non est communis* pro *sit*. Idem.

31. *Frater erat.*] Patruelis frater Achilles fuit Ajacis. Nam Peleus & Telamon fratres fuerunt. *Patrueles* autem fratres dicuntur qui è fratribus nascuntur.

33. *Inseris.*] *Inserit* uterque Erfurt. excerpta Langermanni, unus Voss. & unus meus. quod sequentia confirmant. *Heins.*

35. *Potiorque videbitur illis.*] *Ille* Oxon. tert. Medic. & viginti alii. rectius. duo *ille*. quod sequitur postea. *Idem.*

36. *Detrectavitque.*] Ulysses uxoris amore detentus insaniæ simulatione militiam subterfugere voluit. bove & asino junctis terram proscidit, salem sevit. Palamedes vero Nauplii f. Telemachum aranti objecit, adeoque patrem ararum usque suspendentem simulatæ insaniæ deprehensum, ad Trojam ire una cogebat. Vide Lucian. de Domo. *Fern.*

38. *Et sibi inutilior.*] *Sed* cum uno Leidensi. nisi mavis *At*. mox *in arma*, non *ad*, Juret. & sex alii. Monui ad Ep. III. v. 136. *Heins. Et sibi inutilior.*] Irritavit enim in se Ulyssem ea sollertia sua; & ejus dolo etiam interiit. Nam Ulysses literas finxit à Priamo ad Palamedem datas, quibus significare videbatur Priamus se magnum auri pondus misisse aliudque missurum. Cum vero literæ ad Agamemnonem fuissent perlatæ, Ulysses nihil temere de tanto viro credendum dixit, nisi aurum, quod ille jam per servos corruptos in illius tentorio defodiendum curaverat, deprehenderetur. Qui igitur missi ad hoc inquirendum fuerant, cum renuntiassent inventum, lapidibus Palamedes à toto exercitu, de quo optime meritus erat, obrutus est. R.

39. *Naupliades.*] Palamedes Nauplii filius. Nauplius autem Neptuni & Amymones nymphæ filius in Eubœa regnavit.

40. *Nunc sumat.*] *Nunc* Florent. S. Marci, per interrogationem. pro *quid nos* tres *qui nos*. bene. *Heins.*

Obtulimus qui nos ad prima pericula, ſimus.
Atque utinam aut verus furor ille, aut creditus, eſſet;
Nec comes hic Phrygias unquam veniſſet ad arces
Hortator ſcelerum! non te, Pœantia proles,
Expoſitum Lemnos noſtro cum crimine haberet.
Qui nunc (ut memorant) ſilveſtribus abditus antris
Saxa moves gemitu: Laërtiadæque precaris,
Quæ meruit: quæ Dî, Dî dent non vana preceris.
Et nunc ille eadem nobis juratus in arma,
(Heu!) pars una ducum, quo ſucceſſore ſagittæ
Herculis utuntur, fractus morboque fameque,
Velaturque aliturque avibus; volucreſque petendo
Debita Trojanis exercet ſpicula fatis.
Ille tamen vivit, quia non comitavit Ulyſſen.
Mallet & infelix Palamedes eſſe relictus.
Viveret; aut certè letum ſine crimine haberet.

Quem

45. *Pœantia.*] Philoctetes Pœantis fil. cui Hercules in Oeta arſurus arcum & ſagittas dederat, ſine quibus Trojam capi non poſſe reſponderat oraculum. Qui tamen à venenatarum ſagittarum una, quæ in pedem deciderat, ſaucius, cum navigare per dolorem vulneris non poſſet, in Lemno inſ. relictus eſt. Vide Sophoclis Philoctetem. Cic. 2. de Finibus. Qu. Smyrn. lib. 5. & lib. 9. Pindari Pythia od. 1. κεῖ χρὴν βιζρωμένον refert Lycophron. vide Scholiaſten. *Farn.*

46. *Lemnos.*] Lemnos inſula eſt una ex Cycladibus. Seu potius è regione Thraciæ, Vulcano dicata.

49. *Qua (ſi Di ſunt) non vana precaris.*] *Dî ſint* nonnulli. *Di dent* pri. Palat. Bernegg. quart. Medic. pri. Gronov. pri. Hamburg. & octo aut novem alii. præterea *preceris* prim. Pal. prim. Moret. prim. Bon. & pri. Patav. & Juret. ſcribe

Qua meruit; qua Di dent ô non vana preceris.

nihil de meo addidi præter unam literam Tò ô. Vide Notas ad Epiſt. VI. v. 156. niſi Tà *Di* geminandum cenſemus hoc modo,

——*qua Di, Di dent non vana preceris.*

quæ indignantis animi adfectum elegantèr exprimunt. *Heinſ.*

53. *Velaturque aliturque avibus.*] *Venaturque* S. Marcilib., Thuan. Urbin. pri. Vatic. tert. Medic. aliique nonnulli. Sed Cicero lib. v. de Finibus docet ex Attio. *Philoctetam pennarum contextu corpori tegumentum feciſſe.* ipſe Philoctetes apud Attium,

Configo tardus celeres, ſtans volucres; Pro veſte pennis membra texta contegam.

Idem.

Venaturque.] Huic lectioni favet quod ex Attio citatur à Cicerone 1. de Finibus, Philoctetem pennarum contextu corpori tegumenta feciſſe. vulg. leg. *Venatur.* & 5. de finib. propagabat vitam ſucupio ſagittarum. nec non Sophocles in Philoctete, & Smyrnæus lib. 9. *Farnabius.*

55. *Comitatur Ulyſſem.*] *Comitavit Ulyſſen* Florent. S. Marci. & unus Gronovii. bene. Adi Notas Triſt. 1. El. VIII. vſ. 31. multi *comitatus.* mox pro *vellet* idem Florentinus *mallet.* Idem.

60. *Præ-*

Quem male convicti nimium memor iſte furoris
Prodere rem Danaam finxit: fictumque probavit
Crimen. & oſtendit, quod jam præfoderat, aurum.
Ergo aut exſilio vires ſubduxit Achivis,
Aut nece. ſic pugnat, ſic eſt metuendus Ulyſſes.
Qui licet eloquio fidum quoque Neſtora vincat;
Haud tamen efficiet, deſertum ut Neſtora crimen
Eſſe rear nullum. qui, cum imploraret Ulyſſem
Vulnere tardus equi, feſſuſque ſenilibus annis,
Proditus à ſocio eſt. non hæc mihi crimina fingi
Scit bene Tydides: qui nomine ſæpe vocatum
Corripuit; trepidoque fugam exprobravit amico.
Aſpiciunt oculis Superi mortalia juſtis.
En eget auxilio, qui non tulit: utque reliquit,
Sic linquendus erat. legem ſibi dixerat ipſe.
Conclamat ſocios. adſum; videoque trementem,
Pallentemque metu, trepidantem morte futurâ.
Oppoſui molem clypei; texique jacentem;
Servavique animam (minimum eſt hîc laudis) inertem.
Si perſtas certare, locum redeamus in illum:
Redde hoſtem, vulnuſque tuum, ſolitumque timorem:
Poſt clypeumque late: & mecum contende ſub illo.
At poſtquam eripui; cui ſtandi vulnera vires
Non dederant, nullo tardatus vulnere fugit.
Hector adeſt: ſecumque Deos in prælia ducit.
Quaque ruit, non tu tantùm terreris, Ulyſſe;

Sed

60. *Præfoderat.*] In tentorio Palamedis, per ſervos illius corruptos. *Farn.*

64. *Diſertum.*] Neſtor Græcis fulmine territis, & jugali altero ab Alexandro vulnerato, pene interiiſſet ab Hectore interceptus, niſi auxilio occurriſſet Diomedes, fruſtra invocato Ulyſſe & ipſo jam fuga ſibi conſulente. Il. 8. *Farn.*

69. *Trepido.*] Timido. Alludit autem ad verba, quæ Diomedi attribuit Homerus, Διογενὲς Δαΐφρονος υἱὲ φεύγετε, &c.

72. *Legem ſibi dixerat ipſe.*] *Iſtam* Bernegg. prim. Erfurt. & decem alii. *ipſam* duo. forte *ſibi ipſi.* Heinſ.

75. *Molem.*] Φέρον σάκος ἠδὲ πύργον.

76. *Minimum eſt hoc laudis.*] *Hic* plerique veteres. Legebam olim, *minima eſt hoc laudis.* Heinſ.

77. *Redeamus ad illum.*] *In illum* plerique meliores, & pro *hoſtes* mox *hoſtem.* Idem.

86. *Emi-*

Sed fortes etiam: tantum trahit ille timoris.
Hunc ego sanguineæ successu cædis ovantem
Cominus ingenti resupinum pondere fudi.
Hunc ego poscentem, cum quo concurreret, unus
Sustinui; sortemque meam vovistis, Achivi:
Et vestræ valuêre preces. si quæritis hujus
Fortunam pugnæ; non sum superatus ab illo.
Ecce ferunt Troës ferrumque, ignemque, Jovemque
In Danaas classes. ubi nunc facundus Ulysses?
Nempe ego mille meo protexi pectore puppes,
Spem vestri reditûs. date tot pro navibus arma.
Quod si vera licet mihi dicere; quæritur istis,
Quam mihi, major honos: conjunctaque gloria nostra est.
Atque Ajax armis, non Ajaci arma petuntur.
Conferat his Ithacus Rhesum, imbellemque Dolona, Pria-

86. *Eminus fudi.*] *Cominus* Oxon. & recte. Plus enim laudis Ajaci, quod cominus cum Hectore erat congressus, quam si eminus congressus fuisset. *Idem. Ingenti pondere.*] Maximo saxo. *R. Ingenti.*] Χειμαδίῳ σὺν βιζλικῷ. l. 14. Ὡς ἔπος' Ἕκτορ δῖα χαμαὶ μίνυ' ἐν κονίῃσι aut etiam 7. Iliad. ubi Ajax μυλοειδεῖ πέτρῳ Βλάψε δὲ οἱ φλὰ γόνατ', ὁ δὲ ὕπτιος ἐξετανύσθη.

87. *Poscentem.*] Il. 7. Hector è Græcis ducibus aliquem ad singulare certamen provocat. Novem fortissimi, ex consilio Nestoris, sorti rem commiserunt, exiit sors Ajacis Telamonii. *Farn.*

88. *Sortemque meam vovistis Achivi.*] Hoc quoque ab Homero sumptum esse videtur, qui scribit Achivos sublatis in altum oculis manibusque, his precibus ad Jovem usos fuisse, Juppiter pater da ut Ajacis Telamonii sorti sit locus, atque ita evenit. *Sortemque.*] Ζεῦ πάτερ Αἶαντα λαχεῖν, &c.

89. *Et vestra.*] Ἐκ δ' ἔβαρε κλῆρος κυνέης, ὃν ἄρ ἤθελον αὐτοὶ, Αἴαντος, Iliad. 7. *Farn.*

91. *Ecce.*] Ἔκτορ γὰρ εἰ θυμὸς ἐδάλλετο κῦδος ὀρέξαι Πριαμίδῃ ἵνα νωϊν κορυθαίολος Ἕκτωρ Ἐμβάλῃ, &c. Il. 15. *Farn. Ecce ferunt Troës, ferrumque igneque Jovemque.*] Idem de Fouol. 4. Eleg. 7. v. *Talis & ad Trojam Danais pro navibus Ajax*

Dicitur Hectoreas sustinuisse faces.

Sed veteres Tragici hanc virtutem insanienti adscribunt. *Nam facinus fuit maximum, cum, Danais inclinantibus, summam rem perfecit manus: praliumque rexerat insaniens.* Imo & Cic. 4. Tuscul. quæst. *Semper Ajax fortis, fortissimus tamen in furore. Igneque Jovemque.*] Æque que multi veteres, deinde ubi nunc pro nunc castigatiores. *Heins.*

92. *Rhesum.*] Regem Thraciæ, qui auxilio Trojanis venit, verum à Diomede & Ulysse interceptus, cum suis cæsus est. Hom. Il. 10. & Virgil. Æn. 1. inf. vers. 249. *Dolona.*] Qui ab Hectore speculatum missus, à Diomede & Ulysse interceptus atque interfectus est. Hom. Il. 10. & infra vers. 244. & Virgil. 12. Æneid.

99. *Ha-*

Priamidenque Helenum raptâ cum Pallade captum.
Luce nihil geſtum, nihil eſt Diomede remoto:
Si ſemel iſta datis meritis tam vilibus arma;
Dividite: & major pars ſit Diomedis in illis.
Quo tamen hæc Ithaco? qui clam, qui ſemper inermis
Rem gerit; & furtis incautum decipit hoſtem?
Ipſe nitor galeæ claro radiantis ab auro
Inſidias prodet, manifeſtabitque latentem.
Sed neque Dulichius ſub Achillis caſſide vertex
Pondera tanta feret. nec non oneroſa graviſque
Pelias eſſe poteſt imbellibus haſta lacertis.
Nec clypeus vaſti cælatus imagine mundi
Conveniet timidæ, natæque ad furta ſiniſtræ.
Debilitaturum quid te petis, improbe, munus?
Quod tibi ſi populi donaverit error Achivi;
Cur ſpolieris, erit; non, cur metuaris ab hoſte.
Et fuga (qua ſolâ cunctos, timidiſſime, vincis)
Tarda futura tibi eſt geſtamina tanta trahenti.
Adde, quod iſte tuus, tam rarò prælia paſſus,
Integer eſt clypeus. noſtro, qui tela ferendo
Mille patet plagis, novus eſt ſucceſſor habendus.
Denique, quid verbis opus eſt? ſpectemur agendo:
Arma viri fortis medios mittantur in hoſtes;

Inde

99. *Helenum.*] Fata Trojanorum arcana Græcis revelavit. Triphiodorus v. 44. & Qu. Smyrnæus lib. 10. *Pallade.*] Palladio, Trojanis fatali. *Fatale aggreſſi ſacrato avellere templo Palladium*, &c. 2. Æneid. & infra v. 337. *Farn. Rapta cum Pallade.*] *Capta* vel *caſta* multi veteres. *Heinſ.*

107. *Dulichius.*] Dulichium inſ. eſt maris Ionii Ithacæ vicina, Ulyſſi regnata.

109. *Pelias.*] Achillis haſta, quam patri dedit Chiron ex Pelio reciſam monte. Il. 16. Qu. Smyrn. lib. 5.

110. *Clypeus.*] Hujus fabricam & cælaturam vide apud Hom. Iliad. 18. Qu. Smyrn. 5. lib. Silium l. 7. *Farn. Cælatus imagine.*] *Concretus* in Florentino S. Marci, cum gloſſa, *id eſt, pictus*, atque ita unus quoque Mediceus. *Heinſ.*

117. *Prælia paſſus.*] *Vulnera* Bernegg. prim. Gron. & alter Hamburg. cum tribus aliis. *Idem.*

121. *Arma.*] Hanc controverſiam, inquit Seneca, memini me videre Naſonem declamare apud rhetorem Arellium Fuſcum, cujus auditor fuit. Nam Latronis admiraror erat, &c. Oratio ejus jam tum nihil aliud poterat videri, quam ſolutum carmen. Adeo autem ſtudioſe Latronem audivit, ut multas ejus ſententias in verſus ſuos tranſtulerit. In armorum judicio dixerat Latro, *Mittamus arma in hoſtes, & petamus.* Naſo dixit; *Arma*

Inde jubete peti: & referentem ornate relatis.
Finierat Telamone ſatus; vulgique ſecutum
Ultima murmur erat: donec Laërtius heros
Adſtitit: atque oculos paulum tellure moratos
Suſtulit ad proceres; exſpectatoque reſolvit
Ora ſono: neque abeſt facundis gratia dictis.
Si mea cum veſtris valuiſſent vota, Pelaſgi,
Non foret ambiguus tanti certaminis hæres:
Tuque tuis armis, nos te poteremur, Achille.
Quem quoniam non æqua mihi vobiſque negarunt
Fata; (manuque ſimul veluti lacrymantia terſit
Lumina) quis magno melius ſuccedat Achilli;
Quam per quem magnus Danaïs ſucceſſit Achilles?
Huic modo ne proſit, quod, ut eſt, hebes eſſe videtur.
Neve

Arma viri fortis medios mittantur in hoſtes; Inde jubete peti. Senec. lib. 1. controverſ. 10. *Farn.*

124. *Vulgique ſecutum Ultima murmur erat.*] Nam populus murmure ſuo Ajacis dicta approbare eſt viſus.

125. *Adſtitit.*] Surrexit. *Oculos.*] Ex arte & Rhetorum præcepto. Etiam cum ad judicem nos converterimus, & conſultus Prætor permiſerit dicere, non protinus eſt erumpendum, ſed danda brevis cogitationi cura. Mire enim auditurum dicturi cura delectat, & judex ſe ipſe componit. Hoc præcipit Homerus Ulyſſis exemplo, quem ſtetiſſe dicit oculis in terram defixis, immotoque ſceptro, priuſquam illam eloquentiæ procellam effunderet. Quint. 11. lib. 3. cap. Iocus autem Homeri eſt 3. Il. Στάσεν ὑπαὶ δὲ ἴδεσιν κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας. *Farn.*

130. *Nos te potiremur Achille.*] *Poteremur* ex multis veterum. ἀρχαϊκῶς. ſic & lib. XIV. *ut poterentur eâ*, reponendum. Propert. lib. 11. El. 1x.

Cum capite hoc Stygia jam poterentur aqua.

ita vetuſtus codex Neapolitanus. Auſon. Epitaph. Heroum.

Fortis pragreſſis ut poteroris equis.

Val. Flaccus lib. VII.

Scilicet Æolia pecudis poteretur ut auro.

ſic & ibi ſcribendum. *Heinſ.*

132. *Lacrymantia terſit.*] *Tergit* tres antiqui. mox *ſuccedat* pro *ſuccedas* prim. Reg. Oxon. alter Hamburg. & alii quatuor. vetuſtiores magna ex parte *ſuccede.* Idem.

134. *Quam per quem magnus Danaïs.*] Hoc eſt, quam is cujus opera Achilles ad bellum Trojanum deductus eſt. is autem Ulyſſes fuit. Nam ut ipſe paulo poſt narrat, cum Thetis mater Achillis cognoſceret filium in bello Trojano periturum, illum virginis habitu ornatum Lycomedi Scyri inſulæ regi una cum filiabus ipſius educandum commendavit, ut tantiſper apud eum in virginis habitu lateret, dum Troja foret delata. Cum vero ſine Achille Troja capi non poſſet, nec uſquam inveniretur, Ulyſſes id quod erat ſuſpicatus, mercibus, quibus fœminæ capiuntur, gladium ſcutumque, ac galeam immiſcens, ad Lycomedem ſe contulit, ubi mercibus illis expoſitis Achilles gladium ac ſcutum, alia negligens, tractare cœpit: ex quo cognitus ad bellum Trojanum fuit deductus.

135. *Hebes eſſe videtur.*] *Fatetur* [illegible] Bal.

Neve mihi noceat, quod vobis ſemper, Achivi,
Profuit ingenium: meaque hæc facundia, ſi qua eſt,
Quæ nunc pro domino, pro vobis ſæpe locuta eſt,
Invidiâ careat: bona nec ſua quiſque recuſet.
Nam genus, & proavos, & quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra voco. ſed enim, quia rettulit Ajax
Eſſe Jovis pronepos, noſtri quoque ſanguinis auctor
Jupiter eſt: totidemque gradus diſtamus ab illo.
Nam mihi Laërtes pater eſt, Arceſius illi,
Jupiter huic: neque in his quiſquam damnatus & exſul.
Eſt quoque per matrem Cyllenius addita nobis
Altera nobilitas. Deus eſt in utroque parente.
Sed neque materno quod ſum generoſior ortu,
Nec mihi quod pater eſt fraterni ſanguinis inſons,
Propoſita arma peto: meritis expendite cauſſam.
Dummodo quod fratres Telamon Peleuſque fuerunt,
Ajacis meritum non ſit: nec ſanguinis ordo,
Sed virtutis honos ſpoliis quæratur in iſtis.
Aut ſi proximitas primuſque requiritur hæres;
Eſt genitor Peleus, eſt Pyrrhus filius illi.
Quis locus Ajaci? Phthiam Scyronve ferantur.
Nec minus eſt iſto Teucer patruelis Achilli.

Num

Baſ. pro *facundia* prim. Gronov. *ſollertia.* Heinſ.

145. *Damnatus.*] Tacite familiam Ajacis fratricidii notat. Peleus enim Phocum fratrem diſco interemit, uti dictum d vſ. 297. lib. 11. quin & Telamonem, ferro in cervicem Phoci adacto, fraternæ cædis non inſoutem fuiſſe arguit Uyſſes mox vſ. 149. ut & commentator n 5. oden Nemeorum Pindari.

146. *Cyllenius.*] Mercurius, à Cyllene nonte Arcadiæ ubi natus eſt. Anticlea utem Ulyſſis mater Autolyci filia fuit; Autolycus Mercurii ex Chione Dædionis fil. *Farn.*

147. *Deus eſt in utroque parente.*] In atre Jupiter, in matre Mercurius.

153. *Virtutis honor.*] *Honos* cum meioribus. *Heinſ.*

156. *Phthiam hæc Scyronque.*] *Phthiam Scyronve* plerique vetuſtiores. *Phthiam* ſec. Moret. paulo ante pro *Eſt genitor* Oxon. non male *En genitor.* & tum etiam foret ſcribendum *en Pyrrhus.* Idem. *Phthiam hæc.*] Ubi habitabat Peleus: eo portanda erunt hæc arma. *Scyronve.*] Ubi tum Pyrrhus. *Pont.*

157. *Eſt iſto.*] *Eſt iſti* prim. Erfurt. & quinque alii. Puto *eſt ipſi.* Bernegg. pri. Moreti, & plurimi alii *eſt illi. eſt illic* Florent. S. Marci. *iſtic eſt* pri. Reg. prim. Cantabr. pri. Vatic. & alter Hamburg. *iſti eſt* Noricus. *eſt iſtic* Neap. Thuan. in uno Mediceo *in iſto eſt.* Forte *en ipſi* vel *extincto Achilli.* Heinſ. *Patruelis.*] Frater, filius Telamonis ex Heſione, uti Ajax ex Eubœa. Verſu 31. ſupra *frater* ponitur pro *patruele.* Farn.

158. *Non*

Digitized by Google

Num petit ille tamen, num ſperat ut auferat arma?
Ergo operum quoniam nudum certamen habetur;
Plura quidem feci, quam quæ comprendere dictis
In promtu mihi ſit. rerum tamen ordine ducar.
Præſcia venturi genitrix Nereïa leti
Diſſimulat cultu natum. deceperat omnes,
In quibus Ajacem, ſumtæ fallacia veſtis.
Arma ego fœmineis animum motura virilem
Mercibus inſerui. neque adhuc projecerat heros
Virgineos habitus. cum parmam haſtamque tenenti,
Nate Deâ, dixit; tibi ſe peritura reſervant
Pergama. quid dubitas ingentem evertere Trojam?
Injecique manum; ſortemque ad fortia miſi.
Ergo opera illius mea ſunt. ego Telephon haſtâ
Pugnantem domui: victum orantemque refeci.
Quod Thebæ cecidêre, meum eſt. me credite Lesbon,
Me Tenedon, Chryſenque, & Cyllan Apollinis urbes,
Et Syron cepiſſe. mea concuſſa putate
Procubuiſſe ſolo Lyrneſia mœnia dextrâ

Utque

158. *Non petit ille tamen, num ſperat, auferat illa.*] *Auferat arma* plurimi veteres. & *Num petit* Florent. S. Marci.

Num petit ille tamen, num ſperat ut auferat illa?
excerpta Calandræ, quart. Medic. & Junian.

——— *num ſperat ut auferat arma?*
quod ſequor. alii aliter. *Heinſ.*

162. *Præſcia.*] Thetis Nerei filia, cum ex Proteo didiciſſet filium in Trojana expeditione interiturum, cultu illum muliebri diſſimulatum Lycomedi regi Scyri inſ. educandum tradidit. Quem tamen exploravit Ulyſſes, & quia in fatis erat, Trojam ſine illo capi non poſſe, deprehenſum ad Trojanum bellum protraxit. Hygin. fab. 96. Statius in Achilleide; alii. *Farn.*

163. *Et deceperat omnes.*] Non agnoſcunt Tò & ſeptem veteres. *Heinſ.*

169. *Evertere Trojam.*] *Vertere* prim. Strozzæ & alii quinque aut ſex. *Idem.*

171. *Ego Telephon.*] Telephus Herculis filius ex Auge nympha, rex fuit Lyciæ, qui cum reſiſteret Græcis, ab Achille in femore fuit percuſſus, ac deinde iterato vulnere, ut in ſuperioribus diximus, ſanatus eſt. R. *Ego.*] Libro 12. vſ. 112.

173. *Thebæ.*] Thebæ in Ciliciæ. l. 12. vſ. 110. *Farn. Lesbon.*] Lesbon inſula eſt clara Alcæi carminibus & Sapphus. R. Hæc autem Achilli prodita fertur a puella quadam, Piſidice nomine, quæ illius amore flagrabat. autor Parthenius in Eroticis. *Micyl. Chryſenque & Cyllam.*] Chryſe urbs eſt Troadis prope Lemnum Apollini ſacrata, *Cilla* quoque urbs eſt Troadis Apollini ſacra à Græcis direpta. R.

176. *Lyrneſia mœnia.*] Lyrneſſus urbs fuit Troadis, unde Briſeida rapuit Achilles; occiſo ejus marito Minete.

177. *Utque*

Utque alias taceam; qui ſævum perdere poſſet
Hectora, nempe dedi. per me jacet inclytus Hector.
Illis hæc armis, quibus eſt inventus Achilles,
Arma peto. vivo dederam, poſt fata repoſco.
Ut dolor unius Danaos pervenit ad omnes,
Aulidaque Euboïcam complerunt mille carinæ;
Exſpectata diu, nulla aut contraria claſſi,
Flamina ſunt: duræque jubent Agamemnona ſortes
Immeritam ſævæ natam mactare Dianæ.
Denegat hoc genitor: Diviſque iraſcitur ipſis:
Atque in rege tamen pater eſt. ego mite parentis
Ingenium verbis ad publica commoda verti.
Nunc equidem fateor, faſſoque ignoſcat Atrides;
Difficilem tenui ſub iniquo judice cauſſam.
Hunc tamen utilitas populi, fraterque, datique
Summa movet ſceptri; laudem ut cum ſanguine penſet.
Mittor & ad matrem: quæ non hortanda, ſed aſtu
Decipienda fuit. quo ſi Telamonius iſſet,
Orba ſuis eſſent etiamnum lintea ventis.
Mittor & Iliacas audax orator ad arces;

Viſa-

177. *Utque alios.*] *Alias* Florent. S. Marci, & unus Mediceus. ut ad civitates expugnatas referatur. paulo ante pro *ni vincere poſſet* Thuan. opt. *poſſes*. quod placet. *Heinſ. Sævum Hectora.*] Magnum, fortem. Virgil. de Æneа. —— *Maternis armis in armis.*

182. *Aulidaque Euboicam.*] Aulis Bœotiæ urbs eſt juxta Chalcidem, portum habens ampliſſimum, conventu mille navium Græcarum nobiliſſima. *Mille.*] Vide 12. lib. 6. verſ.

183. *Expectata diu.*] *Expectanda* pri. Baſil. pro *Flamina erant* veteres plerique. *sunt.* recte. *Heinſ.*

184. *Duræque.*] Vide quæ ad verſ. 30. lib. 12.

188. *Ad publica commoda.*] *Pietatem publicæ cauſæ, Rexque patrem vicit.* 30. verſ. lib. 12.

189. *Nunc equidem fateor.*] *Hanc* pri. Pal. Cantabr. pri. Vatic. prim. Baſil. & multi alii. tres *Hoc*. Puto,

Tunc (equidem fateor) difficilem tenui cauſſam.

Heinſ.

193. *Mittor & ad matrem.*] Arceſſita adducitur Iphigenia, quaſi nuptura Achilli. Id quod & Lucret. attingit. lib. 1. verſ. 97.

—— non ut ſolenni more ſacrorum
Perfecta poſſet claro comitari Hymenæo:
Sed caſta inceſtè nubendi tempore in ipſo
Hoſtia concideret mactatu mœſta parentis.

Ideoque Achilles à Lycophrone vocatur Iphigeniæ ξύνευνος.

195. *Etiamnunc.*] *Etiamnum* S. Marci, Thuan. Oxon. pro *lintea* fragm. Cæſen. *Carbaſa.* Heinſ.

Viſaque & intrata eſt altæ mihi curia Trojæ.
Plenaque adhuc erat illa viris. interritus egi,
Quam mihi mandarat communis Græcia, cauſſam:
Accuſoque Parin: prædamque, Helenamque repoſco:
Et moveo Priamum, Priamoque Antenora junctum.
At Paris, & fratres, & qui rapuêre ſub illo,
Vix tenuêre manus (ſcis hoc, Menelaë) nefandas:
Primaque lux noſtri tecum fuit illa pericli.
Longa referre mora eſt, quæ conſilioque manuque
Utiliter feci ſpatioſi tempore belli.
Poſt acies primas, urbis ſe mœnibus hoſtes
Continuêre diu; nec aperti copia Martis
Ulla fuit. decimo demum pugnavimus anno.
Quid facis interea, qui nil niſi prælia noſti?
Quis tuus uſus erat? nam ſi mea facta requiris;
Hoſtibus inſidior: foſſas munimine cingo:
Conſolor ſocios; ut longi tædia belli
Mente ferant placidâ: doceo quo ſimus alendi
Armandique modo: mittor quo poſtulat uſus.
Ecce Jovis monitu deceptus imagine ſomni

Rex

200. *Prædamque.*] Prædam appellat, quæ una cum Helena aſportaverat Paris. *Micyl.*

201. *Antenora.*] *Antenor cenſet belli præcidere cauſam. Quid Paris? ut ſalvus regnet vivatque beatus, Cogi poſſe negat.* Horat. 2. epiſt. 1. lib. uterque ex Homeri Il. 7. ubi Antenor. Δεῦτ' ἄγετ' Ἀργείην Ἑλένην καὶ κτήματ' ἄμ' αὐτῇ Δώσομεν Ἀτρεΐδῃσιν ἄγειν, &c. *Farn.*

203. *Scis hæc Menelae.*] *Hoc* pleriique. *ſcis ô* Cantabr. tert. Medic. & duo alii. probe. *Heinſius.*

209. *Demum.*] Solum.

216. *Ecce Jovis monitu deceptus imagine ſomni.*] Tot voces ſubſtantivæ ſine ulla adjectiva aut epitheto vix alibi in uno verſu apud Noſtrum occurrunt. Cenſeo ſcribendum,

Ecce Jovis monitos deceptus imagine ſomnos.

nihil familiarius Naſoni his Græcismis. *Moniti ſomni* dicebantur, in quibus Di apparebant. nota hæc veterum ſuperſtitio. Claudianus de Diis,

——— *aut alite monſtrant,*
Aut monitos certâ dignantur imagine ſomnos.

Auſonius Periocha Odyſſ. XV. *Telemachus à Minerva per ſomnium commonetur.* Petronius de Diis, *Et quid ſæpius monuerunt pari ſomniorum confuſio.* Ipſe de Iſide quæ Telethuſæ in ſomnis apparebat,

——— *Monuit thalamoque recepit.*

Val. Maximus lib. 1. cap. VII. *Propribus tamen (ut ita dicam) limis Attii Ruſi Equitis Romani ſomnium certe rem admonitum eſt.* ubi pergentem Lipſ. adm

Rex jubet incepti curam dimittere belli.
Ille poteſt auctore ſuam defendere cauſſam.
Non ſinat hoc Ajax: delendaque Pergama poſcat:
Quodque poteſt, pugnet. cur non remoratur ituros? 220
Cur non arma capit? dat, quod vaga turba ſequatur?
Non erat hoc nimium, nunquam niſi magna loquenti.
Quid, quod & ipſe fugis? vidi, puduitque videre,
Cum tu terga dares, inhoneſtaque vela parares.
Nec mora, Quid facitis? quæ vos dementia, dixi, 225
Concitat, ô ſocii, captam dimittere Trojam?
Quidve domum fertis decimo, niſi dedecus, anno?
Talibus atque aliis, in quæ dolor ipſe diſertum
Fecerat; averſos profugâ de claſſe reduxi.
Convocat Atrides ſocios terrore paventes: 230
Nec Telamoniades etiam nunc hiſcere quicquam
Auſit. at auſus erat reges inceſſere dictis

Ther-

...*eſt.* Vetus inſcriptio Romæ
NEMESI. SANCTÆ. CAMPESTRI.
PRO. SALUTE. DOMINORUM. N. N. AUGG.
P. ÆLIUS. P. F. ÆLIA. PACCATUS. SCUPIS
QUOD COH. DOCTOR. VOVERAT. NUNC
CAMPI DOCTOR COH. J. PR. P. V. SOMNIO
ADMONITUS. POSUIT. L. L.
...iſtola Deianiræ;
Me pecudum fibra, ſimulacraque inania ſomni,
Ominaque arcanâ nocte petita monent.
...i perperam *movent* nunc legitur. Claudianus libro III. de Raptu Proſerpinæ,
Somnia quin etiam variis infauſta figuris
Sæpe monent.
...& illic caſtigavimus. Certe in hoc ...ſonis loco pro *monitu.* ſec. Medic. & ...s meus. *monitus. monito* Arond. *mo-...r* unus Medic. *monitis* unus Gronov. *monitu* fragmentum Boxhornii. *...nſ. Deceptus imagine ſomni.*] Homer. Iliad. β. vſ. 6. Οὖλος ὄνειρος. Et Odyſſ. τ. vſ. 560. ——ὄνειροι ἀμήχανοι ἀκριτόμυθοι.

218. *Auctore.*] Jove. *Farn. Suam defendere vocem.*] *Suam cauſſam* rectius Bernegger. pri. Moreti, aliique complures. Nonnulli *culpam*, minus bene. *Heinſ.*

221. *Det quod vaga turba ſequatur.*] *Das* cum tribus ſcriptis, quod præcedentia requirunt. *Idem.*

223. *Quid quod & ipſe fugis.*] *Fugis* malo cum uno Palatino, Zulich. & tribus aliis. *Idem.*

224. *Inhoneſta vela.*] Inhoneſte ac turpiter. R.

229. *Averſos profugâ de claſſe reduxi.*] *Averſos* cum melioribus ſcriptis reponendum. *Heinſ. Profuga.*] Ad fugiendum parata.

230. *Convocat Atrides.*] Agamemnon.

231. *Telamoniades.*] Ajax Telamonis filius.

232. *Audet & auſus erat.*] *Audeat* prim. Palat. pri. Vatic. Cantabr. Flor. S. Marci, Urbin. prim. Erfurt. & ſex alii.

Therſites, etiam per me haud impune, protervis.
Erigor: & trepidos cives exhortor in hoſtem:
Amiſſamque meâ virtutem voce repoſco.
Tempore ab hoc quodcunque poteſt feciſſe videri
Fortiter iſte, meum eſt: quem dantem terga retraxi.
Denique de Danaïs quis te laudatve petitve?
At ſua Tydides mecum communicat acta:
Me probat: & ſocio ſemper confidit Ulyſſe.
Eſt aliquid, de tot Grajorum millibus, unum
A Diomede legi. nec me ſors ire jubebat:
Sic tamen & ſpreto noctiſque hoſtiſque periclo,
Auſum eadem, quæ nos, Phrygiâ de gente Dolona
Inter-

Audet ut Bernegger. Thuan. ſec. Palat. Juret. & quindecim alii. *Audet, at auſus* Arondel. alter Hamburg. & alii decem. *Auſus at auſus* unus Ambroſ. *Audit & auſus* unus meus. alius *Auſus & auſus.* Oxon *Auſit & auſus.* Legi *Auſit, at auſus erat.* pro *protervus* repone mox *protervis.* dictis videlicet. ita prior Erfurt. tertius Mediceus, & alii citeriores viginti. pro *Telamoniades* fragmentum Cæſen. *Telamonides.* Heinſ.

235. *Virtutem voce repoſco.*] *Refundo* Juret. pri. Moret. Boxhorn. Bernegger. multique alii. Idem. Bernegger. ut & Arondel. pro diverſa lectione *repono.* quomodo & pri. Baſil. & ad Horatium Theodorus Marcilius. unus Mediol. *refirmo.* unus Voſſ. *reformo.* unus meus *rependo.* Putem *reprendo* eleganter, ut ad fugientes ſocios reſpiciat, quomodo apud Livium: *Adeo turbati erant dextra ala equites peditesque, ut quoſdam Conſul Cato manu ipſe reprenderit verteritque in hoſtem.* Lucretius lib. VI.

——— *nulla refrenet*
Res, neque ab exitio poſſit reprendere.

apud Propertium,

Quam poſſit quiſquam noſtros reprendere curſus.

pro, ex fuga retrahere, Epiſt. Canaces,

Continuo gemitus elapſaque verba reprendo.

ubi multi codices etiam *rependo.* Met. xv. de Hippolyto direpto,

Membra rapi partim, partim reprendi relinqui.

hoc eſt, tanquam ex fuga retractus vepribus adhærere. *Idem.*

237. *Qui dantem terga retraxi.*] *Quem dantem* meliores. *Idem.*

240. *Confidit Ulyſſe.*] *Ulixi* Florentinus S. Marci. *Idem. Diomedi & Ulyſſes.*]

Non dubitat ſocium ſummis adjungere rebus
Tydides Ithacum; namque opus arduum erat.

Quod ex Homer. Iliad. x. ſic reddidit. Idem & una fuerunt Palladio ſuppiendo. Quod Silius lib. 13.

Tum mens adjuncto monſtratum ardua in arcem
Tydides Ithace, & dextra molimina ipſo
Cuſtodes aditus templi, cœleſte reportet
Palladium, ac noſtris aperit mala Pergama fatis.

243. *Sed tamen &c.*] *Sic tamen* S. Marci, pri. Reg. alter Hamburg. Urbin. Cantabr. ſec. Palat. & alii quinque. *Heinſ.*

244. *Auſum eadem quæ nos.*] *Auſum etiam* S. Marci, Urbin. Neapol. prim. Erfurt. & multi alii. *nosque* ... Forte *Auſum eadem nobis.* Vide Notas ad

Interimo: non ante tamen, quam cuncta coëgi
Prodere: & edidici quid perfida Troja pararet.
Omnia cognôram: nec, quod specularer, habebam:
Et jam præmissa poteram cum laude reverti.
Haud contentus eâ, petii tentoria Rhesi:
Inque suis ipsum castris comitesque peremi.
Atque ita captivo victor votisque potitus
Ingredior curru lætos imitante triumphos.
Cujus equos pretium pro nocte poposcerat hostis,
Arma negate mihi: fueritque benignior Ajax.
Quid Lycii referam Sarpedonis agmina ferro
Devastata meo? cum multo sanguine fudi

Cœra-

ad lib. 1. Amor. El. IV. Noster supra, *Et nunc ille eadem nobis juratus in arma.* Idem. *Aussum.*] Missum ab Hectore exploratum castra Græcorum; sicut & nos speculatum res Trojanas. *Farn. Dolon.*]

Hic quondam castra ut Danaum speculator adiret
Ausus Pelida pretium sibi poscere curvus,
Illum Tydides alio pro talibus ausis
Affecit pretio, nec equis adspirat Achillis.

Prodidit autem, interceptus ab Ulysse, omnia Trajanorum consilia, Rhesique adventum indicat: hinc proverbium, Δόλων ὀ ἀγαθός.

247. *Nec quid speculares.*] *Nec quod* cum optimo Florent. prim. Erfurt. pri. Moret. prim. Twisden. & uno meo. Heins.

248. *Promissa cum laude.*] *Promissa* prim. Erfurt. pri. Moret. tert. quart Medic. & multi alii. recte mox, *Haud contentus eâ* rescribo, *laude* nimirum; non *eo*, cum Langerm. & uno Mediceo. Idem.

249. *Rhesi.*] Thracum regis. vide quæ nos ad Virg. 1. Æn. *Nec procul hinc Rhesi niveis tentoria velis*, &c. Farn.

252. *Ingredior curru latos imitante triumphos.*] Currum intelligit & equos Rhesi, quos Homerus fingit à Nestore cum summa admiratione exceptos. Ita enim ait: Ἀλλ' ἔτι τοίνε ἴδωμεν ἰδὲ ἐνίσπω Ἀλλά τιν' ὔμμι' ὀΐω δώσειν ἐπιτάρροθον ἔμμεναι ἠὲ καὶ αὐτὸν, &c. Obiter autem ad triumphales equos & currum, quibus Romani victores vehi solebant, alludit.

253. *Cujus equos pretium.*] Est autem ordo: Arma mihi ejus viri negate, cujus equos hostis Dolon pro nocturna speculatione poposcerat. Illa vero ironia Ulysses arma Achillis & Ajaci neganda, & sibi adjudicanda esse ostendit. *Micyl. Cujus.*] Achillis cujus ἵππους καὶ ἅρματα ποικίλα χαλκῷ speculationis suæ pretium ab Hectore poposcerat Dolon. Il. 10.

254. *Fueritque benignior Ajax.*] *Fuerit quod dignior* unus Basil. *fuerit quia dignior* Excerpta Calandræ. *fuerit quoque dignior* sec. Ambros. *fueratque* Atondel. Puto *tuleritque ea dignior Ajax.* vel *fueritque his dignior.* Heins.

255. *Quid Lycii referam Sarpedonis.*] Sarpedon filius fuit Jovis ex Europa, ac Minois frater. Hic cum rex esset Lyciæ, Trojanisque faveret, multis ex ejus sociis ab Ulysse cæsis à Patroclo tandem fuit interfectus.

Digitized by Google

Cœranon Iphitiden, & Alaſtoraque, Chromiumque;
Alcandrumque, Haliumque, Noëmonaque, Prytaninque,
Exitioque dedi cum Cherſidamante Thoona,
Et Charopen, fatiſque immitibus Ennomon actum:
Quique minus celebres noſtrâ ſub mœnibus urbis
Procubuêre manu. ſunt & mihi vulnera, cives,
Ipſo pulcra loco. nec vanis credite verbis.
Aſpicite en. veſtemque manu deducit, &, Hæc ſunt
Pectora ſemper, ait, veſtris exercita rebus.
At nihil impendit per tot Telamonius annos
Sanguinis in ſocios: & habet ſine vulnere corpus.
Quid tamen hoc refert; ſi ſe pro claſſe Pelaſgâ
Arma tuliſſe refert contra Troaſque Jovemque?
Confiteorque, tulit: neque enim benefacta maligne
Detrectare meum eſt. ſed nec communia ſolus
Occupet, atque aliquem vobis quoque reddat honorem.
Reppulit Actolides ſub imagine tutus Achillis

Tröas

267. *Cœranon Iphitidenque.*] *Iphitiden & Alaſtoraque* veteres plerique. Scribe etiam *Prytaninque.* ex Homero Iliade 1.

Ἔνθα δὲ Κοιράνον εἶλε, Ἀλάστορά τε, Χρομίόν τε
Ἀλκάνδρόν τ' Ἄλιόν τε, Νοήμονά τε Πρύτανίν τε.

pro *Cherſidamante Chreſidamante* nonnulli. Bernegger. Thuan. ſec. Palat. Oxon. multique alii, *Pheridamante.* Heinſius.

262. *Sunt & mihi vulnera, cives.*] *Vulnera teſtes* Sixi & unus Medic. Forte *Sunt en mihi vulnera teſtes.* Vide Notas Faſt. IV. vſ 885. *Idem.*

264. *Veſtemque manu diduxit.*] *Deduxit* cum melioribus ſcribendum. ut jam alibi monitum eſt niſi mavis *deduxit* cum prim. Hamburg. & quinque aliis. *Idem.*

267. *Et habet ſine vulnere corpus.*] Habent fabulæ, Herculem aliquando Salaminem veniſſe ad Telamonem, ibique cum Ajacem adhuc infantem conſpexiſſet, circumdediſſe illi τὸν λεοντῆν ſuam, precatumque, ut quas puer illa ſe geretur, invulnerabilis foret. Quod ita factum, fuiſſeque Ajacem toto corpore invulnerabilem præterquam latere: id enim contectum non fuerat. Hinc infra quoque ſequitur:

Dixit, & in pectus tum demum vulnera paſſum,
Quæ patuit ferro lethalem condidit enſem.

Meminit fabulæ & Pindarus Ithmiorum Ode quinta. *Micyl.*

271. *Modo ne*] *Sed ne* plerique veres. *ſed nec* quinque. quod placet. mox pro

—— *atque aliquem nobis quoque reddat honorem,*

vobis legendum ut vetuſtiores exhibent. Conatur enim omni arte odioſum Græcis facere Ajacem, *quæ ad ſanandam* Florent. S. Marci, Neapol. & multi alii. *cedat honorem* unus meus ex melioribus. *Idem.*

273. *Reppulit.*] *Repulit* S. Marci. S

Tröas ab arſuris cum defenſore carinis.
Auſum etiam Hectoreo ſolum concurrere Marti
Se putat, oblitus regiſque, ducumque, meique;
Nonus in officio & prælatus munere ſortis.
Sed tamen eventus veſtræ, fortiſſime, pugnæ
Quis fuit? Hector abit violatus vulnere nullo.
Me miſerum, quanto cogor meminiſſe dolore
Temporis illius; quo Graiüm munus Achilles
Procubuit! nec me lacrymæ, luctuſve, timorve
Tardarunt, quin corpus humo ſublime referrem.
His humeris, his, inquam, humeris ego corpus Achillis
Et ſimul arma tuli: quæ nunc quoque ferre laboro.
Sunt mihi, quæ valeant in talia pondera, vires:
Eſt animus veſtros certè ſenſurus honores.
Scilicet idcirco pro gnato cærula mater
Ambitioſa ſuo fuit, ut cœleſtia dona,
Artis opus tantæ, rudis & ſine pectore miles
Indueret? neque enim clypei cælamina norit,
Oceanum, & terras, cumque alto ſidera cœlo,
Pleïadaſque, Hyadaſque, immunemque æquoris Arcton,

Diver-

alii duo. forte *Rotundæ*. Idem. *Atlantides*.] Patroclus, Actoris nepos, armis indutus Achillis. Iliad. 16. *Farn.*

275. *Auſum etiam Hectoreis.*] Ajax cum Hectore ſingulari certamine pugnavit, cum id ei ſorte cõtigiſſet, qua ex pugna uterque ſine vulnere diſceſſit ab altero pernicioſis donatus muneribus. Hector quidem baltheo, quo ligatus circum Ilii mœnia fuit tractus: Ajax vero gladio, in quem incumbens ſeptum interfecit. *R. Auſum.*] Reſp. ad vſ. 87. ſupra. vide 7. Iliad. *Farn. Hectoreis telis.*] *Hectoreo Marti* plurimi veteres. optime. *Heinſ.*

276. *Regiſque, ducíſque, meique.*] *Meique, duciſque* multi ex vetuſtioribus. Scite, *ducumque*. Novem enim ſortiti erant, ut ex Homero diſcimus. *Idem. Regis.*] gamemnonis.

277. *Et prælatus munere ſortis.*] Colligit Ulyſſes non virtute, ſed ſorte Ajacem cum Hectore contendiſſe. Cum enim novem (ut diximus) ſe pugnaturos cum Hectore profiterentur, conſilio Neſtoris factum eſt, ut ſortem quiſque ſuam in galeam dejiceret, ac cujus prima educta foret, is in certamen cum Hectore deſcenderet. *Et prælatus*] Antepoſitus aliis nulla re alia quam ſorte.

288. *Pro nato.*] *Gnato* alter Stroza. *Heinſ.*

289. *Cœleſtia dona.*] *Vulcania dona* Graevianus pro diverſa lectione. *Idem.*

291. *Calamina novit.*] *Norit* Bernegg. & octo aut decem alii. bene. *Idem.*

293. *Immunemque æquoris.*] Arctos minor eſt urſa, ut quæ currus quoque cognominatur. R. Verſus Homeri ſic habet: Ἄρκτον θ' ἣν καὶ ἁμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσι. *Mycyl.* Solum autem ex omnibus hoc ſydus nunquam occidit, ac id-

Diverſasque urbes, nitidumque Orionis enſem.
Poſtulat ut capiat, quæ non intelligit arma.
Quid? quod me duri fugientem munera belli
Arguit incepto ſerum acceſſiſſe labori?
Nec ſe magnanimo maledicere ſentit Achilli?
Si ſimulaſſe vocat crimen; ſimulavimus ambo.
Si mora pro culpâ eſt; ego ſum maturior illo.
Me pia detinuit conjux: pia mater Achillem:
Primaque ſunt illis data tempora, cætera vobis.
Haud timeo, ſi jam nequeo defendere crimen
Cum tanto commune viro. deprenſus Ulyſſis
Ingenio tamen ille; at non Ajacis Ulyſſes.
Neve in me ſtolidæ convicia fundere linguæ
Admiremur eum: vobis quoque digna pudore
Objicit. an falſo Palameden crimine turpe
Accuſaſſe mihi, vobis damnaſſe decorum eſt?
Sed neque Naupliades facinus defendere tantum,
Tamque patens valuit: nec vos audiſtis in illo
Crimina; vidiſtis: pretioque objecta patebant.
Nec Pœantiaden quod habet Vulcania Lemnos,
Eſſe reus merui. factum defendite veſtrum:
Conſenſiſtis enim. nec me ſuaſiſſe negabo;
Ut

circo ab Homero quoque æquoris expers dicitur eſſe. *Pleiadaſque.*] Ad 595. vſ. lib. 3. vide & Iliad. 18. vſ. 486. *Immunemque.*] Ad vſ. 529. lib. 2.

294. *Diverſaſque urbes.*] *Diverſoſque orbes* pri. Bonon. ut ſtellas innuat. *Heinſius.*

295. *Quæ non intelligit.*] *Intelligat* quatuor. pro *munera belli* Bernegg. Juret. & alii quinque *munia.* nil mutem temere. apud Lucretium *fera mœnera militiai.* & *mœnera belli* non uno loco. *Idem.*

297. *Incepto labori.*] Bello inchoato.

299. *Vocas crimen.*] *Vocat.* Cæſen. unus Regius, & unus meus. ut ad duces orationem convertat. *Heinſ.*

303. *Haud timeam, ſi jam nequeam.*] *Haud timeo* meliores plerique. nonnulli etiam *ſi jam nequeo.* Forte,

Haud timeo, ne grande queam defendere crimen.

ut ὑποπτικῶς hæc dicantur. *Idem.*

304. *Ulyſſis.*] *Ulyſſes* Cæſen. Pass *Ulyſſei*, vel *Ulyſſi.* ſic & infra,

—— *regnum fallacis Ulyſſi.*

& lib. XIV.

—— *comes experientis Ulyſſi.*

—— *& conjux timidis audacis Ulyſſi.*

Vide Notas ad Artem Amatoriam. *Id.*

308. *Palamedem.*] *Palamedon* Bernegger, ſec. Pal. & uterque Erfurt. & alii decem. *Idem.*

313. *Vulcania Lemnos.*] *Tellus* duo Medicei. mox pro *crimen veſtrum* pariter tertium Mediceum noſtri omnes *ſcelus.* & recte. *Idem.*

317. *La-*

Ut ſe ſubtraheret bellique viæque labori,
Tentaretque feros requie lenire dolores.
Paruit; & vivit. non hæc ſententia tantùm
Fida, ſed & felix; cum ſit ſatis, eſſe fidelem.
Quem quoniam vates delenda ad Pergama poſcunt;
Ne mandate mihi. melius Telamonius ibit:
Eloquioque virum morbis irâque furentem
Molliet: aut aliquâ producet callidus arte.
Ante retro Simoïs fluet & ſine frondibus Ide
Stabit, & auxilium promittet Achaïa Trojæ;
Quàm, ceſſante meo pro veſtris pectore rebus,
Ajacis ſtolidi Danaïs ſollertia proſit.
Sis licet infeſtus ſociis, regique, mihique,
Dure Philoctete; licet exſecrere, meumque
Devoveas ſine fine caput; cupiaſque dolenti
Me tibi forte dari; noſtrumque haurire cruorem;
[Utque tui mihi, ſic fiat tibi copia noſtri:]
Te tamen aggrediar: [mecumque reducere nitar.]
Tamque tuis potiar (faveat Fortuna) ſagittis;

Quam

317. *Lenire dolores.*] *Finire* multi veteres. *Idem.*

319. *Cum ſit facit eſſe fidelem.*] *Cum ſit ſatis* omnino reſcribendum cum plurimis membranis. niſi malis *cum ſit ſatis eſſe fideli.* Idem.

322. *Morbiſque iraque furentem.*] *Morbis* plerique caſtigatiores. *frementem* unus meus. *Idem.*

323. *Aut aliquâ producet callidus arte.*] *Producet* pri. Moret. pri. Hamburg. pri. Erfurt. Cantabrig. Oxon. tert. Medic. pri. Gronov. & alii duodecim. *Producet e latebris ſuis.* Præterea ſcribendum *aliâ arte.* nam & eloquium ars eſt. *Idem.*

326. *Meo pectore.*] Mea prudentia.

332. *Utque tui mihi, ſic fiat.*] *Sit fiat* multi veteres. *mihi ſit, ſic ſit.* unus Baſil *mihi ſit, fiat.* Aut valde depravatus eſt hic verſus, aut adulterinus. *Heinſ.*

333. *Te tamen aggrediar, mecumque reducere nitar.*] *Nec inultus ſpero relinquar* multi. nonnulli, *longe formidine pulſa, ſex ſollerti pectore fidus.* alii aliter. At ſec. Palat. prim. Vatic. tert. & quart. Medic. pri. Hamburg. pri. Erfurt. & ſex alii non agnoſcunt hunc verſum. In primo Palat. inter lineas erat ſcriptum *Te tamen aggrediar*, reliquis omiſſis. optime. Non enim dubito hunc & plures ab Ovidio verſus relictos imperfectos, quos ſcioli poſtea ſuppleverint, ut & apud Virgilium frequenter eſt factum. quid enim aliud ſibi vult immenſa lectionum diſcrepantia in poſteriori hemiſtichio? *Idem.*

334. *Tamque tuis potiar ſagittis.*] Sic in poteſtate mea tuas ſagittas habebo, ut habui Helenum vatem egregium, & Palladium: quod niſi hoſtibus abſtuliſſem, Troja nunquam capi potuiſſet. *Faveat fortuna.*] *Dummodo*, ſubintelligatur. *R. Tamque.*] Infra vſ. 403.

Quam ſum Dardanio, quem cepi, vate potitus:
Quam reſponſa Deûm, Trojanaque fata retexi:
Quam rapui Phrygiæ ſignum penetrale Minervæ
Hoſtibus è mediis. & ſe mihi comparat Ajax?
Nempe capi Trojam prohibebant fata ſine illo.
Fortis ubi eſt Ajax? ubi ſunt ingentia magni
Verba viri? cur hic metuis? cur audet Ulyſſes
Ire per excubias, & ſe committere nocti?
Perque feros enſes, non tantùm mœnia Tröum,
Verum etiam ſummas arces intrare: ſuâque
Eripere æde Deam: raptamque efferre per hoſtes?
Quæ niſi feciſſem; fruſtra Telamone creatus
Geſtaſſet lævâ taurorum tergora ſeptem.
Illâ nocte mihi Trojæ victoria parta eſt:
Pergama tum vici, cum vinci poſſe coëgi.
Deſine Tydiden vultuque & murmure nobis
Oſtentare meum. pars eſt ſua laudis in illis.
Nec tu, cum ſociâ clypeum pro claſſe tenebas,
Solus eras: tibi turba comes, mihi contigit unus.
Qui, niſi pugnacem ſciret ſapiente minorem
Eſſe, nec indomitæ deberi præmia dextræ,
Ipſe quoque hæc peteret: peteret moderatior Ajax,
Eury-

335. *Dardanio.*] Heleno, quem cepit Ulyſſes, omniaque Trojanorum fata revelare coëgit. lege quæ Photius in bibliotheca excerpſit ex Conone & Apollodoro. 34. *Farn. Quam ſum Dardanio, &c.*] Raptum Palladii & Heleni, unde Trojana fata elicuerunt, quem Ajax crimini dabat, & furtum nominabat, hic pro ſumma gloria ducit & accuſatori inſultat. *Pont.*

337. *Signum.*] Palladium, quo Trojanis incolumi, ἀνάλωτον fore Trojam in fatis erat. Qu. Smyrn. lib. 10. vſ. 354. Sil. Ital. 1. *genitricis pignora Trojæ.* & lib 13. v. 40. & deinceps. Sapientia ſc. ex urbibus ſublata, tum demum everſuntur Reſpublicæ.

338. *Comparat Ajax.*] *Comparet* duo tert. Medic. prim. Hamburg. Caſen. & quinque alii *Conferat.* ut reponamus hæc iis,

——— *& mecum conferatur Ulyſſes?*

Heinſ.

341. *Cur hic metuit.*] *Metuis* nullius plurimi veteres. & mox, *mœnia Troum* non *Trojæ* iidem. ut infra, *caſtraque mœnia Troum.* Idem.

345. *Afferre per hoſtes.*] *Efferre* multi. *eferre.* pri. Vatic. ſex *auferre.* Idem.

350. *Tydiden meum.*] Diomedem mihi amicum. R.

351. *In illo.*] *In illis* unus Morel. lege, *pars & ſua laudis in illis.* vel *pars eſt ſua laudis & illi.* Heinſ.

355. *Indomitæ dextræ.*] Viribus ratione carentibus ac temeritati.

357. *Eu-*

Euripyluſque ferox, claroque Andremone natus:
Nec minus Idomeneus, patriâque creatus eâdem
Meriones: peteret majoris frater Atridæ.
Quippe manu fortes (nec ſunt tibi Marte ſecundi)
Conſiliis ceſſere meis. tibi dextera bello
Utilis; ingenium eſt, quod eget moderamine noſtri.
Tu vires ſine mente geris: mihi cura futuri eſt.
Tu pugnare potes: pugnandi tempora mecum
Eligit Atrides. tu tantum corpore prodes;
Nos animo. quantoque ratem qui temperat, anteit
Remigis officium; quanto dux milite major;
Tanto ego te ſupero. nec non in corpore noſtro
Pectora ſunt potiora manu. vigor omnis in illis.
At vos, ô proceres, vigili date præmia veſtro;
Proque tot annorum curâ, quos anxius egi,
Hunc titulum meritis penſandum reddite noſtris.
Jam labor in fine eſt. obſtantia fata removi:
Altaque, poſſe capi faciendo, Pergama cepi.
Per ſpes nunc ſocias, caſuraque mœnia Tröum,

Per-

357. *Euripyluſque ferox.*] Euæmonis filius ex Ormenio urbe, qui (ut ſcribit Homerus) cum quadraginta navibus in expeditionem Trojanam Agamemnona eſt ſecutus. Is cum viribus plurimum poſſet, arma tamen Achillis non poposcit. R. Fuit & Euripylus, Telephi filius, qui & ipſe quidem ad Trojam profectus fuit cum Myſis, in auxilium Trojanorum. Hunc interfecit Neoptolemus, filius Achillis, ut Homerus meminit Odyſſeæ undecimo. *Micyl. Claroque Andremone natus.*] Periphraſis Thoantis.

358. *Nec minus Idomeneus.*] Nec non etiam. Idomeneum autem Lyctium fuiſſe ac Cretenſibus imperaſſe, in expeditioneque Trojana una cum Merione, quo auriga utebatur, fortiſſime ſe geſſiſſe, & Homeri & Virgilii carmini notiſſimum eſt. R. *Patria eadem.*] Ambo namque Lyctii fuerunt. Patria eadem accipio generaliter, pro Creta *Micyl. Patriaque.*] Creta. de his videatur Catalogus Homeri 2. Il.

359. *Peteret.*] *Peterent* Florent. S. Marci. & mox, *manus ſecunda* idem. Forte

Quippe anima fortes, tibi nec Maverte ſecunda. Heinſ.

362. *Quod eget moderamine noſtro.*] *Noſtri* prim. Palat. nempe ingenii. *quod* placet. *Idem.*

368. *Tantum ego te.*] *Tanto* multi veteres. Sed apud Maronem lib. XII.

O præſtans animi juvenis, quantum ipſe feroci
Virtute exſuperas, tanto me impenſius æquum eſt
Conſulere. Idem.

371. *Proque tot annorum curis quas anxius egi.*] Alii *quibus.* Scribe *quos egi.* videlicet tot annos. atque ita tres ſcripti. præterea in optimo Florent. *cura.* Idem.

375. *Per ſpes nunc ſocias.*] *Vos ſocias* unus Morcti. eleganter. *Idem.*

379. *Si*

Perque Deos oro, quos hosti nuper ademi;
Per, si quid supereſt, quod ſit ſapienter agendum;
[Si quid adhuc audax, ex præcipitique petendum;
Si Trojæ fatis aliquid reſtare putatis;]
Eſte mei memores: aut ſi mihi non datis arma;
Huic date. & oſtendit ſignum fatale Minervæ.
Mota manus procerum eſt: &, quid facundia poſſet,
Re patuit; fortisque viri tulit arma diſertus.
Hectora qui ſolus, qui ferrum, ignemque, Jovemque
Suſtinuit toties; unam non ſuſtinet iram:
Invictumque virum vincit dolor. arripit enſem:
Et, Meus hic certè eſt. an & hunc ſibi poſcet Ulyſſes?
Hoc, ait, utendum eſt in me mihi: quique cruore
Sæpe Phrygum maduit, domini nunc cæde madebit:
Ne quiſquam Ajacem poſſit ſuperare, niſi Ajax.
Dixit: & in pectus tum denique vulnera paſſum,
Qua patuit ferro, letalem condidit enſem:
Nec valuêre manus infixum educere telum.
Expulit ipſe cruor. rubefactaque ſanguine tellus
Purpureum viridi genuit de ceſpite florem,
Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus.
Littera communis mediis pueroque viroque

In-

379. *Si Troja fatis.*] Agnoſco alienam denuo manum in hoc verſu. Poſſet tamen *putatur* legi. Præcedens etiam verſus eſt ſuſpectus. *Idem.*

383. *Tum patuit.*] *Re patuit* multi ex melioribus. libro III.

——*Reque minas firmat.*

libro IX.

——*ultima dicta*
Re probat.

Faſt. IV.

——*tu noſtra pignora vita.*
Re dabis.

quod male mutarant lib. XIV. Met.

Laſaque quid faciat, quid amans, quid femina diſcat
Rebus, ait.

Idem.

384. *Qui ferrum, ignoſque.*] *Ignemque* meliores. & pro *vicit* mox *vincit.* Idem.

387. *Poſcit Ulyſſes.*] *Poſcet* multi veteres. *poſcat* Neapolit. & tres alii. *Idem.*

391. *Tum demum.*] *Tum denique* pr. Moret. & alii quatuor. quomodo & alibi Noſter locutus. *Idem.*

396. *Oebalio.*] Hyacinthi. vide quæ ad vſ. 196. lib. 10.

397. *Littera.*] Lege quæ ad vſ. 107. & 215. lib. 10. & quæ Rigaltius habet ad Tertullianum de Coronis. *Fara. Littera communis.*] In foliis illius floris (inquit) in quem Ajax fuit conversus, litera communis eſt, & Hyacinthi pueri querelis & nomini Ajacis.

398. Hæc

nſcripta eſt foliis: hæc nominis, illa querelæ.
Victor ad Hypſipyles patriam, clarique Thoantis,
Et veterum terras infames cæde virorum,
Vela dat; ut referat Tirynthia tela ſagittas.
Quæ poſtquam ad Grajos domino comitante revexit;
mpoſita eſt fero tandem manus ultima bello.
Troja ſimul Priamuſque cadunt: Priameïa conjux
Perdidit infelix hominis poſt omnia formam;
Externaſque novo latratu terruit auras.
Longus in anguſtum qua clauditur Helleſpontus,
Ilion ardebat; neque adhuc conſederat ignis:

Exi-

398. *Hac nominis.*] Ajacis. *Illa querelæ.*] Hyacinthi, qui gemens, ac clamans *ai ai* extinctus eſt. R.

FAB. II. *Arg.* Victor ad Hypſipyles.]*Ulyſſes poſt adeptam armorum Achillis victoriam, in Lemnum ad Philoctetem cum Herculis ſagittis adducendum miſſus init. Quo advecto ac Troja tandem incenſa, cum Græci claſſem in Thraciam appuliſſent, Polyxenam Priami atque Hecubæ filiam manibus Achillis expoſcentibus immolarunt: cujus corpus lotura cum ad littus Hecuba acceſſiſſet, forte Polydori filii à Polymneſtore Thraciæ rege interempti cadaver ibi conſpicata, ulciſci tantum ſcelus decrevit. Nam Priamus Polymneſtori tanquam amico, belli eventum ignorans, cum multis pecuniis Polydorum natu minimum filiorum commendaverat, ut, ſi quid urbi acideret, ſuorum aliquis ſupereſſet. Hecuba igitur accerſitum ad ſe Polymneſtora ſub ſpe theſauri indicandi, una cum aliis mulieribus captivis excæcavit. Quare cum Thraces ipſam lapidibus inſectarentur, in illos atrare cœpit, voluntate Deorum in canem converſa.*

399. *Hypſipyles.*] Lemnum inſ. ubi Hypſipyle regnabat, quæ patris vitæ ſola pepercit, cum ceteræ omnes Lemnias maritos ſuos, patres filioſque interfeciſſent; ſive viris propter fœtorem a Venere irata iis immiſſum faſtiditæ; ive zelotypia actæ in maritos qui rem habuerant cum captivis ancillis: ut Smyn. lib. 9. vſ. 337 ſive pellicatum in Atticis ultæ, ut habet Herod. lib. 6. Atque inde factum, ut cum ob hoc, tum ob illud facinus, τὰ σχέτλια ἔργα πάντα λήμνια vocentur.

401. *Vela dat.*] Perperam quidam præmittunt,

Tranſierat tandem portis votoque potitus.
Heinſ.

Tirynthia.] Herculis ſagittas. Tirynthe opp. Argis vicinum, ubi nutritus eſt Hercules. *Farn. Vela dat.*] Navigat. R.

403. *Impoſitaque fero eſt.*] Alii *Impoſita eſtque fero. Impoſita eſt fero* ſcribendum cum Cæſen, prim. Vatic. quart. Medic. & aliis non paucis. *Heinſ.*

405. *Externaſque.*] In Thracia ſc. procul à patria. *Latratu.*] Infra 568. vſ. *Farn. Terruit auras.*] Multi *aures.* nil. muto. ſic lib. 1. Faſtor.

——— *fragor æthera terruit ipſum.*
Heinſ.

407. *Longus Helleſpontus.*] Mare eſt Helleſpontus anguſtum & longum, Aſiam ab Europa diſterminans. Dictus eſt autem Helleſpontus, de Helle Phryxi ſorore, quæ in illo ſubmerſa eſt. R. Palatin. leg. *qua pontus clauditur Helles.* Heinſ. *Qua clauditur in anguſtum.*] Ubi cogitur in anguſtum & ſtrictum. Anguſtatur autem maxime Helleſpontus illic, ubi olim fuerunt Seſtos & Abydos. Ad Troas, ubi fuit Ilium, protenditur.

409. *Exi-*

Digitized by Google

Exiguumque ſenis Priami Jovis ara cruorem
Combiberat. tractata comis antiſtita Phœbi
Non profecturas tendebat ad æthera palmas.
Dardanidas matres patriorum ſigna Deorum
Dum licet amplexas, ſuccenſaque templa tenentes
Invidioſa trahunt victores præmia Graji.
Mittitur Aſtyanax illis de turribus, unde
Pugnantem pro ſe, proavitaque regna tuentem,
Sæpe videre patrem monſtratum à matre ſolebat.
Jamque viam ſuadet Boreas; flatuque ſecundo
Carbaſa mota ſonant: jubet uti navita ventis.
Troja, vale: rapimur, clamant: dantque oſcula terræ
Troades: & patriæ fumantia tecta relinquunt.
Ultima conſcendit claſſem (miſerabile viſu)
In mediis Hecube natorum inventa ſepulcris.
Prenſantem tumulos, atque oſſibus oſcula dantem
Dulichiæ traxêre manus. tamen unius hauſit,
Inque ſinu cineres ſecum tulit Hectoris hauſtos.
Hectoris in tumulo canum de vertice crinem,
Inferias inopes crinem lacrymaſque relinquit.

Eſt,

409. *Exiguumque.*] De eodem Priamo, Seneca in Agam. vſ. 651. & Juv. 10. Sat. ſenes quippe ſanguine caſſi. *Jovis.*] Herœi intra ædium ipsa, id eſt, ſepta culti.

410. *Tractiſque comis antiſtita Phœbi.*] Alii *tractaque.* Thuan. prim. Moret. Cantabrig. Oxon. & duo alii *tractata*, bene. Pacuvius apud Marium Victorinum,

Agite, ite, volvite, rapite, comâ tractate per
Aſpera ſaxa & humum: ſcindite veſtem ecyus.

Id ipſum ex ſuis codicibus etiam notavit ad Lucretium Giphanius. Ennius Annal. 11. *tractatus per æquora campi.* *morſu ferarum tractari* apud Lucretium lib. 111. Legebam olim *raptata comis.* ut lib. XII.

Raptaturque comis per vim nova nupta
prehenſis. Heinſ.

Comis.] *Ecce trahebatur paſſis Priameia virgo Crinibus, à templo Caſſandra adytiſque Minervæ, &c.* Virg. 2. Æn. Fam. *Antiſtita.*] Caſſandræ Phœbi ſacerdos.

419. *Carbaſa mota.*] *Tenſa tumes mota.* Ep. Ariad.

Vidi præcipiti carbaſa tenta nota.
Val. Flaccus libro IV.

——*placidi tendebant carbaſa venti.*
Virgil. Æn. III. *tendunt vela Noti.* & libro V.

——*vela ſecundi*
Intendunt Zephyri. Heinſ.

420. *Dant oſcula.*] *Dantque* ex ſcriptis. *Idem.*

424. *Prenſantem tumulos.*] *Tumulos* per diverſa lectione Neapol. Vide notata lib. XI. vſ. 430. *Idem.*

429. Cur

Iſt, ubi Troja fuit, Phrygiæ contraria tellus,
Biſtoniis habitata viris. Polymeſtoris illic
Regia dives erat, cui te commiſit alendum
Clam, Polydore, pater, Phrygiiſque removit ab armis.
Conſilium ſapiens. ſceleris niſi præmia magnas
Adjeciſſet opes, animi irritamen avari.
Ut cecidit Fortuna Phrygum, capit impius enſem
Rex Thracum, juguloque ſui defigit alumni:
Et, tanquam tolli cum corpore crimina poſſent,
Exanimem è ſcopulo ſubjectas miſit in undas.
Littore Threïcio claſſem religârat Atrîdes,
Dum mare pacatum, dum ventus amicior eſſet.
Hic ſubito, quantus cum viveret eſſe ſolebat,
Exit

429. *Contraria.*] Ex adverſo atque è egione poſita. *R.*

430. *Biſtoniis viris.*] Thracibus. Nam Biſtonia urbs eſt Thraciæ à Biſtone Maris & Callirrhoës filio cognominata. Thracia autem Helleſponto à Phrygia ſeparatur. *Polymneſtoris illic.*] Polymneſtor ex fuit Thraciæ, avaritia & Polydori æde famoſiſſimus. *R. Polymneſtoris.*] *Polymeſtoris* hic & infra vetuſtiores. eebe. Πολυμήστωρ eſt etiam apud Euipidem initio Hecubæ, ſecunda ſyllaa correptâ, atque ita ſcribe apud Proertium libro III. Eleg. XII.

——— *accepto Thracis Polymeſtoris auro.*

nam libri veteres *Polymeſtoris*, Tzetzæ uoque in Chiliadibus ter quaterve Πολυμήστωρ. ut & in Excerptis Rhetorum b Allatio editis, & Servio l. 1. Æn. vſ. 466. lib. III. vſ. 6. & 49. ſic *Clytæmeſtra* pud Auſonium pro *Clytemneſtra*, in Epiaphiis heroum,

Vindicem adulterii cum Clytæmeſtra necet.

ta enim diſerte codex Voſſianus veterimus. Livius Andronicus in Ægiſtho pud Nonium voce *juxtim.*

———*in ſedes collocat ſe regias*
Clytæmeſtra juxtim. tertias nata cum nupt.

niſi Κλυταιμνήστρη pro Κλυταιμνήστη ſit dictum. *Heinſ.*

432. *Clam, Polydore.*] *Hunc Polydorum quondam cum pondere magno Infelix Priamus, &c.* Æneid. 3. Virgil. ὑποξύπτιμψε Τρωϊὰς χθονὸς, Πολυμήστορ' πρὸς δῶμα, &c. de Polydori umbra Hecubæ Euripidis prolog. vide & Auſonii epitaphium Polydori. *Farn.*

436. *Demiſit alumni.*] In aliis, *dimiſit.* ſed malo cum vetuſtiorum pleriſque *defigit.* Heinſius. *Sui alumni.*] Polydori quem à patre alendum, nutriendumque ſuſceperat.

438. *Exanimem ſcopulo.*] *E ſcopulo* cum melioribus. *Heinſ. E ſcopulo.*] Telis confixum & terra obrutum narrat Virgil. 3. Æneid. Sed Noſter Euripidem ſequitur, apud quem in Hecuba queritur Polydori umbra, Κτείνει μὲ χρυσῦ τὸν παλαίπατορ χάριν Ξίν' πατρῷ', καὶ πτανὸν ἐς οἶδμ' ἁλὸς Μεθῆχ', ἵνα, &c. *Farn.*

440. *Dum ventus mitior eſſet.*] Ex melioribus *amicior.* Triſt. lib. 1. Eleg. IV.

Si tamen hac navis vento ferretur amico.
Dum ventus mitior.] Non auſim rejicere, quod in Palatino legitur, *dum ventus amicior eſſet.* ſecundus magis, aut favens. *Heinſ.*

442. *Exit.*]

Exit humo late ruptâ; similisque minaci,
Temporis illius vultum referebat Achilles;
Quo ferus injusto petit Agamemnona ferro.
Immemoresque mei discedite, inquit, Achivi? 445
Obrutaque est mecum virtutis gratia nostræ?
Ne facite. utque meum non sit sine honore sepulcrum,
Placet Achillêos mactata Polyxena manes.
Dixit: &, immiti sociis parentibus umbræ,
Rapta sinu matris, quam jam prope sola fovebat, 450
Fortis, & infelix, & plusquam fœmina, virgo
Ducitur ad tumulum; diroque fit hostia busto:
Quæ memor ipsa sui, postquam crudelibus aris
Admota est; sensitque sibi fera sacra parari;
Utque Neoptolemum stantem, ferrumque tenentem,
Inque suo vidit figentem lumina vultu;
Utere jamdudum generoso sanguine, dixit.
Nulla mora est. at tu jugulo vel pectore telum
Conde meo: jugulumque simul pectusque retexit.

Sci-

442. *Exit.*] Vide Euripidis & Senecæ Troadas v. 359. & 958 v. & Q. Smyrnæum lib. 14. vs. 212. *Farn. Similisque minanti.*] *Minaci* unus Leid. & Zulich. *Heins.*

452. *Ad tumulum.*] Ad sepulchrum Achillis, quod in Sigeo promontorio erat.

456. *Utque suo vidit.*] Meliores *Inque suo.* Heins.

457. *Utere generoso sanguine.*]
Verum decoris regii virgo memor
Gradu virili mortis occurrit minis.
Mirantur omnes nobiles patris notas.
Quod sic reddimus ex Eurip. fab. 1. Τίς δ' ἦν ἰδεῖν δῆλος τὸ θανεῖν ἀφορμὰς ὤν. Cic. ad Attic. Sed malè Smyrn. generosam hanc Virginem cum juvenca mugiente comparat. νέος lib. 14.

458. *Aut tu jugulo vel pectore telum.*] *At tu jugulo* rectiùs tres scripti cum uno Moreti. *Heins.*

460. *Scilicet haud ulli servire Polyxena vellem.*] *Servire ferrem* pro paterer, Urbin. prim. Reg. uterque Hamburg. Arondel. prim. Palat. prim. Vatican. Cantabrig. tert. Medic. aliique plurimi. bene. Cæterum *aut ferrem, aut placabitis* scribendum cum multis, non *haud ferrem servire*, ut Val. Flacco lib. 11.

Scis simile ut flammis finemus gentis adhiberi
cruentis

Quod patimur servire Dabis.
ita scribe. perperam *patrium servire* circumfertur, cum *patrium servire* libri scripti agnoscant. Paulo ante apud eandem repone,

Attamen hos aliis forsan solabere casus
Tu thalamis.
cum *hos tales* insulse legatur. ibidem scribendum,

Non forma, non arte colus, non laude pudoris
Par tibi.
nam *forma* idem est quod *laus pudoris*. cæterum quod *patrium* pro *patrimur* interpserat literis transpositis, idem error non semel alibi mihi deprehensus apud eun-

Scilicet aut ulli ſervire Polyxena ferrem,
Aut per tale ſacrum numen placabitur ullum.
Mors tantum vellem matrem mea fallere poſſet.
Mater obeſt; minuitque necis mihi gaudia. quamvis
Non mea mors illi, verùm ſua vita gemenda eſt.
Vos modo, ne Stygios adeam non libera manes,
Eſte procul; ſi juſta peto: tactuque viriles
Virgineo removete manus. acceptior illi,
Quiſquis is eſt, quem cæde meâ placare paratis,
Liber erit ſanguis. ſi quos tamen ultima noſtri
Vota movent oris; Priami vos filia regis,
Non captiva, rogat; genitrici corpus inemtum
Reddite: neve auro redimat jus triſte ſepulcri,
Sed lacrymis. tunc, cum poterat, redimebat & auro.
Dixerat. at populus lacrymas, quas illa tenebat,
Non tenet. ipſe etiam flens invituſque ſacerdos
Præbita conjecto rupit præcordia ferro.
Illa, ſuper terram defecto poplite labens,
Pertulit intrepidos ad fata noviſſima vultus.
Tunc quoque cura fuit partes velare tegendas,

Cum

indem Valerium, ut libro IV.
Tenditur ille ingens in humum pavor, arvaque late
Occupat.
igide hactenus legebatur *hominum pa-*
r. Tenditur pro extenditur. ſic Noſtro
let. IV.
—— *ſerpens in longam tenditur alvum.*
nd eundem Valerium libro V. vſ. 463.
cus eſt inſignis, ſed peſſime habitus
lgo,
Poſt alii, quos præcipuo Titanius aula
Legit honore patres, motique ad prælia
reges.
l *Titanias unda.* nunc *Titania tellus.* Sed
iis exemplorum non eſſet. hæc inte-
n in tranſcurſu. *Idem.*

463. *Mater obeſt.*] Dolor quo mater ficitur morte mea, animum meum uciat.

465. *Vos modo.*] Ἔκβατε Στύγιοι, μή τις ἅψηται Τέκμῃ. Ἐλευθέραν δὲ μ' ὡς ἐλευθέρα θάνω, Πρὸς θεῶν μεθέντες· κτίσιτατε. Polyx. in Euripidis Hecuba. *Farn.*

466. *Eſte procul.*] *Ite* S. Marci, Neap. Bernegger. & ſex alii. *Heinſ.*

470. *Verba movent.*] *Vota* tres noſtri. idque in ſuo codice ex antiquis libris notarat Politianus. *Idem.*

471. *Nunc captiva.*] *Non captiva* longe elegantius cum Neapol. Urbin. Cantabrig. prim. Palat. prim. Gronov. Arondel. & ſex aliis. *Nec captiva* fragment, Boxhornii. Moveant vos preces meæ, non tanquam à captiva, ſed à regis filia, profectæ. *Idem.*

479. *Tunc quoque cura fuit.*] Quam curam Julio quoque Cæſari fuiſſe narrat Tranquillus, ut togam ad pedes demitteret, quo à conjuratoribus vulneratus honeſtius caderet, Ἢ δὲ καὶ Στύγιος,

Cum caderet; caſtique decus ſervare pudoris.
Tröades excipiunt; deploratoſque recenſent
Priamidas: & quid dederit domus una cruoris.
Teque gemunt, virgo; teque ô modo regia conjux,
Regia dicta parens, Aſiæ florentis imago;
Nunc etiam prædæ mala ſors: quam victor Ulyſſes
Eſſe ſuam nollet, niſi quod tamen Hectora partu
Edideras. dominum matri vix repperit Hector.
Quæ corpus complexa animæ tam fortis inane,
Quas toties patriæ dederat, natiſque, viroque,
Huic quoque dat lacrymas; lacrymas in vulnera fundit
Oſculaque ore legit: conſuetaque pectora plangit:
Canitiemque ſuam concreto in ſanguine verrens,
Plura quidem, ſed & hæc, laniato pectore dixit:
Nata tuæ (quid enim ſupereſt?) dolor ultime matri,
Nata, jaces: videoque tuum mea vulnera vulnus.
En, ne perdiderim quenquam ſine cæde meorum,
Tu quoque vulnus habes. at te, quia fœmina, rebar
A ferro tutam: cecidiſti & fœmina ferro.

Tot-

κυσ', ὅμως Πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν ὑσχήμως πεσεῖν; Eurip. de eadem. hanc vero-morientium curam, ut honeſte caderent, in multis obſervant hiſtorici, poëtæ, alii. *Farn.*

482. *Quid cruoris.*] Nam Priamidæ omnes fuerant interfecti.

485. *Mala ſors.*] Ipſa in Senecæ Troad. *Mala ſors timetur: ſola ſum Danais metus.* vſ. 62. & vſ. 977. *Eſtne aliquis Hecubam qui ſuam dici velit?* Helen. *Itaco oblivigiſti præda nolenti brevis.* Farn.

487. *Ediderat.*] Scribe *Ediderας.* aliter libri. *Heinſ.*

488. *Anima.*] Polyxenæ, σὺν ἁρδίᾳ, ψυχήν τ' ἀρίστην. Euripid. *Farn.*

491. *Oſculaque ore tegit.*] *Legit* ſec. Palat. Oxon. quart. Medic. & quinque alii, cum Naugerii codicibus. *egit*, duo. an *legere oſcula?* ut apud Virgil.

—— *extremo, ſi quis ſuper halitus erat*
Ore legam.

& *legere ore ſpiritum* Senecæ Hercul. OEtæo. Poſſet & *terit* reſcribi. ſed vigatum defendi poteſt, tanquam os opponat animæ fugienti. ſic lib. xii.

—— *oraque ad ora*
Admovet; atque animæ fugientis obſtat tentat.

ore petit Thuan. non male. duo alii dit. unus regius *regit*. Heinſ.

494. *Ultime matris.*] *Matri* Ambroſ. & unus Paravinus. *Idem.*

495. *Videoque tuum mea vulnera vulnus.*] *Tuum mea vulnera vulnus* Bernegger. Polit. & octo alii. quod placet. quidam *meum tua vulnera vulnus.* alii *mea vulnera pectus*, vel, *meum tua pectora vulnus.* ſed quia mox ſequitur, *Tu quoque vulnus habes*, puto ſcribendum hoc loco,

—— *videoque tuum mea fumera fatum.*

Idem.

496. *Et ne.*] *En ne* Bernegg. & plures. *Idem.*

501.

Totque tuos idem fratres, te perdidit idem,
Exitium Trojæ noſtrique orbator, Achilles.
At poſtquam cecidit Paridis Phœbique ſagittis;
Nunc certè, dixi, non eſt metuendus Achilles.
Nunc quoque mî metuendus erat. cinis ipſe ſepulti
In genus hoc ſævit: tumulo quoque ſenſimus hoſtem:
Æacidæ fœcunda fui. jacet Ilion ingens:
Eventuque gravi finita eſt publica clades:
Sì finita tamen. ſoli mihi Pergama reſtant:
In curſuque meus dolor eſt. modo maxima rerum,
Tot generis, natiſque potens, nuribuſque, viroque
Nunc trahor exſul, inops, tumulis avulſa meorum,
Penelopæ munus. quæ me data penſa trahentem
Matribus oſtendens Ithacis, Hæc Hectoris illa eſt
Clara parens: hæc eſt, dicet, Priameïa conjux.
Poſtque tot amiſſos tu nunc, quæ ſola levabas
Maternos luctus, hoſtilia buſta piaſti.

In-

501. *Cecidit.*] Hoc moriens Hector male ominatus eſt Achilli, Iliad. 22. Ἴστι νύ σε Πάρις καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων Ἐυ Σκαιῇσι πύλῃσι κάρη ἑλέσθαι ἀνάγτων. quæ ad vſ. 599. lib. 12.

503. *Cinis.*] Habet hoc Montanus ritium, inquit Seneca, controverſia 28. ententias ſuas repetendo corrumpit, &c. ſolebat itaque Scaurus eum *inter ratores Ovidium* vocare. Nam & Oviius neſcit, quod bene ceſſit, relinquere. Cum Polyxena eſſet abducta, ut ad tumulum Achillis immolaretur, Hecuba lixit; *cinis ipſe ſepulchri In genus hoc puat.* poterat hoc contentus eſſe, adjecit; *umulo quoque ſenſimus hoſtem.* Nec hoc ontentus, adjecit; *Æacidæ fœcunda ſui.* Ovidium aſſerit H. Stephanus lib. de Criticis, & Jo. Paſſeratius Præfat. *in armorum judicium.* Farn.

504. *Tumulo quoque ſenſimus hoſtem.*] Urbin. *tumulum.* & multi mox *cinis ipſe ſepultus* pro *ſepulti.* ſic infra,

Inferiaque cadunt cineri cognata ſepulto Corpora.

ſed aliter Seneca hæc producit. *Heinſius.*

505. *Æacidæ fœcunda ſui.*] Ad Achillis voluptatem multos peperi filios.

507. *Sed finita tamen.*] *Nec finita* Calandræ excerpta, Conſtantii Fanenſis codices, & ex noſtris unus Leidenſis. Malo tamen cum prim. Reg. & uno Medic. *Si finita tamen.* ut lib. x. Met.

Si tamen hoc ſcelus eſt. Heinſ.

Soli mihi.] *Diruta ſunt aliis: uni mihi Pergama reſtant.* Penelop. ego ſc. omnibus omnium miſeriis miſera ſuperſtes vivo. *Farn.*

509. *Tot generis natiſque potens.*] Hecuba Priamo ſeptem filias & duodecim filios peperiſſe ſcribitur. Ex aſſiis namque mulieribus reliquos ad quinquaginta uſque Priamus ſuſcepit. *R. Tot generis.*] Liberi Priamo quot fuerint & nomina eorum lege apud Hyginum c. 90. & Apollodorum lib. 3. Εὐναῖς πόσ' ἔσα, νῦν δὲ γραῦς, ἄπαις θ' ἅμα, Ἀπολλις, ὄρμημ', ἀθλιωτάτη βροτῶν. Hecuba apud Euripid. *Farn.*

Inferias hoſti peperi. quo ferrea reſto?
Quidve moror? quo me ſervas, damnoſa ſenectus?
Quid, Dî crudeles, niſi quo nova funera cernam,
Vivacem differtis anum? quis poſſe putaret
Felicem Priamum poſt diruta Pergama dici?
Felix morte ſuâ nec te, mea nata, peremtam
Aſpicit: & vitam pariter regnumque reliquit.
At (puto) funeribus dotabere, regia virgo;
Condeturque tuum monumentis corpus avitis.
Non hæc eſt Fortuna domûs. tibi munera matris
Contingent fletus, peregrinæque hauſtus arenæ.
Omnia perdidimus. ſupereſt, cur vivere tempus
In breve ſuſtineam, proles gratiſſima matri,
Nunc ſolus, quondam minimus de ſtirpe virili,
Has datus Iſmario regi Polydorus in oras.
Quid moror interea crudelia vulnera lymphis
Abluere, & ſparſos immiti ſanguine vultus?

Dixit:

516. *Quo ferrea reſto.*] Ad quem vitæ exitum dura ego ac in meipſam crudelis reſervor. *Quo ferrea reſto.*] Sic Virgilii Evander: *Felix morte tua, nec in hunc ſervata dolorem.*

517. *Annoſa ſenectus.*] *Damnoſa* reponendum ex antiquis editionibus. ſic in Triſt. *forma damnoſa ſenectus.* pro *quid ferrea reſto.* ſec. Vatican. *quid ahenea.* Statius Theb. III.

——*ſcopulos & ahena precando*
Flectere corda paro.

Heinſ.

518. *Quo di crudeles niſi uti.*] *Niſi quo* S. marci, Neapol. Bernegger. Polit. multique alii. Multi etiam ex melioribus *Quid Di.* ſcribendum forte cum primo Vatican. priore Twiſdenio, & duobus Medic.

Quid di crudeles, niſi quo nova funera cernam? Idem.

Quo dii.] Καγὼ γὰρ ἂν ἤθυσσον ἔ μ' ἐχρῆν θανεῖν Οὐδ' ὧλεσέ με Ζεύς. τρίφες δ' ὅπως ὁρᾷ Καλὸν κἀν ἄλλα μείζονα. Hecuba apud Eurip. *Farn.*

520. *Felicem.*] *Non eſt Priami miranda mei mors, Iliades, Felix Priamus, &c.* Senec. Troad. 140. *Farn. Felicem Priamum poſt Pergama.*] Legatur ingeniis Juvenal. Sat. 10.

526. *Peregrinæque.*] Leveque erunt terræ tibi injectæ, procul à patria, in externa regione. *Farn. Hauſtus arenæ.*] Sic de Palinuro Virgil. 6.——*ast tu mihi terram——Injice.*

530. *Iſmario regi.*] Polymneſtor Thraciæ regi. Nam Iſmarus Thraciæ mons eſt. De hoc Polydoro Virgilius in tertio Æneidos ſcribit. *R.*

531. *Crudelia.*] Alia eſt hæc ab Euripidis œconomia: ubi ancilla aquam petitum miſſa ad abluendum corpus Polyxenæ, corpus Polydori in littore invenit, & pallio involutum ad dominam portat. *R.*

532. *Sparſos immiti ſanguine vultus.*] *Infanti ſanguine* unus meus. alius *ſilice.* pro *procedit* mox vetuſtiores plerique *proceſſit.* & *laniata* pro *lacerata* cum Pio. Baſil. atque alii quatuor. *Heinſ.*

541. *At*

Dixit: & ad littus paſſu proceſſit anili,
Albentes laniata comas. Date, Tröades, urnam,
Dixerat infelix, liquidas hauriret ut undas:
Aſpicit ejectum Polydori in littore corpus,
Factaque Threïciis ingentia vulnera telis.
Tröades exclamant: obmutuit illa dolore;
Et pariter vocem, lacrymaſque introrſus obortas
Devorat ipſe dolor: duroque ſimillima ſaxo
Torpet: & adverſâ figit modo lumina terrâ;
Interdum torvos ſuſtollit ad æthera vultus:
Nunc poſiti ſpectat vultum, nunc vulnera, nati;
Vulnera præcipuè: ſeque armat & inſtruit irâ.
Qua ſimul exarſit, tamquam regina maneret,
Ulciſci ſtatuit; pœnæque in imagine tota eſt.
Utque furit catulo lactente orbata leæna;
Signaque nacta pedum ſequitur, quem non videt, hoſtem:
Sic Hecube, poſtquam cum luctu miſcuit iram,
Non oblita animorum, annorum oblita ſuorum,
Vadit ad artificem diræ Polymeſtora cædis:
Colloquiumque petit. nam ſe monſtrare relictum
Velle latens illi, quod nato redderet, aurum.
Credidit Odryſius: prædæque aſſuetus amore
In ſecreta venit. cum blando callidus ore,
Tolle moras, Hecube, dixit: da munera nato.
Omne fore illius quod das, quod & ante dediſti,
Per ſuperos juro. ſpectat truculenta loquentem,

Fal-

541. *Adverſa figit terra.*] *Adverſa* [illegible] S. Marci, unus Thuan. & unus [illegible]. mox pro *ſuſtollit* Oxon. *intendit.* [illegible]m. *Modo.*] Interdum. *Adverſa ter-*] In Troade ubi fuit Trojae regione [illegible]iraciæ ſita. R. Vel *adverſa terra*, quam adverſo intuemur. Hoc enim & *ar-* [illegible]ter poſtulat quod ſequitur, *Interdum* [illegible]os *extollit ad æthera vultus.* Micyl.

551. *Vadit ad.*] Apud Euripidem, ar- [illegible]fitur ab Hecuba Polymneſtor, præte- xente theſauros eſſe illi abſconditos, quos ille vellet indicare; itaque in tentorium introductus à mulieribus ad hanc rem ab Hecuba in inſidiis ibi poſitis excæcatur, filiique quos una adduxerat ſecum, cæſi.. *Barn.*

554. *Odryſius.*] Polymneſtor Thracius, nam Odryſæ ſunt populi Thraciæ, & Odryſa urbs eorum. *Prædaque aſſuetus amore.*] *Amori* ſcribendum. vel, quod nihilo ſit deterius, *alletius amore.* Heinſ.

Falſaque jurantem: tumidâque exæſtuat irâ.
Atque ita correptum captivarum agmine matrum
Involat, & digitos in perfida lumina condit,
Exſpoliatque genas oculis, (facit ira potentem)
Immergitque manus: fœdataque ſanguine fonti
Non lumen, neque enim ſupereſt, loca luminis haurit
Clade ſui Thracum gens irritata tyranni
Tröada telorum lapidumque inceſſere jactu
Cœpit at hæc miſſum rauco cum murmure ſaxum
Morſibus inſequitur: rictuque in verba parato
Latravit conata loqui. locus exſtat, & ex re
Nomen habet: veterumque diu memor illa malorum,
Tum quoque Sithonios ululavit mœſta per agros.
Illius Troaſque ſuos hoſteſque Pelaſgos,
Illius Fortuna Deos quoque moverat omnes:

Sic

560. *Atque ita correpto captivarum agmina matrum Invocat*] *Correptum* Bernegger. à manu prima, & pro diversâ lectione prim. Gronov. *correpta* Neapol. Arondel. & tert. Medic. pro *agmina* pri. ſec. Vatican. & ſeptem alii *agmine. Involat* prim. Vatican. Calandr. Thuan. & alii ſex. Scribe cum primo Moreti,

Atque ita correptum captivarum agmine matrum
Involat.

ſic *irruere* ſupra lib. XII. cum quarto caſu habuimus. Lucanus libro VI.

——— *quos Cæſaris involet artus.*

correptum. ut in Phædra,

Atque ita correptum lacerat injuſta nece.

Idem.

562. *Expellitque genis oculos.*] Ita & Florent. S. Marci. *Expilatque* prim. ſec. Palat. prim. Vatican. Oxon. Cantabrig. tert. quart. Medic. uterque Erfurt. uterque Hamburg. prim. Moret. aliique plurimi. *Extraxitque* prim. Gronov. prim. Thuan & decem alii. *Exſpoliatque* quatuor cum Bernegger. unus Reg. *Expilatque genas oculis.* Scribe,

Exſpoliatque genas oculis.

quomodo excerpſa Jureti, & pro diverſa lectione Arondelianus. ſupra lib. XII.

——— *armis ſpoliare jacentem.*

exſpoliare veteres dixiſſe liquet ex Quadrigario, qui *agrum Campanum exſpoliatum* dixit. Vide Nonium in *Spoliare*. Idem. *Facit ira valentem.*] *Necatum* primi veteres. ac tert. Medic. & multi alii. *potentem.* recte. Adeantur Notæ Amor. II. El. II. *Idem.*

564. *Loca luminis.*] Oedipus apud Sophoclem, ut & apud Senecam. *Et* 965. *ſuos Radice ab ima ſunditus* [illegible] *mul Evolvit orbes. haret in vacuis* [illegible] *Et fixa penitus unguibus lacerat cava* [illegible] *te receſſus luminum & inanes ſuos.*

568. *Morſibus.*] *Hecubam canem propter animi rabiem, & acerbitatem quandam fingi in canem quondam eſſe conversam.* Cic. Tuſcul. quæſt. 3. *Juvenal.* Sat. [illegible]

——— *torva canino* ——— *Larvæ* [illegible]

Senec. Agam. 2. 3. vſ. 706. D. Cyrill. ἐκ ἑρολῦ ἀλγεινότερα κύων γίνεται. Servius [illegible]

569. *Et ex re nomen habet.*] Nam σῆμα appellatur, id eſt, cum ſepulchrum. Eſt autem in Cherſoneſo Thracia juxta Abydum, ut Strabo refert.

571. *Per Sithonios agros.*] Thrace nam Sithonia pars eſt Thraciæ.

[illegible]

Sic omnes, ut & ipſa Jovis conjuxque ſororque
Eventus Hecubam meruiſſe negaverit illos.
Non vacat Auroræ, quamquam îſdem faverat armis,
Gladibus & caſu Trojæque Hecubæque moveri.
Cura Deam propior, luctuſque domeſticus angit
Memnonis amiſſi, Phrygiis quem lutea campis
Vidit Achilleâ pereuntem cuſpide mater.
Vidit; & ille color, quo matutina rubeſcunt
Tempora, palluerat: latuitque in nubibus æther.
At non impoſitos ſupremis ignibus artus
Suſtinuit ſpectare parens: ſed crine ſoluto,
Sicut erat, magni genibus procumbere non eſt
Dedignata Jovis, lacrymiſque has addere voces:
Omnibus inferior, quas ſuſtinet aureus æther,
(Nam mihi ſunt totum rariſſima templa per orbem)
Diva tamen venio: non ut delubra, dieſque
Des mihi ſacrificos, caliturasque ignibus aras.
Si tamen aſpicias, quantum tibi fœmina præſtem,
Tum cum luce novâ noctis confinia ſervo;

Præ

FAB. III. *Arg.* Non vacat Auroræ.] *Memnon Tithoni atque Auroræ filius, cum in bello Trojano ab Achille fuiſſet interfectus, mater Jovem rogavit, ut aliquo eum afficeret honore. Juppiter autem favillas rogi ipſius congregatas, ejuſque ſocios in aves commutavit, quæ* Memnonides *à Memnone vocata, ſingulis quibuſque annis ad ſepulchrum illius acriter inter ſe pugnantes luci ſuo parentare videntur.*

576. *Quamquam iiſdem faverat armis.*] Propter Tithonum marinum, qui Laomedontis fuerat filius, ac Priami frater. *R.*

579. *Memnonis.*] Quem ſuum ex Tithono filium, Æthiopum regem, vel etiam domitorem, (namque e Suſis Perſarum adveniſſe eum ſcribit Pauſanias in Phocicis) ad bellum Trojanum miſit Aurora. Multa de illo Qu. Smyrnæus l. 2. lege Cl. Baconi *Memnona* ſive *Prætexturam* in ſap. vet. *Farn.*

589. *Diva tamen veni, non ut delubra dieſque.*] *Venio* meliores. pro *dieſque* pri. Moret? *deuſque.* prim. Erfurt. pri. Gronov. tert. Medic. & quatuor alii *boveſque.* Forte *popaſque ſacrificos.* quæ vox etiam Avieno Fab. XXXVI. reddatur,

Mox vitulum ſacris innexum reſpicit aris.

Admoto & cultro cominus ire popam.

qui locus vulgo eſt inquinatiſſimus etiam in ſcriptis, quorquot vidi, codicibus. Propertius libro IV. Eleg. III.

Succinctique calent ad nova ſacra popæ.
deiſque ſacrificis Florent. S. Marci. *Heinſius.*

591. *Aſpicias.*] Conſideres. *Quantum tibi fœmina præſtem.*] Quantum tibi proſim, quamvis fœmina ſim.

592. *Noctis confinia ſervo.*] Hoc eſt, cuſtodio ne nox ſuos fines tranſeat. Niſi enim Aurora vigilans eſſet, nox ſemper videretur duratura.

Præmia danda putes. ſed non ea cura; neque hic eſt
Nunc ſtatus Auroræ, meritos ut poſcat honores.
Memnonis orba mei venio: qui fortia fruſtra
Pro patruo tulit arma ſuo: primiſque ſub annis
Occidit à forti (ſic vos voluiſtis) Achille.
Da, precor, huic aliquem ſolatia mortis honorem,
Summe Deûm rector: maternaque vulnera leni.
Jupiter annuerat; cum Memnonis arduus alto
Corruit igne rogus: nigrique volumina fumi
Infecêre diem. veluti cum flumina natas
Exhalant nebulas, nec Sol admittitur infra.
Atra favilla volat: glomerataque corpus in unum
Denſatur; faciemque capit: ſumitque calorem
Atque animam ex igni. levitas ſua præbuit alas.
Et primò ſimilis volucri, mox vera volucris
Inſonuit pennis. pariter ſonuêre ſorores
Innumeræ; quibus eſt eadem natalis origo.
Terque rogum luſtrant: & conſonus exit in auras
Ter clangor. quarto ſeducunt caſtra volatu.

Tum

597. *Occidit.*] Ἀχιλλεὺς χαμαὶ πεσὼν ἀφ' ἁρμάτων Φαεννὰς ὑὸν ἀναρίξων Αὔᾳ, &c. Pindarus 6. od. Nem. *Farn. Sic Di voluiſtis.*] *Sic vos* S. Marci, Neap. ſec. Palat. Oxon. & decem alii ex melioribus. *Heinſ.*

605. *Denſatur.*] *Denſetur* S. Marci, Neapol. pri. Palat. & tres alii. bene. de eo verbo ad Claudianum. mox pro *animum* rectius *animam* multi veteres. & *calorem* pro *colorem* ſec. Palat. Oxon. & quinque alii. *Idem.*

606. *Levitas ſua præbuit alas.*] Id eſt, propria favillæ levitas alas efficit. *R. Animam.*] Propter motum celerem quidam philoſophi animam ignem eſſe naturæ dixerunt. *Farn.*

611. *Ter plangor.*] *Clangor* prim. Moret. ſec. Palat. quart. Medic. Oxon. & alii quindecim. rectius. pro *ſeducunt caſtra* prim. Palat. prim. Vatican. Cantabrig. prim. Baſil. & ſeptem alii, cum Arondel. *ſuccedunt aſtra* etiam bene. pari modo *ſubire tectis* & *ſubire tecta* dicebant. ſic apud Val. Flaccum lib. II. ſcribendum,

Non ſimiles jam ferre choros (ſecuit vigia fallunt)
Audet, non patrios furtim ſuccedere fœtus.

perperam *furtis accedere* nunc circumfertur. nec melius Carrionis liber *tuto accendere*. poſtea dicturus eſt, *vox auras aures Flebile ſuccedens*. Virgilius lib. III. vſ. 541.

Sed tamen iidem olim curruſque ſuccedere ſueti
Quadrupedes.

ſic vetuſtus codex Bibliothecæ Leidenſis, apud eundem libro VII. vſ. 161. cum *muroque ſubibant* nunc legatur, exemplaria non pauca veteſta *muro* agnoſcunt, Silius libro X.

——— *properemus, ut hoſtis*

Ser

Tum duo diversâ populi de parte feroces
Bella gerunt : rostrisque, & aduncis unguibus iras
Exercent ; alasque adversaque pectora lassant.
Inferiæque cadunt cineri cognata sepulto
Corpora : seque viro forti meminêre creatas.
Præpetibus subitis nomen facit auctor ; ab illo
Memnonides dictæ, cum Sol duodena peregit
Signa, parentali perituræ Marte rebellant.
Ergo aliis latrasse Dymantida flebile visum :
Luctibus est Aurora suis intenta ; piasque
Nunc quoque dat lacrymas : & toto rorat in orbe.
Nec tamen eversam Trojæ cum mœnibus esse
Spem quoque fata sinunt. sacra, & sacra altera patrem,
Fert

* *Nequicquam armatos ausit succedere moros.*

tres cum primo Reg. *secernunt castra.* Heins.

612. *Tunc duo.*] Ad sepulchrum Memnonis in illo ex Æthiopia quotannis, (ut alii, quinto quoque anno) advolare aves Memnonidas & parentalia quasi celebrantes depugnare, scribit Plinius lib. 10. cap. 26. Pausanias in Phocicis, alii. Sed adi Cœl. Rhodigin. lib. 22. c. 2. Qu. Smymæus tradit Memnonis socios in aves hasce versos lib. 2. *Farn.*

619. *Parentali moritura morte rebellant.*] *Peritura* tres scripti. *more* in plurimis. Sed scribe *parentali Marte.* alludit ad gladiatores in funeribus patriciis exhiberi solitos. *Heins.*

620. *Dymantida.*] Hecubam Dymantis filiam Homero, Cissei Regis Thraciæ Euripidi. *Farn.*

622. *Toto rorat in orbe.*] Ros matutinus, cujus guttas in herbis & floribus videmus, poetica phantasia sunt lachrymæ Auroræ. Ideo autem toto orbe spargunter, quoniam & ipsa Aurora amplitudine sua, totum orbem, arcticum puta, complectitur. *Pont.*

FAB. IV. *Arg.* Non tamen, &c.] *Æneas cum parente Anchise & filio Ascanio profugus Delum venit. Hic ab Anio sacerdote Apollinis recipitur hospitio, qui illis indicat quinque se filiarum parentem orbum relictum. Andrum enim, à quo Andros insula, reliquisse patriam. huic ut Apollo dederit augurium, sic Liberum dedisse virginibus, ut contacta manibus earum, in segetem, vinum, oleumque verterentur, eas Agamemnon ut cæleſti munere exercitum aleret, cum vellet adducere, in insulam eandem Andron profugisse. Hinc rursus ne vinculis illigata reperirentur potentia regis Agamemnonis, Liberi numen effecit ob misericordiam & muneris sui causam, ut in columbarum speciem transferrentur.* Lact.

623. *Non tamen.*] *Nec* meliores. *Heins.*

624. *Spem quoque fata sinunt.*] Hom. Iliad. υ. vſ. 307.

Νῦν δὴ σὺ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει,
Καὶ παῖδες παίδων, τοί κε μετόπισθε γένωνται.

Nati natorum &c. Virgil. Homero, Homerum Orpheo hunc versum abstulisse ait Servius 3. Æn. Solebat autem Virgilius dicere, facilius Herculi posse clavam extorqueri, quàm Homero versiculum. *Et sacra altera.*] Neque enim minus pium est parentibus quam sacris auxilium ferre. *R. Fata.*] Vaticinium Neptuni de redivivo Trojanæ stirpis, in Æneæ posteris, imperio, lege apud Hom. Iliad.

Fert humeris venerabile onus Cytherëius heros.
De tantis opibus prædam pius eligit illam;
Aſcaniumque ſuum: profugâque per æquora claſſe
Fertur ab Antandro: ſceleratâque limina Thracum,
Et Polydoréo manantem ſanguine terram
Linquit: & utilibus ventis æſtuque ſecundo
Intrat Apollineam ſociis comitantibus urbem.
Hunc Anius, quo rege homines, antiſtite Phœbus
Rite colebantur, temploque domoque recepit:
Urbemque oſtendit, delubraque vota, duaſque
Latonâ quondam ſtirpes pariente retentas.
Thure dato flammis, vinoque in thura profuſo,
Cæſorumque boum fibris de more crematis,
Regia tecta petunt: poſitique tapetibus altis
Munera cum liquido capiunt Cerealia Baccho.
Tum pius Anchiſes: O Phœbi lecte ſacerdos,

Fal-

Iliad. 20. vſ. 306. & apud Qu. Smyrn. 13. vſ. 324. præceptum & vaticinium Calchantis. *Sacra.*] Ita & 4. Faſt. *Jam pius Æneas ſacra & ſacra altera patrem Adferet.* & eodem l. *pietas ſpectata per ignes, Sacra, patremque humeris altera ſacra tulit.* Farn.

625. *Cytherëius heros.*] Æneas Veneris, quæ & Cytherea dicitur, filius.

626. *Prædam illam.*] Sacra & patrem. R. *Detantiſque.*] Capto Ilio, Græci per præconem denuntiabant, ut ſinguli ex civibus quod vellent unum aliquod ſecum auferrent. Æneas Deos penates ſuſtulit. Græci pietate viri moti permiſerunt, ut unum aliquid inſuper ex ſuis tolleret: ille patrem ſenio confectum humeris ſublatum portabat, &c. Ælian. Var. hiſt. lib. 3. c. 22. *Eligit illam.*]*Unam* Thuan. prim. Moret. Neapol. Gronov. prim. Baſil. & duo alii. *Heinſ.*

628. *Antandro.*] *Claſſemque ſub ipſa Antandro & Phrygia molimur montibus Ida.* 3. Æneid. *Farn. Sceleratæque littora.*] Veteſtiores *limina* mox *ſociis comitatibus* Oxon. & duo alii, non *comitantibus.* Heinſ.

631. *Apollineam urbem.*] Delum Apollinis oraculo inſignem. R. *Apollineam.*] His lucem pete ex Æneid. 3. Virgil. ibi, *egreſſi veneramur Apollinis urbem. Rex Anius, rex idem hominum Phœbique ſacerdos*, &c. Farn.

633. *Rite colebatur.*] *Colebantur* cum ſec. Vatic. & aliis quatuor. *Heinſ.*

634. *Delubraque vota.*] *Vota* cum pr. Bonon. & quatuor aliis. de quo dictum lib. VII. vſ. 152. *adam votivam* dixit Horat. lib. II. Od. XVII. *Idem.*

635. *Duas ſtirpes.*] Duas arbores, quas tenens amplectenſque Latona, Apollinem & Dianam enixa eſt. R. *Stirpes.*] Palmam & olivam. vide quæ ad 334. v. lib. 6. *Farn.*

637. *Cæſarumque boum.*] *Cæſorumque* meliores. *Heinſ. Cæſorumque.*] Non hoc ex ritu. namque in ara Apollinis θυσιαστηρίῳ quæ Deli eſt, hoſtia nulla cæditur, Macrob. 3. l. Saturnal.

638. *Poſitiſque tapetibus altis.*] *Poſitique* cum Barberin. & uno meo. ut Lp. Herus,

Ponuntur medio cur mea membra toro?

Heinſ.

642. *Si-*

Fallor? an & natum, cum primùm hæc mœnia vidi,
Biſque duas natas, quantum reminiſcor, habebas?
Huic Anius niveis circumdata tempora vittis
Concutiens, & triſtis, ait: Non falleris, heros
Maxime: natorum vidiſti quinque parentem.
Quem nunc (tanta homines rerum inconſtantia verſat)
Pæne vides orbum. quid enim mihi filius abſens
Auxilii? quem dicta ſuo de nomine tellus
Andros habet, pro patre locumque & regna tenentem.
Delius augurium dedit huic: dedit altera Liber
Fœmineæ ſorti voto majora fideque
Munera: nam tactu natarum cuncta mearum
In ſegetem, laticemque meri, baccamque Minervæ
Transformabantur: diveſque erat uſus in illis.
Hoc ubi cognovit Trojæ populator Atrides,
(Ne non ex aliquâ veſtram ſenſiſſe procellam
Nos quoque parte putes) armorum viribus uſus
Abſtrahit invitas gremio genitoris: alantque
Imperat Argolicam cæleſti munere claſſem.

Effu-

642. *Biſque duas natas.*] Anius quatuor habuit filias, quibus Bacchus conceſſit, ut quicquid tangerent, in frumentum, vel vinum, vel oleum, commutaretur. Eas cum Agamemnon vi ducere vellet in expeditionem Trojanam, ut exercitum alerent. Bacchi auxilio in columbas fuiſſe converſas fabulantur. *R.*

647. *Quod enim eſt mihi filius abſens Auxilium?*] *Quid enim* nonnulli. Lege cum Oxonienſ. *quid enim auxilii.* Heinſ.

648. *Dicta ſuo.*] Quam tamen alii ab Eorimacho ita nominatam volunt. *Farnabius*

649. *Pro patre locumque & regna tenentem.*] Numeri ſatis evincunt nihil hic Naſoniauum eſſe. Scribe, *locos & regna tenentem.* ut apud Val. Flaccum libro v.

Victorque domos & regna tenebit.

exaratum erat *loquos.* hinc natus eſt error. ejus ſcripturæ veſtigia in membranis nonnullis eriamnum exſtant. Poſſet & legi, *loci jam regna tenentem*, vel *ſceptra.* ut libro VII. ſupra,

Sceptra loci rerumque capit moderamen Erechtheus.

nam *locum quo regna* prim. Gronov. *locumque in regna* alius. *locum & regna* duo frag. Boxhornii, *qui parte locum qui regna tenetque.* vel, *pro parte locus me regna tenente.* multi *pro parte.* Florent. S. Marci, *quod patre locum quod regna teneret.* Bernegger. *locus quo regna tenente.* quomodo & Arondel. pro diverſa lectione. tres *tenenti.* Heinſ.

651. *Fœmineæ ſtirpi.*] *Sorti* prim. Baſil. Arondel. & duo alii pro diverſâ lectione. bene. libro VI.

Quattuor ille quidem juvenes, totidemque puellas
Fœmineæ ſortis.

libro IV. de fœminis,

—— *onerioſior altera ſors eſt,*
Et vires Natura negat, Idem.

659. *Argolicam gentem.*] *Claſſem* meliores. *Idem.*

660. *Eu-*

Effugiunt quo quæque poteſt. Eubæa duabus,
Et totidem natis Andros fraterna petita eſt.
Miles adeſt : &, ni dedantur, bella minatur.
Victa metu pietas conſortia pectora pœnæ
Dedit : & ut timido poſſis ignoſcere fratri;
Non hic Æneas, non, qui defenderet Andron,
Hector erat : per quos decimum duraſtis in annum.
Jamque parabantur captivis vincla lacertis.
Illæ tollentes etiamnum libera cælo
Brachia, Bacche pater, fer opem, dixêre: tulitque
Muneris auctor opem. ſi miro perdere more
Ferre vocatur opem. nec qua ratione figuram
Perdiderint, potui ſcire, aut nunc dicere poſſim.
Summa mali nota eſt. pennas ſumsêre; tuæque
Conjugis in volucrem niveas abiêre columbas.
Talibus atque aliis poſtquam convivia dictis
Implerunt; mensâ ſomnum petiêre remotâ.
Cumque die ſurgunt : adeuntque oracula Phœbi.
Qui petere antiquam matrem, cognataque juſſit
Littora. proſequitur Rex, & dat munus ituris;
Anchiſæ ſceptrum, chlamydem pharetramque nepoti,
Cra-

660. *Eubœa duabus.*] Eubœa inſula eſt Bœotiæ adjacens, admodum longa. *R.*

661. *Et totidem natis.*] Ita & ſcripti. Puto,

Natabuſque Andros totidem fraterna petita eſt.

etſi aliter Priſcianus. ſed & ille *deabus* & *potita* mendoſe citat. *Heinſ.*

663. *Pietas.*] Andri fratris in ſorores. *Conſortia corpora.*] Sorores.

664. *Conſortia corpora pœna Dedidit & timido poſſes.*] *Pectora* ex melioribus. *Dedit & timido* Neapol. & duo alii. Scribe, *Dedit, & ut timido paſſis.* cum altero Erfurt. uno meo, & Graviano. *poſſis* etiam multi veteres. *Dedit*, à Dedo. *Heinſ.*

666. *Per quos.*] *Quicquid apud duros accuſatum eſt manium Troja, Hectoris Æneaque manu victoria Grajum Haſit, & in decimum veſtigia tetulit annum.* Diomedes l. II. Æneidos. Virg. *Farn.*

672. *Dicere poſſum.*] *Poſſim* unus Voſſii & Sixii. *Heinſ.*

674. *In volucres.*] *Volucrem* cum ſec. Pal. Oxon. quart. Medic. & tribus aliis. *Idem.*

FAB. V. *Arg.* Talibus atque, &c.] *Diſcedentes ab Anio Anchiſes & Æneas, invicem munera dant & accipiunt: in quibus fuit crater Æneæ datus, ab Alcone Lydio celatus: Anius autem à Thoante Bacchi acceperat: in quo ſculpta erant Thebæ & Orionis filia, quæ pro populo Thebano paſſæ erant immolari, & harum preci cum nervibus aduſti eſſent, duo adoleſcentes unis increverunt, qui ex virginum nomine Coronæ ſunt nominati.* Lact.

681. *Cra-*

Digitized by Google

Cratera Æneæ; quem quondam miſerat illi
Hoſpes ab Aöniis Therſes Iſmenius oris.
Miſerat hunc illi Therſes, fabricaverat Alcon
Myleus; & longo cælaverat argumento.
Urbs erat: & ſeptem poſſes oſtendere portas. 685
Hæ pro nomine erant, &, quæ foret illa, docebant.
Ante urbem exequiæ, tumulique, igneſque, rogique,
Effuſæque comas & apertæ pectora matres
Significant luctum. Nymphæ quoque flere videntur;
Siccatoſque queri fontes. ſine frondibus arbos 690
Nuda riget: rodunt arentia ſaxa capellæ.
Ecce facit mediis natas Orione Thebis,
Hanc non fœmineum jugulo dare pectus aperto,
Illam dimiſſo per fortia vulnera telo
Pro populo cecidiſſe ſuo; pulcriſque per urbem 695
Fune-

681. *Craterem Æneæ.*] *Crateram* nulti. quod arripere Gifanius in Indice Lucretiano non debuit. *Cratera* probe Neap. Urbin. & quinque alii. Ex Virgilii v. hæc & ſequentia eſt mutuatus,

Ipſius Anchiſæ longævi hoc munus habeto
Cratera impreſſum ſignis: quam Thracius olim
Anchiſæ genitori in magno munere Ciſſeus
Ferre ſui dederat monumentum & pignus amoris.

it in Faſtor. v.

Cratera Iliacis thuraque pone focis.

dem Virgilius lib. IX. *Cratera antiquum* lixit. *Heinſ.*

682. *Ab Aoniis oris.*] *Hamoniis* nonnulli. *Oniis* fragmen. Boxhorn. *Ooniis* ert. Medic. *Adoniis* quartus. *Ionis* S. Marci, Neapol. Urbin. Bernegger. pri. Vatican. & tres alii. alii aliter. pro *Iſmenius* unus meus *Tmeneius. Imeneius* in Græviano. Forte *Minyeius.* mox pro *Myleus* ſcripti propemodum omnes *Nileus.* Puto *Nileos.* nempe filius. *Idem. Iſmenius.*] Thebanus, ab Iſmeno Bœotiæ fluvio. *R.*

683. *Alcon Myleus.*]Non Mylei filius. ſed à patria ſic cognominatus. hic enim fuit argentarius faber. *R.*

684. *Myleus.*] Siculus. Mylæ enim opp. eſt Siciliæ. ad diſtinctionem ab illo Cretenſi, cujus meminit Virgil. Ecl. 5.

685. *Urbs.*] Thebæ urbs ἑπτάπυλος, *Farn.*

690. *Arbor.*] *Arbos* Thuan. & multi alii. mox pro *lambunt ſaxa* S. Marci, Neapol. Thuan. Bernegger. Oxon. prim. Gronov. ſec. Palat. tert. Medic. aliique complures. ſic in Faſtis, *Rode caper vitem.* Heinſ.

692. *Natas ab Orione.*] Tolle *Tὸ ab* cum uno Gronovii. multi *ab origine.* poſtea *dimiſſo telo* non *demiſſo* nonnulli. *Idem. Natas.*] Ὠρίωνος τὴν Τριόπος ἐν Βοιωτίᾳ θυγατέρα, &c. Orioni Hyrici f. in Bœotia duæ erant filiæ, Metiocha & Menippa. Cum graſſaretur per Aoniam peſtis, reſponſumque eſſet ex oraculo, placatum iri Deorum iram, ſi duæ virgines immolarentur, cæteris recuſantibus, hæ pro ſalute patriæ ſe devoverunt. &c. Ant. Liberalis 25. fab. ex Nicandro & Corinna. *Farn.*

693. *Non fœmineum.*] Timidum, ſed virile & audax. *R.*

699. *No-*

Digitized by Google

Funeribus ferri, celebrique in parte cremari:
Tum de virgineâ geminos exire favillâ,
Ne genus intereat, juvenes, quos fama Coronas
Nominat, & cineri materno ducere pompam.
Hactenus antiquo ſignis fulgentibus ære
Summus inaurato crater erat aſper acantho.
Nec leviora datis Trojani dona remittunt:
Dantque ſacerdoti cuſtodem thuris acerram;
Dant pateram, claramque auro gemmiſque coronam:
Inde recordati Teucros à ſanguine Teucri
Ducere principium, Creten tenuêre; locique
Ferre diu nequiêre Jovem. centumque relictis
Urbibus, Auſonios optant contingere portus.
Sævit hyems, jactatque viros: Strophadumque receptos
Portu-

699. *Nominat.*] Malim *Nominet.* *Heinſ.*

FAB. VI. VII. *Arg.* Hactenus, &c.] *Petentes inſulam Cretam, & hinc Italiam ſupradicti, ut aliquando errores poſitis ſedibus finire poſſent, multis regionibus transitis, Ambraciam adeunt à Diis per certamen petitam, in qua Ambracii imaginem in ſaxum conſpiciunt figuratam, hinc in Aoniam, in quam ob oraculum Jovis delati aſpiciunt Moloſſi regis filios, qui ſine flamma dum conſumerentur immortalium numine factum eſt, ut in avium figuras mutarentur.* Lact.

700. *Signis fulgentibus are.*] *Exſtantibus* duo Basil. & unus Moreti. ut l. XI.

Forte fuit juxta ſignis exſtantibus aſper
Antiquus crater. Heinſ.

Acantho.] Acanthus frutex eſt ſpinoſus ſemper florens. Virgil. *Et baccas ſemper florentis acanthi.*

701. *Summus.*] In ſummitate. *R. Acantho.*] De Acantho, multa hic Herc. Ciofanus, quam Smilacem aſperam eſſe probat.

703. *Sacerdoti.*] Anio, qua ſacerdoti, acerram; qua regi, pateram, & *duplicem gemmis auroque coronam.* Æneid. I. vſ. 659. F.

705. *Inde recordati Teucros.*] Apollinis oraculum non percipientes Trojani, in Cretam navigarunt. Primam enim originem ſe putabant ducere à Teucro Scamandri Cretenſis filio, qui in Phrygiam profectus, arcem Trojanam ædificavit. Sed ante eum Dardanus eo loco jam cœperat habitare. *R.*

706. *Cretam tenuere.*] *Cretam* unus Bonon. unus. Voſſ. *Cretem.* Heinſ.

707. *Ferre diu nequiere locum.*] In Florent. S. Marci. In reliquis omnibus *Jovem.* Jovem pro ære paſſim à poëtis dici quis neſcit? hic autem agit Noſter, cum Creta ſit natale ſolum Jovis. apud Virgil. lib. III. Æneas de adventu ſuo in Cretam,

Irruimus ferro, & divos ipſumque vocamus
In prædam partemque Jovem.

Silius lib. II. de Mopſo Cretenſi, qui procul à patriâ occidebatur,

Deſertum per vota Jovem non grata vocabat.

Nihil illic Dauſqueius vidit. *Idem.*

708. *Optant contingere portus.*] Sex *optant, properant* puto. *Idem.*

709. *Strophadumque receptos.*] Strophades inſulæ ſunt in mari Ionio duæ juxta Zacynthum, *ἀπὸ τῆς στροφῆς*, hoc eſt, à converſione Zetæ & Calais dictæ. nam illuc

Portubus infidis exterruit ales Aëllo.
Et jam Dulichios portus, Ithacamque, Samenque,
Neritiasque domos, regnum fallacis Ulyssei,
Præter erant vecti: certatam lite Deorum
Ambraciam, versique vident sub imagine saxum
Judicis, Actiaco quæ nunc ab Apolline nota est,
Vocalemque suâ terram Dodonida quercu,
Chaonioque sinus: ubi nati rege molosso
Irrita subjectis fugêre incendia pennis.
Proxima Phæacum felicibus obsita pomis
Rura

illuc usque Harpyjas persecuti retro rediere. *R.*

710. *Aëllo.*] Harpyjarum una, quæ Virgilio, *Celæno.* 3. Æneid.

711. *Et jam.*] *Dulichiumque Sameque & Neritos ardua saxis, &c.* ibid. *Farn. Et jam Dulichios portus.*] Dulichium, & Ithaca, Samus insulæ sunt in Ionio mari, quibus imperavit Ulysses. Sciendum autem *Samos*, à priscis Græcis editiora & altiora loca arcibus struendis apta consuesse vocari, ut Strabo inquit. *Ithacamque Samumque.*] *Samonque* veteres plerique, sed *Samenque* verius est. dixi Remed. Amor. vs. 268. *Ithacanque* unus Medic.

712. *Neritiasque domos.*] Neritus & mons est in Ithaca insula, & urbs, unde *Neritius* possessivum.

713. *Præterunt vecti.*] *Præter erant vecti* meliores magna ex parte. at Mediceus chartaceus. *Propter erant vecti.* Heins. *Certatam lite Deorum Ambraciam.*] Ambracia urbs est Epiri ab Ambracia Thesproti filia dicta; vel ab Ambracia Ægei filia. Ab *Ambracia* vero sinus dicitur *Ambracius*, angustis admodum faucibus spatiosum æquor accipiens. *Certatam.*] De qua Dii certarunt. *R.*

714. *Ambraciam.*] *Ambraciam* pri. Vatic. *Heins.*

715. *Actiaco.*] Actium promontorium Epiri est, ubi cultus Apollo, qui in navali prælio, quo devicit Augustus Antonium & Cleopatram, auxilium Augusto tulisse credebatur. *Farn. Ab Apolline.*] Ob Apollinis Actiaci templum. Illuc enim ad quinquennales ludos multi populi confluebant.

716. *Terram Dodonida.*] Dodone urbs est Epiri, unde *Juppiter Dodonæus.* R. *Vocalemque.*] Reddentesque responsa è quercu columbas duas in sylva prope Dodona urbem Epiri. Odyss. Hom. 14. & 19. Herodot. in Euterpe. Æschylus in Prometheo vincto. Pausan. in Phocicis. Strabo lib. 7. Natal. Comes lib. 6. cap. 12. Jacob. Boissardus de Divinatione, in Jove Dodonæo.

717. *Ubi nati.*] Fab. obscurior. *Farn. Chaniosque sinus.*] Chaones populi sunt Epiri. *Ubi nati rege Molosso.*] Significat poëta Molossi filios in aves fuisse conversos. *R.*

718. *Impia subjectis fugere incendia pennis.*] *Inita* S. Marci & tert. Bonon. Lege *Irrita.* ut lib. XIV.

Irrita sacrilega jactas incendia dextrâ.

malo etiam *subvectis pennis.* quanquam aliter libri. *Heins.*

FAB. VIII. *Arg.* Proxima, &c.] *Acis Fauni Simethidisque nympha filius Galateam Nerei & Doridis filiam, cum diligeret, nec minus ipse ab ea peteretur, Cyclops quia copia ejusdem Nereidis nulla fieret, quia fer.tas ejus esset invisa, incensus furore spelunca relicta palam prosiluit, vagatusque per sylvas conspexit Galateam gremio Acidis residentem, avulsum scopulum Ætna in eos ejecit: cujus vi exterrita Galatea subjecto mari mersa est, Acis autem*

Rura petunt. Epiros ab his, regnataque vati
Buthrotos Phrygio, ſimulataque Troja tenentur.
Inde futurorum certi, quæ cuncta fideli
Priamides Helenus monitu prædixerat, intrant
Sicaniam. tribus hæc excurrit in æquora linguis.
E quibus imbriferos obverſa Pachynos ad Auſtros:
Mollibus expoſitum Zephyris Lilybæon: at Arcton
Æquoris expertem ſpectat Boreanque Peloros.
Hac ſubeunt Teucri: remiſque æſtuque ſecundo

Sub

autem qui effugere impetum ejus non potuit, obrutus ſaxo eſt: cujus cruor numine ejuſdem Galateæ in flumen ejuſdem nominis, qui eſt in Sicilia, verſus eſt, cujus liquori ſe junxit voluntate. Lact.

720. *Phæacum.*] Pop. inſulæ Corcyræ, hoc eſt, Corfu; biferis Alcinoi pomariis nobiliratæ. Od. ν.

721. *Vati.*] Heleno, Priami fil. cui, poſt Pyrrhum ab Oreſte cæſum, ceſſerat uxor ejus Andromache cum regno Epiri. *Farn. Epiros ab his.*] Poſt hæc. nam in Italiam navigantibus à Corcyra occurrit. *Epirus.*] Regio in qua eſt Buthrotus, olim Romanorum colonia. *Tenetur.*] *Tenentur* unus Medic. *Heinſ.*

722. *Buthrotos.*] Buthrotos autem eſt urbs haud longe à Corcyra diſtans, à primo habitatore ſic dicta. *R. Simulataque.*] *Parvam Trojam, ſimulataque magnis Pergama, &c.* 3. Æneid. Farn.

724. *Tribus hæc excurrit in æquora linguis.*] *Pennis* S. Marci, Neapol. & tert. Bonon. prim. Bonon. *pinnis*, male. Lucan. de Brunduſio libro 11.

Hic latus anguſtum jam ſe cogentis in arctum
Heſperia tenuem producit in æquora linguam.

Lege *trinis excurrit in æquore linguis.* Tò *hæc* inepti gloſſatoris eſt figmentum. lib. IV. Faſt. de Sicilia,

Luſtravat terra cornua trina ſua.

ita & ibi ſcribendum, ut ſuo loco monebitur. Feſtus Avienus Orbis deſcriptione de Sicilia,

Hæc autem trinis laterum procurſibus adſtat,
Ternaque cæruleis longe juga porrigit undis. Heinſ.

Tribus.] Promontoriis tribus. unde inſulæ nomen Trinactia. *Ligais.*] Meſſana urbe in ora Peloritana, prius Zancle dicta ab incurvo ſinu. Ζάγκλαι γὰρ τὰ σκολιὰ, ὅθεν καὶ Ζάγκλον τὸ δρέπανον. Euſtat. ad Odyſſ. 12. *Quique locus curvæ nomina falcis habet.* Ovid. Faſtor. 4. F. *Tribus linguis.*] Tribus promontoriis, quorum Pachynus Græciam, Lilybæum Africam, Pelorus Italiam ſpectat.

725. *Eſt verſa Pachynos ad Auſtros.*] *Obverſa* repone ex duobus Thuan. & aliis quinque. Quod verbum Naſoni familiare. ut lib. v. Faſtor.

Pelion Hæmonia mons eſt obverſus in Auſtros.

eſt verſa in nonnullis. Florent. S. Marci, aliique ſeptem *everſa.* Heinſ.

726. *Lilybæon.*] Lilybæum autem & urbs eſt Siciliæ & promontorium, occidentem verſus, unde flat Zephyrus, ſpectans *Ad Arctos.*] Ad ſeptentrionem. *Ad Arctos ſpectat.*] *Et Arctos* fragmen. Moreti. Puto *at Arctos.* atque ita prim. Erfurt. pro *Boreamque* meliores *Boreanque. Arctos* expertem Oxon. & quinque alii. etiam bene. *Heinſ.*

727. *Peloros.*] Pelorus autem dictus eſt à *Peloro* claſſis Hannibalis gubernatore, ibi ſepulto.

728. *Hanc ſubeunt Teucri.*] *Hac* S. marci, Neapol. prim. Erfurt. & quidam

ub noctem potitur Zanclæâ classis arenâ.
cylla latus dextrum, lævum irrequieta Charybdis
ıfestant. vorat hæc raptas revomitque carinas?
la feris atram canibus succingitur alvum;
'irginis ora gerens: & (si non omnia vates
icta reliquerunt) aliquo quoque tempore virgo.
lanc multi petiêre proci: quibus illa repulsis
,d Pelagi Nymphas, pelagi gratissima Nymphis,
bat: & elusos juvenum narrabat amores.
Quam, dum pectendos præbet Galatea capillos,
Talibus alloquitur repetens suspiria dictis:
Te tamen, ô virgo, genus haud immite virorum
Expetit: utque facis, potes his impune negare.
At mihi, cui pater est Nereus, quam cærula Doris
Enixa est; quæ sum turbâ quoque tuta sororum,
Non nisi per fluctus licuit Cyclopis amorem

Effu-

am alii. *Huc* Bernegger. Thuan. sec. alat. Oxon. prim. Basil. aliique decem. *inc* septem. quatuor *Hic.* tres *Hæc.* ro *& remis, remis* plerique. duo Mu- eti *remisque.* paulo ante pro *Zanclæa* ıitur *arena*, liber S. Marci, *Zanclæam* aritur *arenam.* an *potitur arenam.* ut 'astor. 11. *potiturque capitam.* ita enim Jasonem s. ripsisse contendit Prisci- us libro Metam. XI. ut Spirensis co- lex,

Et Methymnæa potiuntur littora Lesbi.

leinsius.

729. *Zanclæa arena.*] Zancle urbs est icilix. Strabo scribit eandem esse cum Messena, *Zancle* vero antea vocatum, uod in curvo littore sita foret. *Zanclia* amque vocantur curvæ.

730. *Scylla latus.*] Duæ fuerunt Scyl- æ à poëtis decantatæ: quarum altera ilii filia in avem fuit commutata: altera horci filia in monstrum, quod in freto iculo navigantibus insidiatur. *Charyb- is.*] Hæc vetula fuit furacissima, quæ am Herculi boves furata esset, ab illo a fretum projecta in monstrum mari- um fuit conversa, quod adhuc pristi-

nam retinet rapiendi naturam. nam illac transeuntes naves ad se rapit, devo- rátque ac revomit. *R. Scylla.*] *Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis, &c.* Æneid. 3.

731. *Infestant.*] *Infestat* ex castigatio- ribus multi. pro *raptas carinas* unus Ba- sil. *rorptas.* Heins.

732. *Illa feris.*] Vide lib. 15. Met. vs. 60. *Fera.*

738. *Cui dum.*] Plerique vetustiores, excepto Florentino S. Marci, *Quam dum.* & mox *repetens suspiria*, non *re- ferens* Heins. *Quam dum pectendos.*] Ga- latea Nerei & Doridis fuit filia, quæ amore Acidis capta Polyphemum Cy- clopem se amantem fugiebat. Sed cum Cyclops eam in gremio Acidis resi- dentem deprehendisset, ira correptus in- gens saxum in illos conjecit, quo Acis obtritus, (nam Galatea aufugerat) in fluvium sui nominis fuit conversus. *R.*

741. *Potes his impune negare.*] *Negari* in nonnullis. *Heins.*

743 *Turba.*] Quinquaginta Nereidas numerat Hesiodus in Theogonia. *Farn.*

744. *Non nisi per lucus.*] Scribe *flu-*

Effugere: & lacrymæ vocem impedière loquentis.
Quas ubi marmoreo deterſit pollice virgo;
Et ſolata Deam eſt; Refer, ô cariſſima, dixit:
Neve tui cauſſam tege (ſum tibi fida) doloris.
Nereïs his contra relecuta Cratæide natam:
Acis erat Fauno Nymphâque Symæthide cretus,
Magna quidem patriſque ſui matriſque voluptas,
Noſtra tamen major. nam me ſibi junxerat uni
Pulcher: &, octonis iterum natalibus actis,
Signarat dubiâ teneras lanugine malas.
Hunc ego, me Cyclops, nullo cum fine petebat.
Nec, ſi quæfieris odium Cyclopis, amorne
Acidis in nobis fuerit præſentior, edam.

Pur

ſus. atque ita pro diverſa lectione pri. Baſil. *Heinſ.*

747. *Deam.*] Galateam.

748. *Neve tui cauſſam.*] Florent. S. Marci, & tert. Bononienſis,

Neve tuæ cauſſam tege, ſi ſum fida, ſororı. Heinſ.

749. *Nereis.*] Galatea Nerei filia R. *Crateide natam.*] Homerus ſimpliciter *Cratain* vocat Odyſſ. M. Steſichorus autem *Lamiam* vocat. *Micyl. Crataide.*] Scyllam, Phorci & Crataeidis, quæ & Hecate dicta, filiam ἣν τέκε Φόρκυς Νυκτιπολὸς Ϝ' Ἑκάτη, τήν τε κλείσατε Κρατηΐδι. Apollon. lib. 4. Crataeis autem fl. eſt Calabriæ. *Crateïde natam eſt.*] *Cratheide* vetuſtiores. Lege *Crataide.* Virgilius in Cyri de Scylla,

——*ſive Crataeis,*
Sive illam monſtro genuit Perſæa biformi.

Homerus quoque Odyſſ. M. Κράταιὶν μητέρα τῆς Σκύλλης dixit. alii Hecaten ejus matrem volunt, quam cum Crataeide confundit Apollonius lib. IV. Argon. de Scylla,

——τὴν τέκε Φόρκυς
Νυκτίπολός Ϝ' Ἑκάτη, τήν τε κλείσατε Κραταιΐν.

Heſychio, Κραταιὶς, κύριον ὄνομα τῆς μητρὸς τῆς Σκύλλης. Plinio lib. III. cap. V. *Crataeis fluvius, mater (ut dicere) Scylla.* quæ pene totidem verbis apud Solinum & Martianum Capellam habes, niſi quod apud hunc *pater Scylæ* mendoſe legitur, apud illum male *Cretei.* apud Hyginum Fab. CXCIX. mendoſe etiam *Scylla Crataeis filia* dicitur, pro *Crataidis.* male etiam apud Servium ad Eclog. VI. *Cretheïdos filia* & Æn. III. v. 420. *Creticis filia.* alii alia de matre Scyllæ prodiderunt. *Heinſ.*

750. *Nymphâque Simæthide.*] Scribe *Symæthide.* ita apud Virgilium in loco vetuſtiſſimo codice lib. IX. *Symæthia circum Flumina* ſcribebatur. neque aliter legendum Faſt. IV.

Quaque Symæthëas accipit unda vias.

& hoc libro infra, *Symæthiaeus Iacchus.* Græcis eſt. ita Thucydides, Scalax, Strabo, Athenæus, alii. apud quoſdam tamen Σύμηθος. mox *nec cum fine* S. Marci, pro *nullo.* Heinſ. *Symæthide.*] Filia Symæthi fl. Siciliæ, prope Catanam. Cluverii Sicilia lib. I. cap. 10. *Farn.*

753. *Et octonis.*] Sedecim annos tum Acim fuiſſe ſignificat.

757. *Fueris præſtantior.*] *Præſtantior* Neapol. bene. Florent. S. Marci, *præſentius.* proxime verum. libro V.

——*tanta eſt præſentia veri.*

Ipſi

Par utrimque fuit. prô quanta potentia regni
Est, Venus alma, tui! nempe ille immitis, & ipsis
Horrendus silvis, & visus ab hospite nullo
Impune, & magni cum Dîs contemtor Olympi;
Quid sit amor sentit: nostrique cupidine captus
Uritur; oblitus pecorum antrorumque suorum.
Jamque tibi formæ, jamque est tibi cura placendi:
Jam rigidos pectis rastris, Polypheme, capillos;
Jam libet hirsutam tibi falce recidere barbam:
Aut spectare feros in aquâ, & componere, vultus.
Cædis amor, feritasque, sitisque immensa cruoris
Cessant: & tutæ veniunt abeuntque carinæ.
Telemus interea Siculam delatus ad Ætnen,
Telemus Eurymedes, quem nulla fefellerat ales,
Terribilem Polyphemon adit; lumenque quod unum
Fronte geris mediâ, rapiet tibi, dixit, Ulysses.
Risit, &, O vatum stolidissime, falleris, inquit:
Altera jam rapuit. sic frustra vera monentem
Spernit: & aut gradiens ingenti littora passu
Degravat, aut fessus sub opaca revertitur antra.

Promi-

pist. Paridis,
O dens, ô præsens geminorum glória fratrum.
einf.
758. *Par utrumque.*] *Utrimque* prim. non. & unus meus. *Idem. Par sed rumque fuit.*] Æquale utrumque fuit, odium quo Cyclopem, & amor quo cidem prosequebatur Scylla. *Micyl.*
759. *Ille immitis.*] Ἔχθιστον ἴχων ὑπαίδιον ἴλεῳ Κύκλωπι ἐκ μυχάλας. heocr. Cyclops.
760. *Visus.*] *Nec visu facilis, nec dictu abilis ulli.* 3. Æneid. ἀνθρωποφάγῳ. dyss. 9. *Furn.*
767. *In aqua.*] *In aquam* vetustiores erique. Heinf.
770. *Telemus.*] Ἔστι τις ἐνθάδε μάντις ἀνὴρ ἀΰς τε μέγας τε. Τήλεμος Εὐρυμίδης, ὃς μαντοσύνῃ ἐπίπαγχυ. Καὶ μαντεύσομαι κατηγόρα Κυκλώπεσσι. Hom. Od. 9. *Furn. Telemus.*] Eurymi filius inter Cyclopas vates fuit egregius, qui Polyphemo prædixit omnia quæcunque ab Ulysse passus est. *Telemus.*] Quod sic reddimus ex Odyss. 9.

Luminis effossi tenebras prædixerat illi
Telemus, a Grajo damna futura viro.

Siculum in æquor.] *Siculum ad Ætnam* decem. *Siculam ad Ætnen* S. Marci. *Heinf.*
771. *Telemus Eurymedes.*] *Eurymides.* Homero, Τήλεμος Εὐρυμίδης. atque ita in Ibide Noster. ubi pari modo peccabatur. Hygino Fab. CXXV. & CXXVIII. *Telemus Eurymi filius.* Idem.
772. *Lumenque.*] Αἰ, αἰ. παλαιὸς χρησμὸς ἐκπεφαίνεται. Τυφλὸν γὰρ ὄψιν ἐκ σίθεν σχήσειν μ' ἐρῶ, Τρόίας ἀφορμηθέντ'. Cyclops Euripidis. F.

Prominet in pontum cuneatus acumine longo
Collis: utrumque latus circumfluit æquoris unda.
Huc ferus aſcendit Cyclops; mediuſque reſedit.
Lanigeræ pecudes nullo ducente ſecutæ.
Cui poſtquam pinus, baculi quæ præbuit uſum,
Ante pedes poſita eſt, antennis apta ferendis;
Sumtaque arundinibus compacta eſt fiſtula centum;
Senſerunt toti paſtoria ſibila montes:
Senſerunt undæ. latitans ego rupe, meique
Acidis in gremio reſidens, procul auribus hauſi
Talia dicta meis, auditaque mente notavi.
Candidior nivei folio, Galatêa, liguſtri;
Floridior pratis; longâ procerior alno;
Splendidior vitro; tenero laſcivior hædo;
Lævior aſſiduo detritis æquore conchis;
Solibus hibernis, æſtivâ gratior umbrâ;

Nobi-

780. *Mediuſque reſedit.*] *Medioſque per æſtus* Florent. S. Marci, non male. *mediaque reſedit* Bernegger. quart. Medic. Arondel. & multi alii. at Virgil. Georg. IV. *Conſedit ſcopulo medius. Hunc aſcendit* pro *Hunc* Neapol. Urbin. & alii decem. *Mediuſque reſedit.*] In medio. Quod enim loci eſt, ad hominem eſt relatum. *R. Reſedit.*] Καθεζόμενος δ' ἐπὶ πέτρας Τηλεκλὴς, ἐκ πόντου ὁρᾶν ἔδιδε τοιαῦτα. Theocr. Cycl. *Farn.*

783. *Antennis.*] *Trunca manum pinus regit, & veſtigia firmat.* 3. Æneid. *Polyphemus ducentos Cyclops longus pedes, & porro huic manu baculum, quam malus navis in corbita maximus ulla.* Lucilius. & Io. Boccacius lib. 4. Geneal. refert inventum in Siculo antro cadaver, Polyphemi ut credebatur, cujus læva contum tenebat cujuſvis navis malo majorem, &c. *Farn.*

787. *Auribus hauſi.*] Auribus inditum nomen à vocibus hauriendis. Unde Virgil.

—— *vocemque his auribus hauſi.*

Videatur Lactant. de opific. dei. c. 8.

788. *Auditaque verba notavi.*] *Mente notavi* Thuan. ſec. Palat. quart. Medic. Oxon. pri. Gronov. & complures alii. Faſtor. V.

—— *ſilens alia, dictaque mente notavi.* Heinſ.

789. *Nivei liguſtri.*] Candidi flores. Eſt autem *liguſtrum* violæ genus candidiſſimæ. Videtur autem ad Galatêæ nomen alludere, quod à candore lactis ſibi inditum fuiſſe innuit Heſiodus, qui ait Galateam candidas comas & faciem lacti ſimilem habuiſſe, *R. Candidior.* Amatoria hæc cantilena eſt, & illa Virgilii ecl. 2. & 7. adumbratæ ſunt ex Theocriti Cyclope: Ὦ λευκὰ Γαλάτεια, τί τὸν φιλέοντ' ἀποδάλλῃ: Δασύτριχος ἐγὼ καὶ. *Folio.*] Flore ipſo liguſtri, cujus candor paſſim celebratur. vide Paſſeratium in 2. lib. Claudian. & Ovidii Adverſ. 4. lib. 18. cap. &c. *F.*

791. *Tenero.*] Ἁπαλωτέρα δ' ἐσσὶ, Μόσχῳ γαυροτέρα. Theocr. 11. *Farn.*

793. *Æſtiva gratior umbrâ.*] Arondel. & quinque alii. ſed ſequatur

—— *volucrique fugacior auræ.* Heinſ.

Sic Lap

Nobilior pomis: platano conſpectior altâ;
Lucidior glacie; maturâ dulcior uvâ;
Mollior & cygni plumis, & lacte coacto;
Et, ſi non fugias, riguo formoſior horto.
Sævior indomitis eadem Galatêa juvencis,
Durior annoſa quercu; fallacior undis;
Lentior & ſalicis virgis; & vitibus albis; 800
His immobilior ſcopulis; violentior amne;
Laudato pavonè ſuperbior; acrior igni;
Aſperior tribulis; fœtâ truculentior urſâ;
Surdior æquoribus; calcato immitior hydro:
Et, quod præcipue vellem tibi demere poſſem, 805
Non tantum cervo claris latratibus acto,
Verum etiam ventis volucrique fugacior aurâ.
At, bene ſi nôris, pigeat fugiſſe: moraſque
Ipſa tuas damnes: & me retinere labores.
Sunt mihi pars montis vivo pendentia ſaxo 810
Antra; quibus nec Sol medio ſentitur in æſtu,
Nec ſentitur hyems: ſunt poma gravantia ramos:
Sunt auro ſimiles longis in vitibus uvæ:
Sunt & purpureæ tibi & has ſervamus, & illas.
Ipſa tuis manibus ſilveſtri nata ſub umbrâ 815
Mollia fraga leges: ipſa autumnalia corna,
Prunaque, non ſolùm nigro liventia ſucco,
Verum etiam generoſa, novaſque imitantia ceras.
Nec tibi caſtaneæ me conjuge, nec tibi deerunt
Arbutei fœtus. omnis tibi ſerviet arbos. 820

Hoc

802. *Laudato.*] *Laudatas oſtentat avis unonia pennas*, & ſpectata ſuperbit F.
804. *Surdior.*] Quorum rauci fluctus d litora aut ſcopulos allifi vocem audinegant. Si Nili Catadupæ ab auribus colarum amplitudinem fragoris exludunt, quid mirum? &c. Macrobius i ſomnium Scipionis lib. 2. c. 4. *Farn*
805. *Si poſſem demere vellem.*] *Vellem i demere poſſem* S. Marci, prim. Grov. alique deni. recte. quo alludunt non pauciores, in quibus *poſſe*. nonnulli, *vellem ſi demere poſſem*. Heinſ.
813 *Sunt auro.*] Ἔστ' ἀμπελος ὑ χλυκύκαρπος. Theoc. Cyclops. *Farn.*
816. *Leges.*] Colliges. *Autumnalia corna.*] Autumni tempore matureſcentia. Corna autem ſunt baccæ rubicundæ, in medio nucleum duriſſimum habentes: unde Virgilius, *Lapidoſaque corna.*
820. *Arbutei fœtus.*] Eſt *arbutus* humilis arbor poma ferens rubicunda.

Hoc pecus omne meum eſt. multæ quoque vallibus errant:
Multas ſilva tegit: multæ ſtabulantur in antris.
Nec, ſi forte roges, poſſim tibi dicere, quot ſint.
Pauperis eſt numerare pecus. de laudibus harum
Nil mihi credideris: præſens potes ipſa videre,
Ut vix ſuſtineant diſtentum cruribus uber.
Sunt fœtura minor tepidis in ovilibus agni:
Sunt quoque par ætas aliis in ovilibus hœdi.
Lac mihi ſemper adeſt niveum. pars inde bibenda
Servatur: partem liquefacta coagula durant.
Nec tibi deliciæ faciles, vulgataque tantùm
Munera contingent, damæ, leporeſque, capræque,
Parve columbarum, demtuſve cacumine nidus:
Inveni geminos, qui tecum ludere poſſint,
Inter ſe ſimiles, vix ut dignoſcere poſſis,
Villoſæ catulos in ſummis montibus urſæ.
Inveni: & dixi, Dominæ ſervabimus iſtos.
Jam modo cœruleo nitidum caput exſere ponto:
Jam, Galatêa, veni: nec munera deſpice noſtra.
Certè ego me novi, liquidæque in imagine vidi
Nuper aquæ: placuitque mihi mea forma videnti.

Adſpi-

821. *Hoc pecus.*] Βοτὰ χίλνα βόσκω. Cyclops Theocriti.

823. *Poſſem tibi dicere.*] *Poſſim* ex melioribus. *Heinſ.*

826. *Ut vix circueant.*] *Suſtineant* quinque ſcripti, & nonnullæ editiones. quod placet. duo *contineant.* poſſet tamen & *circumagant legi*, quo verbo Horatius eſt uſus. *Idem.*

829. *Lac mihi.*] *Lac mihi non æſtate novum, non frigore deſit.* Virg. Coryd. 2. eclog. *Farn.*

830. *Durant.*] Condenſant in caſeum.

831. *Delicia faciles.*] Quæ facile haberi poſſunt.

832. *Capræque.*] *Caperque* veteres plerique. *Heinſius.*

835. *Vix ut dignoſcere poſſis.*] *Poſſint* præceſſerat. *ut vix* quinque. Forte *vix dignoſcere quos ſit.* de quo Græcismo in ſcriptis Naſonianis pluribus alibi actum. *Idem.*

836. *Villoſa.*] Καὶ σκύμνας τὰς ἄρκτου. Cyclops Theocriti. *Fornbius.*

838. *Exere ponto.*] Exeme S. Mss. *Heinſ.*

840. *Certe ego me novi.*] Se quoque formoſum eſſe colligit Polyphemus. *Certe.*] Καὶ γὰρ Σίμιχ' ὧδε ἐγὼ καλὸς ἐνὶ ὀφθαλμοῖς μεγάλοισι. Ἠΰγε γὰρ καὶ ὁ τοῦτος Κλέστον, κἠδὺ γελᾶσκε. Theocr. Idyl. 1. *Farn. Liquidaque in imagine* vidi; *in margine* Neapol. Arondel. pri. Hamburg. & alii complures. unus Voſſ. *e margine* Heinſ.

844.

Adſpice, ſim quantus. non eſt hoc corpore major
Iupiter in cœlo : nam vos narrare ſoletis
Neſcio quem regnare Jovem. coma plurima torvos
Prominet in vultus : humeroſque, ut lucus, obumbrat.
Nec mihi quod rigidis horrent denſiſſima ſetis
Corpora, turpe puta. turpis ſine frondibus arbos:
Turpis equus, niſi colla jubæ flaventia velent.
Pluma tegit volucres : ovibus ſua lana decori eſt:
Barba viros, hirtæque decent in corpore ſetæ.
Unum eſt in mediâ lumen mihi fronte, ſed inſtar
Ingentis clypei. quid, non hæc omnia magno
Sol videt è cœlo? Soli tamen unicus orbis.
Adde, quod in veſtro genitor meus æquore regnat.
Hunc tibi do ſocerum. tantùm miſerere, preceſque
Supplicis exaudi. tibi enim ſuccumbimus uni.
Quique Jovem, & cœlum ſperno, & penetrabile fulmen,
Nerei, te vereor : tua fulmine ſævior ira eſt.
Atque ego contemtûs eſſem patientior hujus;
Si fugeres omnes. ſed cur, Cyclope repulſo,

Acin

844. *Neſcio quem regnare Jovem.*] Impia & Cyclope digna vox. Hom. Odyſſ. 9. vſ. 275. Οὐ γὰρ Κύκλωψιν Διὸς αἰγιόχου ἀλίγιστοι Οὐδὲ θεῶν μακάρων.

847. *Turpis ſine frondibus arbor.*] *Arbos* meliores. *turpe ſine* Genev. Puto,

——*turpe eſt ſine frondibus arbos.*

Turpe & equus.

notum illud ex Amoribus,

Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor.

ita paſſim terſiſſimi ſcriptores. *Heinſ.*

850. *Hirta ſeta.*] Erectæ. *R. Barba.*] Καὶ καλὰ μὲν τὰ γένυα, καλὰ δ' ἀμφὶ παρήια. 6. Idyll.

851. *Unum.*] Εἷς δ' ὀφθαλμὸς ἔπην. Idyll. 11. *Sed inſtar.*] *Ingens, quod torva ſolum ſub fronte latebat, Argolici clypei aut Phœbea lampadis inſtar.* Æneid. 3. *Farn.*

153. *Solis tamen unicus orbis.*] *Soli* Neapol. Thuan. & multi alii. rectius. *Heinſ.*

854. *In veſtro æquore.*] Ubi vos vivitis ὁ Nereides. *R. Genitor.*] Neptunus. Viros virtute præſtantes Jovis filios poëtæ appellaverunt, ut Æacum, Minoa, Satpedona: feroces vero & immanes, Neptuni filios dixerunt, ut Cyclopa, Cercyona, Scyrona, & Læſtrigonas. hos mari genitos, illos cœlo. Agell. lib. 15. cap. 21. *F.*

857. *Quinque.*] Ζηνὸς δ' ἐγὼ κεκαυνὸν ἐ φρίσσω ξίνι, Οὐδ' οἶδ' ὅτι Ζεὺς ἐσ' ἐμοῦ κρείσσων θεός. Euripidis Cyclops.

858. *Nerei te veneror.*] Malim *Vereor* cum prim. & ſec. Palat. Oxon. quart. Medic. utroque Erfurt. Arondel. & multis aliis. hoc eſt metuo. ſic Noſter ſæpe paulo ante *cœlos ſperno* pro *cœlum* Cantabrigienſis. *Heinſ.*

Acin amas, præfersque meis amplexibus Acin?
Ille tamen placeatque ſibi, placeatque licebit,
Quod nollem, Galatêa, tibi, modo copia detur,
Sentiet eſſe mihi tanto pro corpore vires.
Viſcera viva traham: divulſaque membra per agros,
Perque tuas ſpargam (ſic ſe tibi miſceat) undas.
Uror enim; læſusque exæſtuat acrius ignis:
Cumque ſuis videor tranſlatam viribus Ætnam
Pectore ferre meo: nec tu, Galatêa, moveris.
Talia nequicquam queſtus (nam cuncta videbam)
Surgit: & ut taurus vaccâ furibundus ademtâ
Stare nequit, ſilvâque & notis ſaltibus errat.
Cum ferus ignaros, nec quicquam tale timentes,
Me videt atque Acin: Videoque, exclamat; & iſta
Ultima ſit, faciam, veneri concordia veſtræ.
Tantaque vox, quantam Cyclops iratus habere
Debuit, illa fuit. clamore perhorruit Ætne.
Aſt ego vicino pavefacta ſub æquore mergor.
Terga fugæ dederat converſa Symæthius heros:
Et, Fer opem, Galatêa, precor, mihi: ferte parentes:
Dixe-

863. *Quod nollem*] Unus meus *nolem*. Lege *nolim*. Idem.

866. *Si ſe tibi miſceat.*] Imo *ſic ſe tibi miſceat*. per parentheſin. quod cum Florentino S. Marci, pri. Vatican. Cantabrig. alii multi agnoſcunt. *Idem*

868. *Cum ſuis viribus.*] Cum ſuis ignibus. Vires enim Ætnæ incendia ſunt aſſidua. *Viribus Ætnam.*] Ita & veteres. niſi quod unus Barberin. *ignibus*, Scribe *rupibus*. lib. XIV.

Deſertum quondam mediis qui rupibus Ætna

Neſcit Achameniden. Heinſ.

875. *Ultima ſit faciam.*) *Faciam* prim. Palat. Bernegger. & prim. Strozzæ. at Florent. S. Marci *facta*. Scribe *faxo*. quod minantis eſt paſſim apud oprimos quoſque ſcriptores. Noſter ipſe lib. III. Met. *Fallat eam faxo*. lib. XII. *Det mihi ſi faxo*. In Ibide, ut quidem ex veſtigiis ſtriptorum codicum ceſſea eſſe reponendum,

Hæc tibi natali faxo Janique Kalendis
Non mentituro quilibet ore legat.

Plurima ex aliis auctoribus exempla ſunt in promtu. mox *Veneri concordia* pro *Veneris* ſec Palat. paulo ante. ut & infra, *Acin* pro *Acim* vetuſtiores. & paulo poſt *Ætne* pro *Ætna*. Idem

879. *Symæthius.*] Acis Symæthides Nymphæ filius, vſ. 751. ſupra. Eſt autem Symæthus, vel, ut aliis, Simethus, fluvius Siciliæ maximus, inter Peloron & Pachynum ſe in mare exonerans, à Catena diſtans 8. millia paſſuum, hodie accolis *La Iarreta* dictus. Cluverii Sicilia lib. 1. *Fazn.*

880. *Et fer opem Galatea precor.*] *Galatea mihi* venuſte Rottendorph. *mea advertite regnis* pri. Ambroſ. pro *admittite*. dictum lib. IX. vſ. 54. *Heinſ.*

886. *Ferus*

Dixerat: & vestris periturum admittite regnis.
Insequitur Cyclops: partemque è monte revulsam
Mittit; & extremus quamvis pervênit ad illum
Angulus è saxo, totum tamen obruit Acin.
At nos, quod fieri solùm per fata licebat,
Fecimus; ut vires adsumeret Acis avitas:
Puníceus de mole cruor manabat: & intra
Temporis exiguum rubor evanescere cœpit:
Fitque color primo turbati fluminis imbre:
Purgaturque morâ. tum moles jacta dehiscit:
Vivaque per rimas, proceraque surgit arundo:
Oscque cavum saxi sonat exsultantibus undis:
Miraque res: subito mediâ tenus exstitit alvo
Incinctus juvenis flexis nova cornua cannis.
Qui, nisi quod major, quod toto cærulus ore est,
Acis erat. sed sic quoque erat tamen Acis in amnem
Versus: & antiquum tenuerunt flumina nomen.
Desierat Galatêa loqui: cœtuque soluto

Disce-

886. *Vires avitas.*] Vires Simæthi fluvii, ut in fluvium converteretur. R. *Avitas.*] Rapidissimo agmine fertur Symæthus. Silius lib. 14. *rapidique colunt vada lava Symæthi.* avum imitatus nepos non leniore fluit agmine Acis, à sagitta nomen sortitus. καὶ ὁ Ἀχὶς ἐξυείσας καὶ κείνῳ ποταμὸς, τὴν ἀπ' τῆς ὀϊστικῆς ἰκμὴν κλῆσιν ἔχων. Eustathius in Homeri Iliad. 16.

890. *Tum moles tacta dehiscit.*] *Fracta* Thuan. prim. Vatican. prim. Moret. & quindecim alii. in Arondel. & tribus præterea *jacta.* utrumque bene. sic *jactis in altum molibus*, quod sæpe apud scriptores Romanos occurrit. *jactas silvas* lib. XII. dixit. in nonnullis *tracta*, *tacta*, *tanta*, *tecta*, *cuncta*, *certa*, *acta*. Heins.

894. *Flexis nova cornua cannis.*] *Flexa anna* Arondel. *nexis* unus Medic. alius *texis. flectis* Cantabrig lege *plexis cannis.* sic *plectere coronam.* Idem. *Cæruleus.*] Niger. R. *Cornua.*] Ripas. vide quæ ad vs. 80. lib. 9. cur fluvii cornua habere dicantur. *Cannis.*] Vide quæ ad 3. lib. vs. 9.

896. *Acis erat, & sic quoque erat tamen Acis.*] *Acis erat, quod sic quoque erat.* S. Marci, & Thuan. *sic quicquid erat* Cantabrig. Oxon. prim. Moret. aliique multi. *sed quicquid erat*, nonnulli. *sic & quoque erat* quart. Medic. & sex alii. *sed sic quoque erat* septem. quod sequor. Locus tamen de mendo suspectus. *Heins.*

897. *Antiquum.*] Qui & hodie accolis vocatur *Aci* vel *Iaci.* Farn.

FAB. IX. *Arg.* Desierat Galatea loqui.] *Glaucus Polybi filius piscator cum esset, forte pisces captos in prato exposuit, qui cum in mare resiliissent, ut causam hujus rei cognosceret, dentibus cœpit illas herbas mandere, in quibus jacuerant pisces. Sed statim mutata natura se in mare præcipitavit, quem Dii miserati in Deum marinum, sive (ut Strabo refert) in balænam transmutarunt, Glaucum autem piscem in-*

Discedunt : placidisque natant Nereïdes undis.
Scylla redit : (neque enim medio se credere ponto
Audet) & aut bibulâ sine vestibus errat arenâ ;
Aut ubi lassata est, seductos nacta recessus
Gurgitis, inclusa sua membra refrigerat undâ.
Ecce fretum findens alti novus incola ponti,
Nuper in Euboïca versis Anthedone membris,
Glaucus adest : visæque cupidine virginis hæret :
Et, quæcunque putat fugientem posse morari,
Verba refert : fugit illa tamen : veloxque timore
Pervenit in summum positi prope littora montis.
Ante fretum est ingens apicem collectus in unum
Longa sine arboribus convexus ad æquora vertex.
Constitit hîc : & tuta loco, monstrumne, Deusne

Ille

desuisse denominatum ejunt. Quod quidem idcirco fictum fuisse Palaphatus ait, quia Glaucus optimus fuit urinator. qui cum sub aqua nataret ad insulam quandam cultoribus vacuam, indeque post tres amplius que dies rediens, se apud marinos Deos fuisse profitebatur. Sicque rudibus tunc hominibus facile persuasit se marinum Deum fuisse effectum.

904. *Fretum scindens.*] Malo *findens* ex duobus, in Florent. S. Marci & tert. Bonon. *freto stridens.* unus Medic. & unus Reg. *fretum stridens.* an *fretum stringens?* ut libro XI.

Stringebat summas ales miserabilis undas.

libro IV.

Æquora destringunt summis Ismenides alis. Heins.

Novus incola.] Glaucus qui paulo ante in Deum marinum fuerat commutatus. *R. Novus.*] Glaucus Anthedone, quæ Bœotiæ, Eubœam contra, urbs, natus, nuper Deus maris factus. *Farnab.*

905. *In Euboïca Anthedone.*] Anthedon urbs, est Bœotiæ maritima. Est & alia eodem nomine juxta Gazam itidem maritima, unde Anthedonius. Est etiam portus Anthedonius. *Euboïca.*] Quia Euboea Bœotiæ adjacet.

906. *Visæque cupidine virginis ardet.*] *Hæret*, S. Marci, Neapol. Urbin. sec. Palat. Oxon. & sex alii ex melioribus. prim. Vatican. prim. Palat. Cantabrig. prim. Erfurt. & alii decem, *ardens* & versu proximo *Hæc quæcunque.* sed tum, *Ut quæcunque videt*, sic scribendum. Urbin. *Hic* cum decem aliis. pri. Reg. Bi. Heins.

909. *Veloxque.*] Τοῖς τῶ φόβῳ σπουδαίοις ὀξέως φερομένοις. *pedibus timor addidit alas.* Hen. Steph. Schediasm. l. 6. cap. 3. *Farn.*

910. *Collectus in unum.*] S. Marci, aliique ex melioribus complures, *conjectus. conjunctus* Thuan. unus mem. *collatus.* an *cuneatus.*

Prominet in pontum cuneatus acumine longo
Collis,

supra dixerat. *Heins.*

911. *Longa sub arboribus.*] *Sine arboribus* Oxon. tres alii. ut libro VIII.

——*sterilis sine fruge, sine arboreta colus.*

Idem. *Convexus.*] Inclinatus, vergens. Locum autem describit præcipitio accommodatum.

914. *Ce-*

Digitized by Google

Ille sit ignorans, admiraturque colorem,
Cæsariemque humeros subjectaque terga tegentem,
Ultimaque excipiat quod tortilis inguina piscis.
Sentit: & innitens, quæ stabat proxima moli,
Non ego prodigium, non sum fera bellua, virgo;
Sum Deus, inquit, aquæ: nec majus in æquora Proteus
Jus habet, & Triton, Athamantiadesque Palæmon.
Ante tamen mortalis eram: sed scilicet altis
Deditus æquoribus, jam tum exercebar in illis.
Nam modo ducebam ducentia retia pisces:
Nunc in mole sedens moderabar arundine linum.
Sunt viridi prato confinia littora, quorum
Altera pars undis, pars altera cingitur herbis:
Quas neque cornigeræ morsu læsere juvencæ:
Nec placidæ carpsistis oves, hirtæve capellæ.
Non apis inde tulit collectos sedula flores:

Non

914. *Cæsariemque.*] Vide Iconem Glauci marini 2. lib. Philostrati Iconum.

915. *Ultimaque.*] Vel propter formam Sireniam; vel quod à nonnullis in balænam versus dicatur. Ἐχθὺν δὲ ἵστας τῷ λοιπῷ τὸν Γλαῦκον δηλοῖ τὰ ἀρσῖα ἐξομοῦται καὶ πρὸς τὸν ἰχθὺν ὑπερφέρεται. Philostratus ibid. *Farn. Tortilis piscis.*] Qui se facile torquet. *Ultima inguina.*] Ultimam inguinum partem. Ad id autem alludit poëta quod Strabo ait, Glaucum in balænam fuisse transfiguratum.

916. *Sensit.*] *Sentit* nonnulli. pro *nec sum* meliores *non sum*, & deinde, *Sum Deus*, non *Sed.* Heins.

918. *In æquore Triton.*] *Æquora* cum tertio Mediceo & Rottendorph. dictum Amor. lib. 1. Eleg. 1. *aut Triton* quatuor libri cum editionibus nonnullis. bene. vulgo *& Triton.* & tum lege *Athamantiadesve.* Idem.

919. *Athamantiadesque.*] Libro 4. vs. 540.

920. *Sed scilicet.*] Erat inquit Palæphatus, Glaucus, natator atque urinator peritissimus. Ita ut portu Anthedonio in conspectu civium enatans, & in litore insulæ deserto per dies aliquot latitans, postmodo rediret, seque sub undis per id tempus degisse affirmaret, &c. Quin & hybernotempore, pisces, quoscunque cives sui poposcerant, adducebat, &c. *Farn. Sed scilicet altis Deditus æquoribus.*] Sed piscandi in mari studiosus. Significat enim Glaucus se fuisse piscatorem.

921. *Tantum exercebar.*] *Jam tum* ex castigationibus magno numero. *Heinsius.*

922. *Ducebam ducentia retia pisces.*] *Capientia retia* prim. Vatican. à manu secunda, & duo Moreti dubito. utroque loco pro trahere sumitur. Martial. *Nunc piscem tremulâ salientem ducere setâ.* Idem.

928. *Non apis inde tulit collectos sedula flores.*] Multi ex præstantioribus *collectos femine flores*, sed perperam. Vulgatam

Non data ſunt capiti genialia ſerta, nec unquam
Falciferæ ſecuere manus. ego primus in illo
Cæſpite concedi, dum lina madentia ſicco.
Utque recenſerem captivos ordine piſces;
Inſuper expoſui, quos aut in retia caſus,
Aut ſua credulitas in aduncos egerat hamos.
Res ſimilis fictæ: (ſed quid mihi fingere prodeſt?)
Gramine contacto cœpit mea præda moveri,
Et mutare latus; terrâque, ut in æquore, niti.
Dumque moror, mirorque ſimul, fugit omnis in undas
Turba ſuas: dominumque novum, littuſque relinquunt.
Obſtupui: dubiuſque diu, quæ cauſſa, requiro:
Num Deus hoc aliquis, num ſuccus fecerit herbæ.

Quæ

gatam ſcripturam agnoſcit Priſcianus lib. IV. Tibullus lib. II. Eleg. I.

Rure levis verno flores apis ingerit alveo,
Compleat ut dulci ſedula melle favos.

Idem.

930. *Ego primus in illo Cæſpite conſedi.*] Puto *ego pronus*. aliter tamen libri. *Idem.*

936. *Mea præda.*] Piſces capti, jamque exanimes. *Farn.*

937. *Et mutare latus.*] Tò *mutare* non placet, eſt enim quod *moveri*. idque præceſſerat. Certe Florent. S. Marci, Neap. tert. & quart. Medic. Oxon. prim. Moret. Arond. & duodecim alii, *mutare*. nihil verius. Virgilius lib. III. de Encelado,

Et quoties foſſum mutat latus, intremere omnem
Murmure Trinacriam.

nimirum fama eſt. Ita longe optimus & vetuſtiſſimus Mediceus. quomodo etiam Donatus videtur legiſſe, etſi Servius pro vulgata ſcriptura pugnet. neque aliter agnovit Statius, apud quem *tentat Enceladus mutare latus*. pari modo etiam locutus Seneca libro de Tranquillitate animi cap. II. ſic *mutare brachia* Propertio libro II. Eleg. XV.

Quam multo amplexu mutavimus brachia!

cæterum à mutando latere illud quoque Maronis tractum videtur lib. V. Æneid.

Nunc hoc ingentes, nunc illinc pectore curas
Mutabat verſans, Siculiſne reſideret arvis,
Oblitus fatorum, Italaſne capeſſeret oras.

Heinſ.

940. *Dubiuſque diu quæ cauſſa.*] Tò *diu* non placet. *dubitoque* & *cauſſamque* plurimi ex vetuſtioribus. *dubiuſque fui* Neapol. & decem alii. duo *dubitoque prius*. unus Moreti *ſimul*. Forte.

Obſtupui. ſubitaque rei quæ cauſſa requiro.

vel,

—— *dubiuſque, fuga quæ cauſſa requiro.*

Idem.

941. *Hæc aliquis.*] Caſtigatiores hæc. Idem. *Herba.*] Τῆς ἀυζάνε βοτάνης, ἣν ὁ Ἀνθιππος ἐκεῖνος ἅιμαν ἐμφορηθεὶς, ἀθάνατος γέγονε. Athenæus lib. 15. cap. 7. vid. eund. lib. 7. cap. 12. Τὸν δὲ βοῦλιν ἦς ἐγεύσατο, φησὶ τινὲς ἀυξάνειν εἶναι. Iſ. Tzetz. ad illa Lycophronis Πρὸς ὧμα δύπτην ἐμπνεόντων μίσον, &c. *Farn.*

942. Quæ

Quæ tamen has, inquam, vires habet herba? manuque
Pabula decerpsi, decerptaque dente momordi.
Vix bene combiberant ignotos guttura succos:
Cum subitò trepidare intus præcordia sensi;
Alteriusque rapi naturæ pectus amore.
Nec potui restare loco: Repetendaque nunquam
Terra, vale, dixi: corpusque sub æquora mersi.
Dî maris exceptum socio dignantur honore:
Utque mihi, quæcunque feram, mortalia demant,
Oceanum Tethynque rogant. ego lustror ab illis:
Et purgante nefas novies mihi carmine dicto
Pectora fluminibus jubeor supponere centum.
Nec mora: diversis lapsi de fontibus amnes,
Totaque vertuntur supra caput æquora nostrum.
Hactenus acta tibi possum memoranda referre:
Hactenus & memini: nec mens mea cætera sensit.
Quæ postquam rediit; alium me corpore toto,
At fueram nuper, nec eundem mente recepi.

Hanc

942. *Quæ tamen has, inquam.*] Primus Strozzæ & quinque alii, *Quas tamen hæc, inquam.* Heins. *Has vires.*] Tantam vim ut mortuos pisces vivos efficere possit. *R.*

947. *Nec potui restare diu.*] *Restare loco*, tert. Medic. quod placet. mox *sub æquora* non *æquore* castigatiores. *Heins. Restare.*] Resistere amori & cupiditati alterius naturæ.

949. *Socio honore.*] Nam me quoque in suum numerum admiserunt.

954. *Lapsi de partibus amnes.*] *De fontibus* tres scripti. probe. duo *montibus.* pro *vertuntur* unus Leidensis *verguntur.* Puto, *Motaque verguntur.* vel *Potaque.* De vergendi verbo dixi Pont. 1. Eleg. 11. vs. 54. *Heins.*

956. *Hactenus acta tibi.*] Tollendum esse opinor hunc & proxime sequentem versum, & pro *Quæ postquam rediit*, reponendum, *Utque animus rediit.* vide Notas ad Epist. VI. vs. 31 nisi fortasse mavis, *Mox, ubi mens rediit.* ut lib. VI.

Mox ubi mens rediit, passos laniata capillos,

supra Τὸ *Utque* vel *ubi* scriptum erat *postquam* pro interpretatione. hinc postea factum, *Quæ postquam*, insertis ducbus versibus valde frigidis ac jejunis. qui in plerisque vetustiorum non hoc loco, sed paulo post, ante versum, *Hanc ego tum primum* leguntur. iidem codices pro *Quæ postquam rediit* agnoscunt, *Quæ postquam redeunt.* vel *reddunt.* mendose, ad æquora referentes. Scribe igitur

Totaque vertuntur supra caput æquora nostrum.
Utque animus rediit, alium me corpore toto,
At fueram nuper, nec eundem mente recepi.

omissis duobus versibus. *Idem.*

959. *Recepi.*] Percepi. *Nec eundem.*] Nam mentem quoque mutaveram.

960. *Hanc*

Hanc ego tum primùm viridem verrugine barbam,
Cæſariemque meam, quam longa per æquora verro,
Ingenteſque humeros, & cærula brachia vidi,
Cruraque pinnigero curvata noviſſima piſce.
Quid tamen hæc ſpecies, quid Dîs placuiſſe marinis,
Quid juvat eſſe Deum, ſi tu non tangeris iſtis?
Talia dicentem, dicturum plura reliquit
Scylla Deum. furit ille, irritatuſque repulsâ
Prodigioſa petit Titanidos atria Circes.

960. *Hanc ego tum primum viridi ſerrugine.*] *Viridem* plerique veteres. Lego, *Hanc viridem ſerrugine barbam.* Heinſ. *Viridi ſerrugine barbam.*] Cæruleam & ſubnigram.

963. *Cruraque.*] Supra ad vſ. 916. *Farn.*.

968. *Prodigioſa atria.*] Ædes monſtrorum plenas. *Titanidos Circes.*] Titani, hoc eſt, Solis, filiæ. *K. Prodigioſa.*] In quibus homines in beſtiarum formas mutari carminibus & præſtigiis Circes. lib. ſequente & Virg. 7. Æneid. ſub initio. ex 5. Odyſſ. Homeri expreſſ. *Titanidos.*] Solis, qui è Titanum familia & numero, filiæ. *Farn. Circe.*] Veteres magicæ artis peritas omnes ſolis filias dicebant: hinc & Circe talis fingitur; Medea, & aliæ: Argon. 3. πατρὸς πάρα Ἠελίοιο,



P. OVI-

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER XIV.

ARGUMENTUM.

Is cum per Venulum peteret auxilium à Diomede, cujus ſocii in aves fuerant mutati, repulſam paſſus eſt; redeunte Venulo per ea loca, in quibus paſtor quondam in oleaſtrum erat converſus. Poſtea naves Æneæ in prælio Nymphæ fiunt. Sicut & Ardea poſt occiſum Turnum, avis. atque Æneas ipſe, Indiges. Succeſſerunt huic Reges alii. Quorum inter ceteros ſub Proca floruit Pomona. quam cum amaret Vertumnus, ſumpta primum anus forma, & Anaxaretes in ſaxum converſa exemplo uſurpato: deinde rurſum juvenis factus, voto potitur. Inde ſub Numitore aquæ frigidæ redduntur calidæ. Cui qui ſucceſſit Romulus, factus eſt Quirinus: ejuſque uxor, Ora dea.

JAmque Gigantêis injectam faucibus Ætnen,
Arvaque Cyclopum, quid raſtra, quid uſus aratri
Neſcia, nec quicquam junctis debentia bubus,

Li-

AB. I. *Arg.* Jamque Giganteis.] *Glaucus cum à Scylla fuiſſet ſpretus, ſe ad Circem Solis filiam, herbis, carminibuſque potentiſſimam, contulit, eamque egavit ut ſibi opem ferret: efficeretque carminibus ut à Scylla redamaretur. Sed Circe lius ſtatim amore capta ipſum in ſuos mplexus pellicere tentavit: a quo ſpreta us fuiſſet, omnem indignationem in Scyllam convertit, ac ſinum quendam in quem ſcendere Scylla ipſa conſueverat, venenis fecit, quibus pubetenus in varia monſtra nverſa, cum ſibimetipſi diſpliceret, in ctum Siculum deſiluit, ubi cum alios, tum Circes odium Ulyſſis ſocios ſubmerſit, ac ſtan etiam Æneæ ſtruxiſſet inſidias, niſi m in ſaxum fuiſſet converſa, quod etiamm à nautis vitatur.*

1. *Giganteis.*] Ætnæ incendia, cujus iteres evomunt lapides ignitos, flamarum globos & cineres Poëtæ imputt Encelado, Typhœo & gigantibus ove debellatis, atque ex Ætnæ ſuperjectæ caminis quaſi faucibus ignem eructantibus. lib. 5. vſ. 353. *Ætnam.*] hic denuo *Ætnen* S. Marci, ut & Thuaneus optimi. *injectam* pro *ingeſtam* quoque veteres plerique. Val. Flaccus l. 11. de Typheo, —— *omnis anhelat*
Trinacria, injectam ſeſſo dum pectore molem
Commovet experiens.
& mox *bubus* pro *bobus* meliores. & *Navifragum fretum.* Heinſ.

2. *Arvaque.*] Arva tribus Cyclopum ſcopulis, hodie *Li Fariglioni*, ſubjecta, fertilia, ſed inarata. *Farn. Arva Cyclopum inarata.*]
Inſula Cyclopum fortunatiſſima fertur.
Non illic curvus glebas effringit arator.
Hinc illud à Strabone lib. 13. dictum, κυκλώπων βίον: pro beata & ignava. Ἔνθα μὲν οὔτε βοῶν ἔτ' ἀνδρῶν φαίνετο ἔργα. Homer. Odyſſ. 9. Quod Virgil. arripuit: —— *hominumque boumque labores.*

Liquerat Euboïcus tumidarum cultor aquarum:
Liquerat & Zanclen, adverſaque mœnia Rhegî,
Navifragumque fretum, gemino quod littore preſſum
Auſoniæ Siculæque tenet confinia terræ.
Inde, manu magnâ Tyrrhena per æquora lapſus,
Herbiferos adiit colles, atque atria Glaucus
Sole ſatæ Circes, variarum plena ferarum.
Quam ſimul aſpexit; dictâ acceptâque ſalute,
Diva, Dei miſerere, precor: nam ſola levare
Tu potes hunc, dixit, (videar modo dignus) amorem.
Quanta ſit herbarum, Titani potentia nulli
Quam mihi cognitius, qui ſum mutatus ab illis.
Neve mei non nota tibi ſit cauſſa furoris;
Littore in Italico Meſſenia mœnia contra
Scylla mihi viſa eſt. pudor eſt promiſſa, precesque,
Blanditiaſque meas, contemtaque verba referre.
At tu, ſive aliquid regni eſt in carmine; carmen

Ore

4. *Euboicus.*] Glaucus Anthedonius. lib. præced. vſ. 906.

5. *Zanclen.*] Meſſanam urbem Siciliæ, cui è regione reſpondet Rhegium in Italia, injecto freto Siculo, infami naufragiis, ſcopulis, Scylla, & Charybdi. *Farn. Adverſaque mœnia Rhegî.*] Rhegium eſt urbs in finibus Calabriæ, ubi Sicilia ab Italia diſtracta fuiſſe memoratur. Unde & *Rhegium* ἀπὸ τῦ ῥήγνυσθαι dictum eſt, hoc eſt, ab abrumpendo, quod eo in loco Sicilia ab Italia fuerit abrupta, ut Plinius tradit.

7. *Auſonia Siculæque tenet confinia.*] Freto namque Sicilia ab Italia diſterminatur. *Tenet confinia terræ.*] Ita libri omnes. Scribe nihilominus *terit confinia.* Noſter ipſe l. xv. de Italia & Sicilia,

—— *confinia pontus*
Abſtulit, & medio tellurem reppulit undâ.

ſic *radere confinia* Feſtus Avienus de freto Gaditano,

Vel celſo dimiſſa jugo confinia radit.
Heinſ.

8. *Inde.*] A freto. Nam mare infeſtum, quod & Tyrrhenum vocatur, uſque ad fretum protenditur. *Æ. Mann.*] Ἐντεῦθεν ἐπορέξατο χωρὶς. Apoll. Argon. 1. iv. de Glauco. *Farnab. Tyrrhena per æquora vectus.*] *Lapſus* prim. Palat. prim. Vatican. prim. Baſil. Prim. Reg. prim. Erfurt. Arondel. Cantabrig. & multi alii, quod rectius. *Heinſ.*

9. *Herbiferos colles.*] Circumſtantia ſignificat, in quo monte Circe dicitur habitaſſe, quæ homines carminibus ſuccisque herbarum in feras convertebat. *Æ.*

11. *Simul.*] Poſtquam.

15. *Qui ſum mutatus.*] Qui ſim ſecundum. ita Noſter amat loqui, ſicut vetuſti libri. *Heinſ.*

20. *At tu ſive aliquid regni eſt in carmine.*] *Aliquid* Cantabrig. ſec. Palat. & quinque alii. *aliquod regni* Florent. i. Marci, Zulich. pro diverſa lectione *aliquid regni.* Scribe,

At tibi ſive aliquid regni eſt in carmine,
ut,
Forſitan in tenuis tantum mea venit carmis
Eſſe putes. Idem.

21. Ora

Ore move ſacro : ſive expugnacior herba eſt;
Utere tentatis operoſæ viribus herbæ.
Nec medeare mihi, ſaneſque hæc vulnera mando:
Fineque nil opus eſt. partem ferat illa caloris.
At Circe (neque enim flammis habet aptius ulla
Talibus ingenium; ſeu cauſſa eſt hujus in ipsâ;
Seu Venus indicio facit hoc offenſa paterno)
Talia verba refert : Melius ſequerere volentem,
Optantemque eadem, parilique cupidine captam.
Dignus eras : ultro poteras certéque rogari:
Et ſi ſpem dederis; mihi crede, rogaberis ultro.
Neu dubites, abſitque tuæ fiducia formæ:
En ego, cum Dea ſim, nitidi cum filia Solis,
Carmine cum tantum, tantum cum gramine poſſim;
Ut tua ſim, voveo. ſpernentem ſperne : ſequenti
Redde vices : unoque duas ulciſcere facto.
Talia tentanti, Prius, inquit, in æquore frondes,
Glaucus, & in ſummis naſcentur montibus algæ;

So-

21. *Sive expugnantior herba eſt.*] *Expugnatior* S. Marci, prim Palat. Bernegger. *Iisque ex melioribus non pauci. Scribe expugnacior.* dictum Amor. lib. II. Eleg. 1. vſ. 23. *Idem.*

24. *Fineque nil opus eſt.*] *Fine opus eſt illo* multi. S. Marci, & unus Bonon. *Et fine nil opus eſt.* multi etiam *Hoc mihi fine opus eſt.* duo *ſic mihi.* alii *Fine nihil opus eſt. Fineque opus nullo.* Thuan. *Sive opus nullo.* Forte, *Hac ope nil opus eſt.* Idem.

27. *Seu Venus.*] Seu Venus ulta indignum Solis, qui Martis adulterium ad ſolem detulit turpiſſimis amoribus unum Solis progeniem traducit. *Stirpem peroſa Solis invisi Venus, Per nos casus vindicat Martis ſui.* Senec. Hippolyt. act. 123. *Farn.*

30. *Dignus eras: ultro poteras certoque rogari.*] *Certoque* prim Palat. Cantabrig. Bubin. & ſex alii. *certeque* fragmen. Box Burnii. *certoque rigori* prim. Palat à manu prima. *poteras ultro* pri. Moret. *certe eraſque* pri. Erfurt. & tres alii. *certeque potes* alter Moreti. *Dignus eras certe poteras ultroque* unus Baſil. ſcripſerat Naſo, ni fallor,

Dignus eras, poteraſque ultro (mihi crede) rogari:
Et ſi ſpem dederis (mihi crede) rogaberis ultro.

Heinſ.

32. *Ne dubites abſitque tua fiducia formæ.*] *Neu dubites* meliores recte. *abſitque* etiam Thuan. prim. Erfurt. pri. Moret. & ſeptem alii; nonnulli *aſſitque.* Lege *Neu dubites, abſitve.* Idem. *Adſitque tua fiducia.*] Hoc eſt, tuæ pulchritudini confide. *R.*

34. *Tantum quoque gramine poſſim.*] Scribe *tantum cum gramine poſſim.* nam Sprotianus, *quantum cum.* Heinſ.

36. *Unoque duas ulciſcere facto.*] Putem *pacto.* pactum nuptiale intelligit. Vide Notas libro VII. vſ. 701. *Idem.*

37. *Prius in æquore.*] Ante rerum naturæ commutabitur, quam ego ab amanda Scylla deſiſtam. *Frondes.*] Arbores.

Soſpite quam Scyllâ noſtri mutentur amores.
Indignata Dea eſt: & lædere quatenus ipſum
Non poterat, nec vellet amans; iraſcitur illi,
Quæ ſibi prælata eſt: Veneriſque offenſa repulsâ,
Protinus horrendis infamia pabula ſuccis
Conterit: & tritis Hecateïa carmina miſcet:
Cærulaque induitur velamina: perque ferarum
Agmen adulantum mediâ procedit ab aulâ:
Oppoſitumque petens contra Zancleïa ſaxa
Rhegion ingreditur, ferventes æſtibus undas:
In quibus, ut ſolidâ, ponit veſtigia, ripâ;
Summaque decurrit pedibus ſuper æquora ſiccis.
Parvus erat gurges curvos ſinuatus in arcus,
Grata quies Scyllæ: quo ſe referebat ab æſtu
Et maris & cæli, medio cum plurimus orbe
Sol erat, & minimas à vertice fecerat umbras:
Hunc Dea prævitiat; portentiferiſque venenis
Inquinat. huic fuſos latices radice nocenti

Spar-

43. *Pabula ſuccis.*] *Gramina* plerique. nonnulli tamen *pabula*. quod non auſim mutare, etſi minime ignoro, *gramina* & *carmina* paſſim apud poëtas conjungi, quoties de rebus magicis agitur. Noſter tamen Rem. Am.

Viderit, Hamonia ſi quis mala pabula terra
Et magicas artes poſſe juvare putat.

pabula campi in Ibide quoque dixit. pro *gramina* Berneggerianus hoc loco *pocula* vel *pabula*. Te *quoque* omittitur in tertio Medic. & aliis quinque. *Heinſ.*

45. *Hecateïa.*] Incantationes à matre Hecate edoctas. vide 7. lib. vſ. 74.

47. *Oppoſitumque petens.*] *Oppoſitamque* duo Bonon. ſic *Ilion* in fœminino genere paſſim. *Heinſ. Oppoſitumque.*] Supra vſ. 5.

48. *Ferventeſque æſtibus undas.*] *Ferventes* recte plerique vetuſtiores. cujuſmodi appoſitiones paſſim apud Noſtrum occurrunt. Lucan. v.

Nymphaumque tenent nudas Aquarum-bus undas. Heinſ.

Ferventes.] Fretum pedes tranſgreſſus fretum autem à ſimilitudine ferventis aquæ dictum vult Varro lib. 6. de L. L. & alii. *Farn.*

53. *Medio cum plurimus orbe Sol erat.*] Periphraſis eſt meridiei. *Medio cum plurimus orbe.*] Sic Virgil. *Plurimus Eurus. Plurima nux. Plurima cervix.*

55. *Portentiferiſque venenis.*] *Portentiferiſque* malo cum ſec. Palat. Oxon. & ſex aliis. ſic *monſtriferum*, *horriferum* & ſimilia apud Noſtrum. *Heinſ.*

56. *Hic preſſos latices radice nocenti.*] *Fuſis latices* S. Marci, *fuſos* tert. Bonon. & alter Hamburg. & editiones omnes. *Sparſos* prim. Hamburg. & prim. Gronov. *latices preſſa* unus Baſil. pro unus Gronov. & tres *hinc. hinc preſſos* Moret. & prim. Bonon. *hæc* Thyſ. Pont. *huic.* Idem. *Preſſos.*] Succos ex herbis noxiis expreſſos. *Farn.*

57. B

Spargit: & obscurum verborum ambage novorum
Ter novies carmen magico demurmurat ore.
Scylla venit; mediâque tenus descenderat alvo;
Cum sua fœdari latrantibus inguina monstris
Aspicit: ac primò non credens corporis illas
Esse sui partes, refugitque, abigitque, timetque
Ora proterva canum. sed quos fugit, attrahit unà.
Et corpus quærens femorum, crurumque, pedumque,
Cerbereos rictus pro partibus invenit illis.
Statque canum rabies: subjectaque terga ferarum
Inguinibus truncis utroque exstante cohærent.
Flevit amans Glaucus: nimiumque hostiliter usæ
Viribus herbarum fugit connubia Circes.
Scylla loco mansit: cumque est data copia primum,
In Circes odium sociis spoliavit Ulyssen.
Nox eadem Teucras fuerat mersura carinas;
Ni prius in scopulum, qui nunc quoque saxeus exstat,
Transformata foret. scopulum quoque navita vitat.
Hanc ubi Trojanæ remis avidamque Charybdin
Evi-

57. *Et obscurum.*] *Obscura.* Urbin. & 10 alii. *Heinf.*

64. *Quos fugit.*] *Quas* duo veteres. ftum lib. III. mox *Et partes quærens* n *corpus* tres scripti. *Idem.*

65. *Cerbereos.*] Terribiles, instar tri-ucis canis Cerberi.

66. *Statque canum rabies.*] *Stantque* m. Gronov. Latet mendum. Forte, *utque canum rabie.* hoc est, inferiores rtes, femora nempe, crura & pedes canum rabiem mutantur. postea pro *rcet*, Cantabrig. & unus Voss. *coërt. cohæret* unus Patav. & Juret. Scribe *erent.* atque ita alter Hamburg. Nor ipse Amor. lib. I. Eleg. IV.

Nec mihi silva domus: nec equo mea membra coharent. Heinf.

um.] Virg. 6. ecl. & 3. Æn. & Scholes Apollonii ed 3. l. v. 127. Lycophr. *νὺς μιξοπάρθεν & κύων. Farn.*

AB. II. *Arg.* Flevit amans Glau-, &c.] *Docet, eandem Scyllam transformatam esse in saxum: ne Æneæ naviganti in Italiam nocere possit.* Lact.

71. *In circes odium.*] Sciebat enim Ulyssem à Circe amari. Multos autem e sociis in freto Siculo amisit Ulysses, ut in Odyssea narrat Homerus. *R. Soci-.*] Sex. Ἐκ νηὸς ἑταίρους ἑξ ἑλεθ' οἱ χερσὶν τε βίηφι Φέρτατοι ἦσαν. Homer. Odyss. μ. vs. 245. *Farn. Spoliavit Ulyssem.*] *Ulyssen* meliores. *Heinf.*

73. *Ni prius in scopulum.*] Et alii geographi, & Plinius in primis, scribunt, Scyllam saxum esse ingens, freto imminens, quod in parte superiore humanam habet effigiem: in inferiore vero plures habet cavernas, quibus undæ refractæ latratus canum & luporum ululatus referre videntur. *R.*

FAB. III. *Arg.* Hanc ubi, &c.] *Cecropas, propter fraudem scelusque, quia semper insidiatores fuerunt, exosus est Juppiter: qui cum vellet eos convenientem animo figuram habere, in simias conversi sunt.*

Evicêre rates; cum jam prope littus adeſſent
Auſonium, Libycas vento referuntur ad oras.
Excipit Ænean illic animoque, domoque,
Non bene diſcidium Phrygii latura mariti,
Sidonis: inque pyrâ ſacri ſub imagine factâ
Incubuit ferro: deceptaque decipit omnes.
Rurſus arenoſæ fugiens nova mœnia terræ,
Ad ſedemque Erycis fidumque relatus Aceſten
Sacrificat; tumulumque ſui genitoris honorat.
Quaſque rates Iris Junonia pæne cremarat,
Solvit: & Hippotadæ regnum, terraſque calenti
Sulfure fumantes, Acheloïdumque relinquit
Sirenum ſcopulos, orbataque præſide pinus
Inarimen, Prochytenque legit, ſterilique locatas
Colle Pithecuſas, habitantum nomine dictas.

Quippe

ſunt. Itaque Inarimen, Prochytenque inſulas proximas, quas hi incoluerunt, nomine ſuo, Pithecuſas vocavit. Lact.

75. *Hunc ubi.*] *Hanc* ex melioribus. *Heinſ. Hunc ubi Trojanæ.*] Errores Æneæ deſcribit poëta, ut cum ad Pithecuſam eum deduxerit inſulam, commodius Cercopum in ſimias Metamorphoſin deſcribere poſſit.

78. *Excipit.*] Vixit Æneas 286. annos ante Didonem. hiſtoriæ tamen fidem prægravat Virgilii figmentum, uti dictum à nobis ad 1. & 4. lib. Æn. *Farn.*

82. *Arenoſæ terræ.*] Carthaginis: unde Hiarbas apud Virgilium, *Cui littus arandum Dedimus.* R.

83. *Ad ſedes Erycis.*] *Sedemque* S. Marci, quatuor alii. unus *ſedeſque.* Heinſ. *Sedes.*] Siciliam, in qua mons Eryx, ab Eryce Veneris filio ibi condito. *Farn.*

85. *Iris Junonia.*] A Junone miſſa.

86. *Hippotadæ.*] Æolias inſulas. Æolus cur dictus Hippotades, habes lib. 4 vſ. 663. *Terraſque.*] Vulcani inſulas, Liparam, Hieram, Strongylen.

87. *Acheloïdumque.*] Scribe *Acheloïa demque*, ne peccetur in leges metricas *Heinſ. Acheloïadumque.*] Sirenum de quibus dictum ad v. 552. lib. 5. *Farn.*

88. *Orbataque.*] Navis deſtituta gubernatore Palinuro. Æneid. 5. lib. in finem.

89. *Inarimen.*] *Inque arimen* teſt. Medicæus. *Heinſ. Inarimen.*] Æaniam a Pithecuſas, Iſchiam. ſed de nomine Inarimes ab Homeri εἰν Α'ρίμοις loco quæ differit Erythræus in indice Virgil. *Farnab. Inarimen, Prochytenque legit.* Tranſit. *Inarime* autem inſula eſt maris Campano, in qua eſt mons Epomeus eructans. *Prochyte* vero inſula eſt ſubjecta, quod terræ motu ab Æneia profuſa; nam προχύω ſignificat profundo.

90. *Pithecuſas habitantum nomine dictas.*] Pithecuſa inſula eſt in ſinu Campano urbem in monte habens Pithecuſas, à multitudine ſimiarum dicta. Nam πίθηκος ſimia dicitur. Jupiter enim Cercopum perfidiam odio habens eos in ſimias convertit, hancque inſulam illis aſſignavit habitandam. Plin. ſcribit à figulinis doliariorum denominatam eſſe: *Pithos* namque dolium à Græcis appellatur. R.

91. Sed

Quippe Deûm genitor fraudem, & perjuria quondam
Cercopum exosus, gentisque admissa dolosæ;
In deforme viros animal mutavit: ut îdem
Dissimiles homini possent, similesque videri.
Membraque contraxit: naresque à fronte resimas
Contudit, & rugis peraravit anilibus ora.
Totaque velatos flaventi corpora villo
Misit in has sedes. nec non prius abstulit usum
Verborum, & natæ dira in perjuria linguæ.
Posse queri tantùm rauco stridore relinquit.
Has ubi præteriit, & Parthenopeïa dextrâ
Mœnia deseruit; lævâ de parte canori
Æolidæ tumulum, & loca fœta palustribus ulvis
Littora Cumarum, vivacisque antra Sibyllæ

In-

91. *Quippe.*] Insulæ Inarimes incolæ, ut habet Suidas, impii atque improbi erant impostores. in his fratres duo Candulus & Atlas, quorum alter *paxillus*, alter *incus* dictus: fidem Jovi datam cum violassent, omnes in simias mutati sunt, *Accedit fabula prisca fidem.*

95. *Nareſque à fronte remissas.*] *Resimas* Salmasius ad Solinum. recte. nam pri. Basil & sex alii *revulsas*. alii quatuor *retusas*. *resimus* ut *repandus* & *reduncus* alibi apud Nostrum. *resimus*, ἀνάσιμον. qua voce Varro lib. II. cap. IX. RR. Columella lib. VI. cap. I. Plinius, Palladius lib. IV. cap. XI. Solinus sunt usi. etiam Arnobius lib. III. In altero Twisdenio interlinearis glossa exstabat *remissas*, id est *recurvas*. Unde apparet *resimas* olim fuisse lectum. *Heins.*

100. *Reliquit.*] Prim. Palat. & tres alii *relinquit*. Idem.

FAB. IV. *Arg.* Has ubi præteriit.] *Sibylla dum esset virgo ab Apolline amata, cum ab eo ut quicquid vellet peteret hortante impetrasset, ut tot annos viveret, quot in manu arenas tenebat, oblita est adjicere voto, ne unquam senesceret. Quare cum Phœbo morem gerere noluerit, ad tantum decrepitatis pervenit, ut a corpore dereliĉta tota in vocem fuerit commutata.* Lact.

101. *Parthenopeia.*] Neapolin, prius *Parthenopen* dictam à Sirene cognomine ibi sepulta.

102. *Caroni.*] Miseni Æoli f. *quo non præstantior alter Ære ciere viros, Martemque accendere cantu* 6. Æn.

103. *Et loca fœta palustribus undis.*] *Ulvis* prim. Gronov. Noricus, & tres alii. quomodo & Bernegger. pro diversa lectione. & Bersmanni codex. In Ibide, *Protinus Eumenides lavere palustribus ulvis.*

Ubi simili modo in vulgatis peccatur. libro VI. Met. *gratamque paludibus ulvam* dixit. libro VIII.

——*juncique lenes, ulvæque palustres.*

sic & ibi scribendum videtur. non *ulvaque leves juncique.* Virgil. quoque libro III. Georg. *ulvam palustrem* dixit. Cæterum Tè & tollunt primus Palat. Græcianus, aliique quatuor. probe. ut littora Cumæa per appositionem sibi familiarem vocet loca ulvis palustribus fœta. *Heins.*

104. *Vivacisque.*] Infra, vs. 144. redditur ratio. *Sibyllæ.*] Vatis Cumanæ. Fœminæ vero vates, ut habet Lactantius lib. I. Sibyllæ erant à veteribus nuncupatæ, vel ab unius Delphidis nomine, vel à consiliis Deorum denunciandis:

Intrat: &, ut manes adeat per Averna paternos,
Orat. at illa diu vultus tellure moratos,
Erexit: tandemque Deo furibunda recepto,
Magna petis, dixit, vir factis maxime, cujus
Dextera per ferrum, pietas ſpectata per ignes.
Pone tamen, Trojane, metum: potiere petitis:
Elyſiaſque domos, & regna noviſſima mundi
Me duce cognoſces, ſimulacraque cara parentis.
Invia virtuti nulla eſt via. dixit: & auro
Fulgentem ramum ſilvâ Junonis Avernæ
Monſtravit: juſſitque ſuo devellere trunco.
Paruit Æneas: & formidabilis Orci
Vidit opes, atavoſque ſuos, umbramque ſenilem
Magnanimi Anchiſæ: didicit quoque jura locorum;

Quæ-

σιὸς enim Deos, & conſilium *Συλλὴν* appellabant Æoles. Aliis quaſi *σὺς ἔνλλη*, quaſi Deo plena. De numero eorum varie varii. Lactantius libro dicto de falſa Religione numerat nominatque decem. vide Suidam, Fauſaniam in Phocicis. Diodorum Sic. lib. 5. Lil. Giraldi Syntagm. Poët. hiſt. 2. Auguſtin. 18. lib. de civitate Dei, cap. 23. atque ad eum L. Vivem. Bulinger. de Divination. l. 4. Cluverium in Italia antiqua l. 4. c. 2. I. Boiſſardum de Divinatione cap. 2. Sed videantur II. Caſaubonus ad Ann. Baron. num. 18. necnon R. Montacutii Apparatus. 3. *Farn. Litora Cumarum.*] Cumæ urbs Campaniæ antiquiſſima Italicarum urbium, atque Sicularum, à Chalcidenſibus quidem condita (ut Strabo inquit) ſed à Cumæis denominata. *Vivacis Sibyllæ.*] Quæ ſeptingentos jam annos vixiſſet, ut ipſa paulo poſt narrat. *R.* Vide Gellium lib. 1. cap. XIX. De Sibyllis autem earumque numero, & nominibus, Lactantius lib. 1. cap. 7. *Micyl.*

105. *Et ut manes adeat.*] *Veniat* prim. Hamburg. & ſex alii. Virgiliana locutio. *ad manes veniat* Florent. S. Marci, mox *vultus moratos* non *vultum moratum* Thuan. Oxon. ſec. Palat. Medic. quatt. & octo alii. *Heinſius.*

107. *Deo furibunda recepto.*] Planè hæc imitatur Virgil. 6. —— *afflata eſt numine quando* —— *jam propiore Dei.* &c.

111. *Noviſſima.*] Ima, id eſt, ad inferos. Namque ſupremum mundi regnum, eſt cœlum; medium, terra cum aquis: ultimum, inferi. *Farn.*

112. *Simulacraque cara parentis.*] Hoc ex eorum opinione dictum eſt, qui ajunt hominem ex tribus conſtare, anima, corpore, & ſimulachro: Animamque cælum petere, corpus reddi terræ, ſimulachrum ad inferos deſcendere.

114. *Junonis Averna.*] Proſerpinæ. Nemus enim juxta Avernum & Plutoni & Proſerpinæ fuit dicatum. *R. Fulgentem.*] Aureum Prudentiæ ramum, Proſerpinæ deferendum munus. Homer. Odyſſ. 11. Virgil. Æn. 6. Igitur ille (de Ulyſſe loquitur Apulejus) hac (Prudentia ſeu Minerva) duce, omnia horrenda ſubiit, omnia adverſa ſuperavit. Quippe ea adjutrice Cyclopis ſpecus introiit, ſed egreſſus eſt; Solis boves vidit, ſed abſtinuit; ad Inferos demeavit, ſed aſcendit, &c. lib. de Deo Socratis, ſub exitu. *Farn.*

115. *Divellere trunco.*] *Devellere* meliores. *Heinſius.*

118. *Didicit quoque jura locorum.*] Di-

Digitized by Google

Quæque novis essent adeunda pericula bellis.
Inde ferens lassos aversо tramite passus,
Cum duce Cumæâ fallit sermone laborem.
Dumque iter horrendum per opaca crepuscula carpit;
Seu Dea tu præsens, seu Dîs gratissima, dixit;
Numinis instar eris semper mihi: meque fatebor
Muneris esse tui: quæ me loca mortis adire,
Quæ loca me visæ voluisti evadere mortis.
Pro quibus aërias meritis evectus ad auras
Templa tibi statuam; tribuam tibi thuris honorem.
Respicit hunc vates, & suspiratibus haustis,
Nec Dea sum, dixit; nec sacri thuris honore
Humanum dignare caput. neu nescius erres;
Lux æterna mihi, carituraque fine dabatur,
Si mea viginitas Phœbo patuisset amanti.
Dum tamen hanc sperat, dum præcorrumpere donis
Me cupit: Elige, ait, virgo Cumæa, quid optes:
Optatis potiere tuis. ego pulveris hausti
Ostendens cumulum, quot haberet corpora pulvis,
Tot mihi natales contingere vana rogavi.
Excidit optarem juvenes quoque protinus annos.
Hos tamen ille mihi dabat, æternamque juventam,
Si Venerem paterer. contemto munere Phœbi
Innuba permaneo. sed jam felicior ætas

Terga

licit quæ jura Cantabrig. sec. Palat. prim. Moreti, septem alii. Forte,

——*didicitque & jura locorum.* Idem.

121. *Fallit laborem.*] In multis veteum *mollit.* Idem.

124. *Meque fatebor Muneris esse tui.*] Plurimi ex scriptis, etiam vetustioribus, *Munus habere tuum.* sed nil muto. *Idem.*

128. *Templa.*] *Te quoque magna manent regnis penetralia nostris,* &c. Æneas ibyll. 6. Æneid. Virg. *Fana. Thuris honores.*] *Honorem* Bernegger. sec. Palat. rim. Gronov. tert. quart. Medic. recte. am sequitur, *thuris honore.* mox pro *espicit* Bernegger. & prim. Gronov. *Increpat.* Heins.

129. *Et suspiratibus haustis.*] Suspiriis tractis.

131. *Ne nescius erres.*] *Neu* ex scriptis. *Heins.*

132. *Lux æterna.*] Immortalitas. *F.*

137. *Quot haberet corpora pulvis.*] *Haberent.* unus Mediceus ex melioribus. *Heins.*

138. *Natales.*] Annos. Natalis enim quotannis recurrit.

139. *Excidit ut peterem.*] *Excidit, optarem.* alter Hamburg. unus meus, & unus Leidensis. placet. *Heins.*

142. *Felicior ætas.*] Juvenilis ætas. *Raph.*

Terga dedit : tremuloque gradu venit ægra ſenectus;
Quæ patienda diu eſt. nam jam mihi ſæcula ſeptem
Acta vides: ſupereſt, numeros ut pulveris æquem,
Tercentum meſſes, tercentum muſta videre.
Tempus erit, cum me de tanto corpore parvam
Longa dies faciat : conſumptaque membra ſenectâ
Ad minimum redigantur onus. nec amata videbor,
Nec placuiſſe Deo. Phœbus quoque forſitan ipſe
Vel non agnoſcet, vel dilexiſſe negabit.
Uſque adeò mutata ferar : nullique videnda;
Voce tamen noſcar. vocem mihi fata relinquent.
Talia convexum per iter memorante Sibyllâ,
Sedibus Euboïcam Stygiis emergit in urbem
Troïus Æneas : ſacrilque è more litatis,
Littora adit nondum nutricis habentia nomen.
Hîc quoque ſubſtiterat poſt tædia longa laborum
Neritius Macareus, comes experientis Ulyſſei.

De-

146. *Tercentum.*] De Neſtore, *Qui dextra computat annos, Quique novum toties muſtum bibit*, Juvenal. 10. Satyr. *Videre.*] *Videri* unus Baſil. *Heinſ.*

148. *Faciet.*] *Faciat.* & mox *redigantur* pro *redigentur.* Neap. Urbin. pri. Palat. pri. Vatican. Cantabrig. pri. Erfurt. tert. Medic. Arond. & multi alii. bene. *Heinſ.*

152. *Uſque.*] Varro 1. lib. 1. cap. Neque patiar Sibyllam non ſolum cecinisſe, quæ, dum viveret, prodeſſet hominibus; ſed etiam quæ cum periſſet ipſa, &c. *Farn.*

153. *Voce tamen noſcar.*] Vocis nomine accipio non ſonum tantummodo vocis, ſeu inanem vocem: ſed fatidicam vocem, ut indicet, ſe facultatem vaticinandi cum corporea mole non amiſſuram. *Pont.*

FAB. V. VI. *Arg.* Talia convexum, &c.] *Æneas iter in Italiam tendens ad Laſtrygonas venit, ubi Macareus Neritius comes Ulyſſis apparuit, congreſſuſque eos eſt comitatus. Itaque cum expoſuiſſet Achæmenides apud Cyclopum quæ eſſent paſſi ſocii, ſimiliter & ille quæ à Circe cum comite Eurylocho, qui potione accepta in varias figuras commutati ſunt. quodque uviſſime Ulyſſes remedio Mercurii eos recr. & ſocios recuperavit, ex eoque Circen junxiſſe ſe ei in matrimonium: monuitque Æneam ne litteribus Circes accederet.* Lact.

154. *Convexum.*] Aſcenſu arduum.

155. *Euboïca.*] Cumas Chalcidenſium coloniam. Chalcis autem oppidum eſt Bœotiæ. *Emerſit in urbem.*] *Emergit* meliores. mox *è more* pro *ex more.* Reg. & tres alii. *Heinſ.*

157. *Nutricis.*] Poſtea ab Æneæ nutrice Cajetam dictam. Sed vide quæ ad 1. vſ. 7. lib. Æn. & infra v. 443. *Farn.*

159. *Neritius Macareus.*] Hic ſocius ad Circes potentiam explorandam ab Ulyſſe miſſus, cum potionem ab ipſa Circe acceptam guſtaſſet, una cum omnibus ſociis, præter unum Eurylochum, qui nihil bibere voluit, in porcum fuit converſus: ſed precibus Ulyſſis Circe eos eandem priſtinæ reſtituit figuræ, ut Homerus in decimo Odyſſ. libro memor.

Le-

Digitized by Google

Deſertum quondam mediis qui rupibus Ætnæ
Noſcit Achæmeniden : improviſóque repertum
Vivere miratus, Qui te caſusve Deuſve
Servat Achæmenide? cur, inquit, barbara Grajum
Prora vehit? petitur veſtræ quæ terra carinæ?
Talia quærenti jam non hirſutus amictu,
Jam ſuus, & ſpinis conſerto tegmine nullis,
Fatur Achæmenides: Iterum Polyphemon, & illos
Aſpiciam fluidos humano ſanguine rictus;
Hac mihi ſi potior domus eſt Ithaceque carinâ;
Si minus Æneam veneror genitore. nec unquam
Eſſe ſatis potero, præſtem licet omnia gratus.
Quod loquor, & ſpiro; cælumque, & ſidera Solis

Re-

Experientis Ulyſſei.] Experti multa & paſſi Ulyſſis. *R. Neritus.*] Ithacenſis. Neritos mons eſt Ithacæ.

160. *Mediis in rupibus Ætnæ.*] *Mediis qui* prim. Erfurt. & alii duodecim. *in rupibus* S. Marci, Bernegg. prim. Hamburg. tres alii. *Heinſ.*

161. *Noſcit Achemenidem.*] Achemenides timore Polyphemi Cyclopis in Sicilia ab Ulyſſe relictus, ab Ænea illac navigante fuit exceptus. *R.*

162. *Quiste.*] *Qui te* S. Marci, Neapol. pri. Hamburg. tert. Medic. & Sixii. mox *veſtra carina*, non *veſtra carina*, Oxon. ſec. Palat. & alii quatuor. *Heinſ.*

163. *Barbara.*] Trojana navis. *Farn. Servat.*] Servavit. Putabat enim Macareus illum periiſſe. *Cur barbara Grajum.*] Miratur Macareus Achæmenidem Græcum, Ulyſſiſque comitem cum Trojanis Græcorum hoſtibus navigare.

165. *Hirſutus amictu.*] *Amictus* tert. Medic. Puto *amictum*. Heinſ.

166. *Jam ſuis.*] Jam ſui juris & liber. *Raph. Concreto.*] *Jam non forma viri, miſerandaque cultu, Cui dira illuvies, immiſſaque barba, & Conſertum tegmen ſpinis*, ut 3. Æneid. ſed cultus & liber, & ſibi redditus. *Farn. Conſerto tegmine.*] *Conſuto* Thuan. & unus Moreti *contexto* unus mſcus. *conjecto* alter Erfurt. *conexto* unus Moreti. *conſperto* tert. Bonon. & emend. *conſepto.* quomodo & unus Argent. *conſertus* Urbin. & prim. Bonon. nil mutandum. Virgil. de eodem Achæmenide,

Conſertum tegumen ſpinis: at cætera Grajus.

ita veterrimus Florent. vulgati *tegmen.* Idem.

167. *Iterum Polyphemum.*] Illi interrogationi reſpondet: *Cur barbara Grajam Prora vehit?* Se autem gratum erga Æneam oſtendit Achæmenides.

168. *Illos rictus fluidos.*] Illa fluentia ora. *Aſpiciam.*] Miſere peream Polyphemi redditus antro, niſi mihi hæc ſub Ænea conditio potior ſit, quam illa ſub Ulyſſe, &c. *Farn.*

169. *Hac mihi ſi potior domus eſt Ithacique carina.*] *Hac mihi ni* plurimi veteres. nonnulli etiam *Ithaci atque.* prior Twiſdenius *Ithaca atque.* unus Moreti *Ithacaque.* Scribe cum Naugerio & Gronovio,

Hac mihi ſi potior domus eſt Ithaceque carinâ.

ſi vel Ithace potior mihi domus eſt hæc carina. *Heinſ.*

170. *Æneam.*] *Æneam* vetuſtiores, *Idem.*

172. *Et lumina ſolis Aſpicio.*] *Et ſubora ſolis*

Reſpicio, (poſſimne ingratus, & immemor eſſe?)
Ille dedit. quod non anima hæc Cyclopis in ora
Venit: & ut lumen jam nunc vitale relinquam;
Aut tumulo, aut certè non illâ condar in alvo.
Quid mihi tunc animi (niſi ſi timor abſtulit omnem
Senſum animumque) fuit; cum vos petere alta relictus
Æquora proſpexi? volui inclamare; ſed hoſti
Prodere me timui: veſtræ quoque clamor Ulyſſis
Pæne rati nocuit. vidi, cum monte revulſo
Immanem ſcopulum medias permiſit in undas.
Vidi iterum, veluti tormenti viribus acta,
Vaſta gigantêo jaculantem ſaxa lacerto.
Et, ne deprimeret fluctuſve lapiſve carinam,
Pertimui; jam me non eſſe oblitus in illâ.
Ut verò fuga vos ab acerbâ morte removit;
Ille quidem totam fremebundus obambulat Ætnam,
Præ-

ſolis Reſpicio S. Marci, Neapol. Bernegg. cum aliis nonnullis. ſic & lib. IX. *ſidus* pro Sole,

——— *cum partus adeſſet*
Herculis, & decimum premeretur ſidere ſignum.

lumen paulo poſt denuo ſequitur iidem *poſſimne* pro *poſſumne*. Propertius libro II. Eleg. XX.

Cum te tam multi peterent, tu me una petiſti.
Poſſim ego naturæ non meminiſſe tuæ? ſolemque & ſidera cœli prim. Bononienſ. *Idem.*

176. *Ut tumulo.*] *Aut tumulo* ex melioribus ſcribendum. nam *ut* alia ſignificatione præceſſerat. Poterat & reponi *Quod tumulo*. Idem.

179. *Conſpexi?*] Ἦος ὃ ἀποβλήξας κορυφὴν ὄρεος μεγάλοιο, &c. Homer. Odyſſ. I. vſ. 481.

180. *Veſtræ quoque clamor Ulyſſis, Pene rati nocuit.*] Alludit ad id, quod apud Homerum fingitur, Odyſſ. nono, ubi Ulyſſes navi aufugiens, Polyphemum clamando, & indicando quinam ipſe eſſet (nam ſe *nemineм* antea dixerat) in ſe irritat. quare jactu ingentis ſaxi, pene & ipſe & tota navis ab eodem Polyphemo obtrita. *Micyl.*

181. *Monte revulſum.*] *Revulſo* S. Marci, Neapol. & ſec. Strozzæ. pro *convulſo* paulo ante *proſpexi* prim. Hamburgenſis, ſec. Palat. & quinque alii. *Heinſ.*

182. *Permiſit.*] Conjecit.

185. *Et ne deprimeret.*] *Deprimeret* unus Medic. *Heinſ.*

187. *Ab acerba morte reduxit.*] *Removit* pri. Pal. pri. Vatic. Cantabr. pri. Gronov. Urbin. Arond. prim. Moret. aliique multi. *redemit* ſec. Vatic. & duo alii. an *diremit? revellit* tert. Medic. *revulſit* unus Bonon. puto, *fuga vos ab certâ morte removit* vel *redemit*. in priore quidem Hamb. *à certa morte*. libro V.

——— *eumque*
Non tibi, ſed certa prælatum inter ſua morti. idem.

188. *Gemebundus obambulat.*] Rectius in Sprotiano *fremebundus*, alter Hamburg. *tremebundus*. verum proxime. Vide lib. IX. v. 208. lib. XII.

——— *Achilles curru fremebundus ab alto*
Deſilit. Idem.

189. *Per-*

Prætentatque manu ſilvas; & luminis orbus
Rupibus incurſat: fœdataque brachia tabo
In mare protendens, gentem exſecratur Achivam.
Atque ait: O ſi quis referat mihi caſus Ulyſſen,
Aut aliquem è ſociis, in quem mea ſæviat ira,
Viſcera cujus edam, cujus viventia dextrâ
Membra meâ laniem, cujus mihi ſanguis inundet
Guttur, & eliſi trepident ſub dentibus artus;
Quàm nullum, aut leve ſit damnum mihi lucis ademtæ!
Hæc, & plura ferox. me luridus occupat horror,
Spectantem vultus etiamnum cæde madentes,
Crudeleſque manus, & inanem luminis orbem
Membraque, & humano concretam ſanguine barbam.
Mors erat ante oculos; minimum tamen illa malorum.
Et ſam prenſurum, jam jam mea viſcera rebar
In ſua merſurum: mentique hærebat imago
Temporis illius, quo vidi bina meorum

Ter

189. *Pertentatque manu ſilvas.*] *Prætentatque* ex melioribus. mox etiam *prætendens* nonnulli cum S. Marci codice. Sed poſterius illud non admitto. *Idem.*

190. *Incurſat rupibus.*] Incidit in ſaxa, ſic ut pedes lædat. *Incurſat rupibus.*] Tentavimus hoc ex Eurip. ſic reddere.

Tum verò Ulyſſes advocat vires ſuas.
Quercu præuſta luminis magni ſinum
Scrutatur. Ictu ſtridet informis locus,
Luciſque manis: turba Veſparum ut ſtrepit
Concuſſa nido. Clamat horrendum Cyclops,
Haud excitatus molliter. Quærit diem.
Lapſantis Ithacus videt incertum pedem:
Factoque gaudens littus infandum fugit.

192. *Ulyſſem.*] *Ulyſſen* & *è ſociis* non *ex* meliores. *Heinſ.*

194. *Viventia dextra.*] *Vivacia* prim. Gronov. & ſec. Pal. hoc eſt, lente morientia. ut lib. XII.

Vivacemque animum miſſis elidite ſilvis.

lib. XIII. *vivacem anum* dixit. *vivacem Sibyllam* hoc ipſo libro. *vivax ſolum* l. I. *vivax gramen* lib. VII. *vivacia ſulphura* & *vivacem cervum.* lib. II. III. & VII. & *vivacia aconita* ibid. *Idem.*

195. *Cujus mihi ſanguis inundet guttur.*] *Sanguine* pri. Ambroſ. ut apud Virgilium, *& inundant ſanguine foſſæ.* Idem.

202. *Minimum tamen ipſa doloris.*] *Illa malorum* multi ex antiquis. quod magis arridet. *Idem. Minimum tamen ipſa doloris.*] Quia timore ſenſus atque animus illius ita impediti erant, ut morte minimum moveretur, dum cætera quæ viderat, quanquam metuebat, ſibi ipſe ob oculos ponebat, quin & mortem optaret potius, quam cætera illa ſuſtineret. *Micyl.*

203. *Jam nunc mea viſcera rebar.*] *Jam jam* caſtigatiores. pro *merſurum* Græcianus *verſurum.* Heinſ.

205. *Bina meorum.*] *Vidi egomet, duo de numero cum corpora noſtro, &c.* Hom. Σὺν δὴ δύω μάρψας, ὡς τε σκύλακας πὸλὶ γαῖῃ Κὰπτε, &c. Odyſſ. 9. v. 289. *Farn.*

207. *Cum*

Ter quater affligi ſociorum corpora terræ.
Quæ ſuper ipſe jacens, hirſuti more leonis,
Viſceraque, & carnes, obliſisque oſſa medullis,
Semanimeſque artus avidam condebat in alvum.
Me tremor invaſit. ſtabam ſine ſanguine mœſtus: 210
Mandentemque videns, ejectantemque cruentis
Ore

207. *Cum ſuper ipſe jacens.*] *Quæ ſuper* iidem. *Heins. Cum ſuper.*] Ἠ ὅτε λέων ὀρεσίτροφος, ἢ δ' ἀπίλεσεν Ἐγκατὰ τε σάρκας τε καὶ ὀστία μυελόεντα. ibid. *Farn.*

208. *Cumque albis oſſa medullis.*] *Cumque eſis* ſec. Falar. & meus chartaceus. *cumque ipſis* Cantabr. pri. Moret. & ſex alii. placet Τὰ *eſis*. ut in illo,

——— *eſt mollis flamma medullas.*

Horat. Epod. V.

Exeſa uti medulla & aridum jecur
Amoris eſſet poculum.

Ita ſcribo. Nam vulgati *exerta*. Lambinus, Faërnus, Cruquius, Torrentius, *Exſucta*. ut in illo Juvenalis Sat. VIII.

Oſſa vides Regum vacuis exſucta medullis.

Sed ibi allegorice locutus eſt. ſcripti fere omnes *exſecta* vel *execta*. Niſi *exeſta* dixerit Horatius, ut *comeſto patrimonio* Salluſtius, quod ex illo à Grammaticis citatur. & ſane archaïſmos hujuſmodi multos in Epodis Horatius adhibuit. *oſtrices* etiam dixit in Cafina Plautus & *urſas hominum ambeſtrices* Ammianus Marcellinus libro XIX. *ſiccam* dixit *medullam* Propertius lib. II. El. XII. quæ *exoſta* eſt Horatio.

Exedit labor, & miſeris feſtina ſenectus,
Valerio Flacco I. IV. Caſtigandus ejuſdem locus libro V.

Sic ait. at Juno pulchrum longiſſima quando
Robur cura ducis, magnique edëre labores,
Mole nova, & veſtea perfudit luce juventa.

Ineptiſſime & contra auctoris mentem *dedere* nunc legitur. Sed hoc à doctiſſimo Gronovio jam monitum in Obſervationibus ferus deprehendo. apud eundem Valerium libro III. vſ. 693.

——— *multuſque viri cunctantia corda*
Eſt dolor.

ubi *Fert dolor* nunc legitur minus bene. quomodo & apud Noſtrum lib. I. Pont. El. I. illo verſu,

Eſtur ut occulta urtica torredine nervis.

multi codices *Fertur* agnoſcunt. *edax urbem exedere* apud Maronem Æneid. V. *exedi cura, mœrore, inedia, ira, dolore,* familiare eſt optimis auctoribus. *exſ angor* apud Lucretium. Non poſſum tamen diſſimulare in Neapolitano veterrimo legi, *obliſisque oſſa medullis*. quod verum opinor. ſic *obliſa fauces* apud Tacitum. Prudentius Pſychomach.

Ferratoſque toros obliſo robore multat.

& mox,

Infamem mercatus agrum de ſanguine amici
Numinis obliſo laturus jugera collo.

&,

——— *obliſo gutture frangit*
Exſanguem ſiccamque gulam.

in nonnullis haud dubie *colliſiſque* ſcriptum fuerat. hinc *cumque ipſis* & *cumque eſis* promanavit. *Heinſius.*

211. *Ejectantemque cruentas Ore dapes.*] Ita ſcripti. malim nihil omnino *eructantemque.*] Virgilius in hac ipſa narratione.

——— *ſaniem eructans ac fruſta cruenta*
Per ſomnum commiſta mero.

Silius quoque libro XV. ubi hoc Polyphemi convivium deſcribit,

Ipſe manu extentâ Lærtia pocula poſcit,
Permiſcetque mero vultatos ore cruentos.

Seneca Thyeſte,

Vino gravatum ſulciens læva caput
Eructat.

vultus

)re dapes, & fruſta mero glomerata vomentem,
'alia fingebam miſero mihi fata parari.
'erque dies multos latitans, omnemque tremiſcens
id ſtrepitum, mortemque timens, cupiduſq; moriri,
Glande famem pellens, & miſtâ frondibus herbâ,
olus, inops, exſpes: leto pœnæque relictus,
Haud procul adſpexi longo poſt tempore navim:
)ravique fugam geſtu, ad littuſque cucurri:
Et movi: Grajumque ratis Trojana recepit.
Tu quoque pande tuos, comitum gratiſſime, caſus,
Et ducis, & turbæ, quæ tecum credita ponto eſt.
Æolon ille refert Tuſco regnare profundo;
Æolon Hippotaden, cohibentem carcere ventos:
Quos bovis incluſos tergo memorabile munus
Dulichium ſumſiſſe ducem: flatuque ſecundo
Lucibus iſſe novem, & terram aſpexiſſe petitam:
Proxima poſt nonam cum ſeſe Aurora moveret;
Invidiâ ſocios prædæque cupidine ductos,

Eſſe

uctari ſublimes verſus Horatio Arte Poëtica. Juvenalis Sat. VI.

Et ſæpe horridior glandem ructante marito.

rudentius quoque Hamartig.

Immodica carnis ſpurco ructamine crudos
ixit. & Pſychomach.

——*pervigilem ructabat marcida cænam.*
ranſtulit ad mare Val. Flaccus lib. V.

——*Qua rigidos ructat Boſphoros amnes.*

t *Cocytus ructat arenam* Maroni Æn. I. *Heinſ. Ejectantemque.*] Φάρυγ@ ἐξέσυτο αἵ@ ἁμαὶ τ' ἀνδρόμεοι. ſ. 373.

215. *Mortemque timens.*] *Mortiſque* nus Baſil. ſic Lucretio lib. VI.

Vitaï nimium cupidi mortiſque timentes.
pud Lucanum lib. II. *metuens pelagi pi ata.*
tatius Theb. X.

——*metuenſque mariti*
Flet Venus.
dem lib. XI.

——*trepidumque tubarum*
Proſpiciebat equum.
Plura Met. lib. I. vſ. 322. *Heinſius.*

217. *Exſpes.*] Extra omnem ſpem conſtitutus.

218. *Hanc procul aſpexi longo poſt tempore navem.*] *Navim* duodecim. *Hanc tamen* prim. Vatic. & unus Medic. *Haut procul* alii nonnulli. *Heinſius.*

221. *Tu quoque.*] O Macareu. *Farn. Comitum gratiſſime.*] *Fidiſſime* pri. Baſil. mox pro *turba* unus Mediceus ex optimo deſcriptus *turma.* Heinſ.

224. *Hippotaden.*] Jovis ex Aceſta Hippotæ Trojani filia, filium. v. 663. lib. 4.

226. *Dulichium ducem.*] Ulyſſem.

227. *Terram aſpexiſſe petitam.*] *Paternam* pri. Baſil. & duo Gronoviani. *Heinſ.*

228. *Proxima poſt.*] Decem dies.

229. *Prædæque cupidine victos.*] *Captos* multi veteres. *ductos* ſec. Medic. & unus Voſſianus. bene. Adeantur notæ lib. VIII. vſ. 123. *Heinſ.*

230. *Dum-*

Eſſe ratos aurum, demſiſſe ligamina ventis:
Cum quibus îſſe retro, per quas modo venerat undas,
Æoliique ratem portus repetîſſe tyranni.
Inde Lami veterem Læſtrygonis, inquit, in urbem
Venimus. Antiphates terrâ regnabat in illâ.
Miſſus ad hunc ego ſum, numero comitante duorum:
Vixque fugâ quæſita ſalus comitique mihique.
Tertius è nobis Læſtrygonis impia tinxit
Ora cruore ſuo: fugientibus inſtat, & agmen
Concitat Antiphates. coëunt, & ſaxa trabeſque
Continuant: merguntque viros, merguntque carinas
Una tamen, quæ nos ipſumque vehebat Ulyſſen,
Effugit. amiſsâ ſociorum parte, dolentes,
Multaque conqueſti terris allabimur illis,
Quas procul hinc cernis. procul hinc tibi (cerne) videnda eſt

In-

230. *Dempſiſſe.*] Α'σιὸν μὲν λῦσαν, ἄνεμοι δ' ἐκ πάντες ὄρουσαν. Odyſſ. 10. vſ. 47.

231. *Venerat undas.*] Malim *venerit.* Heinſ.

233. *Inde Lami veterem.*] Lamus antiquiſſimus Læſtrygonum rex fuit: qui populi fuerunt feritate famoſi in ultimo Italiæ angulo habitantes. Ad eos cum veniſſet Ulyſſes, Antiphates regnabat, à quo nonnullis & navibus & ſociis fuit ſpoliatus. *R. In urbem.*] Quæ poſtea Formiæ dicta eſt, Λάμυ αἰπὺ πτολίεθρον. Homer.

234. *Terra regnabat in illa.*] *Turba* duo Gronov. *Heinſ.*

235. *Miſſus.*] Α'νδρὶ δύω κρῆας, τρίτατον κήρυχ' ἅμ' ὀπάσσας, v. 102.

237. *Tertius.*] Αὐτίχ' ἕνα μάρψας ἑταρῶν, ὁπλίσσατο δόρπον. vſ. 121. *F. Læſtrygonis.*] Antiphatæ.

239. *Agmen.*] Læſtrygonum multitudinem. *Coëunt.*] Conveniunt, concurrunt. *R.*

240. *Saxa trabeſque Conjiciunt.*] *Continuant* alter Hamburg. & pro diverſa lectione prim. Erfurt. quod impenſe placet, hoc eſt, ſine intermiſſione jactant. Sic *continuare dapes* apud Horatium lib. II. Sat. VI.

——— *Succinctus curſitat hoſpes.*
Continuatque dapes.

apud Lucanum lib. IV.

——— *tellus hinc arduus celſos*
Continuat colles.

Concutiunt Thuan. deinde *coëunt in ſaxa* S. Marci, prim. Moret. & unus Medic. *Heinſ.*

241. *Ipſumque vehebat Ulyſſem.*] *Fidumque* prim. Moret. & prim. Bonon. *Ulyſſen* etiam meliores. *Idem.*

242. *Amiſſa.*] Ε'ς πόντον ἐτραπόμεσθ' φύγομεν σὺν πρῆας· Νηῦς ἡμὶ δλλας ἀντίθεος ἀπολέσσε· ἀντὰρ ὁ ἀολλίσσας. Odyſſ. 2. vſ. 132.

243. *Terris.*] Circæum indigitat promontorium, olim inſulam, nunc continenti junctum. Virgil. 7. Æneid. ſtatim ab initio. *Farn. Circæum* autem nunc oſtendit: quod quidem promontorium eſt Latii, à Circe dictum, in quo olim erat nomine Circæi.

244. *Procul hinc mihi credo videnda.*] *Tibi cede* quart. Medic. tertius, *tibi credo* prim.

Digitized by Google

Insula, visa mihi. tuque, ô justissime Tröum,
Nate Deâ (neque enim finito Marte vocandus
Hostis es, Ænea) moneo, fuge littora Circes.
Nos quoque Circæo religatâ in littore pinu
Antiphatæ memores, immansuetique Cyclopis,
Ire negabamus; & tecta ignota subire.
Sorte sumus lecti. sors me, fidumque Polyten,
Eurylochumque simul, nimiique Elpenora vini,
Bisque novem socios Circæa ad mœnia misit.
Quæ simul attigimus, stetimusque in limine tecti;
Mille lupi, misteque lupis ursæque leæque
Occursu fecere metum: sed nulla timenda,
Nullaque erat nostro factura in corpore vulnus.

Quin

prim. Gronov. & tres alii. *tibi certe* Julian. Lege

——*Procul hinc tibi (cerne) videnda est*
Insula, visa mihi.

ibi crede videndam Neapol. *videnda est* prim. Vatic. sec. Palat. Cantabr. quart. Medic. & multi alii. *Heinf. Procul videnda.*] Neque enim tutum est accedere propius.

249. *Immansuetique.*] Epitheton hoc ro abjecto & nimis leni vellicant nonnulli. defendit Mariang. Accursius & Merc. Ciofanus; non segnius quam *Immanes Busiridis aras* apud Virgilium, Agellius lib. 2. cap. 6. *Farn.*

250. *Ire negabamus, vel tecta ignota subire.*] Sic S. Marci codex *sed tecta* Thuan. Bernegger. tert. Medic. & alii septem. *nec tecta* Oxon. sec. Palat. & alii quatuor. tres *aut tecta. ignotaque tecta* nus. alius *& tecta inimica.* reliqui *& tecta ignota.* quod mutatum nolim. Vide notas lib. IX. vs. 405. *Heinf.*

251. *Sorte sumus.*] Κλήρῳ δ' ἐγενήθη πάλλομεν ἄκα Ε'κ δ' ἄθορε κλῆρος μεγαλήτορος Εὐρυλόχοιο, &c. Odyss. 10. v. 206.

252. *Nimiique Elpenora vini.*] *Nimiumque* Thysii. nil muta. sic *multi Datalis meri* apud Horatium libro 1. Od. XXVI. tamen idem libro II. Ode XII. *Nimium mero Hylaeum* dixit. *Heinf. Nimiique.*] Α'σί μι δαίμον' αἶσα κακὴ καὶ ἀβίωτος οἶνος. Elpenoris umbra, Odyss. XI. v. 61. *Nimiumque Elpenora vini*] Homer. Odyss. λ.

Hic nimius quondam vini jam pocula
damnat:
Quique sit ostendit sobrietatis honos.

Sed sero apud inferos.

253. *Bisque novem.*] Viginti duos præter Eurylochum, Homero. ἅμα τῷγε δύω καὶεἴκοσ' ἑταῖροι. Odyss. X. v. 208. *F.*

254. *Stetimusque in limine tecti.*] *Primoque in limine* sec. Palat. Oxon. prim. Moret. alii quatuor. *Heinf.*

255. *Mille lupi.*] Α'μφὶ δὲ μιν λύκοι ἦσαν ὀρεσκῷοι, ἠδὲ λέοντες. Odyss. κ. v. 212. Quid aliud, inquit Eraimus, innuit Circes fabula, veneficiis homines vertentis in feras, nisi quod homines rationis clavo destituti in pecudum degenerant naturam, libidine scil. in urios, rapacitate in lupos, ebrietate in sues, ferocia in leones, &c. Quid Ulysses, non mutatus, nisi constantem sapientis habitum, qui nec affectuum illiciis, nec discriminum terroribus ab honesto abduci potest? lege & Palladæ epigr. l. 1. Anthol. c. 72. *Farn. Mistique lupis ursique.*] *Misteque lupis ursaque* duodecim veteres. *Heinf.*

Quin etiam blandas movere per aëra caudas,
Noſtraque adulantes comitant veſtigia; donec
Excipiunt famulæ, perque atria marmore tecta
Ad dominam ducunt. pulcro ſedet illa receſſu,
Solenni ſolio; pallamque induta nitentem,
Inſuper aurato circumvelatur amictu.
Nereïdes Nymphæque ſimul, quæ vellera motis
Nulla trahunt digitis, nec fila ſequentia ducunt,
Gramina diſponunt; ſparſosque ſine ordine flores
Secernunt calathis, variaſque coloribus herbas.
Ipſa, quod hæ faciunt, opus exigit: ipſa quid uſûs
Quoque ſit in folio, quæ ſit concordia miſtis
Novit: & advertens penſas examinat herbas.
Hæc ubi nos vidit, dictâ acceptâque ſalute
Diffudit vultus, & reddidit omnia votis.
Nec mora; miſceri toſti jubet hordea grani,
Mellaque, vimque meri, cum lacte coagula paſſo.
Quique ſub hac lateant furtim dulcedine, ſuccos
Adjicit. accipimus ſacra data pocula dextra.
Quæ ſimul arenti ſitientes hauſimus ore,

Et

258. *Blandas.*] Οὐρῇσι μαλθακὸν τερπνὸν κινοῦσαι. 10. Odyſſ. 215. vſ. *Farn. Movere per aëra caudas.*] *Per aëra* ſcripti noſtri omnes. & recte. nam *aëria* mox ſequitur. *Heinſ.*

262. *Sublimi ſolio.*] *Solenni* Neapol. Thuan. pri. Vatic. ſec. Pal. tert. & quart. Medic. Juret. pri. Hamburg. Oxon. & viginti circiter alii. ſcribe *Solonni in ſolio.* ſic *ſolennes ludos Circi* Noſter in Faſtis dixit. *ſolennes aras* & *pompas* Virg. *diem ſolennem & ſanctum* Horatius. *ſacra ſolennia* & *ſolennes cæremonias* Hiſtorici. *Idem.*

265. *Nulla trahunt digitis.*] Malim *trahant* & *ducant.* Idem.

267. *Variiſque coloribus herbas.*] *Variaſque* veteres plerique. jam monui lib. 12. v. 691. *Idem.*

268. *Quod hæ faciunt.*] *Faciant* Thuan. & alter Twiſdenius. deinde pro *quis uſus*, fragm. Boxhorn. alter Hamburg. & tres alii *quid uſus.* Idem.

270. *Penſas.*] Ponderatas. Neque enim pharmaca niſi ponderentur recte componi poſſunt.

272. *Diffudit vultus.*] Exhilaravit. *Et reddidit omnia votis.*] *Omnia vota*, vel *omnia votis* plurimi veteres. duo ex melioribus *omnia voce.* ego nil mutandum cenſeo. *Heinſius. Reddidit.*] Exposuit fronte, vultuque lato, nobis omnia pro voto noſtro benigne reſpondit.

273. *Miſceri.*] Τοῦτο τε καὶ ἐπὶ κρατὶ μέλι χλωρὸν Οἶνῳ ἐφαμύσσειν ἐπιμείγνυ δ' οἶνον Θάμνοιο λιγύ, &c. 10. Odyſſ. v. 234. *Farn.*

276. *Accipimus pocula.*] Malim *accepimus.* quod avidiorem ſitientium magis exprimit. *Heinſ. Sacra dextra.*] Lacrabili.

28. In

t tetigit ſummos virga Dea dira capillos;
Et pudet, & referam) ſetis horreſcere cœpi,
ec jam poſſe loqui; pro verbis edere raucum
urmur; & in terram toto procumbere vultu:
)ſque meum ſenſi pando occalleſcere roſtro;
olla tumere toris: & qua modo pocula parte
umta mihi fuerant, illa veſtigia feci.
umque eadem paſſis (tantum medicamina poſſunt)
laudor hara: ſolumque ſuis caruiſſe figura
idimus Eurylochum: ſolus data pocula fugit.
uæ niſi vitaſſet, pecoris pars una maneret
unc quoque ſetigeri. nec tantæ cladis ab illo
ertior ad Circen ultor veniſſet Ulyſſes.
acifer huic dederat florem Cyllenius album;
oly vocant Superi. nigra radice tenetur.

Tu-

280. *Nec jam poſſe queri.*] *Loqui* cum lioribus. *Heinſ.*
282. *Panda occalleſcere roſtro.*] *Calleſ*nonnulli. vel *coaleſcere*. *Calliſcere* No is ex Catone notavit. *callere* Sulpicius ceroni l. IV. Ep. fam. v. Severus in na. *Callent rure manus.* Idem.
284. *Illa veſtigia feci.*] Malim *figi* vel ri. ut à ſuperioribus hæc dependeant. m.
286. *Claudor in antra ſuis. ſolum ca*ſſe figura.] Repone cum Bernegger. uan. prim. Hamburg. Arond. Oxon. m. Gronov. Græviano, & decem is,
Claudor harâ, ſolumque ſuis caruiſſe figurâ
idimus Eurilochum.
a ſuis ex gloſſa hic irrepſerant. *hara* e etiam alibi non ſemel uſus eſt. *Id.*
87. *Eurylochum.*] Qui ſolus ex ſociis Ulyſſis non intrabat, εἰσσάλλεσθαι εἶναι, quique ſupereſſet ciaturus hæc Ulyſſi. *Farn. Pocugit.*] Puto reliſtum à Naſone *povitat.* quia *vitaſſet* ſequitur. plenus alium reperiemus Noſter; aliter tamen codices antiqui. *Heinſ.*
291. *Paciſer*] Pacis internuncius & conciliator. *caduciſer* dictus lib. 2. v. 71. ad quem vide quæ nos. *Florem.*] Ἐπὶ ξῷ μὲν μόλυ ἔρυε, γλαυκῶπις δὲ Ἀθήνη ἄνθος ἔφαινε, Μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί. χαλεπὸν δέ τ' ὀρύσσειν Ἀνθρώποισι, &c. Odyſſ. 10. vſ. 304. Plin. lib. 25. cap. 3. Photius ex Ptolem. Hephæſtione, Lycophron. Lil. Girald. 14. dialogiſm. herbam hanc à Mercurio Ulyſſi datam tanquam amuletum adverſus veneficia præſentiſſimum, φάρμακον alii; σωφρονιστὴν interpretantur alii, cujus aditum arduum, exitum feliciſſimum eſſe volunt. vide quæ ad vſ. 114. ſupra, Τὰς ἀρετὰς ἐδρῶτα θεοὶ προπάροιθε θέσαν Ἀθάνατοι; &c. Heſiod. Ἔργ. *Farn. Florem album.*] Μῶλυ οἱ παλαιοὶ φασι παρὰ τὸ μωλύειν λέγεσθαι. ὅ ἐστι, ἀφανίζον τὰ φάρμακα τῆς Κίρκης. Euſtath. ad Odyſſ. x. Alii, malacam crapulariam putant fuiſſe. Alii, inter quos Meurſ. rutam agreſtem. *Petron.*

Hinc legitur radix, &c. quæ flos aureus exit,
Qualem Moly vocant.

Tutus eo, monitisque simul cælestibus intrat
Ille domum Circes: & ad insidiosa vocatus
Pocula, conantem virga mulcere capillos
Reppulit; & stricto pavidam deterruit ense.
Inde fides, dextræque datæ: thalamoque receptus
Conjugii dotem sociorum corpora poscit.
Spargimur innocuæ succis melioribus herbæ,
Percutimurque caput conversæ verbere virgæ:
Verbaque dicuntur dictis contraria verbis.
Quo magis illa canit, magis hoc tellure levati
Erigimur: setæque cadunt, bisidosque relinquit
Rima pedes. redeunt humeri: subjecta lacertis
Brachia sunt. flentem flentes amplectimur illum:
Hæremusque ducis collo: nec verba locuti
Ulla priora sumus, quam nos testantia gratos.
Annua nos illic tenuit mora: multaque præsens
Tempore tam longo vidi: multa auribus hausi.
Hoc quoque cum multis, quod clam mihi rettulit una
Quatuor è famulis, ad talia sacra paratis.
Cum duce namque meo Circe dum sola moratur,
Illa mihi niveo factum de marmore signum
Ostendit juvenile, gerens in vertice picum,
Æde sacrâ positum, multisque insigne coronis.
Quis foret, & quare sacra coleretur in æde,
Cur hanc ferret avem, quærenti, & scire volenti,

Acce-

295. *Conantem.*] Ὅπποτε καὶ Κίρκη σ' ἐλάσῃ πολυμήκεϊ ῥάβδῳ Δὴ τότε σὺ ξιφέῳ, 10. Odyss. vs. 293.

297. *Thalamoque.*] 10. Odyss. vs. 295. *Farn.*

299. *Spargimur ignota.*] *Innocuæ* sec. Palat. quart. Medic. Oxon. prim. Moret. Juret. & alii decem. rectius. *Heins. Spargimur.*] 10. Odyss. vs. 393. *Farn.*

302. *Brachia sunt. flentem flentes complectimur illum.*] *Amplectimur* meliores. Videtur scribendum,

——— *& subjecta lacertis*
Brachia, tum flentem flentes amplectimur illum. Heins.

308. *Annua.*] Ἀλλ' ὅτε δὴ τὸν ἐνιαυτὸν, &c. Odyss. 10. v. 469. Ancillarum quatuor anni tempestates exponunt quidam; alii elementa quatuor: quam Circen interpretantur mistionem & iterationem diversarum rerum, unde generentur omnia, beneficio Solis, cujus filia Circe. *Farn.*

314. *Ostendit juvenile.*] Puto hunc versum præponendum esse illum, qui sequitur, *Æde sacro positum.* Heins.

Fa

Accipe, ait, Macareu: dominæque potentia quæ ſit
Hinc quoque diſce meæ. tu dictis adjice mentem.
Picus in Auſoniis proles Saturnia terris
Rex fuit, utilium bello ſtudioſus equorum.
Forma viro, quam cernis, erat. licet ipſe decorem
Aſpicias, fictâque probes ab imagine veram.
Par animus formæ. nec adhuc ſpectaſſe per annos
Quinquennem poterat Grajâ quater Elide pugnam.
Ille ſuos Dryadas Latiis in montibus ortas
Verterat in vultus: illum fontana petebant
Numina Naiades; quas Albula, quaſque Numici,
Quaſque Anienis aquæ, curſuque breviſſimus almo,
Narque tulit præceps, & amœnæ Farfarus umbræ;
Quæ-

FAB. VII. *Arg.* Picus in Auſoniis.] *Picus Saturni filius rex fuit Latii, qui cum eum Canentem ex Venilia Iani filiam duxiſſet uxorem, à Circe forte in venatione viſus, ſtatimque amatus, cum ei morem gerere nollet, in avem ſui nominis fuit mutatus.*

320. *Picus.*] Picus patri Saturno ſucceſſit in regno Latii; quo, à Jove pulſus, confugerat Saturnus.

321. *Utilium.*] *Picus equûm domitor.* Virg. 7. Æneid. *ἱππόδαμος.* Farn.

323. *Ab imagine.*] *Sub imagine* vetere quinque. *Heinſ.*

324. *Nec adhuc ſpectaſſe tot annos Quinquennem poterat Grajam quater edepugnam.*) Hæc mendoſiſſima ſunt, plurimi veteres *Graja pugna*, nonnulli *poterat, poteram, poterant.* pro *tot annos*, editiones nonnullæ *per annos.* quomodo ſileenſis primus pro diverſa lectione. Thus Medic. *red annos.* Quid moror? Depone meo periculo.

—— *nec adhuc ſpectaſſe per annos*
Quinquennem poterat Grajâ quater Elide pugnam.

Edele vel *edile* exaratum perperam literas tranſpoſitis, unde *edere* factum poſtea. Ludis Olympicis agi quis non videt? Quæ pluribus conjecturam hanc ut adiram non eſt opus. *Idem.*

327. *Suos verterat in vultus.*] Omnium Nympharum oculos in ſe converterat. *Pont. Fontana petebant Numina Naiades. Furtiva numina.* Florentinus S. Marci, non male. *Heinſ.*

328. *Quas Albula.*] Tybris qui à colore aquæ prius *Albula* dicebatur. *Quaſque Numici.*] Numicus fluvius eſt Laurentis agri, in quem Æneam ceciniſſe ferunt.

329 *Quas Anienis aqua.*] *Quaſque* bene unus Bonon. pro *curſuque breviſſimus* Flor. S. Marci, & alii quatuor cum Naugerio, *curſuſque.* Puto *curſumque breviſſimus* Heinſius. *Quas Anienis aquæ.*] Anio fluvius eſt Latii, haud longe ab urbe in Tyberim defluens. *Alne.*] Fluvius haud longe ab urbe Roma diſtans, qui in Tyberim non longe à fonte ingreditur. Unde etiam à poëta *breviſſimo curſu* eſſe dicitur. *R.*

330. *Narve tulit præceps.*] Nar fluvius eſt Umbriæ in Tybetim labens. *Et opacæ Farfarus undæ.*] Farfarus fluvius eſt Sabinorum *R. Et opacæ Farfarus undæ.*] *Umbræ* Florent S. Marci, Bernegg pri. Hamburg. & octo alii. Servius ad lib. VII. Æn. v. 715. citat

—— *& amœnæ Farfarus umbræ.*

quod verum puto. ſic & Horatius in Odis *amœnum Lucretilem* dixit Sabinorum

Quæque colunt Scythicæ regnum nemorale Dianæ,
Finitimoſque lacus. ſpretis tamen omnibus unam
Ille fovet Nymphen, quam quondam in colle Pabti
Dicitur Iönio peperiſſe Venilia Jano.
Hæc, ubi nubilibus primum maturuit annis,
Præpoſito cunctis Laurenti tradita Pico eſt:
Rara quidem facie, ſed rarior arte canendi;
Unde Canens dicta eſt. ſilvas & ſaxa movere,
Et mulcere feras, & flumina longa morari
Ore ſuo, volucreſque vagas retinere ſolebat.

montem, cujus per valles ſtagnat Farfarus: ubi villam ipſe poſſidebat. libro etiam primo Epiſt. XVI. *opacam vallem & amœnas latebras* vocavit, ubi plura ad rem, ex quibus liqueat umbroſum hunc tractum fuiſſe. *Heinſ.*

331. *Scythica ſtagnum nemorale Dianæ.*] *Regnum nemorale* Berneggerianus. elegánter mehercules. nam & regnum vocabatur ſacerdotium Dianæ Aricinæ & Rex Sacerdos ipſe. unde apud Val. Flaccum,

——*ſoli non mitis Aricia Regi.*

Statius in Silvis,

——*profugis cum Regibus altum*
Fumat Aricina Trivia nemus.

Nemorenſem Regem vocat Suetonius in Caligula. de Regno Noſter Artis Amat. lib. 1.

Eccè ſuburbanæ templum nemorale Dianæ,
Portaque per gladios regna nocente manu.

& Faſt. III. de hac ipſa re,

Regna tenent forteſque manu pedibuſque fugaces.

Trivia nemoroſa regna Martialis, Lucanus *Scythica regna Dianæ* appellant. *Idem. Scythica Diana.*] Cui Scythico, ſeu Taurico ritu, hoc eſt, humano ſanguine aliquando ſacrificatum fuit. donec Romani crudelitatem iſtam averſati, ſacrificandi morem hunc aboleverunt. ut & Servius annotat in ſecundum Æn. Ad quod alludens Virgil. in ſeptimo dixit:

Pinguis ubi & plácabilis ara Dianæ.

Quaſi jam mitioris, & ſanguine humano non amplius gaudentis. *Merſ. Regnum nemorale.*] Inter nemora poſuit. *R. Quæque.*] Nymphæque colentem ſtagnum in nemore Aricino, quo Dianam ex tauris Scythicis, ubi immolabantur illi victimæ humanæ, tranſtulerunt. 3. Faſtor. 1. de Ponto, el.

333. *Illecebris Nympharum.*] *Illa fere* Gronov. & duo alii. recte. ut apud Virgil. —— *Ipſe Nearam*
Dum fovet.

colunt paulo ante præceſſerat. quare conjiciebam olim, *unâ ille colit Nymphen* etiam meliores. *Heinſ.*

334. *Ancipiti Iano.*] *Iano* Voſſ. Marci, Neapol. Bernegg. Thuan. pri. Hamburg. pri. Vatic. tert. Medic. quatuor alii. probe omnino, nec cuiquam librariis id intellectum. Nam Perſeum Janum faciunt Plutarchus in Quæſtionibus Romanis, & Athenæus lib. XV. qui tractus mari Ionio vicinus, Ionium Jano in Italiam comitique ſuperandum fuerit. *Aonio* pri. Guelf. & Junianus. *Idem. Venilia.*] Uxor ipſi Jani, antiquiſſimi Italiæ regis.

337. *Rara quidem facie.*] *Facies* Argent. *Heinſ.*

338. *Unde Canens dicta eſt.*] *Vates nens* nomine propitio vocabatur, propter excellentem canendi peritiam. *Unde.*] *Ipſa mone qua nomen habet, a nomine dictum.* Ovid. 1. Faſtorum.

Digitized by Google

Quæ dum fœminea modulatur carmina voce,
Exierat tecto Laurentes Picus in agros,
Indigenas fixurus apros: tergumque premebat
Acris equi; lævâque hastilia bina ferebat,
Pœniceam fulvo chlamydem contractus ab auro.
Venerat in silvas & filia Solis eadem:
Utque novas legeret fœcundis collibus herbas:
Nomine dicta suo Circæa reliquerat arva.
Quæ simul ac juvenem virgultis abdita vidit;
Obstupuit. cecidêre sinu, quas legerat herbæ:
Flammaque per totas visa est errare medullas.
Ut primùm valido mentem collegit ab æstu;
Quid cuperet, fassura fuit. ne posset adire,
Cursus equi fecit, circumfususque satelles.
Non tamen effugies, vento rapiare licebit,
Si modo me novi; si non evanuit omnis
Herbarum virtus; & me mea carmina fallunt.
Dixit: & effigiem nullo cum corpore falsi

Finxit

341. *Fœmineâ modulatur carmina voce.*] *Molitur* Cantabrig. quod placet. sic *cerves citharæ moliri* Appulejus in Floridis. Forte etiam *flexanima voce.* Heins.

345. *Phœniceam fulvo chlamydem contextus ab auro.*] *Puniceam.* dixi lib. XII. f. 104. *contractus* S. Marci, Bernegger. Thuan. & multi alii. nec pauciores *contessus.* alii aliter. *contractus* placet: ut ad fibulam referatur; eamque lectionem tenuisse etiam Gronovio nostro in Observationibus lubens agnosco. nisi *contextus* mavis. nam *contectus* codices nonnulli. duo *complexus.* Giphanius Indice Lucretiano *contactus* ex scriptis. quod nostri codices non agnoscunt. *Idem. Ab auro.*] Ab aureo cingulo compretensam & cinctam chlamydem habens. Vel *Phœniceam.*] Purpuream indutus chlamydem, quam aureus obibat limbus. Vel potius, *Lato quam circumplectitur auro Balteus, & tereti subnectit fibula gemma.* Æneid. 5. vide & v. 394. infra.

346. *Filia.*] Circe v. ult. l. 13. *Farn.*

350. *Cecidere manu quas legerat herba.*] *Cecidere sinu* pri. Gronov. Thuan. Junian. & pro diversa lectione Bernegger. bene. ut in Fastis,

Collecti flores tunicis cecidere remissis.

Sed Medea sic inducitur apud Valerium Flaccum libro VII.

Cingitur inde sinus, & quæ sibi fida magis vis
Nulla, Promethea florem de sanguine fibra
Promit.

& mox, —— *Titania jamque*
Gramina Perseaque sinu depromere vires
Caperat.

onerare sinum suum saxis apud Petronium. *Heins. Recidere.*] Sic Cadmi comitibus 3. lib. *Effluxêre undæ manibus sanguisque reliquit Corpus, & attonitos subitus tremor occupat artus.* Farn.

357. *Et me mea carmina.*] *Nec me meliores. Heins.*

358. *Effigiem.*] Effigiem hanc umbratilem adumbrasse Noster videtur ad illam

Finxit apri: præterque oculos tranſcurrere regis
Juſſit, & in denſum trabibus nemus ire videri;
Plurima qua ſilva eſt, & equo loca pervia non ſunt.
Haud mora: continuò prædæ petit inſcius umbram
Picus; equique celer fumantia terga relinquit.
Spemque ſequens vanam, ſilvâ pedes errat in altâ.
Concipit illa preces; & verba venefica dicit:
Ignotoſque Deos ignoto carmine adorat,
Quo ſolet & niveæ vultum confundere Lunæ,
Et patrio capiti bibulas ſubtexere nubes.
Tum quoque cantato denſetur carmine cælum,
Et nebulas exhalat humus; cæciſque vagantur
Limitibus comites; & abeſt cuſtodia regi.
Nacta locum tempuſque, Per ô tua lumina, dixit,
Quæ mea ceperunt, perque hanc, pulcherrime, formam,
Quæ

Iam quam Juno *nube cava tenuem ſine viribus umbram, In faciem Æneæ finxit.* Æneid. 10. vſ. 636. vel uterque ex Homeri Iliade 5. ibi Apollo idolon fecit Æneæ ſimile; aut Iliade 21. ubi idem Apollo ſe Agenori aſſimilat, quem perſequitur Achilles. An vero ejuſmodi effigies compingi poſſint, vide Delrii Diſquiſit. Magicas, lib. 3. q. 27. Sect. 2.

360. *Juſſit.*] *Eſſet* Florent. S. Marci, & Neap. Forte *Fecit*, ut ſex ſcripti. *Heinſ. Trabibus.*] Arborum ramis, arboribus. *Farn.*

362. *Præda petit inſcius umbram.*] *Gratam retet* Urbin. & unus Medic *umbras* S. Marci, & alii nonnulli. *Heinſ.*

363. *Fumantia terga reliquit.*] *Fumantia* lege ex quatuor ſcriptis *relinquit* etiam præſtantiores. ſic *equum fumantia colla* Virgilio. *Idem.*

365. *Concipit illa preces.*] Vota quibus à Diis id quod cupiebat, impetraret. *R. Et verba.*] Bulengerus l. 2. adverſus Magos, cap. 1. *Farn. Verba precantia dicit.*] *Verba venefica* meliores magno numero. *Heinſ.*

366. *Ignoto.*] Obſcuris & non intellectis verbis.

367. *Vultum.*] Vide quæ ad vſ. 333. lib. 4. & verſ. 263. lib. 12.

368. *Patrio.*] Soli. lib. præced. vſ. ult. *Farn.*

369. *Denſatur.*] *Denſetur* Neap Thuan. Bernegger. prim. Hamburg. Aroudel. Cantabr. prim. Palat. prim. Varic. ter. Medic. & alii quinque cum Norico. Ad Notas Faſt. III. v. 820. *Heinſ. Denſatur cælum.*] In nubem cogitur aër, ut aquæ Virgilius.

371. *Et abeſt cuſtodia regis.*] *Regi* Nauger. prim. Hamburg. & quatuor alii ex noſtris. quod & in ſuis Vivianus invenerat. *Heinſ.*

373. *Quæ mea.*] Oculi quippe ſunt in amore duces. ὄμματ' ἔρωτος ὁδηγοί, animi ſui indices, alieni exploratores & praedatores. *Carpit enim vires paulatim, ureque videndo Femina.* Æneid. 4. ἀρχὴ τὰ ἐρᾶν διὰ τῆς ὄψεως ἐδόθη. Arift. Eth. Ni. 9. lib. 5. cap. Ipſi tui oculi per meos oculos ad intima delapſi præcordia, mea medullis acerrimum commoverunt incendium, inquit Apulejus lib. 10. Metamorphoſ. *Cynthia primo ſuis miſerum me cepit ocellis.* Propert. 1. lib. 1. el. reflexu ſcil. radiorum lippiunt amatorum oculi & *dum ſpectant laſos, laſſantur & ipſi.* vide v. 440. lib. 3. *Farn.*

375. Sic

Quæ facit ut ſupplex tibi ſim Dea, conſule noſtris
Ignibus; & ſocerum, qui pervidet omnia, Solem
Accipe: nec durus Titanida deſpice Circen.
Dixerat: ille ferox ipſamque preceſque repellit:
Et, Quæcunque es, ait, non ſum tuus: altera captum
Me tenet; & teneat per longum comprecor ævum.
Nec Venere externâ ſocialia fœdera lædam;
Dum mihi Janigenam ſervabunt fata Canentem.
Sæpe retentatis precibus Titania fruſtra,
Non impune feres, neque enim reddêre Canenti:
Læſaque quid faciat, quid amans, quid fœmina, diſces
Rebus, ait: ſed amans, & læſa, & fœmina Circe.
Tum bis ad occaſum, bis ſe convertit ad ortus:
Ter juvenem baculo tetigit: tria carmina dixit.
Ille fugit ſeſe ſolito velocius ipſe
Currere miratus, pennas in corpore vidit:
Seque novam ſubito Latiis accedere ſilvis
Indignatus avem, duro fera robora roſtro
Figit; & iratus longis dat vulnera ramis.
Purpureum chlamydis pennæ traxêre colorem.
Fibula quod fuerat, veſtemque momorderat aurum;
Pluma fit: & fulvo cervix præcingitur auro.

Nec

375. *Qui prævidet omnia, Solem.*] *Pervidet* prim. Palat. S. Marci, Neapol. Urſin. prim. Hamburg. & multi alii. bene. Vide Pont. l. 1. El. VII. vſ. 43. quæ nos. Sol de ſe lib. IV.

Omnia qui video, per quem videt omnia tellus. lib. XIII.

—— *quid non hæc omnia magno*
Sol videt è cœlo? Heinſ.

380. *Fœdera lædam.*] *Rumpam* quinque veteres. ut Epiſt. Phædræ,

Non ego nequitiæ ſocialia fœdera rumpam.
Idem.

382. *Retentatis.*] Iteratis.

383. *Neque ait reddêre Canenti.*] *Neque sinu* pri. Grotov. & ſec. Moret. bene. 2am *Dixit* ſequitur. poſt To *Circe* paulo oſt tollendum verbum ſubſtantivum ex fide codicum. *Idem.*

384. *Diſces rebus ait.*] Re ipſa, inquit, cognoſces. *Læſaque.*] *Duri magno ſed amore dolores Polluto, notumque furens quid fœmina poſſit.* Æn. 5. v. 5. *Farn.*

387. *Ter juvenem.*] Religionis ſummæ Pythagoricus hic numerus, & maſculæ virtutis, & Deorum ſuperûm propter trinam regulam divinæ rationis. vide quæ nos ad Virgilii eclog. 8. *numero Deus impare gaudet.*

388. *Ille fugit, ſed ſe.*] *Ille fugit, ſeſe currere miratus* unus Voſſianus. *Heinſius. Sed ſe.*] *Picus equûm domitor: quem capta cupidine conjux* (lege quæ nos ad locum illum) *Aurea percuſſum virga, verſumque venenis Fecit avem Circe, ſparſitque coloribus alas.* Virg. 7. Æneid. *Farn.*

Nec quicquam antiqui Pico, nisi nomina, restat.
Interea comites clamato sæpe per agros
Nequicquam Pico, nullaque in parte reperto,
Inveniunt Circen, (nam jam tenuaverat auras;
Passaque erat nebulas ventis ac sole resolvi)
Criminibusque premunt veris, regemque reposcunt,
Vimque ferunt; sævisque parant incessere telis.
Illa nocens spargit virus, succosque veneni:
Et noctem, Noctisque Deos Ereboque Chaoque
Convocat: & magicis Hecaten ululatibus orat.
Exsiluêre loco (dictu mirabile) silvæ:
Ingemuitque solum, vicinaque pallait arbos;
Sparsaque sanguineis maduerunt pabula guttis;
Et lapides visi mugitus edere raucos;
Et latrare canes; & humus serpentibus atris
Squallere, & tenues animæ volitare silentum.
Attonitum monstris vulgus pavet. illa paventum
Ora venenata tetigit mirantia virga.
Cujus ab attactu variarum monstra ferarum
In juvenes veniunt. nulli sua mansit imago.
Presserat occiduus Tarteſſia littora Phœbus:

Et

396. *Nec quicquam antiquum Pico nisi nomina restant.*] *Antiquo* Neap. Arond. & decem alii. *antiqui* recte optimus Florentinus. & *vestus* castigatiores plerique. *Heins.*

FAB. VIII. *Arg.* Interea comites.] *Pici comites cum dira Circes afferre parantur, in varias feras conversi fuere.*

400. *Nebulas ventis ac sole resolvi.*] In nonnullis erasa vetus lectio. *resolvi* Florent. S. Marci, Bernegg. Thuan. prim. Hamburg. prim. Moret. & quatuor alii. unus *rescindi*, alius *remitti*. Heins.

404. *Ereboque Chaoque.*] *Ereboque Chaoque* plerique veteres. & recte. *Idem.*

405. *Longis Hecaten ululatibus orat.*] Prim. Palat. prim. Vatic. Thuan. Urbin. pri. Exstat. utique plurimi *magnis*. lege *magicis ululatibus*. *Idem.*

406. *Exsiluere.*] *Exsiluêre* vetustiores. mox *arbos* pro *arbor*, quatuor libri, ut sæpe alias. *Idem.*

411. *Tenues animæ.*] Sunt corpora. *Anima volitare videtur.*] *Animæ* Neap. Urbin. pri. Pal. pri. Vat. pri. Basan. Arondel. & viginti circiter alii. optime. *silentes* pro *umbris*. sic passim Poëta. sic Æacus *juris silentibus reddere dicitur* Met. XIII. *Heins.*

412. *illa paventum.*] *Paventis* Florent. S. Marci, & Bonon. *Idem.*

FAB. IX. *Arg.* Presserat occiduus.] *Canens uxor Pici cum virum nusquam invenisset, ea se lacrymis crudelis, non patientia juxta Tybrim in auras fuerit resolutam. Locus autem ille* Canens *a Canente quopiam nomine fuit appellatus.*

416. *Presserat occiduus Tarteſſia littora Phœbus.*] *Tarteſſia.* Gaurus est Puteolis, sed *Trapeſia* S. Maxi. Neap. Thuan.

Et fruſtra conjux oculis animoque Canentis
Exſpectatus erat. famuli populuſque per omnes
Diſcurrunt ſilvas, atque obvia lumina portant.
Nec ſatis eſt Nymphæ flere, & lacerare capillos,
Et dare plangorem; facit hæc tamen omnia: ſeſe
Proripit; ac Latios errat veſana per agros.
Sex illam noctes, totidem redeuntia Solis
Lumina viderunt, inopem ſomnique cibique,
Per juga, per valles, qua fors ducebat, euntem.
Ultimus aſpexit feſſam luctuque viaque
Tibris, & in gelida ponentem corpora ripa.
Illic cum lacrymis ipſos modulata dolores,
Verba ſonó tenui mœrens fundebat; ut olim

Car-

Thuan. ſec. Pal. prim. Moret. pri. Hamburg. & decem alii. *Thephesia* pri. Vatic. Oxon. & alii ſeptem. *Tethesia* prim. Reg. Arondel. & prim. Palat. & Urbin. *Cephesia* prim. Gronov. & octo alii. Forte *Cepheta* cum uno Mediceo. *Cartheſia*, vel *Carchieſia* prim. Baſil. & decem alii. Scribe *Carteia littora*. *Carteia* eadem cum Tarteſſo, ut credebant veteres. Plinius libro III. cap. 1. Mela lib. II. Strabo Apud Silium,

Arganthoniacos armat Carthœia nepotes.

Atqui Tarteſſi rex Arganthonius ille longævus fuerat, ut ex hiſtoriis notum. Poſſet & *Carpeſia littora* legi, nam in quatuor ſcriptis *Carphesia*. Καρπησίας Polybius *Carpetanas* vocat. *Carpeſii* etiam Hiſpaniæ populi apud Livium. Seneca Hercule Furente,

Paſtor triformis littoris Tartheſſii.

ubi optimus Mediceus liber *Carteſii* an *Carpeſii?* pro *Preſſerat* pri. Gronov. pri. Moret. pri. Hamburg. S. Marci, Neapol. Urbin. Thuan. & viginti alii, *Sparſerat*. Corrigo, *Raſerat*. Adi Notas Amor. lib. III. Eleg. ult. pro vulgata tamen lectione facit Statius Theb. VII.

Jam pronis Gradivus equis Ephyrad premebat
Littora,

Seneca Troad.

——*ſumma jam Titan juga Stringit.*

quo Tò *raſerat* confirmatur. utrumque verbum à Circenſibus tractum. Noſter Amor. lib. III. Eleg. 1.

Nunc ſtringam metas interiore rotâ.

Val. Flaccus *urgere* dixit libro II.

Jamque Hyperionius metas maris urget Iberi
Currus. Idem.

Tarthesia littora.] Occidentalia. nam Tartheſus urbs eſt ulterioris Hiſpaniæ. R. *Tarteſia.*] Al. *Carthesia litora*. Carthea enim Melæ, Ptolemæo, & Plinio eadem cum Tarteſſo. quæ aliis *Tariſſa* eſt, opp. Hiſpaniæ Bæticæ inter Calpen & Belonem: aliis *Algezira*: aliis Gadium inſula. Strabo lib. 3. refert veteres Bætin appellaſſe Tarteſſum. Secundum vero opinionem vulgarem è litore Heſperio proſpicientibus Sol in Oceano tanquam in plano, occidere videtur.

419. *Lumina portant.*] Funalia, faces. *Furn.*

421. *Seque proripit.*] *Seſe* legendum. quomodo à manu prima in quarto Mediceo legebatur. *Heinſ.*

422. *Latos per agros.*] *Latios* quidam ſcripti. ſic ſupra, *Latiis accedere ſilvis* dixi Faſt. II. v. 555. *Idem.*

430. *Cur-*

Carmina jam moriens canit exſequialia cygnus.
Luctibus extremum tenues liquefacta medullas
Tabuit; inque leves paulatim evanuit auras.
Fama tamen ſignata loco eſt; quem rite Canentem
Nomine de Nymphæ veteres dixere Camœnæ.
Talia multa mihi longum narrata per annum,
Viſaque ſunt, reſides & deſuetudine tardi
Rurſus inire fretum, rurſus dare vela jubemur.
Ancipiteſque vias, & iter Titania vaſtum
Dixerat, & ſævi reſtare pericula ponti.
Pertimui, fateor; nactuſque hoc littus adhæſi.
Finierat Macareus: urnâque Æneïa nutrix
Condita marmoreâ, tumulo breve carmen habebat:
Hic me Caieten notæ pietatis alumnus

Erec-

430. *Carmina.*] Cycnum tanquam Apollinis avem, fati ſui approximantis præſcium ſuaviſſime canere ſcribunt Plato in Phœdone. Cic. Tuſc. quæſt. 1. Callimachus, Philoſtratus, Oppianus, Lucretius, alii innumeri. Negat Athenæus lib. 9. cap. 11. ὁ δὲ Μύνδιος φησὶ Ἀλέξανδρος πολλοῖς τελευτῶσι παρακολουθῆσαι, ὃν ἀκῆσαι ἐδόκουν. Et Ælianus lib. 1. c. 9. Ἐγὼ δὲ ἐδυσῳ μύνον ἐκ ἤκουσα, ἴσως δὲ ὑδὲ ἄλλῳ. Nec non Pierius 23. l. Hieroglyph. c. 1. & Scaliger 232. exercitat. *Farn.*

431. *Luctibus extremum.*] Malim *Fletibus extremis* Florent. S. Marci. *teneras medullas* pro *tennes*, plurimi veteres. & paulo ante, *ipſe modulata dolore*, non *ipſos dolores*. Latet mendum. an *ſpiſſos dolores*. Heinſ.

434. *Veteres dixere coloni.*] *Camœna* Florentinus S. Marci, tert. Bonon. prim. Moret. prim. Hamburg. & unus Baſil. quod verum puto. nam à Camœnis hæc loca antiquitus habitata. *Idem.*

436. *Longum narrata per annum Viſaque ſunt.*] In Neapol. eraſa vetus lectio, niſi quod *Multaque ſunt* reſtabat. quomodo & codex S. Marci. Bernegg. *Miraque ſunt. mutata per annum*, idem S. Marci, & prim. Hamburg. Metus ac hæc interpolata ſint. *Idem.*

FAB. X. *Arg.* Finierat Macareus. &c.] *Nec minus refert Macareus inſeuntiam ſociorum ergà Venerem. Cum Æneas adverſus Rutulos pro Latino dimicaret ab Evandro auxilium petiſſet. Et quemadmodum Turnus Venulo legato à Diomede item auxilium poſtulaſſet, qui ſub Dauno Iapygis regi domicilium poſuiſſet, qui id ſe facturum negaſſet, eo quod pro Æneas adverſus Venerem ſtetiſſet, vulneratamque à ſe inimicam haberet. Et ut comites ejus contempto Dea cupientes proficiſci in bellum in mari volucrum figura deceptis ſubſtituerunt. Eorum nomina hæc ſunt, Agmon, Lycus, Idas, Rhetenor, Nycteus, quæ volucres albi coloris ut cygni eſſent.* Lact.

441. *Æneïa.*] Vide 167. ſupra, & quæ nos ad lib. 7. Æneid. vſ. 1. *R. Æneïa nutrix.*] Cajeta Æneæ nutrix, quæ mortua ac ſepulta & portui, & urbi nomen dedit. *R.*

442. *Condita marmoreo.*] *Marmoreo* duo veteres concinnius ad urnam referentes pro *Caietam* prim. Baſil. & tres alii *Caietem*. hoc erit *Caieten*. *Tegeam* unus Palat. *Heinſ.*

443. *Pietatis.*] Redi ad vſ. 627. hujus lib. & quæ nos ad eum. *Farn.*

444. *Ar-*

Digitized by Google

Ereptam Argolico, quo debuit igne, cremavit.
Solvitur herboso religatus ab aggere funis:
Et procul insidias, infamatæque relinquunt
Tecta Deæ, lucosque petunt, ubi nubilus umbrâ
In mare cum flavâ prorumpit Tibris arenâ.
Faunigenæque domo potitur natâque Latini;
Non sine Marte tamen. bellum cum gente feroci
Suscipitur; pactâque fuerit pro conjuge Turnus.
Concurrit Latio Tyrrhenia tota: diuque
Ardua sollicitis victoria quæritur armis.
Auget uterque suas externo robore vires:
Et multi Rutulos, multi Trojana tuentur
Castra. neque Æneas Evandri ad limina frustra,
At venulus magnam profugi Diomedis ad urbem
Vene-

444. *Argolico igne.*] Quo à Græcis Ilium fuit incensum. *R. Quo debuit.*] Funebri. *Farn.*

447. *Nubilus umbrâ.*] *Umbrâ* unus Basil. mox *cum flava arena* non *fulva*, S. Marci Florent. tert. Bonon. prim. Hamburg. & unus Voss. bene imitatio est istorum Virgilianorum ex libro VII.

——*fluvio Tyberinus amœno*
Verticibus rapidis & multa flavus arena
In mare prorumpit.

Silius lib. 1.

In pontum flavo descendit gurgite Tybris.

Noster in Ibide,

Dum Tyberis flavas Thuscus habebit aquas.

ita enim scripta exemplaria. non *liquidas aquas*, *flavus Tyberis* perpetuum epitheton ejus fluvii. ita passim Noster alibique. reddidimus Nasoni eam vocem in Ibide v. 138. Trist. v. El. 1.

Quot frutices sylva, quot flavas Tybris arenas. Heins.

448. *In mare.*] *Verticibus rapidis, & multa flavus arena In mare prorumpit.* Farn.

449. *Faunigenaque domo.*] Latini Fauni filii. *Faunigenaque.*] Fauno & Marica geniti.

450. *Gente.*] Rutulis, quorum rex Turnus. verum hæc omnia liquent ex Virgil. 7. lib. Æneid.

456. *Evandri ad mœnia frustra.*] *Evandri mœnia* unus Basil. & unus Voss. *ad Evandri* duo. nam *mœnia* mox sequitur. Scribe,

——*neque Æneas Evandria limina frustra*
Venerat.

nam *Το ad* mox sequens subintelligitur. sic *Evandrius ensis* apud Virgilium. de Carmente Silius, *Evandria mater Hæc fuit.* Heins.

457. *At venulus frustra.*] *At Venulus magnam* Florent. S. Marci, & tres alii. recte, nisi quod malim, *Ut Venulus.* nam S. Marci, Urbin. Neap. aliique nonnulli. *Et* plures cum Oxon. *Sed* Virgil. l. XII.

Ecce super mœsti magna Diomedis ab urbe
Legati responsa ferunt.

maxima mœnia Noster ipse paulo post appellat. quare non admitto lectionem plurimorum veterum *ad arces* pro *ad urbem.* sed & vulgatum *magni Diomedis* bene se habet. Virgilius libro VIII.

Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem.

Sed & codices nonnulli vetusti in loco paulo ante ex libro Æneidos XI. adduc-

Digitized by Google

Venerat. ille quidem ſub Iapyge maxima Dauno
Mœnia condiderat: dotaliaque arva tenebat.
Sed Venulus Turni poſtquam mandata peregit,
Auxiliumque petit; vires Ætolius heros
Excuſat. nec ſe ſoceri committere pugnæ
Velle ſui populos: nec, quos è gente ſuorum
Armet, habere viros. Neve hæc commenta putetis;
(Admonitu quanquam luctus renovantur amaro)
Perpetiar memorare tamen. poſtquam alta cremata eſt
Ilion; & Danaas paverunt Pergama flammas;
Naryciuſque heros, à virgine, virgine raptâ,
Quam meruit ſolus pœnam, digeſſit in omnes;
Spargimur: & ventis inimica per æquora rapti,
Fulmina, noctem, imbres, iram cælique mariſque
Perpetimur Danaï, cumulumque Capharea cladis.

Neve

ato, *magni Diomedis ab urbe* agnoſcunt. *Idem. Profugi.*] Diomedes à bello Trojano reverſus, ubi comperiſſet uxorem Ægialen à Comata filio Schenelicorruptam, vitæque ſuæ inſidiantem, in Apuliam profugit: ubi regni parte & filia in uxorem à Dauno donatus, Argyripam condidit.

458. *Iapyge.*] Apulo, ut 6. l. Faſtor. *Et generum Oeniden, Apule Daune, tuum,* Confunduntur hæc nomina, Apulia, Calabria, Iapygia: quæ proprie continet Meſſapios, Pencetios, Daunios. Cluver. Italia, lib. 4. cap. 10. *Farn.*

461. *Auxiliumque petit.*] *Auxiliumque petit* rectius è vetuſtioribus multi. *Heinſ. Ætolius.*] Diomedes Tydei Ætoliæ regis filius. Sed lege orationem ipſam Venuli lib. 11. Æneid. *Farn.*

462. *Nec ſe aut ſoceri.*] Multi veteres omittunt *t aut*, & pro *aut* verſu proximo *nec* agnoſcunt. *Heinſ.*

464. *Armet habere viros.*] *Viros* Florent. S. Marci, ſec. Palat. prim. Baſil. Arondel. & viginti præterea alii. bene. *Idem.*

465. *Luctus renoventur amari.*] *Renovantur amaro* bene prim. Gronov. quod ipſum & alii nonnulli agnoſcunt. *Idem.*

466. *Perpetiar memorare tamen.*] Ex Virgil. 2. Æneid.

Quanquam animus meminiſſe horret, Luctuque refugit.
Incipiam.

468. *Naricioſque heros.*] *Narycioſque*, hoc eſt, Locrenſis. Ajacem enim Oilei innuit. *Heinſ. Naricioſque.*] Ajax Oilei filius Naritia, quæ Locridis urbs eſt, oriundus: Caſſandram regiam virginem è templo Palladis raptam ſtupratæ. Sacrilegium ultura Dea iram in univerſam Græcorum claſſem diffidit: tempeſtare deprehenſam in reditu. Virgil. 1. Æneid. *Unius ob noxam, &c.* Qui. Smyrnæus lib. 15. *Farn.*

471. *Fulmina.*] *Fulgura* prim. Erfurt. alter Regius, & unus Leid. pro *imbres* prior Twiſdenius *hyemes*, id eſt, tempeſtates. *Heinſ.*

472. *Capharea cladis.*] Capharæus promontorium eſt Euboeæ in Helleſponti ſpectans, ad cujus radices ira Minervæ ac fraude Nauplii Palamedis patris, Græcorum claſſis maximam fecit naufragium. *R. Capharea.*] Nauplium Palamedis filii mortem ultrices, Minerva ſuaſu, faces extulit noctu Græcis tempeſtate laborantibus quaſi portus ſignum

Neve morer referens triſtes ex ordine caſus;
Græcia tum potuit Priamo quoque flenda videri.
Me tamen armiferæ ſervatum cura Minervæ
Fluctibus eripuit. patriis ſed rurſus ab Argis
Pellor: & antiquo memores de vulnere pœnas
Exigit alma Venus: tantoſque per alta labores
Æquora ſuſtinui, tantos terreſtribus armis;
Ut mihi felices ſint illi ſæpe vocati,
Quos communis hyems, importuniſque Caphareus
Merſit aquis: vellemque horum pars una fuiſſem.
Ultima jam paſſi comites belloque fretoque,
Deficiunt; finemque rogant erroris. at Agmon
Fervidus ingenio, tum verò & cladibus aſper,
Quid ſupereſt, quod jam patientia veſtra recuſet
Ferre, viri? dixit. quid habet Cytherêa, quod ultra
(Velle puta) faciat? nam dum pejora timentur;

Eſt

unde plerique ad Capharea & cautes Euboïcas naufragi interierunt, *ulterque Caphareus*. II. Æneid. *Farn.*

476. *Patriis ſed rurſus ab agris.*] *Ab Argis* multi veteres. & recte. nam Diomedes Argis imperarat. Simile mendum ſuſtulimus Faſt. v. vſ. 651. Si non apud Virgilium,

Si patrios unquam remeaſſem victor ad Argos.

& libro XI. in oratione Diomedis, ut quidem in nonnullis membranis exaratum eſt,

——*patriis ut redditus Argis*
Conjugium optatum & pulchram Calydona viderem.

Statius Hercule Surrentino.

Ergo age ſi patrios jam liber legibus Argos
Incolis.

nam vulgati *patriis oris*. Sed placet Florentini omnium optimi codicis & aliorum quorundam ſcriptura, *patriis aris* exhibentium. *Heinſ.*

477. *Antiquo de vulnere.*] Nam in bello Trojano Diomedes cum Ænea congreſſus, cum ſibi eum auxilio Veneris eripi videret, in ipſam Deam ſagittas conjecit. quare Dea irata à Diomede uxoris animum ſic abalienavit, ut illum ab excidio Trojano reverſum accipere noluerit.

481. *Importunuſque Caphareus.*] *Importuniſque* cum Barberiniano & Langermanniano. *Heinſ.*

482. *Vellemque horum pars una fuiſſe.*] *Fuiſſem* cum S. Marci, Bernegger. prim. Hamb. aliiſque multis. *vellemque chori* unus meus ex veterrimo deſcriptus. *Idem.*

484. *Deficiunt.*] Me derelinquere volunt. *At Agmon Fervidus.*] Agmon cum Venerem contemneret, in avem cygno ſimilem una cum quibuſdam è ſociis fuit commutatus. *Agmon.*] Nonnulli *Acmon*. quod nomen Græcum eſt. ſic *Pyracmon* in veterrimis codicibus apud Virgilium: & *Acmonides* apud Noſtrum Faſt. IV. *Progne, Procne, Cygnus, Cycnus*. & ſimilia. *Heinſ.*

486. *Patientia noſtra.*] *Veſtra* plerique caſtigatiores. bene. *Idem.*

488. *Nam dum.*] Magnitudo cladis etiam vota damnat, ſpei nervum incidit: & deſperare jubet, *fortuna miſerrima tuta eſt*, &c. lib. 2. de Ponto 2. el. *Farn.*

489. *Eſt*

Eſt in vota locus: ſors autem peſſima rerum;
Sub pedibus timor eſt, ſecuraque ſumma malorum.
Audiat ipſa, licet; licet, ut facit, oderit omnes
Sub Diomede viros; odium tamen illius omnes
Spernimus, & magno ſtat magna potentia nobis.
Talibus invitam Venerem Pleuronius Agmon
Inſtimulat verbis; veteremque reſuſcitat iram.
Dicta placent paucis. numeri majoris amici
Agmona corripimus: cui reſpondere paranti
Vox pariter, vociſque via eſt tenuata: comæque
In plumas abeunt: plumis nova colla teguntur,
Pectoraque, & tergum: majores brachia pennas
Accipiunt: cupitique leves ſinuantur in alas.
Magna pedum digitos pars occupat: oraque cornu
Indurata rigent: finemque in acumine ponunt.
Hunc Lycus, hunc Idas, & cum Rhetenore Nycteus.
Hunc mirantur Abas: & dum mirantur, eandem
Accipiunt faciem: numeruſque ex agmine major
Subvolat, & remos plauſus circumſonat alis.

Si

489. *Eſt locus in voto.*] *Eſt in vota locus*, Thuan. & duodecim alii. rectius. *Fors* pro *ſors* tres ſcripti. *Heinſ.*

490. *Sub pedibus timor eſt.*] Nihil timetur.

491. *Et quod facit, oderit omnes.*] *Licet, ut facit, oderit omnes*, nervoſius alter Thuan. unus meus, & unus Mediceus. etiam Arondelianus, niſi quod in illo *ut facit* erat omiſſum. *quin quod facit*, vel, *qua quod facit* Bernegg. *quam quod* prior Hamburg. *vel quod* pri. Moret. & prim. Bonon. Tò *licet* geminare neglexerat librarius. hinc natæ tot lectiones. *Heinſ.*

492. *Et magno ſtat magna potentia nobis.*] *Tanta potentia nobis* unus Moreti, & alter Thuan. *parva ſtat* ex veteri libro notarat Politianus & Vivianus. quomodo pri. Moret. & decem alii ex noſtris. lege, *& parvo ſtat tanta potentia nobis.* poteſt & *magna potentia* ferri. Vide quæ de hoc loco à nobis dicta ſunt lib. v. vſ. 373. & de Veneris intellige potentia malim etiam *odium tamen illius omnes Spernimus.* Hoc vult, ſocios ſuos ſuperiores eſſe omni Veneris inſultu. *Idem.*

494. *Iratam Venerem.*] *Invitam* mendoſe chartaceus ex vetuſto deſcriptus, & pro diverſa lectione Zulichemianus. placet, quia *iram* ſequitur. *Idem.* *Pleuronius.*] Ex Pleurone, opp. Ætoliæ. *Farn.*

497. *Reſpondere volenti.*] *Paranti* Urbin. Neapol. & unus Medic. *Heinſ.*

499. *Plumis quoque colla teguntur.*] *Nova colla* S. Marci, uterque Thuan. prim. Gronov. prim. Moreti, pri. Hamburg. & decem alii. quod amplector. *M.*

505. *Hanc miratur Abas.*] *Miratur* ſec. Vatic. quod ſequentia confirmant. *Idem.*

507. *Subvolat, & remos plauſis circumvolat alis.*] *Circumſonat* diu eſt quod legendum vidi, ne bis eodem verbo uteretur. quomodo poſtea in ſec. Pal. ſcriptum offendi. alibi *ſtridentes alas* dixit.

—— *lætum Nereus circumſonat orbem.*

Libet

Si volucrum quæ ſit ſubitarum forma requiris;
Ut non cygnorum, ſic albis proxima cygnis.
Vix equidem has ſedes, & Iapygis arida Dauni
Arva gener teneo minimâ cum parte meorum.
Hactenus Oenides. Venulus Calydonia regna,
Peucetioſque ſinus, Meſſapiaque arva relinquit.
In quibus antra videt: quæ multâ nubila ſilvâ,
Et levibus ſtagnis manantia, ſemicaper Pan
Nunc tenet; at quodam tenuerunt tempore Nymphæ.
Appulus has illâ paſtor regione fugatas
Terruit; & primò ſubitâ formidine movit:
Mox, ubi mens rediit, & contempsêre ſequentem;

Ad

ibro 1. pro *ſubvolat* multi ex vetuſtiori-
ous *ſevolat*. ſed fruſtra. infra,

Subvolat, & cineres plauſis everberat alis. Idem.

508. *Si volucrum.*] Ἐμψύχες vocat Ariſtot. lib. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. Gaza *ardeas* vertit. Cataractas à Juba vocari ſcribit Plin. lib. 10. c. 45. De his ege quæ habet Auguſtin. 18. de civit. Dei. & quæ ad eum L. Vives. & Virg. 11. Æneid. *Farn. Volucrum dubiarum.*] *Subitarum* Thuan. Arondel. prim. Groiov. prim. Baſil. ſec. Pal. & ſedecim alii. robe. de dubiis avibus ſunt nugæ, cum n erodios ſint mutati. ut plurimus in commentario noſtro adſtruemus. Epiedio Druſi,

O Enides ſubita concinuiſtis aves.

n Ibide,

Quam cui ſunt ſubita frater & uxor aves. Heinſ.

509. *Proxima.*] Simillima. nam Dionedeæ aves oloribus ſunt ſimiles. R.

510. *Iapygis.*] Ad vſ. 458. ſupra. *Farnabius.*

FAB. XI. *Arg.* Hactenus Oenides.] *Lavinia regionis locum arboribus obumbratum Pan Mercurii filius tenuit, quam poſtea nympha occuluerunt. has paſtor Apulus cum procacibus maledictis terruiſſet, ne ampliùs linguam in propatulo haberet, numine arcano in arborem oleaſtrum excabuit, & ita factus eſt.* Lact.

512. *Hactenus Oenides.*] Diomedes Oenei nepos. R. *Calidonia.*] Apuliam, in cujus parte dotali regnabat Diomedes ex Ætolia in qua Calydon, advena. ad vſ. 457. ſupra.

513. *Meſſapiaque.*] Meſſapiam peninſulam, in qua Calabri & Salentini. *F. Puteoloſque ſinus.*] Puteoli urbs eſt Apuliæ à multitudine puteorum dicta. legitur etiam *Meſſapia arva.* Apulia à Meſſapò duce cognominata.

515. *Et levibus guttis manantia.*] *Levibus cannis* S. Marci, Neapol. prim. Vatican. tert. Medic. alii tredecim, & pro diversâ lectione Bernegger. & Arondel. lege, *levibus ſtagnis manantia.* nam in exaratis libris ſtannum pro *ſtagnum* frequenter ſcribitur. ita Noſter fere ſemper dat rivos antris. ſupra lib. 11. in deſcriptione Somni. atque ita alibi paſſim, ſi attendas. Virgil. *manantia fontibus antra* in Culice. & in Æn. *roſcida rivis Hernica ſaxa.* paulo ante *relinquit* pro *reliquit* cum pleriſque melioribus. *Heinſ. Semicaper.*] De Pane adi Servium in 2. ecloga Virgil. Nat. Comitem lib. 5. c. 6. Lil. Gyrald. hiſt. Deorum. Syntagm. 15. Clariſſ. Baconum de Sapientia veterum, *Pan ſive Natura.* Alciati emblema 97. atque ad illud Claud. Minoëm. *Farnabius.*

Ad numerum motis pedibus duxêre choreas.
Improbat has paſtor : ſaltuque imitatus agreſti
Addidit obſcœnis convitia ruſtica dictis.
Nec prius obticuit ; quam guttura condidit arbor:
Arbore enim ſuccoque licet cognoſcere mores.
Quippe notam linguæ baccis oleaſter amaris
Exhibet. aſperitas verborum ceſſit in illas.
Hinc ubi legati redière, negata ferentes
Arma Ætola ſibi, Rutuli ſine viribus illis
Bella inſtructa gerunt : multumque ab utrâque cruoris
Parte datur. fert ecce avidas in pinea Turnus

Texta

520. *Ad numerum motis pedibus.*] Ita ſcripti. metuo tamen ne *motis manibus* à Naſone fuerit exaratum. Vide Notas Rem. Am. vſ. 334. *Idem.*

521. *Improbat has paſtor.*] *Appulus has culpat* tres ſcripti. *Increpat* unus Baſil. mox pro *Addidit*, Thuan. *Addit &*. & pro *imitatus* idem cum duobus Moreti & ſex aliis *imitatur*. Scribendum fortaſſe,

Improbus has paſtor ſaltuque imitatur agreſti,
Addit & obſcœnis convitia ruſtica dictis.

nam illud *Improbat* hic prorſus frigidum eſt. *Idem.*

524. *Arbor enim eſt.*] Hæc nihili ſunt. Scribe, *Arbore enim ſuccoque licet* cum Florentino S. Marci. Tò *eſt* etiam quatuor, alii omittunt cum Neap. & pri. Reg. vel repone quod malo,

Arbore jam ſuccoque licet cognoſcere mores.

vel, quod longius abit, *Arbore adhuc.* metuo tamen ne quid altioris mendi ſubſit. *Idem.*

525. *Notam.*] Amarulentiam, qua lingua notabatur. *Farn.*

FAB. XII. *Arg.* Hinc ubi, &c.] *Turnus adverſus Æneam pro Lavinia ſponſa dimicans, cum immittere ignem claſſibus conaretur, mater Deorum, quia ex Ida monte Phrygiæ ſacrato eſſent facta, impetratis precibus ab Jove in nymphaarum ſpeciem illas convertit, utque Deorum matarum numen augere poſſent, effecit.* Lact.

527. *Hinc ubi.*] *Ecce ſuper moſi augni Diomedis ab urbe Legati reſpo[illegible] runt, &c.* 11. Æneid. F.

528. *Rutuli.*] Populi fuerunt, quibus imperavit Turnus. Hæc autem narrantur, ut commodius navium Æneæ transmutationem in nymphas inſerere poſſit poëta. R.

529. *Bella infauſta gerunt.*] *Infauſta gerunt* S. Marci, Urbin. pri. Harl. & quatuor alii. quod vehementer arridet. ſex alii *infeſta*. unus, *exhauſta*, alius, *exuſta*, alius item *ingeſta*. Heinſ.

530. *Fert.*] *Claſſem, qua lateri caſtrorum adjuncta jacebat, &c.* 9. Æ. F. *pinea tecta.*] Periphraſis eſt navium, quæ ex pineis tabulis conficiuntur. R. *Pinea.*] Ita epiſt. 19. *Picta mea tenuis pede texta ratis.* magiſtro uſus Catullo in Nuptiis Pelei & Tethidos. *Pinea jungens inflexa texta carina. In pinea Turnus Tecta faces.*] *Teſta* S. Marci. Lege *Texta* cum Cantabr. Juret. pri. Erfurt. pri. Baſil. prim. Gronov. & multis alis. Triſt. lib. 1. Eleg. 111.

Pinea texta ſonant : pulſi ſtridere rudentes.

Faſt. 1.

Pinea non ſano ter pede tecta ſreti.

Catullus pati modo initio Epithalamii Thetidis. in altero Thuani, *Impoſa mihi*. Heinſ.

512. *Jam*

Texta faces: igneſque timent, quibus unda perpercit.
Jamque picem, & ceras, alimentaque cætera flammæ
Mulciber urebat, perque altum ad carbaſa malum
Ibat: & incurvæ fumabant tranſtra carinæ:
Cum memor has pinus Idæo vertice cæſas
Sancta Deûm genitrix, tinnitibus aëra pulſi
Æris, & inflati complevit murmure buxi.
Perque leves domitis invecta leonibus auras,
Irrita ſacrilegâ jactas incendia dextrâ
Turne, ait. eripiam; nec me patiente cremabit
Ignis edax nemorum partes & membra meorum.
Intonuit dicente Deâ: tonitrumque ſecuti
Cum ſaliente graves ceciderunt grandine nymbi:
Aëraque, & ſubitis tumidum concurſibus æquor
Aſtræi

532. *Jamque.*] *Picum fert fumida lucem Tada, & commiſtam Vulcanus ad aſtra favillam.* 9. Æneid. Farn.

534. *Fumabant tranſtra.*] *Flammabant* optimus Thuan. an *flammabat?* Val. Flaccus lib. v.

Sol propius flammabat aquas.

ait, quia hoc inſolentius, *lambebat*, ut apud Valer. Flaccum lib. v.

Sola virum flammis vidit lambentibus oſſa.

Horat. lib. 1. Sat. v.

Nam vaga per veterem dilapſo flamma culinam
Vulcano ſummum properabat lambere tectum.

ıro *tranſtra* multi veteres, atque inter ıoſce S. Marci, Neapol. Thuan. quart. Medic. Oxon. pri. Hamburg. & ſex aut ɛptem alii, *igne.* Scribe,

——*fumabant tigna carina.*

ɛl *lambebat.* quam vocem etiam reſtituimus lib. IV. Faſt. vſ. 233. Lucretius,

Nec cum ſubſiliunt ignes ad tecta domorum
Et celeri flammâ dogniant tigna trabeſque.

ed & tigna in navibus. Propert. lib. IV. il. VI.

Quodque vehunt prora Centaurica ſaxa minantes,
Tigna cava & pictos experiere metus?

auctor Elegiæ in obitum Mæcenatis,

Illum piſcoſi viderunt ſaxa Pelori
Ignibus hoſtilis tradere tigna ratis.

ſic ſcribo. vulgati *reddere ligna.* ſic & *tigna* in vineis. Adi Feſtum. vetus Gloſſarium MS. *Tignum dicitur omne genus lignea materia.* hinc *tigillum.* qua voce uſi ſunt Catullus & Tibullus lib. II. El. 1. tum & Catalectis Pentadius carmine de Vere,

Nota tigilla linit jam garrula luce chelidon:
Dum recolit nidos, nota tigilla linit.

Ita ſcribendi illi verſus ex fide duorum vetuſtiſſimorum codicum. *Jam motacilla canit* in vulgatis legitur. Virgilii nempe illa reſpexit,

Garrula quam tignis nidum ſuſpendat hirundo.

linit, luto conſpergit. *parvum tigillum* Phædro lib. 1. Fab. II. uſus & ea voce præter Tibullum Juvenalis. *Heinſ.*

535. *Cum memor.*] Adi Virgil. lib. 2. Æneid. *Tempore quo primum Phrygia formabat in Ida Æneas claſſem, &c.* F.

538. *Leonibus.*] Lib. 10. vſ. 704. F.

545. *Aſtrai.*]

Aſtræi turbant, & eunt in prælia, fratres. 545
E quibus alma parens unius viribus uſa,
Stuppea prærumpit Phrygiæ retinacula claſſis:
Fertque rates pronas, imoque ſub æquore mergit.
Robore mollito, lignoque in corpora verſo,
In capitum faciem puppes mutantur aduncæ. 550
In digitos abeunt, & crura natantia, remi:
Quodque prius fuerat, latus eſt: mediiſque carina
Subdita navigiis, ſpinæ mutatur in uſum.
Lina comæ molles, antennæ brachia fiunt.
Cærulus, ut fuerat, color eſt. quaſque ante timebant,
Illas virgineis exercent luſibus undas
Naïdes æquoreæ: duriſque in montibus ortæ
Molle fretum celebrant: nec eas ſua tangit origo.
Non tamen oblitæ, quam multa pericula ſævo

Per-

545. *Aſtræi.*] Venti, Aſtræi gigantis & Auroræ filii. Ἀστραῖος δ' ἐκ ἠοῖς ἀνέμους τέκε κυρτοφύμους, Heſiodus in Theogonia.

546. *Stuppea.*] Funis quo navis littori alligatur, Græcis dicitur ἐπίγνιον & πεῖσμα, Latinis *ora*, ut Quintilianus: Sublatæ ſunt anchoræ, ſolvimus oram. Gyrald. lib. de Navigiis. *Farn.*

547. *Prærumpit Phrygiæ retinacula claſſis.*] Malim *claſſi. prorumpit* multi Veteſtiorum, vel *prorumpit.* Heinſ.

548. *Medioque ſub æquore mergit.*] *Imoque ſub æquore* unus ex meis. Virgilius in hac narratione;

Delphinumque modo ſubmerſis æquora roſtris
Ima petunt.

Noſter lib. 11. Triſt.

——— *imoque ſub æquore mergit*
Incolumem toties una procella ratem.

tamen apud Maronem VI. Æn.

——— *quis te, Palinure, Deorum*
Eripuit nobis, medioque ſub æquore merſit? Idem.

550. *In capitum faciem.*] *Faciem* prim. & tert. Moreti. Juret. & alter Thuan. *Idem.*

552. *Quodque ſinus fuerat, latus eſt.*] *Quodque latus fuerat, latus eſt.* Thuan. prim. Moret. Arondel. ſec. Palat. quar. Medic. Oxon. alii quatuordecim. rectè nam & latera navium dicuntur. ita quod malo cum Neapol. *Quodque pro. fuerat, latus eſt.* quo alludunt & illi. nam quatuor *Quodque ratis. alius Quodque latus fuerat, ratis eſt. Quodque* prim. Gronov. *Idem.*

555. *Ante timebant.*] *Tenebant* Urſin. Bernegg. *Idem.*

557. *Duriſque in montibus ortæ*
Molle fretum celebrant.] *Summiſque in montibus* multi veteres. quibus cave accedas. *in montes* & *molle fretum* opponuntur. ſic infra,

——— *Poſuitque in limine dura*
Molle latus. Idem.

Summis.] *Pinea ſylva mihi modos ſubdita per annos*, *Lucus in arce fuit ſummus &c.* Cybele apud Virgil. 9. Æneid. vi. 83. lege & epigrammata in Naves Lib. Anthologiæ cap. 57. *Farn.*

558. *Nec eas ſua tangit origo.*] Nihil curant redire in montes, ubi fuit ortæ. *R.*

559. *Non tamen.*] Non ignara mali

Pertulerint pelago, jactatis ſæpe carinis
Suppoſuêre manus, niſi ſi qua vehebat Achivos.
Cladis adhuc Phrygiæ memores, odêre Pelaſgos:
Neritiæque ratis viderunt fragmina lætis
Vultibus. & lætæ vidêre rigeſcere puppim
Cautibus Alcinoi; ſaxumque increſcere ligno.
Spes erat in Nymphas animatâ claſſe marinas
Poſſe metu monſtri Rutulum deſiſtere bello.
Perſtat, habetque Deos pars utraque: quique Deorum
Inſtar,

niſeris navigantibus ſuccurrere didicerunt: exceptis tantum Græcis, qui Trojæ infeſtes. eſtque tranſitio ad ſeq. Fabulam. F.

FAB. XIII. *Arg.* Cladis adhuc, &c.] *Naves Æneæ docet in ſpeciem nymipharum verſas Deorum voluntate, ex recordatione mortum, Neritiam navem vidiſſe latas ærumnam naufragio. Item Alcinoi navem Pelaſgos portantem ſaxo duriſcere.* L.

563. *Neritiaque.*] Qua vectus eſt Uyſſes Ithacæ, in qua mons Neritos, dux.

564. *Latis videre rigeſcere puppem Vultibus.*] Non placet iſta repetitio. Berlegger. prim. Gronov. & unus Baſil. *latis videre rigeſcere puppem Cautibus.* rectius. *Cautibus* etiam pro diverſa lectione Arondel. & duo alii. prim. Baſil. & ert. Reg. *Cautibus. puppim* etiam multi. *inum* ſec. Vatic. ſed *lata videre* probe Noricus. *Heinſ. Puppim.*] Ulyſſem è naufragio enatantem hoſpitio excepit Alinous Phæacum rex: navique & comitatu inſtruxit, qua in Ithacam veherer. hanc navem Neptunus Polyphemi index in ſcopulum mutavit. Homer. Odyſſ. 13. lib. *Farn.*

565. *Alcinoi.*] Naufragum Æneam omiter excepit, omnibuſque rebus neceſſariis juvit. Hom. Odyſſ. θ. & ſeqq. liquot, *Saxumque increſcere ligno.*

Ὦ πόποι, ἦ μάλα δή με
Παλαίφατα θέσφατ' ἰκάνει
Πάτρῳ ἐμῷ, ὃς ἔφασκε
Ποσειδάων ἀγάσασθαι
ἡμῖν, &c.

& paulo poſt,

——*μέγα δ' ἡμῖν ὄρος πόλιν ἀμφιπαλύψαι.*

Oratio Alcinoi. Odyſſ. ν. à vſ. 172. Illa autem prædictio habetur Odyſſ. θ. à vſ. 569.

Ἦ ποτε φασίεσσιν ἀνὴρ ἐϋεργέα νῆα
Ἔκ τε πομπῆς ἀπίσσων ἐν ἠεροειδέϊ πόντῳ
Πάσσεσθαι, &c.

Phæacum ad navem convertit tela doloris.

Horribilis ſaxo verſa carina ſedet.

FAB. IV. *Arg.* Spes erat, &c.] *Turno ab Æneæ interempto, Ardea urbs, regnum Turni, incendio ad cinerem redacta, ex qua volucris emerſa eſt, qua patria ejus nomine vocaretur à poſteris Ardea.* L.

566. *Animata.*] Mutata in Nymphas.

568. *Perſtat.*] *At non audaci ceſſit fiducia Turno: ultro animos dictis tollit, atque increpat ultro; Trojanos hæc monſtra petunt, &c.* 9. Æneidos. *Deos pars.*] Hac Venerem, illa Junonem. *Sat fatis Venerique datum, &c. ſunt & mea contra Fata mihi, &c.* Turnus 9. Æneid. 137. vſ. *Farn. Quodque Deorum eſt inſtar habent animos.*] Τὸ *eſt* plurimi non agnoſcunt. pro *quodque* ſec. Palat. & meus chartaceus *quiſque.* Puto,

——*quique Deorum*

Inſtar, habent animos.

& ſic pri. Strozzæ pro diverſa lectione. Notum illud Mezentii, *Dextra mihi Deus.* Similia Capaneus apud Statium. *Heinſ.*

Inſtar, habent animos. nec jam dotalia regna,
Nec ſceptrum ſoceri, nec te, Lavinia virgo,
Sed viciſſe petunt: deponendique pudore
Bella gerunt. tandemque Venus victricia nati
Arma videt: Turnuſque cadit; cadit Ardea Turno
Soſpite dicta potens. quam poſtquam barbarus ignis
Abſtulit, & tepidâ latuerunt tecta favillâ;
Congerie è media tum primum cognita præpes
Subvolat: & cineres plauſis everberat alis.
Et ſonus, & macies, & pallor, & omnia, captam
Quæ deceant urbem, nomen quoque manſit in illâ
Urbis: & ipſa ſuis deplangitur Ardea pennis.
Jamque Deos omnes, ipſamque Æneïa virtus
Juno-

569. *Nec jam dotalia regna.*] *Nec tam* ſec. Palat. & mox *Se viciſſe.* Forte, *Quam viciſſe petunt.* Idem.

570. *Soceri.*] Latini regis.

571. *Deponendique pudore Bella gerunt.*] *Deponendoque dolorem Bella petunt* S. Marci, & tert. Bonon. *petunt* etiam duo alii. *Ponendique timore bella petunt* pri. Gronov. *deponendoque pudorem* alter Erfurt. at Arondelianus *Bella volunt* pro diversâ lectione. quod arridet. *Heinſ.*

574. *Quam poſtquam Barbarus enſis Abſtulit.*] *Barbarus ignis* in potiore ſcriptorum parte. novi Barbaros dici Phrygas, & *opem Barbaricam*, ſimiliaque, de quibus Giphanius inter cæteros Indice Lucretiano in ea voce: Hic tamen ſcribendum cenſeo *Dardanus ignis.* ſic ſupra,

——*Danaas paverunt Pergama flammas.*

& alibi,

Cum Danaum Phrygias ureret ignis opes.

Virgilius lib. 11. Æn.

Vel Danaum Phrygios jaculatus puppibus ignes.

Horat.

Uret Achaïcus ignis Iliacas domos.

&,

Neſcios fari pueros Achivis
Ureret flammis.

Seneca Agamemnone.

Cum Dardana tecta Dorici raperent ignes.

atque ita paſſim optimi Scriptores. *pabfer ignis* unus Moreti. ut lib. VIII. v. 477. *Idem. Barbarus.*] Trojanus. Namque Ardeam Rutulorum regni caput, interfecto Turno, Æneas incendit. Fuêre ſunt Servius & alii, qui hoc ad Annibalem referunt. Trojani enim, aliique omnes Græcis Barbari habiti, mox etiam Latinis. *Farn.*

575. *Tepida paruerunt tecta favilla. Latuerunt* cum Thuan. Cantabr. pri. Erfurt. pri. Baſil. pri. Gronov. pri. Mentel. aliiſque plurimis. *Heinſ.*

576. *Congerie è media.*] E medio rogo. *R. Præpes.*] Avis utut in augurio præpetes dicantur felices aves, & qui altius ſubvolant. Agell. lib. 6. cap. 6. *Farn.*

FAB. XV. *Arg.* Jamque Deos, &c. *Venus ut animadvertit ſilicem Æneam laboribus exhauſtis ad finem venuſſe avi, petit ab Jove patre ut promiſſis fidem ſervet. Cujus ille precibus auditis effecit, ut in Laurenti in flumine Numitio mortalitatem ablueret, interque indigetes Deos transferretur, ita ut a poſteris ſicut cæteris Dis jacta adminiſtrarentur.* Lact.

581. *Jamque Deos omnes.*] Æneæ

Junonem veteres finire coëgerat iras:
Cum, bene fundatis opibus crescentis Iüli,
Tempestivus erat cœlo Cythereïus heros;
Ambieratque Venus Superos: colloque parentis
Circumfusa sui, Nunquam mihi, dixerat ullo
Tempore dure pater, nunc sis mitissimus oro;
Æneæque meo, qui te de sanguine nostro
Fecit avum, quamvis parvum, des, optime, numen;
Dummodo des aliquòd. satis est inamabile regnum
Aspexisse semel, Stygios semel isse per amnes.
Assensere Dei: nec conjux regia vultus
Immotos tenuit; placatoque annuit ore.
Tum pater, Estis, ait, cœlesti munere digni,
Quæque petis, pro quoque petis, cape, gnata, quod optas.
Fatus erat. gaudet; grateque agit illa parenti:
Perque leves auras junctis invecta columbis
Littus adit Laurens; ubi tectus arundine serpit
In freta flumineis vicina Numicius undis.
Hunc jubet Æneæ, quæcunque obnoxia morti,
Abluere; & tacito deferre sub æquora cursu.

Cor-

cum ad ultimum ætatis suæ tempus venisset, precibus Veneris omnium Deorum consensu in Deum, quem Latini *Indigetem* appellarunt, fuit transmutatus. *Ipsamque Junonem.*] Quæ semper ei fuerat adversata.

582. *Finire coërcuit iras.*] *Coëgerat* castigatiores magno numero. quod verum est. *Heins.*

584. *Tempestivus.*] Ut qui gloriæ suæ satis vixisset, cœlo maturus, Divis adscribendus esset. *F.*

587. *Mitissimus opto.*] *Oro* Thuan. pri. Reg. prim. Gronov. cod. Polit. & multi alii. *Heins.*

590. *Inamabile regnum.*] Inferorum regnum *R. Satis est.*] Satis sit Heroi semel vidisse Inferorum regna, semel Stygia transisse. supr. vs. 116. & Virg. Æn. 6. vide quæ nos ad illa 6. Æneid. *Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre Tartara.* *Inamabile.*] Lege quæ Agellius lib. 1. cap. 6. atque Macrobius lib. 6. cap. 7.

594. *Tum pater, est is ait, cœlesti numine dignus.*] Repone ex castigatioribus magno numero,

Tum pater, Estis, ait, cœlesti munere digni,
Quaque petis, pro quoque petis.

gnata etiam Boxh. *Heins.*

599. *Numicius.*] Latii fluv. Æneæ terminus vitæ. Secundum inde prælium Latinis, Æneæ etiam ultimum operum mortalium fuit, inquit Livius lib. 1. Namque ibi pugnans cum in flumine interiisset, nec corpus ejus inveniretur, ad Deos migrasse credebatur. Dionysius lib. 1. Juvenalis Satyr. 11. Hercules & Æneas. *Alter aquis, alter flammis, ad sidera missus.* & Tibul. lib. 2. el. 3. *F.*

Corniger exſequitur Veneris mandata : ſuiſque,
Quicquid in Ænea fuerat mortale, repurgat,
Et reſpergit aquis. pars optima reſtitit illi.
Luſtratum genitrix divino corpus odore
Unxit, & ambroſiâ cum dulci nectare miſtâ
Contigit os : fecitque Deum : quem turba Quirini
Nuncupat Indigetem; temploque ariſque recepit.
Inde ſub Aſcanii ditione binominis Alba
Reſque Latina fuit : ſuccedit Silvius illi.
Quo ſatus, antiquo tenuit repetita Latinus

Nomi-

602. *Corniger.*] Fluvii cur cornuti & tauriformes, vide lib. 9. vſ. 80. & lib. 13. vſ. 895.

604. *Et reſperſit aquis.*] *Reſpergit* rectius multi. Cenſeo tamen ſcribendum *detergit* ἀφαιτικῶς, pro *deterget*. quomodo Poëtæ paſſim. *Heinſ. Pars optima.*] Pars melior, anima. *R. Reſtitit illi.*] Remanſit Æneæ.

608. *Indigetem.*] Situs eſt, inquit Livius lib. 1. quemcunque eum dici fas juſque eſt, ſuper Numicium fluv. Jovem Indigetem appellant. Indigetes autem ſunt qui ex mortalibus indigenis in Deorum numerum relati ſunt, quaſi in Diis agentes. vide quæ nos ad 12. lib. Æn. 794. v. *Indigetem Æneam ſcis ipſe, &c.* & quæ Lil. Gyrald. primo Syntagmate de Diis. *Temploque.*] Latini ſacellum tanquam Heroi dicaverunt, cum inſcriptione hujuſmodi : Πατρὶς Θεῷ χθονίῳ ὃς ποταμὸν Νομίκιον ῥεῦμα διήκει, Dionyſius lib. 1. *F. Temploque ariſque recepit.*] *Reponit.* Heinſ.

FAB. XVI. *Arg.* Inde ſub, &c.] *Tyberinus Albanorum rex Tuſco amni qui tunc dicebatur* Albula, *merſus interiit, ac nomen fluvio reliquit : Item Aventinus, à quo mons dictus, urbis Alba accepit imperium. Sub hoc Pomona Hamadryadum nympharum hortorum cultrix, feliciſumque arborum, cujus nomen pomaria obtinent. Hanc cum Vertumnus diligeret, ſolitus in varias figuras mutari, & ea refugiente conubium, ſollicitudine aſſidua uteretur, poſtremo in anum converſus eſt, atque multa retulit, quibus femina flecti ſoleret, ut ſibi jungeretur. Ipſe autem perſeverantia in propoſito, noviſſime reſert quoque fuiſſe in Cypro Anaxaretem virginem, quæ propter ſuperbiam punita fuiſſet à Venere, verſusque in ſuam formam concubuit cum ea.* Lact.

609. *Aſcanii binominis.*] Duo nomina habentis. Nam & Aſcanius & Iulus à prima lanuginе, quæ ἀνθος Græce dicitur, fuit cognominatus. *Auct.*] Ceſſit noverca Lavinium Aſcanius ſive Iulus, Albamque condidit. In hac Albanorum regum genealogia diſſentit à ſe Noſter, in quarto Faſtorum. A Noſtro Livius 1. lib. & Dionyſius. ſuccedentem vero breviter ſic cap. 1. Aſcanius. 2. Sylvius Poſthumus Æneæ filius. 3. Æneas Sylvius : manſit enim Sylvius poſtea omnibus cognomen. 4. Latinus. 5. Alba. 6. Atis, ſeu Epitus. 7. Capys. 8. Capetus. ſeu Calpetus. 9. Tiberinus. 10. Remulus. 11. Agrippa, qui Noſtro Acrota. 12. Aventinus. 13. Procas. 14. Amulius Numitor. *F.*

610. *Succeſſit Sylvius illi.*] *Succedit* S. Marci, Bernegger. prim. Vatican. tert. Medic. & alii viginti. *Heinſ.*

611. *Latinus.*] Sylvii Æneæ filius. Poſthumi nepos. Poſt Latinum autem alii recenſent Albam, poſt Albam Ovidius hic Epitum vocat. *Micyl.*

612. *Co-*

Digitized by Google

lomina cum ſceptro : clarum ſubit Alba Latinum :
pitos ex illo eſt. poſt hunc Capetuſque, Capyſque ;
ed Capys ante fuit. regnum Tiberinus ab illis
epit ; & in Tuſci demerſus fluminis undis
lomina fecit aquæ. de quo Remuluſque feroxque
crota ſunt geniti : Remulus maturior annis
ulmineo periit imitator fulminis ictu.
ratre ſuo ſceptrum moderatior Acrota forti
radit Aventino : qui quo regnarat, eodem
Monte jacet poſitus ; tribuitque vocabula monti.
amque Palatinæ ſummam Proca gentis habebat.

Rege

612. *Clarus ſubit Alba Latino.*] *Subit* ex veteres plerique. niſi quod pri. Grov. & unus Leid. *inde.* pro *clarus* multi veteres *Clarius. natus* ſec. Palat. & unus Leid. & unus Voſſii. at pri. Erfurt. *Narus.* alter Erfurt. *Daunus.* ſec. Moret. *claro ſubit ecce Latino. Alba* eſt in uno meo, Calandræ, & Politiani excerptis. *ecce Latinum* Langerm. & Urbin. *Latinus* pri. Hamburg. & S. Marci. At primus Moreti, *clarum ſubit Alba Latinum.* optime. lib. IV. Faſtor. initio,

Iſque Latine, tibi pater eſt, ſubit Alba Latinum. Heinſ.

613. *Epirus ex illo.*] *Ex illo eſt* vetustiores. *Epiros* etiam Bernegg. alter Erfurt. prim. Twiſd. & prim. Gronov. dixi lib. IV. Faſt. v. 43. prim. Moreti, *Egros.* apud Virgilium lib. II. Æn. pro o quod in vulgatis legitur codicibus,

Addunt ſe comites Riphæus & maximus annis
Iphitus.

Codex veterrimus Mediceus agnoſcit *maximus armis Æpitus.* in aliis *Ephytus.* & lib. V. *Epytides* Iuli cuſtos in veterrimis membranis. qui *Epitides* in vulgatis eſt libris. Homero Iliad. P. Κήρυξ Ἠπυτίδης. *Idem.*

615. *Thuſci fluminis.*] Periphraſis eſt Albulæ, qui poſtea Tyberis à Tyberino rege in illo ſubmerſo fuit appellatus. *R. Demerſus.*] Vetuſtiores *dimerſus.* Heinſ.

616. *De quo Remuluſque feroxque Acrota.*] Poſt Tyberinum, Agrippam Sylvium numerant, Tyberini filium, qui annis regnavit tres & triginta. Poſt Agrippam autem Remulum hujus filium, quem tamen Dionyſius *Alladium* vocat. *Micyl.*

617. *Maturior annis.*] *Armis* pri. Baſ. *avis* unus. Voſſ. puto *avi.* Adi Notas lib. VIII. v. 619. *Heinſ.*

618. *Imitator fulminis.*] Cum enim vellet videri fulmina jaculari. à Jove fulmine vero percuſſus eſt. *R. Fulmineo.*] Alter Salmoneus, *Qui flammas Jovis & ſonitus imitatus Olympi*, ἀντιβροντᾶν vero interiit fulmine. *Farn.*

621. *Poſitus.*] Sepultus. *Tribuitque vocabula monti.*] Aventinus enim unus ex collibus Romæ urbis ab Aventino rege, illic ſepulto fuit cognominatus.

622. *Palatina ſummam Proca gentis habebat.*] *Palatinus ſumma loca gentis* ſcripti omnes noſtri cum vetuſtis editionibus. niſi quod *Palatina loca gentis* Florentinus S. Marci & Neap. omiſſo τῶ *ſummam.* ſec. Pal. *Palatina ſumma loca gentis.* Scribe,

——*Palatini ſummam Proca collis habebat.*

in τῶ *loca* vides veſtigia *collis. gens Palatina* ineptum eſt. *Heinſ. Palatina ſummam gentis.*] Ita ut *ſumma gentis* accipiatur, pro imperio & ſumma parte gentis Palatinæ, hoc eſt, quæ circa palatium & ea loca, ubi poſtea Roma condita

Rege ſub hoc Pomona fuit: qua nulla Latinas
Inter Hamadryadas coluit ſolertius hortos,
Nec fuit arborei ſtudioſior altera fœtûs:
Unde tenet nomen. non ſilvas illa, nec amnes;
Rus amat, & ramos felicia poma ferentes.
Nec jaculo gravis eſt, ſed aduncâ dextera falce:
Qua modo luxuriem premit, & ſpatiantia paſſim
Brachia compeſcit: fiſſa modo cortice virgam
Inſerit: & ſuccos alieno præſtat alumno.
Nec patitur ſentire ſitim: bibulæque recurvas
Radicis fibras labentibus irrigat undis.
Hic amor, hoc ſtudium: Veneris quoque nulla cupido
Vim tamen agreſtum metuens, pomaria claudit
Intus: & acceſſus prohibet refugitque viriles.

Quid

fuit, tum habitabat. Et Dionyſius poſt Aventinum, Procam numerat, patrem Amulii & Numitoris. *Micyl.*

623. *Latinas.*] *Latinos* multi veteres. utrumque bene. *Heinſius.*

624. *Hamadryadas.*] Nymphas, quæ vero ſint Hamadryades dictum ad 777. v. lib. 8. *Farn.*

628. *Nec jaculo gravis eſt.*] Nec dextra Pomonæ, inquit, jaculum geſtat, ſed falcem, qua luxuriantes ramos recidat. *R.* *Sed aduncâ.*] *Inutiles falce ramos amputat, Feliciores inſerit.* Horat. 2. epod. Inſitionum genera docent Columella 5. l. de re ruſtica 11. cap. idem lib. de arboribus. Palladius in Februario, tit. 17. Plin. lib. 17. cap. 14. Virg. 2. Georgic. v. 69. *Farn.*

630. *Fiſſo modo cortice lignum.*] *Fiſſâ* Bernegger. prim. Palat. pri. Gronov. & decem alii ex vetuſtioribus. Dixi lib. IV. v. 375. pro *lignum* pri. Gronov. & quatuor alii *virgam.* bene. *Heinſius.*

631. *Succos præſtat.*] *Præbet* ex vetuſtioribus plurimi. *Idem. Alieno alumno.*] Surculo ex alia arbore in aliam tranſlato. *R.* *Alieno.*] *Miraturque novas frondes & non ſua poma.* F.

633. *Fibras.*] Tenuiores ſubtilioreſque radices. *R.* *Labentibus irrigat undis.*] *Labentibus* Bernegg. prim. Moret. frag. Boxhornii, aliique nonnulli. quod ſi *lactantibus undis* ſcripſerit Ovidius! in certe ſuccus in plantis herbiſque dicitur. hinc *herba lactaria* & *lactuca*, & *in Cyrenaïcum*, lazerpitii ſuccus. *Lactuca annum* Noſter dixit lib. XV. hinc enim *Lactans Deus* & *Lactucia Dea* apud Auguſtinum de Civitate Dei. Propert. l. 2. El. 11.

Et coma lactenti ſpicea fruge tumet.
lactens ficus apud Noſtrum in Faſtis & *lactentia frumenta* apud Virgilium. poteſt & *lambentibus undis* legi. Vomanus de laudibus Horuli in Caraleſis,
Aqua ſtrepentis vitreas lambat lapis.
Sulcoque ductus irriget vivas ſata.
Prudentius Cathemerin. Hymno V.
Illic & gracili balſama ſurculo
Defudata fluunt, varaque cinnama
Spirant, & folium, ſeuve quod alibi
Pralambens fluvius portat in exitum.
ſic vetuſtiores membranæ. *Heinſ.*

635. *Vim tamen agreſtum.*] *Agreſtem* tert. Medic. & unus Voſſianus. *Idem. Agreſtum.* Vide quæ ad v. 150. lib. I. & 500. v. lib. 8. F. *Vim agreſtum.*] Violentiam ruſticorum.

639. *Sæ-*

Quid non & Satyri ſaltatibus apta juventus
Fecere, & pinu præcincti cornua Panes,
Silvanuſque ſuis ſemper juvenilior annis,
Quique Deus fures vel falce vel inguine terret,
Ut poterentur ea? ſed enim ſuperabat amando
Hos quoque Vertumnus: neque erat felicior illis.
O quoties habitu duri meſſoris ariſtas
Corbe tulit. verique fuit meſſoris imago!
Tempora ſæpe gerens fœno religata recenti,
Deſectum poterat gramen verſaſſe videri.
Sæpe manu ſtimulos rigidâ portabat; ut illum
Jurares feſſos modo disjunxiſſe juvencos.
Falce datâ frondator erat, vitiſque putator.
Induerat ſcalas, lecturum poma putares.
Miles

639. *Sileniſque.*] *Silvaniſque* plerique vetuſtiores. recte. qui numen eſt Latinum. ut & Vertumnus. Sileno nullus hic locus, non magis quam Baccho, cui is comes adhæret ſemper indiviſus. Silvanus Deus agreſtis. Virgilius initio Georg. poſtquam Cererem, Faunos, Dryadas, Pana, Minervam, alios deos agreſtes invocavit, addit,

Et teneram ab radice ferens Silvane eupreſſum.

cujus ad exemplum quoque Gratius initio Cynegetici, poſt alios deos agreſtes invocatos,

Naïdes, & Latii cultor qui Faunus amœni,
Semper & inculto Silvanus termite gaudens.

Sed & idem Maro Georg. II.

Fortunatus & ille, deos qui novit agreſtes,
Panaque Silvanumque ſenem.

unde apparet cur Noſtro *ſuis juvenilior annis* dicatur. *Heinſ.*

641. *Ut poſſerentur eâ.*] *Poterentur* meliores. dictum lib. XIII. verſ. 130. *Idem.*

642. *Vertumnus.*] Qualis Deus fuerit Vertumnus, quæ nominis ratio, & in varias formas mutabilitas docet Propertius 4. lib. el. 2. & ad eum Beroaldus & Io. Annius. vide & Lil. Gyrald. Syntagm. 4. nec non Baptiſtæ Pii Annot. Poſter. c. 33. Ad anni vertentis varias vices refertur Vertumnus. *Seu quia vertentis fructus percepimus agni, &c.* Propertius ibid. F. *Hos quoque Vertumnus.*] Vertumnus Deus eſt bene vertendarum rerum, hoc eſt, vendendarum atque emendarum, à vertendo dictus; quod ſe in varias verteret formas. Inde *Vertumnalia* dicta ſint, quæ menſe Octobri in honorem Vertumni celebrabantur, ut auctor eſt Varro. Vide Baptiſt. Pium Annotat. poſter. cap. 33.

646. *Verſare videri.*] *Verſaſſe* rectius ſec. Pal. prim. Baſ. uterque Erfurt. Juret. & decem alii. & mox *Jurares* pro *Juraſſes* Arond. Boxhorn. Oxon. & alii undecim. *Heinſius.*

647. *Sæpe manu ſtimulos.*] Sæpenumero, inquit, in bubulcum Vertumnus commutabatur, ut Pomona potiri poſſet.

649. *Vitiſque putator.*] Malim *vitiſve.* Heinſ.

650. *Induerat ſcalas.*] *Induitur ſcalas* Thyſii codex. eleganti Græciſmo. Vide Notas Triſt. IV. Eleg. 1. v. 76. ſed tum pro *putares* ſit legendum *putaris.* Idem.

653. *Spe-*

Miles erat gladio, piſcator arundine ſumtâ,
Denique per multas aditum ſibi ſæpe figuras
Repperit, ut caperet ſpectatæ gaudia formæ.
Ille etiam pictâ redimitus tempora mitra,
Innitens baculo, poſitis ad tempora canis,
Aſſimilavit anum: cultoſque intravit in hortos;
Pomaque mirata eſt: Tantoque potentior, inquit.
Paucaque laudatæ dedit oſcula; qualia nunquam
Vera dediſſet anus: glebâque incurva reſedit,
Suſpiciens pandos autumni pondere ramos.
Ulmus erat contra ſpatioſa tumentibus uvis:
Quam ſociâ poſtquam pariter cum vite probavit;
At ſi ſtaret, ait, cælebs ſine palmite truncus,
Nil præter frondes, quare peteretur, haberet.
Hæc quoque, quæ juncta vitis requieſcit in ulmo,
Si non nupta foret, terræ acclinata jaceret.

Tu

653. *Spectata gaudia formæ.*] *Sperata* prim. Baſil. ſec. Pal. alter Hamburg. & quinque alii. etiam pro diverſa lectione Neap. ut lib. III.

Ibat ut injiceret ſperato brachia collo.

apud Terentium tamen *formarum ſpectator.* Idem.

656. *Aſſimilavit anum.*] *Aſſimulavit* multi veteres. *Idem.*

657. *Tantoque potentior, inquit.*] *Petitior* multi. fruſtra. quidam addunt duos verſus,

Omnibus ex Nymphis, quas continet Albula ripis.
Salve virginei flos intemerate pudoris.

ſed nugæ ſunt. Vide omnino de eleganti hoc loquendi modo Obſervationum Gronovianarum lib. II. cap. XXI. & Tanaquillum Fabrum ad Phædrum. ſic lib. V. Faſt. ex antiquis libris,

At mihi pande precor tanto meliora petenti. Idem.

660. *Autumni pondere.*] *Autumnum in pondere* unus Bononienſis. Forte, *autumno pondere*, ut lib. III. ſub finem. pro *pandos ramos* multi *patulos, gravidos, curvos.* nil muto. *Idem.*

661. *Speciosa nitentibus uvis.*] *Speciosa tumentibus uvis.* Repone ex plurimis veterum. Triſt. IV. Eleg. VI.

Tempus ut extentis tumeat facit uva racemis.

infra lib. XV.

——*tumidaque in vitibus uva.*

Virgil.

——*tumidis Bumaſte racemis.*

Cato in Diris,

Dulci namque tumet nondum vindemia Baccho. Idem.

663. *Cælebs.*] Sine conjuge. Vites enim ſic ulmos amplectuntur, ut uxores viros. *Sine palmite.*] Sine vite. R. *A ſi ſtaret.*] At niſi maritatas haberent vites ulmi aut populi, nil præter frondes ſuas haberent. Cælebs unde dicatur, vide quæ ad Senecæ Hippolytum. V. 232. *Farn.*

666. *Si non juncta foret.*] *Nuda* S. Marci, prim. Hamburg. & tert. *Bonon. nupta.* Thuan. & prim. Bonon. certe *ut nupta* legendum aut *vincta* cum Neap. nam *juncta* proximo verſu præceſſerat. niſi illic *vincta* legis cum prim. Gronov. quomodo Noſter Ep. V.

Sic

Tu tamen exemplo non tangeris arboris hujus;
Concubituſque fugis; nec te conjungere curas.
Atque utinam velles! Helene non pluribus eſſet
Sollicitata procis: nec quæ Lapitheïa movit
Prælia, nec conjux timidis audacis Ulyſſei.
Nunc quoque, cum fugias averſerisque petentes,
Mille proci cupiunt; & ſemideique Deique,
Et quæcunque tenent Albanos numina montes.
Sed tu, ſi ſapies, ſi te bene jungere, anumque
Hanc audire voles, (quæ te plus omnibus illis,

Plus

Non ſic appoſitis vincitur vitibus ulmus
Pentadii de adventu veris, ut ſcribendum eſt.
Vitea muſta tument vicinas vincta per ulmos.
ubi *tumere* denuo habes. *nupta vitis*, quonodo *ulmus marita* non Poëtis tantum, ed & Columellæ ac aliis rei ruſticæ criptoribus paſſim dicta. Appoſite Plinius lib. XIV. cap. I. *Jam in Campano agro populis nubunt vites, maritaſque complexa, atque per ramos earum procacibus brachiis, geniculato curſu ſcandentes, cacumina æquant.* Gualterus in Alexandreide libro primo,

—— *tot nuptas vitibus ulmos.*

quæ ſine dubio ad imitationem alicujus Poëtæ ex vetuſtioribus, ut alia multa, lle dixit. Vomanus de laudibus Horti, n Catalectis,

Fœcunda vitis conjuges ulmos ama.

Horatio lib. IV. Od. V.

Et vitem viduas ducit ad arbores.

& Juvenali Sat. VIII.

Stratus humi palmes viduas deſiderat ulmos.

Catullo quoque *vidua vitis* & *marita ulmus* dicuntur in Epithalamio. *vitis maritat populos* Horatio Od. II. Epod. Columella lib. V. cap. VI. *At ſi teneram ulmeam maritaveris, onus nupta non ſuſſeret. Si vetuſtæ vitem applicueris, conjugem necabit. Ita ſuppares eſſe ætate & viribus arbores vitesque convenit. Sed arboris maritandæ cauſa ſcrobis viviradici fieri debet.* Sic iſta ex veſtigiis vetuſtiſſimi codicis S. Germani conſtituenda ſunt. in quo *At ſi teneram ulmum maritaveris, onus non nam ſuſſeret, ſi vetuſtate vitem applicueris.* idem quoque recte *ſuppares* pro *ſibi pares.* paulo poſt, *Viti novellæ pampinarium dimitti* (vet. cod. *immitti*) *non oportet, niſi neceſſario loco natus eſt, ut viduum ramum maritet.* Heinſ.

670. *Lapitheïa movit prælia.*] *Semeleïa* S. Marci, quod non intelligo. *Idem.*

671. *Conjux timidi atque audacis Ulyſſei.*] *Aut audacis* plerique veteres. ſed nihili hæc ſunt. nam ſi timidus, cur audax. Vere Barberin. *timidis audacis Ulyſſi.* Hoc eſt, audacis in timidos. Noſter lib. X.

—— *fortiſque fugacibus eſto,*
Inquit: in audaces non eſt audacia tuta.

De Crocodilo Ammianus Marcellinus lib. XXII. *Audax tamen monſtrum fugacibus, ubi audaces ſenſerit timidiſſimum.* & lib. XXVII. de Probo. *Erat tamen interdum timidus ad audaces, contra timidos celſior.* Idem.

675. *Sed tu ſi ſapies.*] *Sapias*, & mox, *velis* multi veteres. Sed nihil puto mutandum, quia tum *rejicias* & *feligas* etiam eſſet dicendum. Epiſt. V. verſ. 99. ſcribendum etiam opinor,

Nec tibi, ſi ſapies, fidam promitte Laenam.

non *ſapias.* Idem.

Plus quam credis, amo) vulgares rejice tædas:
Vertumnumque tori ſocium tibi ſelige: pro quo
Me quoque pignus habe. neque enim ſibi notior ille eſt,
Quam mihi. nec toto paſſim vagus errat in orbe.
Hæc loca ſola colit. nec uti pars magna procorum,
Quam modo vidit, amat. tu primus & ultimus illi
Ardor eris; ſolique ſuos tibi devovet annos.
Adde, quod eſt juvenis: quod naturale decoris
Munus habet: formaſque aptè fingetur in omnes:
Et, quod erit juſſus, (jubeas licet omnia) fiet.
Quid, quod amatis idem? quod, quæ tibi poma coluntur,
Prima habet; lætâque tenet tua munera dextrâ?
Sed neque jam fœtus deſiderat arbore demtos,
Nec quas hortus alit, cum ſuccis mitibus herbas;
Nec quicquam, niſi te. miſerere ardentis: & ipſum,
Qui petit, ore meo præſentem crede precari.
Ultoreſque Deos, & pectora dura peroſam
Idalien, memoremque time Rhamnuſidis iram.

Quo-

678. *Tibi delige.*] *Selige* codex S. Marci, & prim. Hamburg. alii multi *dilige*. unde *dilectum habere*. Idem.

681. *Hac loca magna colit.*] *Nec loca* Bernegger. ſec. Pal. Cantabr. uterque Erfurt. Arond. & alii viginti. ex præſcripto Poëtæ,

——— *Laudato ingentia rura,*
Exiguum colito.

ſed quia mox ſequitur, *nec uti pars magna procorum*, vix videtur id ferri poſſe. in uno meo, quem ab Ægidio Menagio viro cultiſſimi ingenii munus acceperi, pro diverſa lectione *loca ſola*. quod ex ſuis etiam Vivianus notat. Puto, *ſed loca ſola colit*. ſic Lucretio lib. VI. de fulminibus, *Cur etiam loca ſola petunt*. Cephalus apud Noſtrum lib. VII.

Tu facis ut ſilvas, ut amem loca ſola. Idem.

682. *Quam modo vidit.*] *Quas* S. Marci, Neapol. Urbin. & unus meus. mox *devovet ignes* unus Baſil. pro *annos*. Idem.

684. *Quod.*] *Opportuna meas eſt cauſa natura figuris: In quamcumque voles, ponere, decorus ero.* Propertius lib. 4. eleg. 2. & mox; *At mihi quod formas omnes vertebar in omnes, Nomen ab evento pœna lingua dedit.* Farn.

688. *Primus.*] Vertumno dicebantur fructuum primitiæ. ipſe dicto Propert. loco; *Prima mihi varias lectumnus ponat in racemis, Et cava lassanti ſpicea ſupponat, &c.* Farn.

689. *Jam fœtus.*] Nil libri juvant. Puto nihilominus,

Sed neque tam fœtus deſiderat arbore demtos,
Nec quas hortus alit cum ſuccis mitibus herbas,
Nec quicquam, quam te. vel, *Nec aliud, quam te.*
Heinſ.

692. *Quod petit.*] *Quid petit* duo veteres. rectius. *Idem.*

694. *Idaliam.*] *Idalien* Palm. Pal. & duo

Quoque magis timeas; (etenim mihi multa vetuſtas
Scire dedit) referam totâ notiſſima Cypro
Facta; quibus flecti facilè & miteſcere poſſis.
Viderat à veteris generoſam ſanguine Teucri
phis Anaxareten humili de ſtirpe creatus.
Viderat: & totis perceperat oſſibus æſtum. 700
Luctatuſque diu, poſtquam ratione furorem
Vincere non potuit, ſupplex ad limina venit.
Et modo nutrici miſerum confeſſus amorem,
Ne ſibi dura foret, per ſpes oravit alumnæ.

Et

t duo alii. *Idalien* Oxon. pri. Moret. ori. Hamburg. & ſex alii. *Idem. Rhamuſidis.*] Nemeſis Dea ſuperborum inolentiam & factum ulciſcentis. de qua ide quæ adnotavimus ad 406. vſ. lib. 3. k vid. Plin. lib. 11. cap. 45. *Farn.*

695. *Quoque magis caveas*] *Timeas* S. Marci. Neapol. Urbin. Thuan. Juret. liique plurimi, venuſta repetitione. *Heinſ.*

697. *Facta.*] Malo *Fata* cum Sixiano & uno meo. *Idem.*

FAB. XVII. *Arg.* Viderat à veteris, &c.] *In Inſula Cypro Anaxarete fuit ex progenie Teucri Salaminii, quæ forma ceteras gentes ejuſdem civitatis ſupergreſſa eſt. Sed ut pulchritudo eminens fuit, ita propter aſpernationem virorum abominanda omnibus. Quam cum Iphis ejuſdem civitatis amore diligeret, neque aditum ad eam haberet, dolens quod in tam gravem sortem incidiſſet, ne diutius doleret, ad extremum noctu clam ante fores puella ſuſpendio ſe liberavit. Cui cum funus pro dignitate fortuna per publicum maxima frequentia duceretur, & illa patientiſſime ex ſuperiori parte domus proſpiceret, ob nimiam crudelitatem, animoque duritiam, in veſtigio ſui à Venere ſaxo durata eſt, ita ut apud Salaminios ſpecies ejus proſpicientis Veneris nomen acceperit. Deinde Vertumnus redieus in ſuam ſpeciem Pomona duxit eſt.* Lact.

698. *Teucri.*] Quem Telamon pater, quia Ajacis fratris necem non fuerat ultus, Salamine arcebat. is itaque in Cypro inſula novam condidit Salamina. *Teucri.*] Dicit. Cretenſ. lib. 6. in principio.

Telamone creto, Teucer, à Troja venit,
Troja cremata: & patrio pulſus ſolo,
A cæde fratris, Pharia viſit littora.

Quod ita ex Eurip. Helen. reddimus.

700. *Perceperat oſſibus ignes.*] *Æſtum* vetuſtiores plerique cum S. Marci codice. *Heinſ.*

701. *Luctatuſque.*] Hunc verſum habes ante lib. 7. vſ. 10.

703. *Et modo.*] Hæc ex penitiſſimis artis & experientiæ ſuæ myſteriis poëta. ſolebant enim amatores per nutrices, ancillas, famulos ſollicitare amicas ſuas; tabellis, prece ſupplici & obſequio ambire; poſtes noctu corollis & ſertis ornare; cantu delinire; querelis implorare; in limine pernoctare, lacrymas, vinum, aquam ad januæ cardines effundere, &c. Plautus in Curculione Act. 1. ſcen. 1. Hor. 1. l. od. 25. & l. 3. od. 10. Perſius Sat. 5. *dum Chryſidis udas Ebrius ante fores extincta cum face canto.* Noſter in lib. de arte paſſim. in 2. *Sæpe feres imbrem cæleſti nube ſolutum, Frigidus & nuda ſæpe jacebis humo, &c.* Farn. *Miſerum amorem.*] Eam enim à qua non amabatur, amabat. *Farn.* addit hos 2. vſ.

* *Ne ſibi dura foret, per ſpes oravit alumnæ:*
Et modo, de multis alicui blanditus amicis:

704. *Per ſpes oravit alumnæ.*] Puto *ſpes alumnas.* Adi notas noſtras Met. 14. vſ. 421. ſic *Per ſpes ſocias* l. XIII. *Heinſius.*

705. *Et*

Et modo de multis blanditus cuique miniſtris,
Sollicitâ petiit propenſum voce favorem.
Sæpe ferenda dedit blandis ſua verba tabellis:
Interdum madidas lacrymarum rore coronas
Poſtibus intendit; poſuitque in limine duro
Molle latus: triſtique ſeræ convicia fecit.
Surdior illa freto ſurgente cadentibus Hœdis,
Durior & ferro, quod Noricus excoquit ignis,
Et ſaxo, quod adhuc vivum radice tenetur;
Spernit, & irridet; factiſque immitibus addit
Verba ſuperba ferox: & ſpe quoque fraudat amantem.
Non tulit impatiens longi tormenta doloris
Iphis: & ante fores hæc verba noviſſima dixit:
Vincis, Anaxarete: neque erunt tibi tædia tandem

Ulla

705. *Et modo de multis alicui blanditus amicis.*] *Blanditus cuique miniſtris* Thuan. prim. Reg. prim. Moret. & alii decem. probe. *cuiquam blanditus* prim. Baſil. *alicui blandita miniſtris* pri. Palat. pri. Vatican. tert. Medic. Urbin. uterque Hamburg. & ſeptem alii. Calandr. & præterea quinque, *ſuadendo cuique miniſtris.* Neapol. *alicui ſuadendo miniſtris.* in quibus omnibus veræ lectionis apparent veſtigia. *Idem.*

710. *Triſtiſque ſera convicia fecit.*] Scribe *triſtique ſera* cum uno Baſil. hoc eſt difficili, immiti. vide Nonium in *Triſte.* Idem.

711. *Savior illa freto.*] *Surdior.* prim. Gronov. alter Erfurt. & quatuor alii. optime. Epiſt. Hermiones,

Surdior ille freto clamantem nomen Oreſta
Traxit inornatis in ſua tecta comis.

Epiſtola Leandri,

Nec faciam ſurdis convicia fluctibus ulla.

Artis libro I.

Theſea crudelem ſurdas clamabat ad undas.

Horat. libro III. Od. VII.

——*ſcopulis ſurdior Icarii.*

Idem Epod. XVII.

Quid obſeratis auribus fundis preces?
Non ſaxa nudis ſurdiora navitis
Neptunus alto tundit hybernus ſale.

ſic *ſurda fores* de quibus Amor. lib. I. Eleg. VI.

——*ô foribus ſurdior ipſe tuis.*

Idem. *Hœdis.*] Stellis duabus infra cpram ſub humero Erichthonii, quæ ortu & occaſu ſuo tempeſtatem cient.

712. *Noricus.*] Apud Noricos Aſtriæ, vel, ut alii, Bavariæ pon optima ferri & vena & temperatura. Plin. l. 34. c. 14. *Farn.*

713. *Quod adhuc vivum radice tenetur.*] Hoc eſt, quod nondum è terra eſt effoſſum. Saxa enim nondum à ſua radice avulſa, & viva dicuntur, & durant ſunt. *Vivum radice.*] *Viva radice* prim. Baſil. Oxon. Hamburg. & complures alii. unus Bonon. *viva quod adhuc radice.* hinc *vivi radix* planta ſæpius apud Rei ruſticæ ſcriptores occurrit, Columellam imprimis. *ſaxi radices* quoque Lucretius dixit. *viva ſaxa* Noſter Metam. lib. VII. *Heinſ.*

718. *Neque erunt tibi tædia tandem*
Ulla ferenda mei.] *Mihi tædia* nonnulli cum prim. Hamburg. nil mire. ſic Ars Amatoriâ,

Dedecet ingenuos tædia ferre ſui.

Idem.

720. Ah

Ulla ferenda mei. lætos molire triumphos,
Et Pæana voca, nitidâque incingere lauro.
Vincis enim, moriorque libens: age, ferrea, gaude.
Certè aliquid laudare mei cogêris, eritque
Quo tibi sim gratus: meritumque fatebere noſtrum.
Non tamen ante tui curam ceſſiſſe memento,
Quàm vitam; geminaque ſimul mihi luce carendum.
Nec tibi Fama mei ventura eſt nuntia leti;
Ipſe ego, ne dubites, adero: præſensque videbor;
Corpore ut exanimi crudelia lumina paſcas.
Si tamen, ô Superi, mortalia fata videtis;
Eſte mei memores; nihil ultra lingua precari
Suſtinet; & longo facite ut memoremur in ævo:
Et, quæ demſiſtis vitæ, date tempora famæ.
Dixit: & ad poſtes ornatos ſæpe coronis
Humentes oculos & pallida brachia tendens,
Cum foribus laquei religaret vincula ſummi;

Hæc

720. *Et Paana voca.*] Hoc eſt, vocibus lætitiæ uterere, qualibus voti compotes gaudia ſua exprimere ſolent, ut alibi Ovidius: *Dicite iô Paan, iô Paan dicite Paan. Incingere.*] Coronare, inquit, vidi lauro. id quod triumphantes ſolent. *Raph.*

721. *Vincis, ait.*] *Vincis enim* prim. ſec. Palat. prim. Vatican. tert. & quart. Medic. prim. Baſil. Oxon. S. Marci, Neapol. Urbin. plurimi denique ex veuſtioribus. Putabam aliquando, *Vincis ô.* Heinſ.

722. *Mei cogeris, eritque.*] *Mei cogeris memorſi.* Florent. S. Marci. *Idem.*

724. *Non tamen ante mihi curam exeſſiſſe memento.*] *Tui curam exceſſiſſe* Thuan. prim. Gronov. prim. Baſil. Candæ. prim. Erfurt. Arondel. & complures alii. *tibi* S. Marci, prim. Hamburg. prim. Moret. pro *exceſſiſſe*, S. Marci, *curamque egiſſe. curam exiſſe.* tert. Medic. *finiſſe* unus Argent. ſec. Palat. & prim. Hamburg. *ſuiſſe* Bernegger. Scribe,

Non tamen ante tui curam fugiſſe memento.

vel *ceſſiſſe.* Idem. *Curam tui.*] Amorem, quo te proſequor.

725. *Carendum eſt.*] Non habent τὸ *eſt.* S. Marci, Neapol. Bernegger. Arondel. prim. Hamburg. & octo alii. bene. *Heinſ.*

728. *Mortalia facta.*] *Fata* Arondel. Bernegger. & præterea duodecim. *Idem.*

729. *Si tamen.*] *Si qua eſt cœlo pietas, qua talia curet.* 2. Æneid. εἰ πῃ πτωχὸν γε Διὸς καὶ ἀγυιάς εἰσιν. Odyſſ. Homer. 17.

731. *Facite ut narremur.*] Τὸ *ut* abeſt à S. Marci, Neapol. Bernegger. prim. Gronov. & quatuor. aliis. *Facite narremur ut ævo* prim. Hamburg. *facite ut memoremur* prim. ſec. Palat. prim. Moret. & tres alii. Thyſii *facite memoremur.* Lege *facite ô memoremur*, vel *narremur.* Heinſ.

733. *Ornatos.*] Lege quæ modo ad vſ. 705.

735. *Vincula ſummis.*] *Summi* Florent,

Hæc tibi ſerta placent, crudelis & impia? dixit.
Inſeruitque caput, ſed tum quoque verſus ad illam:
Atque onus infelix eliſa fauce pependit.
Icta pedum motu trepidantum ut multa gementem
Viſa dediſſe ſonum eſt, adapertaque janua factum
Prodidit; exclamant famuli: fruſtraque levatum
(Nam pater occiderat) referunt ad limina matris.
Accipit illa ſinu, complexaque frigida nati
Membra ſui, poſtquam miſerarum verba parentum
Edidit; & matrum miſerarum facta peregit;
Funera ducebat mediam lacrymoſa per urbem;
Luridaque arſuro portabat membra feretro.
Forte viæ vicina domus, qua flebilis ibat
Pompa,

rent. S. Marci, & Neapol. bene. ſummi vincula laquei. ſequentem verſum cum interrogationis nota, lege. & deinde *verſus ad illam*, ſine τῷ *eſt*. ex fide vetuſtiorum. *Heinſ.*

739. *Trepidantem & multa gementem.*] *Timentem* veteres plerique. decem, *trepidantum & multa timentum. trepidantum & morte paventum* prim. Moret. & prim. Bonon. *trepidantum & morte timentum* alter Erfurt. & alii quatuor. *trepidantem & morte timentem* Langerman. *trepidantem & multa moventem* Medic. chart. *paventem* unus Baſil. *trementem* unus Leid. *tenentem* unus meus. *cuncta timentem* Thyſ. alius *trepidantis & multa gementis*, alius, *trepidi moreque timentis*. Hæreo in tanta diſcrepantia lectionum. Scribo nihilominus,

Icta pedum motu trepidantum ut multa gementem
Viſa dediſſe ſonum eſt.

ſequentia confirmant. *gementem* certe ex ſuo codice notarat Politianus. *multa gemens* pro multum apud Maronem,

—— *ignotis exulat oris*
Multa gemens.

multa putans, apud eundem. Noſter lib. VIII.

—— *deſerta & multa querenti.*

lib. IV.

Quo ſimul intravit, ſacroque a limine preſſum
Ingemuit limen.

Pont. III. Eleg. III.

Et gemuit parvo mota ſenestra ſono.

Virgil.

Nec plauſtris ceſſum veſtare gementibus ornos.

& in Georgicis,

—— *trahuntque gementem*
Ferre rotam.

Idem.

742. *Pater.*] Iphidis ſcil. *Fam.*

746. *Funera ducebat.*] *Ducebat*, & mox *portantur* pro *portabat* Beroald. Thuan. Barberin. pri. Gronov. & nonnulli. ſed fruſtra. Mater ducit funera, quia prima eſt in pompa funebri eadem & funus portare dicitur, Ep. Sapph.

Non aliter, quam ſi nati pia mater ad ignes
Portet ad exſtructos corpus miſera-bile nati.

Heinſ. *Funera ducebat.*] Ducendas ad celebrandas exequias curabat.

749. *Qua flebilis ibat Pompa.*] Prima editio Aldina & unus Mediceus, *qua ibat*, ſic *ire exequias*. Vide Notas Amm. II. Eleg. VI. Propertius libro III. Eleg. XV.

Digitized by Google

Pompa, fuit: duræque ſonus plangoris ad aures
Venit Anaxaretes: quam jam Deus ultor agebat.
Mota tamen, Videamus, ait, miſerabile funus:
Et patulis iniit tectum ſublime feneſtris.
Vixque bene impoſitum lecto proſpexerat Iphin;
Deriguêre oculi: caliduſque è corpore ſanguis
Inducto pallore fugit. conataque retrò
Terre pedes, hæſit: conata avertere vultus,
Hoc quoque non potuit: paulatimque occupat artus,
Quod fuit in duro jampridem pectore, ſaxum.
Neve ea ficta putes; dominæ ſub imagine ſignum
Servat adhuc Salamis: Veneris quoque nomine templum
Proſpicientis habet. quorum memor, ô mea, lentos
Pone, precor, faſtus, & amanti jungere, Nymphe.
Sic tibi nec vernum naſcentia frigus adurat
Poma; nec excutiant rapidi florentia venti.
Hæc ubi nequicquam formas Deus aptus in omnes,
Edidit; in juvenem rediit: & anilia demit

Inſtru-

Nec tamen eſt quiſquam, qui ſacros ladat amantes:
Scironis medias his licet ire vias.

a opinor legendum. vulgati,
——*media ſic licet ire via.*
leinſ.

750. *Deus ultor.*] Ποινιμ@· θεὸς ἐπιτνὺε, vel, Nemeſis potius, de qua iodo ad vſ. 696. & plura ad vſ. 406. b. 3.

752. *Tectum.*] Cubiculum.

753. *Vixque bene impoſitum.*] *Vix bene m poſitum*, putabam aliquando. At antabrig. *Vix bene compoſitum* bene. *ix bene impoſitum* fragment. Boxhornii, *bin* pro *Iphim* meliores. mox *è pectore* o *è corpore* Thuan. & Juret. pro *Diri ere* codex Langerman. *Corriguere.* inlenti verbo. vetuſtiores *Deriguere.* einſ.

758. *In corpore ſaxum.*] *In pectore* antabrig. Oxonienſ. Arondel. prim. loret. plurimique alii. bene. *Idem.*

760. *Salamis.*] Quæ & Salamin dicitur, inſula eſt cum urbe ejuſdem nominis. & urbs in Cypro, à Teucro Telamonis filio ædificata. *R.*

761. *Proſpicientis.*] Zulich. & alter Thuan. *Ulciſcentis.* pro *ô mea Nymphe*, multi veteres *optima.* S. Marci, & alii ſex, *omnia.* Heinſ.

762. *Lentos faſtus.*] Diuturnam, ſuperbiam. *Lentos faſtus.*] *Eja, ut elegans eſt.* Tert. *Ut faſtidit Simia.* Plaut. Moſtell. 4. 2. v. 4 *Facite faſtidii plenum, quaſi non luleret.* in Milite, 4. 2. v. 45. *Ejus elegantia meam exemplo ſpeciem ſpernat*, ibid. 4. 6. v. 20. *Faſtidioſus adilis es.* Rud. 2. 3. v. 42. *Ut contemtim.* Perſ. 4. 3. v. 73.

763. *Sic tibi nec.*] *Tibi nil*, S. Marci. *Heinſ.*

765. *Deus.*] Vertumnus. ut ſupra vſ. 640. & 687.

766. *Anilia inſtrumenta.*] Mitram, baculum, canos, habitum una & formam anilem quam aſſumpſerat. v. 655. ſupra. *Farn.*

Inſtrumenta ſibi. taliſque apparuit illi,
Qualis ubi oppoſitas nitidiſſima Solis imago
Evicit nubes, nullâque obſtante reluxit.
Vimque parat: ſed vi non eſt opus: inque figurâ
Capta Dei Nymphe eſt: & mutua vulnera ſentit.
Proximus Auſonias injuſti miles Amuli
Rexit opes: Numitorque ſenex amiſſa nepotum
Munere regna capit: feſtiſque Palilibus urbis
Mœnia conduntur. Tatiuſque, patreſque Sabini
Bella gerunt: arciſque viâ Tarpeia reclusâ
Dignâ animam pœna congeſtis exuit armis.
Inde ſati Curibus, tacitorum more luporum,
Ore

771. *Et mutua vulnera.*] Nam & ipſa Vertumni amore cœpit ardere. R.

FAB. XVIII. *Arg.* Proximus Auſonias, &c.] *Poſt Amulii ac Numitoris Albanorum regum interitum Romulus urbis à ſe conditæ cepit imperium. Qui cum adverſus Titum Tatium pro raptu virginum dimicaret, hoſtis appropinquavit patriæ, quod ut Venus præſenſit, portis obſeratis una patefacta eſt; Tarpeja virgine prodente patriam. Venus pro filii incolumitate à nymphis, quæ proximæ Jano erant, geminum petiit auxilium. Data ergo venia ſecundum portam quæ Sabini irrupturi erant, recluſo fonte, ſcaturientes aqua quæ antea latuerant, erumpebant: quæ cum frigida hoſtium introitum non prohiberent, ex frigidis in calidas verſa hoſtem averterunt, victoriaque potitus Romulus.* Lact.

772. *Injuſti.*] Amulius armis potentior, & ipſe injuſtus, ut qui pulſo fratre natu majore Numitore regnum occupavit filio Lauſo interempto, filia Rhea Veſte ſacerdotio conſecrata, cujus tamen ex Marte filii, interfecto Amulio regnum avo Numitori reſtituerunt.

774. *Palilibus.*] Plerique veteres *Parilibus.* Vide lib. IV. Faſtor. 721. mox *Tatiuſque* non *Tatius* iidem. *Heinſ. Parilibus.*] Feſtum hoc, ſive Palilia, à Dea paſtorum Pale, ſive à partu pecorum Parilia nuncupatum, agebatur XII. Calendas Majas, quo die urbis fundamenta jacta ſunt.

776. *Bella.*] Propter raptum Sabinarum. videantur hiſtorici, Livius, Florus, Plutarchus, Dionyſius, Victor, et & Noſter I. de Arte. I. Faſtor. & Propert. 4. l. 4. eleg. ubi & agitur de Tarpeja. *Tarpeja.* Quæ Sp. Tarpeji arcis Rom. præfecti filia, arcem hoſti prodidit, ſed & ipſa clypeis eorum obruta, pacta armillas quas in ſiniſtris habebant. *Farn.*

777. *Dignam animam pœnâ congeſtis exuit armis.*] *Digna* multi veteres. & recte. *Dignam animam pœna.* Medic. ter. & octo alii multi etiam *ernit.* cum S. Marci, Neapol. Urbin pri. Palat. Cantabrig. prim. Moret. at Thuan. Beroalger. Oxon. Juret. & viginti aut plures alii *edidit.* Epiſt. Deianiræ:

Nempe ſub his animam peſtis Nemæa lacertis
Edidit.

Reddere animam Faſt. IV. vſ. 743. Met. VIII. vſ. 505. ſed cum in vetuſtioribus ſit *ernit*, ſuſpicor *ebrnit* eſſe legendum. niſi verior ſcriptura,

Dignâ animam pœnâ congeſtis edidit armis.

vel,

Digna animam pœna congeſtis dedit armis. Heinſ.

778. *Sati.*] Sabini, quorum urbs princeps Cures. *Farn. Tacitorum more luporum.*] *Rapidorum* Thuan. & unus Mocci, Oxon. treſque alii. *rapidorum* Argent. mit

Ore premunt voces; & corpora victa ſopore
Invadunt: portaſque petunt; quas objice firmâ
Clauſerat Iliades. unam tamen ipſa recludit,
Nec ſtrepitum verſo Saturnia cardine fecit.
Sola Venus portæ cecidiſſe repagula ſenſit:
Et clauſura fuit; niſi quod reſcindere nunquam
Dîs licet acta Deûm. Jano loca juncta tenebant
Naïdes Auſoniæ gelido rorantia fonte:
Has rogat auxilium. nec Nymphæ juſta petentem
Suſtinuere Deam: venaſque & flumina fontis
Elicuêre ſui. nondum tamen invia Jani
Ora patentis erant, neque iter præcluſerat unda.
Lurida ſupponunt fœcundo ſulfura fonti,
Incenduntque cavas fumante bitumine venas.
Viribus his aliiſque vapor penetravit ad ima
Fontis: & Alpino modo quæ certare rigori
Audebatis aquæ, non ceditis ignibus ipſis.
Flammiferâ gemini fumant aſpergine poſtes:
Portaque, nequicquam rigidis permiſſa Sabinis,
Fonte fuit præſtructa novo; dum Martius arma

In-

vide Notas libro. III. Artis v. 8. *corpora victa ſoporis*, non *ſopore* codex S. Marci, & tert. Bonon. unus Leid. *vincta* & Rottendorph. de quo I. XI. v. 239 *Heinſ.*

780 *Objice firmo.*] *Firma.* Thuan. Arondel. & alii decem. de quo ad Claudianum. *Idem.*

781. *Iliades.*] Romulus Iliæ filius. *Unum.*] Ianualem tamen Tarpeja virgo recluſit. *Recluſit.*] *Recludit* prim. Palat. prim. Vatican. Neap. Urbin. prim. Reg. prim. Erfurt. Boxhornii. & decem alii. *Heinſ.*

785. *Jano loca juncta tenebant.*] Deſcribit poëta mutationem aquarum frigidarum in calidas. Nam in ipſo prælio cum fugerent Romani precibus Romul. aquæ calidæ ſcaturire cœperunt, quibus Sabini prohibiti ſunt ulterius Romanos perſequi: Poëta vero precibus Veneris id factum fuiſſe ait.

788. *Flumina fontis.*] *Semina* prim. Moret. *Heinſ.*

789. *Ora.*] *Oraque, qua pollens ope ſum, fontana recluſi, Sumque repentinas ejaculatus aquas.* Farnabius. *Patentis.*] Quod ſignum belli, uti clauſum Jani templum ſignum pacis. *Ante tamen madidis ſubjeci ſulphura venis, Clauderet ut Tatio fervidus humor iter.* I. Faſt. *Idem.*

791. *Fœcundo ſulphura fonti.*] *Suffiſo* prim. Gronov. quod eſſet *ſuffito.* de quo Faſt. v. 675. *Heinſ.*

792. *Fumante bitumine.*] Eandem hanc Fabulam deſcribit idem poëta primo Faſtorum. Niſi quod illic non nymphis, ſed Jano calefactionem aquarum iſtam tribuit. vide Plin. lib. 15. cap. 29. *Micyl.*

797. *Rigidis promiſſa Sabinis.*] *Permiſſa* ſec. Moreti & alii tredecim. hoc eſt tradita. *Heinſ.*

Indueret miles. quæ poſtquam Romulus ultro
Obtulit; & ſtrata eſt tellus Romana Sabinis
Corporibus, ſtrataque ſuis; generique cruorem
Sanguine cum ſoceri permiſcuit impius enſis:
Pace tamen ſiſti bellum, nec in ultima ferro
Decertare, placet; Tatiumque accedere regno.
Occiderat Tatius, populiſque æquata duobus,
Romule, jura dabas: poſitâ cum caſſide Mavors
Talibus adfatur Divûmque hominumque parentem:
Tempus adeſt, genitor, (quoniam fundamine magno
Res Romana valet, nec præſide pendet ab uno)
Præmia, quæ promiſſa mihi dignoque nepoti,
Solvere, & ablatum terris imponere cælo.
Tu mihi concilio quondam præſente Deorum
(Nam memoro, memorique animo pia verba notavi)
Unus

799. *Indueret miles.*] *Induerat* S. Marci, & pri. Erfurt. aliique nonnulli. Puto *Induitur.* ut Triſt. IV. Eleg. I. pro *quem poſtquam Romulus ultro, quam* codex Politiani & tres ex noſtris. duo *quæ.* quomodo vetuſtæ editiones nonnullæ. & recte. arma ſubintellige. *Idem.*

801. *Strata eſtque ſuis.*] *Strataque* plerique vetuſtiores; niſi quod in nonnullis *ſtrata atque.* Idem.

804. *Tatiumque accedere regno.*] Nam inter reliquas pacis conditiones hoc etiam placuit, ut Tatius una cum Romulo æqua poteſtate patribusque honoribus regnaret. *R.*

805. *Occiderat.*] Lavinii, cum ad ſolenne ſacrum eo veniſſet, concurſu facto, interfectus eſt. poſtquam annos quatuor pari cum Romulo poteſtate imperaſſet. Liv. I. *Duobus.*] Romanis & Sabinis.

807. *Divumque hominumque parentem.*] *Potentem* ſecundus Regius. non luvenuſte. *Heinſius.*

808. *Quoniam fundamine magno.*] *Quoniam* ex ſcriptis. *Idem.*

809. *Et præſide pendet ab uno.*] *Nec præſide* quartus Medic. recte. Faſt. II. Mars ad Jovem,

Jupiter, inquit, habes Romana potentia vires:
Sanguinis officio non eget illa mei. Idem.

810. *Præmia jam promiſſa mihi.*] *Jam promiſſa* S. Marci, & Neapol. pri. Palat. prim. Hamburg. Arondel. & tres alii *ſint.* Urbin. pri. Erfurt. & unus Medic. *nunc* Bernegger. Thuan. Oxon. prim. Gronov. & XVIII. alii. *qua* duo Voſſini. unus Moret. & alter Hamburg. recte. niſi mavis,

Præmiaque promiſſa mihi. Idem.
Nepoti.] Romulo filio meo. tuo nempe recenſetur & hæc ἀναθεωρησις. Fabr. *Farn.*

812. *Tu mihi conſilio.*] *Concilio* plerique veteres. *Heinſ.*

813. *Nam memoro, memorique animo.*] *Memorer* Cantabr. & unus Baſil. ſed ut verſus eſt Ennianus, qui *memorer* pro reminiſcor, & recordor poſuerat, quomodo & apud Lucretium in tribus veteribus codicibus lib. II. inveni,

Cujus uti memori rei ſimulacra & imago
Ante oculos ſemper nobis verſetur.

aut ſcripſerat Naſo, niſi fallor, *Nam memoro.* hoc eſt, memini. ſic Noſter paſſim. Adeantur quæ notatus Epiſt. V. III.

Digitized by Google

Unus erit, quem tu tolles in cærula cæli;
Dixisti. rata sit verborum summa tuorum.
Annuit omnipotens: & nubibus aëra cæcis
Occuluit, tonitruque & fulgure terruit Urbem.
Quæ sibi promissæ sensit data signa rapinæ,
Innixusque hastæ, pressos temone cruento
Impavidus conscendit equos Gradivus, & ictu
Verberis increpuit: pronumque per aëra lapsus
Constitit in sumno nemorosi colle Palatî:
Reddentemque suo jam regia jura Quiriti
Abstulit Iliaden. corpus mortale per auras
Dilapsum tenues: ceu latâ plumbea fundâ
Missa solet medio glans intabescere cælo.
Pulcra subit facies, & pulvinaribus altis
Dignior, & qualis trabeati forma Quirini.

Fle-

nam Ennianum illud,

Et meminisstis enim, Diva, & memorare potestis,

ocum hic non habet. cum pro narrare sumtum sit. *Idem.*

814. *Unus.*] Versus hic Ennii, sed paulum immutatus: integrum usurpavit, 9. Fastor. *Unus erit, quem tu tolles in carula æli Templa. Quem tu tolles ad sidera cæli.*] *Tollas in carula cæli* S. Marci, unus Reg. prim. Hamburg. quart. Medic. & alii sex. *tolles in carula*, Neapol. Urbin. Bernegger. Cantabrig. prim. Vatican. prim. Palat. tert. Medic. & decem alii. ic & ex scriptis exemplaribus Fastor. II. emendandum.

Unus erit, quem tu tolles in carula cæli. Citat Varro L. L.

Unus erit, quem tu tolles ad carula cæli Templa.

ex incerto auctore. sed Enniana sunt. Lucretius libro 1.

Et solis flammam per cæli carula pasci.

ic & alibi ille. *Heinsius.*

816. *Rapina.*] Hoc ex historia. namque Romulo exercitum recensente ad Capræ paludem, oborta est tempestas cum magno fragore & tonitru, ita ut rex nimbo opertus non ultra in terris visus fuerit.

818. *Data signa.*] *Rata signa* S. Marci, quart. Medic. & sex alii. Sed jam præcessit. paulo ante *terruit urbem*, non *orbem* prim. Vatican. Urbin. Neapol. tert. quart. Medic. prim. Moret. pri. Erfurt. & duodecim alii. sic de Jove Horat. l. 1. Od. 11. —— *rubente*

Dexterâ sacras jaculatus arces
Terruit urbem. Heinsius.

821. *Verberis.*] *Insonuitque flagello.* quo equi verberantur. Æneid. 7. *Farn.*

822. *Nemorosi Palati.*] *Palatium* autem unus est ex collibus Romanis, Imperatorum sede clarissimus. *R.*

823. *Non regia Jura Quiriti.*] *Jam regia* S. Marci, Juret. prim. Erfurt. prim. Basil. quotuordecim alii. *nunc regia* Urbin. Thuan. Oxon. Arondel. & viginti præterea. *tunc regia* sex. *regalia* sec. Palat. & quinque alii. *jam regia* placet. *Jus* enim *regium* dicebatur. *ne regia* prim. Moret. *Heinsius.*

825. *Ut lata plumbea funda.*] *Sic* S. Marci, *ceu* Neapol. bene. *Idem.*

827. *Pulvinaribus.*] Lectis, qui Diis exstrui solebant in templis.

Flebat, ut amiſſum conjux; cum regia Juno
Irin ad Herſiliam deſcendere limite curvo
Imperat: & vacuæ ſua ſic mandata referre.
O & de Latiâ, ô & de gente Sabinâ
Præcipuum matrona decus; digniſſima tanti
Ante fuiſſe viri, conjux nunc eſſe Quirini;
Siſte tuos fletus: &, ſi tibi cura videndi
Conjugis eſt, duce me lucum pete, colle Quirino
Qui viret, & templum Romani regis obumbrat.
Paret: & in terram pictos delapſa per arcus,
Herſiliam juſſis compellat vocibus Iris.
Illa verecundo vix tollens lumina vultu,
O Dea, (namque mihi, nec quæ ſis dicere promtum eſt;
Et liquet eſſe Deam) duc, ô duc, inquit: & offer
Conjugis ora mihi. quæ ſi modo poſſe videre
Fata ſemel dederint; cælum aſpectaſſe fatebor.

Nec

828. *Dignior eſt qualis.*] *Dignior, & qualis* puto cum ſec. Vatic. & uno meo. *Heinſ. Qualis*] Tunica purpura & albo trabeatim diſtincta induti. *Farn.*

830. *Irin ad Herſiliam.*] *Herſiliem* S. Marci, Neapol. Oxon. quart. Medic. & duo alii. *Herſiliem* Juret. & prim. Ambroſ. infra tamen *Herſiliam* conſtanter libri. ſed vſ. 848. *Herſilies* Oxon. præterea *tramite* pro *limite* ſec. Palat. & tres alii. *Heinſ.*

FAB. XX. *Arg.* O & de Latio.] *Herſilia conjux Romuli, cum fieret amiſſum conjugem, poſt datam ei a Junone immortalitatem*, Ora *Quirini nuncupata eſt: quorum templa à populo Romano in colle Quirinali conſtituta ſunt.* Lact.

832. *O & de Latio.*] *De Latia* Thuan. prim. Baſil. pri. Moret. & ſedecim alii. bene. Latia de gente. Hactenus veterrimus S. Marci Florentinus, in quo reliqua deſiderabantur. *Heinſ.*

834 *Colle Quirino.*] *Quirini* in ſcriptis pleriſque. pro vulgata tamen ſtant prim. Hamburg & quinque alii. apud Horatium libro II. Epiſt. II.

—— *colebat hic in colle Quirini,*

vide Notas lib. IV. Faſtor. 375. pro *dum me lucum pete*, Thuan. *lucum pete* vetus. prim. Moret. *ſanctum lucum pet.* lucum *magni pete* prim. Ambroſ. Later aliquid nævi. *Idem. Quirini.*] Romulus cum ad Capræ paludem exercitum luſtraret, & ſævienre tempeſtate, nuſquam comparuit. creditus tamen à Patribus propter morum aſperitatem diſcerptus. unde orta inter patres & populum ſeditione. Julius Proculus vir nobilis in concionem proceſſit, & jurejurando firmavit, Romulum à ſe in colle, qui inde Quirinalis dictus eſt, viſum, auguſtiore forma, cum ad Deos abiret, &c. Hinc pro Dea cultus & Quirinus, ut ipſe manebat, appellatus eſt. Liv. I. Victor. I. cap. alii. *Farn.*

843. *Quem ſi modo poſſe videre.*] *Quæ ſi* prim. Vatican. ſec. Palat. tert. Medic. prim. Hamburg. & decem alii. unus Moret. *Heinſ.*

844. *Cælum accepiſſe videbor.*] *Aſpexiſſe fatebor* in multis veterum. aſpexiſſe codex Politiani, unus Medic. & unus Ambroſ. recte. vide Notas lib. IV. 67. *Idem.*

845. *Tum*

Nec mora; Romuleos cum virgine Thaumantêa
Ingreditur colles. ibi ſidus ab æthere lapſum
Decidit in terras: à cujus lumine flagrans
Herſiliæ crinis cum ſidere ceſſit in auras.
Hanc manibus notis Romanæ conditor urbis
Excipit: & priſcum pariter cum corpore nomen
Mutat; Oramque vocat. quæ nunc Dea juncta Quirino eſt.

845. *Thaumanthea.*] Iris. Cur vero dicta Thaumantias, vide quæ ad 408. v. lib. 4. *Farn.*

846. *Romuleos.*] Quirinalem collem. *Raph.*

847. *A cujus lumine flagrans, &c.*] Cujus hoc ſidus fuit? Certe non ſolum crinem Herſiliæ incendit, verum etiam ſecum totam in cœlum rapuit. Non igitur in terris Romulum, ſed in cœlo vidit; ubi eam excepit obviis ulnis: ubi & corpus adeptum eſt immortalitatem, & nomen ejus mutatum. *Pont.*

849. *Romana conditor urbis.*]
——*O Romole, Romole, dico*
Qualem te Patria cuſtodem Di genuerunt.
Tu prodeuiſti nos endo luminis oras,
O Pater, ô genitor, ô ſanguen, Dis oriunde.
Ennius 2. Annal.

851. *Oramque.*] *Heramque* ſcripti plerique meliores. eſt & illud nomen Nymphæ Scythicæ apud Val. Flaccum lib. VI. vſ. 57.

Inſuper auratos collegerat ipſe draconas
Matris Hera ſpecim.

ita malo, quam *ſpecimen.* Heinſ. *Quæ nunc Dea juncta Quirino eſt.*] Nam Ora in templo Romuli colebatur. *R. Mutat.*] Aliam mortalium linguam à lingua Deorum ſtatuunt poëtæ, Ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοὶ, ἀνδρες δέ τε πάντες Αἰγαίων, Iliad. α. Sic. Ξάνθον & Σκάμανδρον. Noſter lib. 11. *Hunc Icelon Superi, mortale Phobetera vulgus Nominat.* Ennius 1. Annal. *Teque Quirine pater veneransque, Oramque Quirini.* Farn.

Digitized by Google

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER XV.

ARGUMENTUM.

Secutus est Numa: qui cum de originibus Crotonis inquireret, nigros calculos quondam in albos fuisse commutatos comperit. & Pythagoram de perpetuis rerum transformationibus disputantem audivit. Mortuum deinde Numam deflens Ægeria, nec Hippolyti, qui suas ipsi conversiones proponebat, consolationem admittens, in fontem liquescit. Id quod non minus fuit mirandum, quam quod Romuli lancea arbor, aut Cippus factus est cornutus. Julius Cæsar denique in stellam post mortem commutatus fuit.

Quæritur interea, qui tantæ pondera molis
Sustineat, tantoque queat succedere regi.
Destinat imperio clarum prænuntia veri
Fama Numam. non ille satis cognosse Sabinæ
Gentis habet ritus: animo majora capaci
Concipit: & quæ sit rerum natura requirit.

Hu-

FAB. I. *Arg.* Quæritur interea, &c.] *Micylus, vel potius scribendum* Myscellus, *Alemanis filius procreatus Argis, cum quieti se dedisset, Hercules visus est, qui eum moneret, ut patriam relinqueret, & secundum Æsarem amnem conderet. Qui cum facere extimesceret, quia lex vetaret deserere patriam, & in alteram civitatem transire, rursus admonitus est. Metuens itaque, penates suos destituit, ideoque in judicium publicum est devocatus, & cum partem pro se, & populi partem adversus se haberet, judicaturis calculi albi ac nigri dati sunt, ut atri damnarent, candidi absolverent. Micylus, ita pertimens periculum capitis. Herculem invocavit, ut laboranti sibi, quia ejus jussis obtemperasset, serret auxilium, cujus preces non incassum audierunt. Nam cum calculi more patria in urna effusi deducti essent, omnes apparuerunt in colorem album conversi. Quamobrem ille metu liberatus per Ionium pelagus navigans cum in Italiam venisset, & Æsarem amnem attigisset, sicut præceptum erat, urbem constituit, eamque à proximo tumulo cui* Taras, *Neptuni filius subjectus erat,* Tarentum *nominavit.* Lact.

1. *Quæritur interea.*] Quo commodius & librum libro, & Metamorphosin Metamorphosi conjungat poëta, eorum sequitur opinionem, qui sentiunt, Numam Pompilium in magnam Græciam iviſſe, ut Pythagoricis dogmatibus instrueretur. *R. Quis tantæ.*] Malim *qui*, cum Oxon. *Heinſ.*

3. *Prænuntia.*] Magna, inquit Plinius 3. epist. lib. 2. Isæum fam apræcesserat, major inventus est.

4. *Non ille.*] Neque ingenio tantum ad virtutes dotatus, aut severa & tetrica Sabinorum disciplina institutus videbatur; sed & studiosus naturæ indagator rerum causas speculabatur. Sed lege Livium lib. 1. Curibus Sabinis habitabat Numa, vir consultissimus, &c. *Farnabius.*

7. Curi-

Hujus amor curæ, patriâ Curibuſque relictis,
Fecit, ut Herculei penetraret ad hoſpitis urbem.
Graja quis Italicis auctor poſuiſſet in oris
Mœnia quærenti, ſic è ſenioribus unus
Rettulit indigenis, veteris non inſcius ævi:
Dives ab Oceano bubus Jove natus Iberis
Littora felici tenuiſſe Lacinia curſu
Fertur: &, armento teneras errante per herbas,
Ipſe domum magni nec inhoſpita tecta Crotonis
Intraſſe; & requie longum relevaſſe laborem;
Atque ita diſcedens, Ævo, dixiſſe, nepotum
Hîc locus urbis erit; promiſſaque vera fuerunt.
Nam fuit Argolico generatus Alemone quidam
Myſcelos, illius Dîs acceptiſſimus ævi.

Hunc

7. *Curibuſque.*] Cures opulentiſſima fuit Sabinorum urbs: ex qua evocati ſunt T. Tatius, & Numa Pompilius, reges: unde Romani *Quirites* fuere cognominati. *R. Hujus.*] Per Placentiam potius quam Veronam ſibi aditum ſtruit Noſter ad narrationem Pythagoricæ doctrinæ. Fieri non poteſt, inquit Dionyſius Halicarn. l. 1. Rom. antiqu. ut Numa cum Pythagora, qui quatuor poſt ætatibus floruerit, Philoſophiæ operam dederit, & quidem Crotonæ, quæ nondum erat edita. Audi & Livium lib. 1. Autorem doctrinæ ejus falſo Samium Pythagoram edunt; quem Servio Tullio regnante Romæ, 100. amplius poſt annos, circa Metapontum & Crotonem juvenum cœtus habuiſſe conſtat, &c.

8. *Herculei Hoſpitis.*] Croto Herculem ex Hiſpania redeuntem cum armentis Geryonis hoſpitio excepit. ab eo didicit fore ut aliquando eodem in loco urbs conderetur. quam tandem condidit Myſcellus, ut habet Strabo lib. 6. & Scholiaſtes Ariſtophanis in Nubibus. Suidæ eſt Myſcelos. Luciano in Catapl. Micyllus. Ab Hercule juſſam ædificari; in gratiam Crotonis, ſcribit Jamblichus 9. cap. lib. de vita Pythagoræ. *Farn.*

9. *Graja quis Italicis.*] *Italis* pri. Pallat. Urbin. pri. Erfurt. Arondel. & tres quatuor. forte *Italiis.* quomodo unus meus ex veruſto deſcriptus. ſic ſuperiores libri initio *Littore in Italio* ſex codices prim. Palat. *Iliaco.* Virgil.

—— *nunc fama minores*
Italiam dixiſſe ſuo de nomine gentes.

Thuan. tamen & prim. Bonon. *Anſoniis in oris.* Heinſ.

12. *Bobus.*] *Bubus* ex melioribus. *Idem.*

13. *Littora Lacinia.*] Promontorium Italiæ inter Adriaticum mare & Ionium, in eo templum fuit Junonis Lacinix. unde Virgilius, *Attollit ſe Dea Lacinia contra.* R.

18. *Promiſſaque vera fuerunt.*] *Fuere* Arondel. puto *fuiſſe.* Heinſ.

20. *Myſcelus.*] *Miſſilus* nonnulli. *Miſilus* Juret. *Muciles* Barberin. & Bernegger. alii aliter. Lege *Myſcelos.* nam *Miſcilus* unus Baſil. Μύσκελος eſt Dionyſio Halicarnaſſ. lib. 11. Suidæ, Ariſtophanis Scholiaſtæ, ac Chronici Alexandrini auctori. Straboni nunc Μύσκελος nunc Μύσκελλος. Μύσκελος Zenobio in Adagio, Δῶρον δ' ὅτι ἔνεκα ἐκτίσεν. Μύσκελλος Marciano Heracleotæ, & Scholiaſtæ Dionyſii Alexandrini. Μύσκελλος Stephano in Ἐπιτόμῳ. Solino *Myſcellus.* Idem.

22. *Cu-*

Hunc ſuper incumbens preſſum gravitate ſoporis
Claviger alloquitur: Patrias, age, deſere ſedes:
I, pete diverſi lapidoſas Æſaris undas.
Et, niſi paruerit, multa ac metuenda minatur.
Poſt ea diſcedunt pariter ſomnuſque Deuſque.
Surgit Alemonides; tacitâque recentia mente
Viſa refert: pugnatque diu ſententia ſecum.
Numen abire jubet: prohibent diſcedere leges:
Pœnaque mors poſita eſt patriam mutare volenti.
Candidus Oceano nitidum caput abdiderat Sol,
Et caput extulerat denſiſſima ſidereum nox:
Viſus adeſſe idem Deus eſt, eademque monere;
Et, niſi paruerit, plura & graviora minari.
Pertimuit: patriumque ſimul transferre parabat
In ſedes penetrale novas; fit murmur in urbe:
Spretarumque agitur legum reus. utque peracta eſt
Cauſſa prior, crimenque patet ſine teſte probatum,
Squallidus ad Superos tollens reus ora manuſque,
O cui jus cæli bis ſex fecêre labores,

Fer

22. *Claviger.*] Hercules. *Æſaris.*] Fl. Calabriæ, qui mediam Crotonam interluit.

23. *Pete diverſi lapidoſas Æſaris undas.*] Ita hæc tranſponenda ſunt ex caſtigationibus libris. Ἴσαρος eſt Græcis hic fluvius. Male ergo *Æſeris* multi ex vetuſtioribus codices vel *Haſeris.* Heinſ. *Diverſi.*] Longe hinc ab Argis ſitil. diſtantis. *Farn.*

26. *Alemonides.*] Myſcelus, filius Alemonis. *Recentia viſa.*] Nova inſomnia. *Recentia mente.*] *Recondita* Oxon. pri. Baſil. pri. moret. Juret. & quatuor alii. *Heinſ.*

27. *Viſa refert.*] Secundum quietem viſa, ſecum volutat. Verbum *referre* ſic ſurpat alibi quoque vates noſter, pro recogitare, cogitatione & animo repetere, ſecum recolere. *Pont.*

34. *Patriumque ſimul.*] *Palan* prim. Moret. *Heinſius.*

37. *Crimenque patet.*] *Patet* meliores. *Idem. Sine teſte.*] Ipſe namque confeſſus eſt ſe commigrare decreviſſe. *Cauſſam* autem *priorem* videtur dixiſſe reſpectu τῆς δευτερολογίας quam vocant. Vel cauſam priorem vocat accuſationem, ut defenſio fuerit cauſa poſterior, quæ tamen ſecuta non eſt. *R.*

38. *Squallidus reus.*] Munditiarum negligentes ſunt, qui lugent: idcirco in luctu ſqualoris & ſordium frequens mentio.

39. *O cujus cœlum bis ſex fecere labores.*] *O cujus celebrem* Oxon. & unus Medic. *O tu quem celebrem* Arondel. & decem alii. *O tu quem calum* unus Baſil. Lege cum Mureto & Scaligero.

O cui jus cœli bis ſex fecere labores.
ſic *jus facere ſibi numinis videndi* in Faſtis.
Jus tibi feciſti numen cæleſte videndi.
Τὸ *calum* aberat à pri. Reg. *cujus calum* in Bernegg. è manu erat recentiori, antiqua ſcriptura abraſa. Chriſtophorus Bulæus, teſte Alardo commentariis in Val.

Digitized by Google

Fer precor, inquit, opem: nam tu mihi criminis auctor.
Mos erat antiquus, niveis atrisque lapillis,
His damnare reos, illis absolvere culpæ.
Nunc quoque sic lata est sententia tristis: & omnis
Calculus immitem demittitur ater in urnam.
Quæ simul effudit numerandos versa lapillos; 45
Omnibus è nigro color est mutatus in album:
Candidaque Herculeo sententia munera facta
Solvit Alemoniden. grates agit ille parenti
Amphitryoniadæ: ventisque faventibus æquor
Navigat Iönium: Lacedæmoniumque Tarentum 50
Præterit, & Sybarin, Salentinumque Neæthum,
Thurinosque sinus, Temesenque, & Iäpygis arva.
Vixque pererratis quæ spectant littora terris,
Invenit Æsarei fatalia fluminis ora:
Nec procul hinc tumulum, sub quo sacrata Crotonis 55
Ossa tegebat humus. jussâque ibi mœnia terrâ

Con-

Val. Flaccum, pro *fecere* reponebat *vicere*.

O cujus cælum bis sex vicere labores. de duodecim Herculis laboribus omnia nota sunt. unde is Nonno δυοδεκάθλος dictus. *Heinf. Fecere cælum.*] Aperuere, acquisivere. R. *Sex fecere.*] Lib. 9. v. 183. *Farn.*

40. *Nam tu mihi criminis auctor.*] Nam tu mihi persuasisti ut commigrarem, R.

41. *Mos erat.*] Notus hic mos ex illo Alcibiadis, qui cuidam quærenti, ἐ πιστώσις τῶ πατρίδι τὴν περὶ σῦ χρείαν, respondit, ἐδὲ τῶ μητρίδι. δίδοτα γὰρ μὴ ἀγνοήσασα εἶτα τὴν μέλαιναν ἀμβαλλῶ ἄντι τῆς λευκῆς ψήφον. Ælian. Var. hist. lib. 13. c. 38. *Farn.*

42. *Absolvere culpa.*] *Culpa* Thuan. & quart. Medic. eleganter. sic *injuriarum aliquem absolvere* auctori Rhetoricæ ad Herennium. *Heinf.*

47. *Herculeo numine.*] *Munere* rectius prim. Basil. & decem alii. *Idem.*

50. *Lacedæmoniumque.*] A Phalanto Lacone conditum.

51. *Sybarin.*] *Sybarin* castigatum. & *Alemoniden* paulo ante. *Amphitryoniadæ* prim. Palat. & unus Medic. & Benegger. *Heinf. Sybarim.* Urbem magnæ Græciæ, postea Thurium dictam. *Sathum.*] Fluvium in Salentinis.

52. *Iapygis.*] Promontorium Iapygium. *Farn. Thurinosque sinus.*] Thuri urbs est Calabriæ, quæ & Thuria & Thurion dicta est, à *Thuria* fonte. *Temesenque.*] Temesæ urbs est Calabriæ. Hæc eadem & *Tempsa* aliquando dicta fuit, ab Ausonibus condita, mox ab Ætolis, qui cum Thoante ad eam terræ partem appulsi fuerunt, occupata, atque inde iterum à Bruttiis. Hinc & *Temesæus Genius*, de quo proverbio dicitur. *Micyl.*

53. *Quæ spectant.*] *Quæ* prim. Hamburg. *Heinf.*

54. *Fatalia.*] Fato & Herculis indico sibi debita. *Farn.*

57. D

Condidit : & nomen tumulati traxit in urbem.
Talia conſtabat certâ primordia famâ
Eſſe loci, poſitæque Italis in finibus urbis.
Vir fuit hic ortu Samius : ſed fugerat unà
Et Samon & dominos ; odioque tyrannidis exſul
Sponte erat. iſque, licet cæli regione remotos,
Mente Deos adiit : &, quæ natura negabat
Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit.
Cumque animo, & vigili perſpexerat omnia curâ ;
In medium diſcenda dabat : cœtumque ſilentum,
Dicta-

57. *Et nomen tumulati traxit in urbem.*] Nam Croto à Crotone heroë fuit dicta, unde Crotoniatæ declinantur.

FAB. II. *Arg.* Vir fuit hic ortu.] *Pythagoras Samius tyrannidem fugiens, cum patriam reliquiſſet, in Italiam venit, & quæ didicerat de rerum natura, mundique ad modum ſeculi aurei, docet, ad uſus terræ neceſſarios cuncta prabente terra, neſas eſſe animalibus veſci, quod eſſent in eis forte conſanguinea anima mortalium, & quod è corporibus in corpora anima transfunderentur. Poſtea docet unde occidendorum animalium uſus primum inoleverit. Nam paulatim conceſſum eſt, ut malefica fera dolis interceptæ occiderentur, & manſuetarum fœtus, ſues, quod fruges ſatas eruerent. Item capri quod vitem maturam præcerpere aſſueviſſent, ne fructus creſceret.* Lact.

60. *Vir fuit hic ortu Samius.*] Periphraſis eſt Pythagoræ. nam Pythagoras Samius fuit, qui odio tyrannorum patriam relinquens, Crotonem venit, ubi philoſophiam profiteri cœpit. Pythagoras autem primus omnium μετεμψύχωσιν, hoc eſt, animarum de corporibus incorpora tranſitum invexit, eoque vetuit ne carnibus homines veſcerentur. *Hic.*] Pro illic : Crotoni : quo ſe contulit Numa Pompilius, ut Pythagoram audiret. *S. Samius.*] Ex inſ. Samo. Sed Jamblicho 2. cap. ex Samo Opp. Cephaleniæ inſ. Laërtio lib. 9. & Euſebio Euangel. præp. lib. 10. cap. 4. Thuſcus. Mneſarchi filius Pherecydis auditor, poſt cujus obitum profectus in Samum Hermodamanti ſe in diſciplinam dedit. Porphyrius ex Cleanthe Syrum fuiſſe refert. ex Lyco, Philiaſium, aliis Metaponticum.

61. *Dominos.*] Ex Ægypto reverſus, patriam, à tyranno Polycrate occupari offendens Crotonem in Italia petiit. Laërtius lib. 8. & Porphyrius in vita Pythag. *F. Et dominos.*] Tyrannos.

62. *Cæli regione remotos.*] *Remotos Deos* cum pri. Hamburg. prim. Ambroſ. & uno Baſil. atque ita Berneggerianus pro diverſa lectione. *Heinſ.*

66. *Dabat.*] Proponebat. *Cœtumque ſilentum.*] Alludit ad morem Pythagoreorum, quibus ad certum uſque tempus (ut Gellius ſcribit cap 9. lib. primo) ſilentium injungebatur. *R. Cœtumque.*] Ἐχεμυθίαν innuit. ſilentium ſcilicet ad tempus pro æſtimato ſolertiæ captu injunctum iis quos exploratos admiſit Pythagoras, voluitque prius ἀκουσματικὸς eſſe quam μαθηματικὸς aut φυσικός. lege cap. 9 lib. 1. Agellii, & quæ Apulejus 2. Florid. ſub calce : *Prima apud eum meditatio, ſapienti futuro, fuit linguam coërcere, verbaque quæ volantia Poëta appellant, ea verba, detractis pinnis, intra murum candentium dentium premere, &c.* Jamblich. 18. cap. Suidas. Porphyrius. *Cœtumque.*] *Cœtuſque* plerique vetuſtiores. *Heinſ.*

67. *Ma-*

Digitized by Google

Dictaque mirantum, magni primordia mundi,
Et rerum cauſſas, & quid natura, docebat:
Quid Deus: unde nives: quæ fulminis eſſet origo:
Juppiter, an venti, diſcuſsâ nube tonarent;
Quid quateret terras; qua ſidera lege mearent;
Et quodcunque latet. primuſque animalia menſis
Arcuit imponi: primus quoque talibus ora
Docta quidem ſolvit, ſed non & credita, verbis:
Parcite, mortales, dapibus temerare nefandis
Corpora. ſunt fruges: ſunt deducentia ramos
Pondere poma ſuo, tumidæque in vitibus uvæ:
Sunt herbæ dulces: ſunt, quæ miteſcere flammâ,
Mollirique queant. nec vobis lacteus humor
Eripitur, nec mella Thymi redolentia florem.
Prodiga divitias alimentaque mitia tellus
Suggerit: atque epulas ſine cæde & ſanguine præbet.
Carne feræ ſedant jejunia: nec tamen omnes.
Quippe equus, & pecudes, armentaque gramine vivunt.
At quibus ingenium eſt immanſuetumque ferumque,
Armeniæ tigres, iracundique leones,

Cum-

67. *Magni.*] De Deo, rerum principiis & cauſſis, cælo, meteoris, &c. quid ſenſerit Pythagoras, vide Porphyrium, Jamblichum, Laërtium in vita Pythag. Photii bibliothecam. vide & Plutarchum de placitis philoſophorum, & in convivialibus quæſtionibus, nec non Philoſophos, meteorologos, aſtronomos, &c. *Farn.*

73. *Arguit imponi.*] *Arcuit* Bernegger. prim. Baſil. Juret. Barberin. Arondel. & unus Voſſ. bene. pro *vetuit.* ſic apud Senecam Troaſi,

——— *affligi Phrygas*
Vincique volui: ruere & aquari ſolo
Etiam arcuiſſem.

Pont. III. Eleg. III.

Quas lex furti vos arcet habere viros.

75. *Parcite mortales.*] Graviſſima Pythagoræ oratio, qua hominibus diſſuadet ne carnibus veſcantur. Hæc autem de Empedocle, qui Pythagoræ dogmata carminibus complexus eſt, ſumpta eſſe videntur. *Farn.* *Parcite.*] Ad Porphyrium l. ſ. περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων. Jambl. c. 24. Laërtium in vita Pythagoræ l. 8. Lucani Somnium. Photii biblioth. Ælian. l. 4. cap. 17. Philoſtrat. de vita Apollon. lib. cap. 6. *Farn.*

80. *Redolentia florem.*] *Florem* pri. Reg. Thuan. Bernegger. & decem alii. utrumque dicitur, veteſtiores ſequor. *Heins.*

83. *Carne fera ſedant jejunia.*] *Sedant.* prim. Moret. *Idem.*

86. *Armenia tigres.*] *Armeniaque* quatuor codices cum Norico. ut l. VIII. vſ. 121.

Armeniaque tigres Auſtroque aquata Charybdis.

Horat.

Dictus ob hoc lenire tigres.

Claud. *Tinguat arva tigres.* Idem.

88. *In*

Cumque lupis urſi, dapibus cum ſanguine gaudent.
Heu quantum ſcelus eſt, in viſcera viſcera condi,
Congeſtoque avidum pingueſcere corpore corpus;
Alteriuſque animantem animantis vivere leto!
Scilicet in tantis opibus, quas optima matrum
Terra parit, nil te niſi triſtia mandere ſævo
Vulnera dente juvat, rituſque referre Cyclopum?
Nec, niſi perdideris alium, placare voracis,
Et male morati poteris jejunia ventris?
At vetus illa ætas, cui fecimus Aurea nomen,
Fœtibus arboreis, &, quas humus educat, herbis
Fortunata fuit: nec polluit ora cruore.
Tunc & aves tutas movere per aëra pennas;
Et lepus impavidus mediis erravit in agris:
Nec ſua credulitas piſcem ſuſpenderat hamo:

Cun-

88. *In viſcere viſcera condi.*] *In viſcera* vetuſtiores omnes, Val. Maximus lib. VI. cap. VI. *Uxores ſuas natoſque ad uſum nefariæ dapis verterunt. quoque diutius armata juventus viſcera ſua viſceribus ſuis afferret, infelices cadaverum reliquias ſalire non dubitavit.* Idem.

91. *Tantis.*] Lege orationes duas περὶ σαρκοφαγίας, quæ adſcribuntur Plutarcho.

92. *Terra creat.*] *Parit* plerique vetuſtiores. ſic & Art. Am. lib. I.

Nec tellus eadem parit omnia.

& libro III.

Quot nova terra parit flores.

Lucret.

—— *quando omnibus omnia large*
Tellus ipſa parit.

Prudentius Hamartigenia,

Hoc pulchrum quod terra parit, quod gloria confert
Lubrica.

Cicero lib. II. De Natura Deor. *Profecto terra ipſa eadem vi continetur & arte naturæ; quippe quæ gravidata ſeminibus omnia pariat ac fundat ex ſeſe.* Heinſ.

93. *Cyclopum.*] Ἀνθρωποφάγων. vide quæ de Polyphemo ſupra lib. 14. vſ. 205. & Virgil. Æneid 3. Homer. Odyſſ. 9. Eurip. in Cyclope. *Farn.*

94. *Placare jejunia.*] *Placare* meus ex veterrimo deſcriptus. ſed nil muta. *Heinſ.*

95. *Male morati ventris.*] Perſ. in prol. vocat ventrem, *artificem mali* γαστὴρ κακοεργός. Odyſſ. 8. vſ. 54. Τῷ μαχθοῦ διδάσκαλός τε βίαιος. Theocr. 3. Plutarch. Cato Maj. Χαλεπὸν μέν ἐστι, ὦ πολῖται, πρὸς γαστέρα λέγειν, ὦτα δ' οὐκ ἔχουσαν. Theocrit. Idyll. 4. —— λιμὸς γὰρ ἀδὺν ἐστιν ἀνθρώποις κακός. *Male.*] Incontinentis diſſoluti, νηδὺς ἀδηφάγος. cui *carne opus eſt ut ſatur eſſe queat.* Ms. margo habet *male conſueti à moribus.* Farn.

98. *Polluit.*] Inquinavit. *Movere pennas.*] Volaverunt. *Tutæ.*] Securæ, ſine periculo. Neque enim nunc illis retia tendebantur.

99. *Tunc & aves tutas.*] *Tuta pennas* rectius Thuan. quart. Medic. pri. Moret. Juret. & ſex alii. *Heinſ.*

100. *Et lepus impavidus.*] *Intremidus* quart. Medic. pro *arvis* vetuſtiores *agris.* Idem.

101. *Piſcem.*] Quin & piſcium eſum interdixit ſuis Pythagoras. An quod

Cuncta ſine inſidiis, nullamque timentia fraudem,
Plenaque pacis erant, poſtquam non utilis auctor
Victibus invidit, (quiſquis fuit ille virorum)
Corporeasque dapes avidam demerſit in alvum;
Fecit iter ſceleri: primâque è cæde ferarum
Incaluiſſe putem maculatum ſanguine ferrum:
Idque ſatis fuerat: noſtrumque petentia letum
Corpora miſſa neci ſalvâ pietate fatemur:
Sed quàm danda neci, tam non epulanda fuerunt.
Longius inde nefas abiit: & prima putatur

Ho-

ἄλλοτες ſint, ſilentii cultores, quod ipſe divinum quid exiſtimabat. ut habet Athenæus lib. 5. cap. 16. An hoc à Pherecyde Syro habuit. Piſces enim inter numina venerantur Syri. vide quæ ad vſ. 45. lib. 4. ſupra. capturam piſcium redemiſſe Pythia, oram ſcribunt Jamblichus, Laërt. Apulejus in Apologia. *Farn.*

104. *Victibus.*] Facilitati vivendi. *Quiſquis fuit ille Deorum.*] *Virorum* Cantabrig. alter Hamburg. & duo alii. recte. niſi mavis *priorum.* Pont. l. III. Eleg. 11.

Eſt locus in Scythiâ; Tauros dixere priores.

& poſtea ex antiquis libris,

Sacrificî genus eſt: ſic inſtituere priores.

& hoc ipſo libro mox,

Eſt locus Arcadiæ; Pheneon dixere priores.

Triſt. lib. 1. Eleg. 4.

Atque hæc exemplis quondam collecta priorum.

Faſt. III.

Et tamen ante omnes Martem coluere priores.

lib. IV.

——— *Tiberina priores*
Atria dixerunt.

paulo ante præceſſerat,

Magna nec ingeniis eveſtigata priorum.

Heinſ.

105. *Corporeaſque dapes.*] Omnes dapes ſunt corporeæ: ſed per *corporeas* hic σαρκικὰς intelligit, carneas dapes. *P.*

106. *Fecit iter ſceleri*] *Quantam feneſtram ad nequitiam patefeceris.* Ter. Heautont. *Primoque è cæde ferarum Incaluiſſe poteſt maculatum ſanguine ferrum.*] *Primaque è cæde* ex uno meo & uno Argent. Deinde pro *poteſt* prim. Reg. & unus Moreti *patet.* Bernegger. Neapol. Urbin. prim. Hamburg. prim. Baſil. & tres alii, *putes putem* tres. bene. *puto* cum Patav. *Heinſ.*

108. *Noſtrumque petentia letum.*] *Petentia* pri. Hamburg. & quatuor alii. *noſtroque petentia leto* prim. Moret. ut ſcribendum *noſtroque nocentia leto*, aut *noſtrique potentia letho.* Lucanus lib. VI.

Omne potens animal lethi, ſecumque nocere,
Et pavet Hamonias & morſibus inſtruit artes.

ſic *potens voti* & *mentis* pro *compos* ſupra apud Noſtrum. Columella lib. I. cap. 1. ubi agit de Agricultura, ejuſque ſcriptores recenſet, *Scrofam Tremellium*, qui etiam eloquentem reddidit, & *M. Terentium*, qui expolivit, mox *Virgilium*, qui carminum quoque potentem fecit. ita vetuſtiſſimus codex S. Germani. non *carmina muneris potens* apud Val. Flaccum lib. IV. *pennipotentes* pro avibus Lucretio. *Idem.*

111. *Et prima.*] *Prima Ceres avida ſuilla eſt ſanguine porca*, &c. I. Faſt. mox, *Rode caper vites; tamen hæc cum ſtabis ad aras*, &c. quanquam aras incruentas voluit, & placentas tantum obtulit, ſacrificia inanima. ſunt tamen, inquit Laërtius, qui gallos atque hircos mactaſſe dicant. imo cuncta illum animata in cibum permiſiſſe, *μόνου δὲ κα-*

τοῦ

Digitized by Google

Hoſtia ſus meruiſſe mori; quia ſemina pando
Eruerit roſtro, ſpemque interceperit anni.
Vite caper morsâ Bacchi mactandus ad aras
Dicitur ultoris. nocuit ſua culpa duobus.
Quid meruiſtis oves, placidum pecus, inque tuendos
Natum homines, pleno quæ fertis in ubere nectar?
Mollia quæ nobis veſtras velamina lanas
Præbetis: vitâque magis, quam morte juvatis.
Quid meruêre boves, animal ſine fraude doliſque,
Innocuum, ſimplex, natum tolerare labores?
Immemor eſt demum, nec frugum munere dignus,
Qui potuit curvi demto modo pondere aratri
Ruricolam mactare ſuum: qui trita labore
Illa, quibus toties durum renovaverat arvum,
Tot dederat meſſes, percuſſit colla ſecuri.

Nec

ὸν ἀνίχεσθαι ἀροτῆρος βοὸς καὶ κρεᾶ. Idem Jamblichus. Lege & 25. cap. 6. ib. Lactantii, & Ælian. var. hiſtor. l. 5. apite decimoquarto. *Farn.*

112. *Hoſtia ſus meruiſſe mori.*] *Necem* robus ad Virgilium agnoſcit. ut Epiſt. lypermneſtræ,

Quid mernere necem patruelia regna tenendo. Heinſ.

114. *Vite caper morſa.*] Puto *roſa.* ut Faſtis lib. 1. *Rode caper vitem.* Nemeanus Cynegetico de canibus,

Obtundunt que novos adroſo robore dentes. ide Notas lib. XIII. vſ. 690. pro *mactatus dicitur* plerique vetuſtiores *mandus ducitur.* recte. Victimæ enim dicebantur. aliter tamen Probus. Ajor. III.

Ducuntur niveæ populo plaudente juvencæ,

Quas alnit campis herba Faliſca ſuis.

Juvenalis Satyræ XII. initio,

—— *niveam Regina ducimus agnam.*

e codices vetuſti majori ex parte. vulati *cadimus.* mox eadem Satyra,

—— *ducatur ad aras,*

Et cadat ante Lares Gallita victima ſola Idem.

116. *Inque tuendos Natum homines.*] *Inque tegendos* Bernegger. prim. Baſil. alter Hamburg. unus Moreti, unuſque Palat. probe. in Cataleſtis Judicio coci & piſtoris,

Pythagoras populo neſcis qua ſuaſerit olim?
Si jugulatis oves, quid erit quod veſtiat? inquit.

Noſter,

Horriferum contra Borean ovis arma miniſtret.

Scholiaſtes in codice Norico, *tuendos à frigore propter lanas.* Cicero l. 1. Tuſcul. *Tum multitudo pecudum partim ad veſcendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim ad veſtienda corpora.* duo veteres, *inque timendos.* Idem.

120. *Sine fraude doliſque.*] *Doliſque innocuum* unus Leidenſis. *Idem.*

122. *Immemor eſt demum.*] Τὸ *demum* minime placet. in uno Baſil. pro diverſa lectione. *divum.* Idem.

126. *Tot dederat meſſes.*] *Tot dederant* cum tribus libris ſcribendum. ut *qua* ſubintelligatur. niſi mavis, *Tot tuleras meſſes.* Idem.

Nec ſatis eſt, quod tale nefas committitur: ipſos
Inſcripsêre Deos ſceleri: numenque ſupernum
Cæde laboriferi credunt gaudere juvenci.
Victima labe carens, & præſtantiſſima formâ,
(Nam placuiſſe nocet) vittis præſignis & auro,
Siſtitur ante aras; auditque ignara precantem:
Imponique ſuæ videt inter cornua fronti,
Quas coluit fruges: percuſſaque ſanguine cultros
Inficit in liquidâ prævisos forſitan undâ.
Protinus ereptas viventi pectore fibras
Inſpiciunt: menteſque Deûm ſcrutantur in illis.
Undê fames homini vetitorum tanta ciborum?
Audetis veſci, genus ô mortale? quod, oro,
Ne facite: & monitis animos advertite noſtris.
Cumque boum dabitis cæſorum membra palato;
Mandere vos veſtros ſcite & ſentite colonos.
Et quoniam Deus ora movet; ſequar ora moventem
Rite Deum; Delphoſque meos, ipſumque recludam
Æthera; & auguſtæ reſerabo oracula mentis.
Magna, nec ingeniis eveſtigata priorum,
Quæque diu latuêre, canam. juvat ire per alta

Aſtra:

128. *Inſcripſêre.*] Quin & Diis invidiam fecere; hos in partem prædæ & nidorem victimarum adſciſcentes. *F.*

131. *Placuiſſe.*] Non enim nili eximiæ, lectæque aris admoventur hoſtiæ; *placet in vulnus maxima cervix.* *Auro*] Neque vittis tantum præſignes ducebantur victimæ, ſed & auro. χρυσόκεροι, cornibus auratis & bracteatis. *Vittis inſignis.*] *Præſignis* caſtigatiores omnes. recte. vox ea in deliciis Noſtro. Vide Notas ad Epiſt. v. ſic & infra hoc libro.

——*gemino præſignia tempora cornu.*

Heinſ.

134. *Fruges.*] Salſas fruges, molam, farinam ſale miſtam, qua frons victimæ, focus & cultri aſpergebantur.

135. *Præviſos.*] Aqua in ſacris adhibita, & per pelves diſpoſita. *An quia præviſos in aqua timet boſtia cultros?* t. lib. Faſtorum. *Farn.*

136. *Protinus.*] De aruſpicina, & extiſpicina, vide quæ nos ad Senecæ Oedip. act. 2. ſc. 2. & Thyeſt. vſ. 703. & ad Lucan. lib. vſ. 610. *Farn.*

137. *Inſpiciunt.*] Inde haruſpices ſunt dicti, ab *harugis*, hoc eſt, victimas inſpiciendis. *Scrutantur in illis.*] *Romanus unus* Voſſ. *in extis* unus Moreti. *Heinſ.*

143. *Et quoniam Deus ora movet.*] Apollo me hortatur ut loquar. *R.*

146. *Magna.*] *Avia Pieridum peragro loca, nullius ante Trita ſolo*, &c Lucret. lib. 1. vſ. *Farn. Inveſtigata.*] Eveſtigata Bernegger. Thuan. prim. Moret. & decem alii. placet, licet minus obvium. *Heinſ.*

147. *Juvat ire per alta aſtra.*] *Alta* multi veteres. prim. Hamburg. *Alta* ardua

Aſtra: juvat, terris & inerti ſede relictis,
Nube vehi; validique humeris inſiſtere Atlantis:
Palanteſque animos paſſim, ac rationis egentes
Deſpectare procul, trepidoſque obitumque timentes
Sic exhortari; ſeriemque evolvere fati.
O genus attonitum gelidæ formidine mortis!
Quid Styga, quid tenebras, quid nomina vana timetis,
Materiem vatum, falſique piacula mundi?
Corpora ſive rogus flammâ, ſeu tabe vetuſtas
Abſtulerit, mala poſſe pati non ulla putetis.
Morte carent animæ: ſemperque, priore relictâ
Sede,

ardua alta. Verſus ſublimis erit & ſonorus, ſi reſcribas, *per ardua Aſtra.* ut ultima litera τῦ *ardua* elidatur ob ſequentem vocalem. Exempla vide lib. XII. vſ. 395. in Notis. *Heinſ.*

148. *Et inerti ſede relicta.*] *Relictis* cum Juniano. *Idem. Inerti.*] Terta. *bruta* ellaore. Horat. 34. Ode. lib. 1.

149. *Atlantis.*] Qui cœlum ſuſtinere fingitur, vſ. 661. lib. 4. *Farn.*

150. *Palanteſque homines paſſim rationis egentes.*] *Paſſim ac rationis.* ex vetuſtioribus. alii & *rationis. Palanteſque animos* retus codex Politiani, & unus Medic. quod placet. *Heinſ.*

151. *Trepidoſque.*] *Strepitumque* Bernegger. pri. Hamburg. & tres alii. *Idem.*

FAB. III. *Arg.* O genus, &c.] *Pythagoram eundem inducit referentem cuncta rerum temporibus immutari, ſi quidem ipſe annus vertatur in quatuor ſpecies veris, æſtatis, autumni, & hyemis: & qua naſcuntur, quoniam initio prodita, teneras, minuaſque ſpecies habeant, deinde accipiant vires creſcendo robuſta ætatis, noviſſime ſenectutis ſe quoque memoria tenere bello Trojano Euphorbum Panthoidem fuiſſe, & poſtea quam à Menelao ſit occiſus in bello, animam ejus in ſe eſſe tranſiuſam, clypeumque ejus, quo uſus eſſet in bello dum in ætates ductus ſit, ſe in templo Junonis Argivæ cognoviſſe.* Lact.

154. *Styga.*] Veterum de inferis ſententiam lege apud Cœl. Rhodig. lib. 10. cap. 12. & Tertullian. adverſ. gentes c. 11. Macrob. in Somn. Scip. l. 1. c. 10. 11. Tuſcul. quæſt. Cic. 1. *Farn. Et nomina vana timetis.*] *Quid nomina* multi. rectius. pro *pericula* Neapol. & unus Voſſ. *piacula.* eleganter. nam apud manes expiari crimina in ſuperis commiſſa credebant. Virgil.

Qua quis apud ſuperos furto lætatus inani
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.

pro *nomina vana*, uterque Hamburg. Cantabrig. Oxon. prim. Gronov. tert. Medic. & multi alii, *numina.* Heinſ.

157. *Abſtulerit.*] *Abſtulerint* prim. Ambroſ. *Idem.*

158. *Morte.*] Ψυχὴ δ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως ζῷ διὰ παντός. Phocyl. De animæ immortalitate quid ſenſerint ſaniores Philoſophi, conſulendi Plato in Phædone, Phædro, Timæo, Philebo & alii tum Platonici, Pythagorei, Plotinus, Jamblichus, Porphyrius, Proclus, Apulejus, &c. & Ariſtoteles, Seneca, Epictetus, Philoſtratus de vita Apollonii lib. 8. cap. 13. Plutarchus de placitis Philoſoph. libro quarto. Tum Theologi, Tertullianus lib. de anima, capite 54. Auguſtinus de Civitate Dei, 12. lib. 26. capite. Lactantius lib. 3. cap 8. & lib. 7. cap. 8. & 12. Euſebius præparat. Evangel. lib. 1. cap. 4. Clemens Alexand. lib. Stromat. tertio. Qui & 6. hi ro Stromatum, quod & Herodotus ſcribit primo

Sede, novis domibus habitant vivuntque receptæ.
Ipſe ego (nam memini) Trojani tempore belli
Panthoïdes Euphorbus eram: cui pectore quondam
Sedit in adverſo gravis haſta minoris Atridæ.
Cognovi clypeum lævæ geſtamina noſtræ
Nuper Abantëïs templo Junonis in Argis.

Omnia

mo l. ait Pythagoram, inter alia & hoc περὶ τῶν μετεμψυχώσεων τῆς ψυχῆς dogma ab Ægyptiis duxiſſe. Verum quæ fuerit ipſius μετεμψύχωσις ſeu παλιγγενεσία, docent ipſi Pythagorici, Porphyrius, Plotinus, Jamblichus, &c. & Lactantius lib. 3. cap. 18. & lib. 7. cap. 12. & Auguſtinus 10. lib. de Civitate Dei cap. 30. *Farn.*

159. *Novis domibus.*] Novis corporibus, hæc autem eſt Pythagoræ μετεμψύχωσις.

160. *Ipſe ego.*] Primum ſe Æthaliden fuiſſe memorabat, ſecundo Euphorbum, quod teſtatus eſt, agnito ſcuto ſuo ſuſpenſo inter alia ſpolia, in Junonis Argivæ templo: tertio, Hermotimum: quarto Pyrrhum: quinto, Pythagoram. O miram & ſingularem Pythagoræ memoriam, inquit Lactant. lib. 3. cap. 18. quem locum vide. Hoc nimirum habuit ex munere Mercurii, tum ut vivens, tum vita functus, omnium quæ contingerent, memoriam retineret. Laërt. in vita Pythag.

162. *Hæſit in adverſo.*] *Sedit* vetus liber Politiani. eleganter. Noſter Met. III.

——*plagamque ſedere*
Cedendo arcebat, nec longius ire ſinebat,
Heinſ. *Minoris.*] Menelai, cujus manu cecidit Euphorbus. *Farn.*

164. *Abanteis Argis.*] Argos clariſſima urbs eſt Peloponneſi, in quo Abas regnavit, unde *Abantei Argi* dicuntur. Tametſi ab aliis legatur *agris Abanteis*, exponaturque Euboicis. Abantes enim populi Eubœæ fuerunt. R. Vide & Laërtium in vita Pythagoræ. *Mic. Abanteis.*] A rege Abante, ſed & Abantes inter Iones & Achivos memorantur ab Herodoto l. 1. & Eubœæ etiam pop. Ant. *Agnovi clypeum Abanteis in Argis.*] Pauſanias Corinthiacis ſtadia quindecim abeſſe Mycenis hoc Junonis fanum affirmat, cujus inter alia donaria etiam clypeum hunc recenſet. ἐν δεξιᾷ δὲ ἀπίοντι τῆς Ἥρας, ἣ ἀνάθημα ἐστὶν, ἣν Μενέλαός ποτε ἀφιλέτο Εὐφορβον ἐν Ἰλίῳ. Sed & Abantis clypeus Argis celebratiſſimus. Hyginus Fab. CCLXXIII. de ludis, *Sexto quos Argis fecit Lynceus Ægypti filius Junoni Argivæ, qui appellantur ἀσπὶς ἐν Ἄργει* (ſic ſcribe) *quibus ludis qui vicit, accepit pro corona clypeum. ideo quod Abas Lynceï & Hypermneſtræ filius nuntiavit parricidium Danaum periiſſe. Cui Lynceus de templo Junonis Argivæ detraxit clypeum, quod Danaus in juventa geſſerat, & Junoni ſacrificaverat, & Abanti filio nuncupavit ludos.* Hinc capiendum adagium Græcum, Εἷς τὴν ἐν Ἄργει ἀσπίδα καθελὼν στεφανοῦται. & alterum, Ἄξιος εἶ τῆς ἐν Ἄργει ἀσπίδος. quæ paræmiographi nos docuntur. aliam horum proverbiorum rationem ab Hyginiana diverſam vide apud Servium ad vſ. 286. libro III. Æneid. Alluſit etiam ad hunc clypeum Maro, dum oculum Polyphemi deſcribit,

Argolici clypei aut Phœbea lampadis inſtar.

Erant enim Argolici & rotundi & maximæ molis. ſed ille Abantis præ cæteris illuſtris clypeus. hinc clarum vocat Valer Flaccus lib. 1.

Cantibus, in Æaeo volvat quem barbara cuſpis

Im-

Omnia mutantur : nihil interit. errat, & illinc
Huc venit, hinc illuc, & quoſlibet occupat artus
Spiritus : éque feris humana in corpora tranſit,
Inque feras noſter : nec tempore deperit ullo.
Utque novis fragilis ſignatur cera figuris,
Nec manet ut fuerat, nec formas ſervat eaſdem ;
Sed tamen ipſa eadem eſt : animam ſic ſemper eandem
Eſſe, ſed in varias doceo migrare figuras.
Ergo, ne pietas ſit victa cupidine ventris,
Parcite (vaticinor) cognatas cæde nefandâ
Exturbare animas : nec ſanguine ſanguis alatur.
Et quoniam magno feror æquore, plenaque ventis
Vela dedi ; nihil eſt toto quod perſtet in orbe.
Cuncta fluunt : omniſque vagans formatur imago.
Ipſa quoque aſſiduo labuntur tempora motu
Non ſecus ac flumen. neque enim conſiſtere flumen,
Nec

Pulvere. at in terra clari decus adjacet orbis,
Quem genitor geſtabat Abas.
Ita ſcribendum. perperam *at interea* in vulgatis. Virgiliana illa reſpexit,
Ære cavo clypeum, magni geſtamen Abantis,
Poſtibus adverſis figo.
ubi adeundum eſſe Servium jam monuimus. *Heinſ.*

165. *Omnia.*] Πρῶτον μὲν ἀθάνατον εἶναι φησὶ τὴν ψυχὴν, &c. Primum quidem, animam eſſe immortalem affirmavit : deinde, eam diverſa animantium genera ſubire : ad hæc, poſt certos temporum circuitus idem quod olim fuerat rurſus fieri ; & nihil omnino novum exiſtere ; & animata omnia inter ſe cognata eſſe, &c. Laërtius in vita Pythag. *Farn.*

169. *Utque novis fragilis.*] Hac ſimilitudine colligit Pythagoras ſubſtantiam varias quidem ſuſcipere formas, nunquam tamen interire, *Facilis cera.*] *Fragilis* prim. Gronov. unus Voſſ. & unus Mediceus. bene. ut apud Juvenal. Sat. XII.

Accipiunt fragili ſimulacra nitentia cera.
Heinſ.

170. *Formam eandem.*] *Formas eaſdem* veteſtiores. *Idem.*

173. *Ergo.*] Abſtinendum ab animatis ſuaſit, propter tranſmigrationem animarum. ex Photii excerptis, vide & Crinitum l. 11. c. 3. & Hierocl. in aurea carmina Pythagoræ. *F.*

177. *Quod perſtet.*] Quod permaneat, à mutationeque ſit alienum. *R. Nihil.*] *Conſtat, aterna poſitumque lege eſt, ut conſiſtet genitum nihil.* Boëthius lib. 2. metr. 3. *F.*

178. *Cuncta.*] Omnia in fluxu ſunt & motu. mutatur rerum omnium facies. ῥεῖ πάντα καὶ οὐδὲν μένει. & corruptio unius, eſt generatio alterius. *Idem. Omniſque vagans.*] *Vaga* vel *vage* Berneggeri. *Heinſ.*

169. *Labuntur tempora.*] *Volvuntur* plurimi veteres. nil muto. Noſter libro X.

Tempora labuntur, tacitiſque ſeneſcimus annis.
Idem.

Nec levis hora poteſt: ſed ut unda impellitur undâ,
Urgeturque prior venienti, urgetque priorem,
Tempora ſic fugiunt pariter, pariterque ſequuntur:
Et nova ſunt ſemper. nam quod fuit ante, relictum eſt:
Fitque, quod haud fuerat: momentaque cuncta novantur.
Cernis & emerſas in lucem tendere noctes:
Et jubar hoc nitidum nigræ ſuccedere nocti.
Nec color eſt idem cœlo, cum laſſa quiete
Cuncta jacent mediâ; cumque albo Lucifer exit
Clarus equo: rurſumque alius, cum prævia luci
Tradendum Phœbo Palantias inficit orbem.
Ipſe Dei clypeus, terrâ cum tollitur imâ,
Mane rubet: terrâque, rubet, cum conditur imâ:
Candidus in ſummo eſt. melior natura quod illic
Ætheris eſt, terræque procul contagia vitat.
Nec

182. *Urgeturque prior veniente.*] Sic Thuan. Juret. prim. Hamburg. pri. Moret. reliqui plerique, *urgeturque eadem veniens.* niſi quod *eadem veniente* unus Bonon. *venienti* unus Medic. quod placet. & pro *urgetque priorem*, Neapol. *urgetque ſequentem.* idem.

186. *Emenſas in lucem tendere noctes.*] Oxon. Arondel. & viginti circiter alii *emeritas.* quod primo conſpectu arridebat. ut paulo poſt,

—— *emeritis mediis quoque temporis annis.*

libro III. Faſtor.

Quominus emeritis exiret curſibus annus.

Seneca Agamemnone,

Stat ecce Titan dubius emerito die,

Statius,

—— *emeriti conſinia Phœbi.*

Epigramma inditum, quod Naſoni noſtro adſcribitur in vetuſtiſſimo codice.

Jam nitidum tumidis Phœbus jubar intulit undis,
Emeritam renovans Tethyos amne facem.

Nunc tamen amplector *emerſas* noctes. quomodo Bernegger. alter Hamburg. Grævius. & alii duodecim. Vide quæ Notavi Faſt. III. v. 399. *Idem.*

187. *Jubar.*] Solem.

188. *Nec color eſt idem cœlo.*] Cœlo plerique meliores. *Heinſ.*

189. *Cuncta jacent.*] Tacent. meus. ita paſſim auctores. hinc & *ſilentia.* vulgatum tamen non damno. pro *exit* idem codex *auroris.* Idem.

190. *Prævia luci.*] *Luci* prim. Mosc. Arondel. & duo alii. bene.

191. *Palantias.*] Aurora, Pallantis filia.

192. *Ipſe dei.*] Ipſe orbis Solis. Ac utique è forma clypei, quæ rotunda in forte concepit hoc Noſter, atque expreſſit ex illo Plautino, *Curate, ut ſpiritus meo ſit clypeo clarior, Quam Solis radii eſſe olim, quum ſudum eſt, ſolent.* Miles gloriosus I. v. an ex illo Virgiliano 3. Æneid. *Argolici clypei, aut Phœbea Lampadis imſtar.* de Polyphemi oculo. *F.*

196. Ni-

Nec par aut eadem nocturnæ forma Dianæ
Esse potest unquam: semperque hodierna sequente,
Si crescit, minor est; major, si contrahit orbem.
Quid? non in species succedere quattuor annum
Aspicis ætatis peragentem imitamina nostræ? 200
Nam tener, & lactens, puerique simillimus ævo
Vere novo est. tunc herba nitens, & roboris expers
Turget, & insolida est; & spe delectat agrestem.
Omnia tum florent; florumque coloribus almus
Ridet ager: neque adhuc virtus in frondibus ulla est.
Transit in Æstatem, post Ver, robustior Annus:
Fitque valens juvenis. neque enim robustior ætas
Ulla, nec uberior: nec, quæ magis æstuet, ulla est.
Excipit Autumnus, posito fervore juventæ

Matu-

196. *Nocturna Diana.*] Lunæ, quæ semper aut crescit, aut decrescit, nec unquam in eodem permanet statu. *R.*

198. *Secedere.*] Veteres plerique notæ melioris *succedere.* recte. sic supra *jubar hoc nitidum nigra succedere nocti* dixerat. *Heins.*

199. *Quid.*] Διαιρεῖται δὲ καὶ τὸν τῦ ἀνθρώπου βίον ἔτεσι πεῖτε, εἴκοσι ἑπτὰ, &c. Sunt autem ætates istæ & anni temporibus accommodatæ, veri puer, ætati adolescens, &c. Laërtius in vita Pythagor. lege & quæ Petr. Crinitus lib. 5. de Honesta disciplina, cap. 9. *Farn.*

202. *Herba recens.*] Multi *virens.* prim. Vatican. prim. Basil. quart. Medic. prim. Hamburg. & octo alii *nitens.* sic alibi,

Et nitet in summo seminis herba solo,

libro 1v. Fastor.

Vere nitent terræ: vere remissus ager.

& postea,

Pictaque dissimili flore nitebat humus.

Plautus Truculento Act. 11. Sc. 1v. ubi Dinarchus de Phroneso amica,

——— *ver vide*

Ut tota floret! ut olet! ut nitide nitet! nitida fruges apud Lucretium passim, eidem *viridis herbarum nitor. nitentia culta* Virgilio lib. 11. Georg. *Heins.*

205. *Ludit ager.*] *Ridet ager* bene unus Leidensis & unus Vossianus. at apud Virgilium,

Albaque de viridi riserunt lilia prato.

&,

Mistaque ridenti colocasia fundet acantho.

In Catalectis Mstis.

Rident prata rosis: & floribus arva tumescunt.

Claudian. lib. 11. Raptûs, de Proserpina flores legente,

Ridentes calathos spoliis agrestibus implet.

In catalectis, *vere omnia rident.* apud Rutilium in Itinerario,

——— *indigenis ridentia lilia saxis.*

Claudian. Conf. Manlii,

——— *docti riserunt floribus amnes.*

sic γελᾶν Græci de rebus inanimatis. ut in illo Homeri Iliad. T. Γέλασσε δὲ πᾶσα περιχθὼν Χαλκῷ ὑπὸ στεροπῆς. & apposite Achilles Tatius ex veteri poëta de rosa, τὸ πίταλον τῷ ζεφύρῳ γελᾷ. *ridere argentum in domo* dixit Horatius. *ridentia littora conchis* Virgil. in Ciri. *tibi rident æquora,* Lucretio. Vide Notas Fastor. 1v. vs. 429. *Idem.*

208. *Quæ magis ardeat.*] *Æstuat* prim. Palat. hoc est, *æstuet.* Idem.

Maturus, mitiſque inter juvenemque ſenemque;
Temperie medius ſparſis per tempora canis.
Inde ſenilis Hyems tremulo venit horrida paſſu;
Aut ſpoliata ſuos, aut, quos habet, alba capillos.
Noſtra quoque ipſorum ſemper, requieque ſine ullâ,
Corpora vertuntur: nec quod fuimuſve, ſumuſve,
Cras erimus. fuit illa dies, qua ſemina tantum,
Speſque hominum primæ maternâ habitavimus alvo.
Artifices Natura manus admovit: & angi
Corpora viſceribus diſtentæ condita matris
Noluit; éque domo vacuas emiſit in auras.
Editus in lucem jacuit ſine viribus infans:
Mox quadrupes, rituque tulit ſua membra ferarum:
Paulatimque tremens, & nondum poplite firmo
Conſtitit, adjutis aliquo conamine nervis.
Inde valens veloxque fuit: ſpatiumque juventæ
Tranſit: &, emeritis medii quoque temporis annis,
Labitur occiduæ per iter declive ſenectæ.
Subruit hæc ævi demoliturque prioris
Robora: fletque Milon ſenior, cum ſpectat inanes
Illos,

211. *Temperie medius. Sparſus quoque tempora canis.*] *Sparſis per tempora canis* Arondel. Zulich. & tres alii. quod magis placet. *Temperiem medius* quoque prim. Vatican. & Neapol. *Idem.*

217. *Speſque hominum prima matriſque habitavimus alvo.*] Multi, *matris habitavimus*, ſed *materna habitavimus alvo* verum eſt. quomodo Thuan. quart. Medic. prim. Bonon. prim. Moret. & nonnullæ editiones ex vetuſtioribus. *matura* prim. Palat. ſic Gratius de cane generoſo, *affectat maternâ regna ſub alvo. Speſque hominis* pri. Vatic. *Idem.*

222. *Quadrupes.*] Reptans. videturque alluſum ad Sphingis ænigma; *Qui quadrupes foret, & bipes, & tripes unus & idem.* vide quæ nos ad Thebaida Senec. vſ. 119.

224. *Adjutiſque.*] *Adjunctis* plerique præſtantiores. *Heinſius. Conamine.*] Adminiculo geniculis adaptato, ne vacillaret, aut compernes fieret. Varro l. 8. de L. Lat. ſerperaſtrum vocat. *Faber.*

226. *Emeritis medii quoque temporis annis.*] *Emenſis* Thuan. unus Basil. & unus Medic. placet. *emerſis* unus Pater. proxime verum. Mutarunt, qui arbitrati ſunt *emenſis* paſſive non poſſe dici. *Heinſ.*

227. *Labitur declive.*] Imo per iter declive, hoc eſt, devexum & deorſum vergens, perinde ut ſol cum ad occaſum tendit, proinde & *ſenectam* ad*unam* dixit: quod ea ultima ſit ætatum hominis, perinde ut occidens, ultima meta curſus ſolaris. *Micyl.*

229. *Fletque Milon.*] Athleta fuit Crotoniata tantis viribus, ut uno ictu modo dextræ taurum interfeciſſe traditur, humeriſque per ſtadium ſine fatigatione portaſſe. *R. Milo ſenior.*] Qui, cum ſenex

Digitized by Google

Illos, qui fuerant ſolidorum mole tororum
Herculeis ſimiles, fluidos pendere lacertos.
Flet quoque, ut in ſpeculo rugas aſpexit aniles,
Tyndaris: & ſecum, cur ſit bis rapta, requirit.
Tempus edax rerum, tuque invidioſa vetuſtas,
Omnia deſtruitis: vitiataque dentibus ævi
Paulatim lentâ conſumitis omnia morte.

Hæc

ſenex eſſet, inquit, Cicero in Catone, videretque athletas ſe exercentes, aſpexiſſe lacertos ſuos dicitur, illacrymanſque dixiſſe, At hi quidem jam mortui ſunt. Hujus miſerabilem exitum refert Pauſanias in Corinth. poſt Agellium lib. 15. cap. 16. alii. *Farn.*

230. *Solidarum morte ferarum Herculis ſimiles.*] De feris à Milone occiſis nil legi. præterea *fera ſolida* minus bene dicuntur. ſed *armi ferarum ſolidi* aut *terga ſolida* & *cervix* & *pedes* bene. quomodo *ſolides canum calces* dixit Gratius. Auget de loco depravato ſuſpicionem, quod in pleriſque antiquis libris pro *morte* legatur *moro*. in primo Regio & uno Voſſ. *mole*. præterea *ſolidorum ferorum* prim. Palat. prim. Vatican. Bernegger. Thuan. Urbin. & quatuor aut quinque alii. Quid hæremus? Refinge meo periculo, *ſolidorum mole tororum*. comparat Milonis lacertos cum toris Herculis, quos ſolidos proprie & eleganter vocat. Epiſt. Deianiræ ad Herculem,

Non puduit fortes auro cohibere lacertos,
Et ſolidis gemmas appoſuiſſe toris?

Amphitruo Hercule Furente apud Senecam Act. III.

Teneone in auras editum? an vana fruor
Deceptus umbra? tune es! agnoſco toros.

ita optimus Mediceus liber verſus iſtos legit. Ipſe Hercules apud Ciceronem Tuſc. Quæſt. ex Sophoclis Trachiniis,

—— ô ante viſtrices manus!
O pectora, ô terga, ô lacertorum tori!

Val. Flacco,

Conſpicuuſque toris Tirynthius.

idem lib. 1. Meleagri lacertos Herculeis comparat,

Oſtendiſque humeros fortes ſpatiumque ſuperbi
Pectoris Herculeis æquum, Meleagre, lacertis.

lib. II. ubi Herculem pugnaturum deſcribit,

Ecce ducem placitæ furiis crudeſcere pugnæ
Surgentemque toris ſtupet, immanemque paratu
Æacidem.

Auctor Elegiæ in obitum Mæcenatis. *toroſum* vocat.

Lydia te tunica juſſit laſciva fluente
Inter lanificas ducere penſa ſuas.
Clava, toroſe, tibi pariter cum pelle jacebant.

ita verſus mendoſiſſimi ſcribendi. *Clava toroſa* inepte legebatur. *ducere penſa* Claudianus etiam dixit, & Juvenalis, quod *trahere penſa* aliis. *ducere tunicas* vix Latinum eſt. *jacebant* non *jacebat* vetus liber Petri Servii. quod elegans. Sed nimii jam ſumus in re manifeſta. pro *Milone* pri. Vatican. Grævianus, & quatuor alii *Milo*. Heinſius.

231. *In ſpeculo.*] *Speculum*, Urbin. prim. Palat. Cantabrig. pri. Erfurt. prim. Moret. & multi alii. *Idem.*

*233. *Tyndaris.*] Helena, Tyndari & Ledæ filia, à Theſeo novennis rapta, ſed à fratribus Dioſcuris recuperata, Menelao in matrimonium data, mox à Paride rapta, &c. *Farn.*

236. *Lenta conſumitis morte.*] Sic & ſcripti. Putabam tamen *lento morſu*. ut perſtet in metaphora de dentibus & edacitate temporis. *conſumere morſu*. ut lib. IV.

Et

Hæc quoque non perſtant, quæ nos elementa vocamus.
Quaſque vices peragant, (animos adhibete,) docebo.
Quattuor æternus genitalia corpora mundus
Continet. ex illis duo ſunt oneroſa, ſuoque
Pondere in inferius, tellus atque unda, feruntur:
Et totidem gravitate carent; nulloque premente
Alta petunt, aër, atque aëre purior ignis.
Quæ quanquam ſpatio diſtant; tamen omnia fiunt
Ex ipſis; & in ipſa cadunt. reſolutaque tellus
In liquidas roreſcit aquas: tenuatus in auras
Aëraque humor abit: demto quoque pondere rurſus
In ſuperos aër tenuiſſimus emicat ignes.
Inde retro redeunt: idemque retexitur ordo.
Ignis enim denſum ſpiſſatus in aëra tranſit;
Hic in aquas: tellus glomeratâ cogitur undâ.
Nec ſpecies ſua cuique manet. rerumque novatrix
Ex aliis alias reparat Natura figuras.
Nec perit in tanto quicquam (mihi credite) mundo;
Sed variat, faciemque novat: naſcique vocatur,
Incipere eſſe aliud, quam quod fuit ante; morique,

De-

Et ſcelerata fero conſumite viſcera morſu. Heinſ.

FAB. IV. *Arg.* Quattuor, &c.] *Ipſa quoque initia quatuor, ex quibus generantur omnia, transfigurari motibus ſuis. reſolutam enim telluſrem in aquas abire, attenuatam efficere ignem, rurſus per eundem ordinem retexi. ſpiſſatum enim ignem in aëra verti, hunc in aquam, hanc in terram abire. Cæteraque rerum perinde variari quæ tempus aut natura vix acceptas ab initio facies cogit amittere. eadem fluminibus etiam, fontibus ac terrenis locis accidere.* Lact.

239. *Genitalia corpora.*] Quatuor elementa ex quibus omnia generantur. R. *Æternus.*] Hoc ex Schola Ariſtotelica, cui mundus fuit ab omni æternitate.

242. *Nulloque.*] *Pondere* ſubauditur.

245. *Ex ipſis.*] Quatuor elementis. *Et in ipſa cadunt.*] In ipſa reſolvuntur. *Reſolutaque tellus.*] Elementum alterum in aliud tranſire probat. Nam & terra in aquam, & aqua in aërem, & aër in ignem; & contra ignis in aërem, aër in aquam, aqua in terram convertuntur. *Raph.*

246. *In liquidas roreſcit aquas.*] *Roreſcit* Thuan. *marceſcit* unus Moreti. *roreſcentem terram ficceſcenti* Plinius opponit lib. XVIII. cap. XXXIII. *roreſcere* hoc ſenſu an Latine dicatur, dubito. *Heinſ.*

248. *Superos ignes.*] Ætherem, qui omnium elementorum ſupremus eſt.

249. *Retexitur.*] Reſolvitur. R.

251. *Hinc in aquas.*] *Hic* vetuſtiores. & recte. *Heinſ.*

252. *Nec ſpecies.*] Supra ad v. 178. *Cuncta fluunt, omniſque vagans formamque imago.* Farn.

257. *Cum*

Digitized by Google

Desinere illud idem. cum sint huc forsitan illa,
Hæc translata illuc; summâ tamen omnia constant.
Nil equidem durare diu sub imagine eâdem
Crediderim. sic ad ferrum venistis ab auro
Secula. sic toties versa es, Fortuna locorum.
Vidi ego, quod fuerat quondam solidissima tellus,
Esse fretum. vidi factas ex æquore terras:
Et procul à pelago conchæ jacuêre marinæ:
Et vetus inventa est in montibus anchora summis.
Quodque fuit campus, vallem decursus aquarum
Fecit: & eluvie mons est deductus in æquor:
Eque paludosa siccis humus aret arenis:
Quæque sitim tulerant, stagnata paludibus hument.
Hic fontes Natura novos emisit, at illic
Clausit: & antiquis tam̃ multa tremoribus orbis
Flumina prosiliunt; aut excæcata recidunt.

Sic

257. *Cum sint huc.*] Malim *cumque huc sint.* & mox pro *Crediderim*, *Credideris.* etsi aliter libri. lib. XII.

Nec tu credideris tantum cecinisse futura
Ampyciden Mopsum.
Heins.

258. *Summâ tamen omnia.*] *Summa omnia* Scaliger. *Idem.*

260. *Sic ad ferrum.*] Ad ferream ætatem. *Ab auro.*] Ab ætate aurea.

261. *Versa est Fortuna.*] *Versa es* rectius in codicibus Viviani. *Heins.*

262. *Vidi ego.*] De insulis è mari enatis, Plin. lib. 2. cap. 86. & 87. & Senec. lib. 2. Nat. Quæst. cap. 26. quibus locis maria recesserint. Plin. lib. 2. cap. 85. Quas terras interruperint maria lib. 2. cap. 88. & Seneca lib. 6. Natur. Quæst. cap. 25. *Farn.*

263. *Vidi factas ex æquore terras.*] Nam præterquam quod novæ insulæ in mari nascuntur, tota Ægyptus olim mare fuisse narratur.

267. *Deductus in æquor.*] *Devectus* malim cum uno Moreti & uno Bononiensi. *Heinsius.*

268. *Paludosa.*] Terra subaudiatur. Ex paludibus autem etiam nunc fertilissimi agri fiunt.

269. *Quæque sitim tulerant.*] Quæ sicca fuerant loca à paludibus sunt occupata. *Stagnata.*] Stagna facta.

270. *Hic novos.*] Fontes novi sæpenumero oriuntur: maximeque ubi sylvæ succiduntur, ut Plinius scribit, interdum etiam arescunt. *Et illic.*] *At illic* meliores. *Heins.*

271. *Et antiquis tam multa tremoribus orbis.*] Hæc mendosa sunt. Forte scribendum,

—— & aut quadam stimulata tremoribus ortis
Flumina prosiliunt.

pro *tam multa* Sixianus *concussa* non male. posset & *convulsa.* Idem. *Tremoribus.*] Terræ motæ causas erudite examinat Seneca lib. 6. cap. 4. 5. 6. & seq. Plin. lib. 2. cap. 79. Aristotel. 2. Meteorolog. cap. 7. Lucret. 6. lib.

FAB. *Quæ deinceps sequuntur fabulæ in notis reperiuntur.*

272. *Aut exsiccata residunt.*] *Excæcata* Bernegger. Urbin. prim. Reg. Arond. prim.

Digitized by Google

Sic ubi terreno Lycus eſt epotus hiatu;
Exſiſtit procul hinc, alioque renaſcitur ore.
Sic modo combibitur; tecto modo gurgite lapſus
Redditur Argolicis ingens Eraſinus in arvis.
Et Myſum capitiſque ſui ripæque prioris
Pœnituiſſe ferunt, aliâ nunc ire, Caïcum.
Nec non Sicanias volvens Amenanus arenas
Nunc fluit; interdum ſuppreſſis fontibus aret.
Ante bibebatur; nunc quas contingere nolis

Fun-

prim. Moret. Polit. prim. Palat. prim. Vatican. prim. Gronov. & alii nonnulli. bene. Pont. lib. IV. Eleg. II.

Scilicet ut limus venas excæcat in undis.

ſic *excæcare formam* Petronius dixit. *Nunquid aliquo naturali vitio formam excæco.* Avienus deſcriptione Orbis, *denſo cæcantur ſtipite ſilvæ.* Virgil. in Culice, *timor obcæcaverat artus.* Auctor Panegyrici ad Piſonem,

Aurea torrifici obcæcat ſidera nimbis.

ita & *oblimare* Claudianus lib. III. Raptus,

Luxus & humanas oblimat copia mentes.

273. Sic ubi.] *Lycus Aſiæ fl. terra hiatu abſorptus, poſt 5. ſtadia rurſus emergit. Plin. lib. 2. cap. 103. Senec. Nat. quæſt. 3. lib. cap. 26.* Farn.

274. *Alioque renaſcitur orbe.*] *Ore* prim. Palat. prim. Vatican. Cantabrig. quart. Medic. Neapol. uterque Erfurt. Juret. & ſex aut ſeptem alii cum priſcis editionibus. probe. præſertim ſi *tremoribus orbis* paulo ante retineas. apud Senecam, qui hos verſus in Naturalibus Quæſtionibus lib. III. cap. XXVI. citat, ambigua eſt lectio. nam codices quidam illic etiam *ore* agnoſcunt. poteſt procul emergere Lycus, nec tamen alio orbe. *Heinſ.*

275. Sic modo.] *Eraſinus fl. Arcadiæ. Plin. lib. 2. cap. 103. Tecto modo gurgite,*] *Tacito* Seneca. hoc eſt tecto. Triſt. III. Eleg. 2. ex antiquis codicibus,

Cæruleos ventis latices durantibus Iſter
Congelat, & tacitis in mare ſerpit aquis.

ſic paſſim ſcriptores. etiam de aliis rebus. Vide Notas ad Epiſt. IV. vſ. 20. pro *ingens Eraſinus* tres *ſurgens.* pro *agris* vetuſtiores plerique *arvis.* Seneca noſter, ſed & apud illum vetuſti codices *agris* & *tecto gurgite.* Heinſ.

277. Et Myſum.] *Myſia fl. terra Iampſus, fontem, alveum & nomen mutavit, nunc Caïcus dictus.*

278. *Alia nunc ire.*] Multi præſtantiores *alias* vel *alio.* male. ripa ſubintelligitur. *Heinſ.*

279. Nec non.] *Amaſenus fl. Siciliæ. Amaſenus.*] Sic & membranæ plerique. niſi quod Urbin. & Bernegger. *Amaſenos.* ut & pri. Ambroſ. & teſt. Gronov. atqui nullus in Sicilia *Amaſenus.* Scribe *Amenanus:* &, ne dubites. Strabonem audi, lib. V. Καλέϊται περὶ τὴν Ἀμενάνα συμβαίνειν φασὶ τὸ διὰ Κατάνης ῥέοντος. ἐκλείπειν γάρ ἐν πολλαῖς ἔτεσι καὶ πάλιν ῥεῖν. Primus locum ſic emendandum eſſe vidit acris ad Cæſaris Commentarios Fulvius Urſinus, qui & vererem numum profert, cujus ab una parte ſcriptura ſit, AMENANOΣ, ab altera, KATANAIΩN. Vide quæ notamus Faſt. IV. vſ. 467. ubi idem nomen mendoſum exſtabat. Amaſenus Privernatium fluvius Servio & Vibio Sequeſtro. Certe in Gravino codice *Ameſenus* in uno Moreti, *Eraſenus.* Heinſ.

281. Ante.] *Anigrus fl. Peloponneſi, ex Aelio*

Fundit anigros aquas : poſtquam (niſi vatibus omnis
Eripienda fides) illic lavêre bimembres
Vulnera, clavigeri quæ fecerat Herculis arcus.
Quid? non & Scythicis Hypanis de montibus ortus,
Qui fuerat dulcis, ſalibus vitiatur amaris?
Fluctibus ambitæ fuerant Antiſſa, Pharoſque,
Et Phœniſſa Tyros : quarum nunc inſula nulla eſt.
Leucada continuam veteres habuêre coloni:
Nunc freta circuëunt. Zancle quoque juncta fuiſſe
Dicitur Italiæ: donec confinia pontus
Abſtulit; & mediâ tellurem reppulit undâ.
Si quæras Helicen & Burin achaïdas urbes;
Invenies ſub aquis : & adhuc oſtendere nautæ
Inclinata ſolent cum mœnibus oppida merſis.
Eſt prope Pitthêan tumulus Trœzena, ſine ullis
Arduus arboribus, quondam planiſſima campi
Area, nunc tumulus : nam (res horrenda relatu)
Vis fera ventorum, cœcis incluſa cavernis,
Exſpirare aliquâ cupiens, luctataque fruſtra
Liberiore frui cœlo, cum carcere rima
Nulla foret toto, nec pervia flatibus eſſet;
Extentam tumefecit humum: ceu ſpiritus oris

Ten-

dulci amarus potu factus eſt, poſtquam in to Lavere ſe Centauri ab Hercule vulnerati.

282. *Anigros.*] *Anigros* ex melioribus. Heinſ.

285. Quique.] *Inſula continentes fa-ta. Scythicis de montibus.*] *Scythiis* Bernegger. & ſeptem alii. *Scythis* prim. Hamburgenſis. pro *ſalibus amaris* Bernegger. & Arondelianus. pro diverſa lectione, *ſale nunc vitiatur.* neque alter. Barberinianus. *Heinſ.*

287. Fluctibus.] *Antiſſa Lesbo inſ. Pharos Ægypto, Tyros Phœnicia adjecta. fuerant.*] *Fuerunt* tert. Bonon. *Heinſ.*

289. Leucada.] *Leucadem à continenti vulſit accolarum opera : Meſſanam, terramque Siciliam ab Italia Pontus.* 3. *Æn. Virg.*

293. Si quæras.] *Terra motu urbes iſtas abſorptas ſcribunt Oroſius lib.* 3. *cap.* 3. *Strabo lib.* 1. *Diod. lib.* 25. *Helicen & Buran.*] *Burin* noſtri omnes. utrumque probum eſt, niſi quod ſcriptos ſequor. Senecæ in Naturalibus Quæſtionibus etiam ter quaterve *Buris* dicta. *Bupe* eſt Græcis. Plinio etiam *Bura.* ut & Ammiano Marcellino l. XVII. *Heinſius.*

296. Eſt prope.] *Prope Trœzena urbem Peloponneſi. Pittheo quondam regnatam, area, exhalationum in cavernis ſubterraneis vi in collem intumuit, non ſecus ac veſica aut uter inflatus. Pittheam.*] *Pittheam,* Urbin. prim Vatican. pri. Reg. pri. Baſil. tert. Medic. & alii duodecim. ſic & infra vſ. 506. nonnulli codices. *Heinſ.*

304. *Di-*

Tendere veſicam ſolet, aut derepta bicorni
Terga capro. tumor ille loco permanſit; & alti
Collis habet ſpeciem: longoque indurſit ævo.
Plurima cum ſubeant, audita aut cognita vobis,
Pauca ſuper referam. quid? non & lympha figuras
Datque capitque novas? medio tua, corniger Ammon,
Unda die gelida eſt: ortuque obituque caleſcit.
Admotis Athamanis aquis accendere lignum
Narratur; minimos cum Luna receſſit in orbes.
Flumen habent Cicones, quod potum ſaxea reddit
Viſcera: quod tactis inducit marmora rebus.
Crathis, & huic Sybaris noſtris conterminus arvis,
Electro ſimiles faciunt auroque capillos.
Quodque magis mirum, ſunt qui non corpora tantum,
Verum animos etiam valeant mutare, liquores.
Cui non audita eſt obſcœnæ Salmacis undæ?

Æthio-

304. *Derepta bicornis Terga capri.*] *Bicorni capro* Bernegger. Arondel. Neapol. & quinque alii. bene. niſi quod *derepta* etiam legendum eſſe jam monui notis ad lib. III. vſ. 52. in uno Moreti, *erepta*. apud Virgilium,

Cui pellis latos humeros erepta juvenco
Bellatori operit.

Statius lib. IV. Theb.

Quattuor indomitis Capaneus erepta juvencis
Terga, ſuperque rigens injectum molis ahenæ
Verſat onus.

Idem.

307. Plurima.] *De fontis hujus, nec non aliorum, miraculo, vide Plin. l. b. 2. cap. 103. Curtium lib. 4. Arrianum lib. 2. Lucret. lib. 6. de Jove Ammone arietina forma culto, vide quæ nos ad Lucanum lib. 9. verſ. 512. Cognita nobis.*] *Vobis* rectius quatuor ſcripti. *Heinſ.*

311. Admotis.] *Apud Athamanas Epiri populi, fons Dodonæus faces extinguit, extinctas accendit, &c. Plin. lib. 2. cap. 103. Solinus cap. 12. Mela lib. 2. cap. 3. Lucret. lib. 6.*

313. Flumen.] *Plin. cap. 103. lib. 2. & Seneca lib. 3. Natur. quæſt. cap. 20.*

315. Crathis, &c.] Ὁ δὲ Κρᾶθις εἰς λευκαίνει ξανθοτριχίαν καὶ λευκοτριχίαν ποιεῖ, *Strabo ſexto lib. inde & de Sybari, Euripid. in Troad. Crathis & hinc Sybaris.*] *Et huic* bene prim. Palat. & unus Leidenſis. Neque aliter Vibius Sequeſter legit. *Crathis confinis Sybari capillos facit auro ſimiles. arvis* pro *oris* plurimi ex vetuſtioribus. & *noſtris* pro *veſtris*. quod verum eſt. *Heinſ.*

317. Quodque.] *De Salmacide fonte Cariæ, dictum lib. 5. verſ. 285.*

319. *Obſcœnæ Salmacis undæ.*] *Salmacidis* debebat dixiſſe. ſed *undæ* ſuponendum cum Bernegger. Neapol. pr. Reg. utroque Erfurt. prim. Moret. pr. Pal. pri. Vatic. & ſex aliis. quomodo & magnus Scaliger in ora codicis ſui emendarat. *Heinſ.*

320. Æthio-

Æthiopesque lacus? quos si quis faucibus hausit,
Aut furit; aut mirum patitur gravitate soporem.
Clitorio quicunque sitim de fonte levarit,
Vina fugit, gaudetque meris abstemius undis.
Seu vis est in aquâ calido contraria vino:
Sive, quod indigenæ memorant, Amithaone natus,
Prœtidas attonitas postquam per carmen & herbas
Eripuit furiis; purgamina mentis in illas
Misit aquas: odiumque meri permansit in undis.
Huic fluit effectu dispar Lyncestius amnis,
Quem quicunque parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, quam si mera vina bibisset.
Est locus Arcadiæ (Pheneon dixêre priores)

Ambi-

320. Æthiopesque.] *Lacus quidam in Æthiopia epoti furorem inducunt aut vesternum.* Farn. *Æthiopesque lacus.*] Porphyrius, de Styge, memorabile quid memorat de aqua probationis apud Indos: ubi reus, ad examen iturus aquæ adductus, ex eo vel absolvitur vel damnatur. λίμνη λεγομένη δοκιμαστική.

321. *Mirum gravitate soporem.*] Periphrasis est Lethargi. *R.* Solinus c. 32. etiam lacum in Æthiopia dicit esse, quo perfusa corpora velut oleo nitescant. *Micyl.*

322. Clitorio.] *Vinum tadio venire iis qui ex Clitorio lacu biberint, scribit Plin. l. 32. c. 2. est autem lacus ille Arcadiæ in Peloponneso. Vitruvius lib. 8. refert epigramma in eandem sententiam, fontis apidi inscriptum. Prati autem filias (suasque laborantes Melanthus Amithaonis filius sana menti restituit. morbique ἀποταθέρματα in fontem conjecit; ut Pœtæ dicere.* Farn.

325. *Amythaone natus.*] Melampus medicus, qui Prœti Argivorum regis filias quatuor putantes se vaccas esse eo furore liberavit, quem ipsis Juno, ut scribit Pherecydes, ut alii, Venus, immiserat, quod illa se pulchriores esse jactarent.

326. *Prœtidas.*] Prœti Argivorum regis filias, quarum nomina sunt hæc, Mera, Eurvale, Lysippe, & Iphianassa, quam quidem Melampus parte regni acceptâ, posteaquam illas curavit, uxorem accepit. *R.*

329. *Hinc fluit.*] *Huic* ex castigationibus scriptis. *Heinsius.* Hinc fluit.] *Lynceftis aqua, in Macedonia, vini modo temulentos facit, inquit Plin. lib. 2. cap. 103.*

332. *Est lacus Arcadiæ, Pheneum dixere priores.*] *Phanon* multi veteres, vel *Phenon.* tres *Pheneon.* bene. Præterea *locus Arcadiæ* cum prim. Gronov. tert. Medic. Ubin. & sex aliis legendum. sic lib. III. Pont.

Est locus in Scythiâ: Tauros dixere priores.

Pheneos quoque Catullo, Virgilio, ac Statio est. ut omittam Græcos. Nullum novi in Arcadia lacum *Pheneon:* oppidum ejus nominis habeo notum (unde *Phenei mœnia* apud Maronem libro VIII.) cujus in vicinia fons ex præruptis saxis stillare dicatur. ejus aquam, ψυχρὸν ὕδωρ dictam, certis temporibus esse lethiferam. Nocte tamen esse noxiam nemo, quod sciam, præter Nationem prodidit. Sed hæc fusius in Commentario nostro discutiemus. Emenda interim in transcursu Lucanum libro III.

Ambiguis ſuſpectus aquis. quas nocte timeto:
Nocte nocent potæ. ſine noxâ luce bibuntur.
Sic alias aliaſque lacus & flumina vires
Concipiunt. tempuſque fuit, quo navit in undis,
Nunc ſedet Ortygie. timuit concurſibus Argo
Undarum ſparſas Symplegadas eliſarum;
Quæ nunc immotæ perſtant, ventiſque reſiſtunt.
Nec, quæ ſulfureis ardet fornacibus, Ætne
Ignea ſemper erit: neque enim fuit ignea ſemper.
Nam ſive eſt animal tellus, & vivit, habetque
Spiramenta locis flammam exhalantia multis;
Spirandi mutare vias, quotieſque movetur,
Has finire poteſt, illas aperire cavernas:
Sive leves imis venti cohibentur in antris;
Saxaque cum ſaxis, & habentem ſemina flammæ
Materiem jactant, ea concipit ictibus ignem;
Antra relinquentur ſedatis frigida ventis:
Sive bitumineæ rapiunt incendia vires,

Lu-

Et Phenei qui rura colunt, quorumque labore
Theſſalus Æſoniam vomer proſcindit Iolcon.

ubi *Penei rura* perperam legitur. Arcadiam intelligit. *Æſoniam* quoque *Iolcon* repoſuimus pro *Hæmonia*. ſic *Meleagream Calydona* dixit. l. VI. & *Cinyream Cypron* lib. VII. *Hæmoniam Iolcon* ſupervacuo epitheto & otioſo appellat, cum τὸ *vomer Theſſalus* ſatis deſignet de Theſſalia agi. *Heinſ.* Eſt lacus.] *Lacum hunc Arcades Styga vocant, inquit Pauſanias in Arcadicis. vide & Plinium l. 4. cap. 6.*

335. Sic alias.] *De inſ. Delo erratica, ſupra lib. 6. verſ. 186. & ad 3. Æn. Virgil. De Cyaneis inſſ. vide qua ad 63. verſ. lib. 7. & quæ ad Senecæ Medeam verſ. 341. & ad Hercul. Fur. verſ. 1212. Hom. Odyſſ. μ. Pindar. Pyth. 4. Ode, Apollon. Argonaut. lib. 2.* Farn.

336. *Tempuſque fuit quo navit in undis.*] Ortygia inſula, quæ & Delos vocatur, ut ſuperius diximus, fluitare ſolebat,

337. *Timuit concurſibus Argo.*] Symplegades inſulæ ſunt, quæ & Cyaneæ dicuntur, contra Boſphorum Thracium, quæ à poëtis olim concurriſſe fingebantur, quoniam (ut inquit Plinius) parvo diſcretæ intervallo ex adverſo immanibus geminæ eſſe videntur, paululumque deflexa acie coëuntium ſpeciem præbebant.

340. Nec quæ.] *Præter Poëtas a me citatos in* Indice Poëtico *tit.* Ætna. *Lucretium, Virgilium, Claudianum, & ex Ariſtotelem libro de Mundo. Sen. ep. 79. Plin. lib. 3. cap. 8. Solin. cap. 11. Strab. 6. lib. adfert Noſter tres ignis cauſas. 1. ab animali ſpiritu; 2. a venis incluſi; 3. à bitumine & ſulphure.* Fas. *Ætna.*] *Ætne* Bernegger. Thuan. Prondel. & duo alii. ut alibi ſæpe. Heinſius.

347. *Materiam.*] *Materiem* codices. *Idem.*

Luteave exiguis areſcunt ſulfura fumis;
Nempe ubi terra cibos alimentaque pinguia flammæ
Non dabit, abſumtis per longum viribus ævum,
Naturæque ſuum nutrimen deerit edaci;
Non feret illa famem: deſertaque deſeret ignes.
Eſſe viros fama eſt in Hyperboreâ Pallene;
Qui ſoleant levibus velari corpora plumis;
Cum Tritoniacam novies ſubiêre paludem.
Haud equidem credo: ſparſæ quoque membra veneno
Exercere artes Scythides memorantur eaſdem.
Si qua fides rebus tamen eſt addenda probatis;
Nonne vides, quæcunque morâ fluidove calore
Corpora tabuerint, in parva animalia verti?
I quoque, delectos mactatos obrue tauros;

Co-

351. *Luteave exiguis areſcunt ſulfura fumis.*] Puto *aſſiduis fumis*, vel *irriguis*. Idem.

356. Eſſe viros.] *Herodotus in Melpomene, pennas has interpretatur nives. & Plin. lib. 2. cap. 12. Mox, inquit, Riphæi montes, aſſiduo nivis caſu, pinnarum ſimilitudine, Pterophoros appellata regio, &c.* Farn.

359. Sparſæ.] *Adi auctores à me citatos ad verſ. 200. & 223. lib. 7. quin & Pamphile fit bbbe. 3. Met. Apuleji.*

360. *Scythides.*] Scythicæ mulieres, quæ ſe in aves, ut noſtratium quædam in feles mutare dicuntur.

361. *Fides rebus tamen eſt addenda probatis.*] *Adhibenda* Neapol. unus Reg. & unus Moreti. probe. Auſon. Ep. XII. *Si qua fides falſis unquam eſt adhibenda poëtis.*

mox pro *ſtimulo calore* malim *vapore*. atque ita unus Palat. *Heinſ.* Si qua fides.] Μάλιστα μὲν γὰρ. *Ariſtas inventum.* 1. *Faſtorum. Columella lib. 9. cap. 14. Varro lib. 3. R. R. cap. 16. citat illud Archelai; βοὸς θθιμένης πεπτομένα τέκνα. Plin. lib. 11. cap. 20. apes in totum amiſſas reparari ajunt ventribus bubulis recentibus cum ſimo obrutis: ſicut Virgilius 4. Georgic. juvencorum corpore examinato.* Farn.

363. *Tabuerint.*] Corrupta fuerint.

364. *I quoque delectos mactatos obrue tauros.*] Verſus mendoſiſſimus. Videamus diverſas lectiones. *His quoque delectos* Thuan. *In quoque dilectos* Neapol. *Hos quoque dilectos* Bernegger. *I tam delectos* Urbin. *I quoque dilectos* Cantabr. prior Hamburg. & viginti circiter alii. tres, *Dis quoque delectos*, quatuor, *Hinc quoque*. Arondel. & tres alii, *Hos quoque*. unus Sixii *Huic*. alius *Is*. quatt. Medic. *Hic*. unus meus *Inque delectos*. *Hic quoque dejectos* unus Gronov. *I quoque dilecto* prim. Palat. veterrimus, vel, *Dis. I quoque delecto* unus Medic. *I nunc quoque delectos* unus Vatic. *I quoque delectas* Junian. *In quoque dilecto* fragm. Boxhorn. unus Ciofani, *dejectos*. Grævianus *Hinc quoque dilectos*. Puto ſcribendum eſſe,

I ſcrobe delecto mactatos obrue tauros.

vel *delectâ*. eſt enim communis generis ſcrobs. nam in Thuanco optimo eſt *His quoque*. Nihil equidem evcſtigare poſſum, quod propius accedat ad ſcripturam veterem. An *ſcrobe repleto?* ut apud Virgil.

 —*ſcro-*

Cognita res uſu : de putri viſcere paſſim
Florilegæ naſcuntur apes. quæ more parentum
Rura colunt : operique favent ; in ſpemque laborant.
Preſſus humo bellator equus crabronis origo eſt.
Concava littoreo ſi demas brachia cancro ;
Cætera ſuppoſnas terræ ; de parte ſepulta
Scorpius exibit : caudâque minabitur uncâ.
Quæque ſolent canis frondes intexere filis
Agreſtes tineæ, (res obſervata colonis,
Ferali mutant cum papilione figuram)
Semina limus habet virides generantia ranas :
Et generat truncas pedibus. mox apta natando
Crura dat. utque eadem ſint longis ſaltibus apta ;
Poſterior partes ſuperat menſura priores.
Nec catulus partu, quem reddidit urſa recenti,
Sed male viva caro eſt. lambendo mater in artus
Fingit : & in formam, quantam capit ipſa, reducit.
Nonne vides, quos cera tegit ſexangula, fœtus
Melliferarum apium ſine membris corpora naſci,
Et ſeroſque pedes, ſeraſque aſſumere pennas?
Junonis volucrem, quæ caudâ ſidera portat

Armi-

——*ſcrobibus ſuperatur terra repletis.* Heinſ.

366. *Naſcuntur apes.*] Decem antiqui *naſcentur.* & tum fortaſſis poſtea legendum ſit,

——*quæ*
Rura colant, operique vacent, in ſpemque laborent.

Idem.

367. *Rura colunt.*] Nam in agris è floribus ſorem legentes vetſantur. *In ſpem* futuri & mellis & novi examinis *R.*

368. Preſſus.] *Equorum corpore veſpas atque crabrones.* Ἵππων μὲν σφῆκες γονεὰ, μόσχων δὲ μέλισσαι. *Varro l. 3. R. R. c. 16.*

372. Quæque.] *Inde vermiculus parvus, & triduo eruca ; rupto deinde cortice volat papilio. Plin. lib. 11. cap. 32.* Farn.

Canis filis.] *Cæcis.* Thuan. prim. Bonon. *albis* prim. Mollet. & duo alii, *ſilvis* meus. *Heinſ.*

379. Nec catulus.] *Urſarum fœtus naſci informes, lambendo figurari ſcribunt auctores non ultimi commentis. Falſum id eſſe, oculatus contrarii teſtis aſſerunt Dalecampius ad 36. cap. lib. 8. Plin. hiſt. Quem reddidit.*] Malim *quod reddidit.* Heinſ.

382. Nonne.] *Servio, quod ſine pedum naſcantur, nomen habere dicuntur, quaſi ἄποδες. Scaligero vero lib. 4. de L. L. c. 94. ab opere.* παρὰ τὸ ἄπτειν. *Farn.*

385. Junonis volucrem. &c.] *Pavones qui in tutela Junonis habentur, item anguis Jovis, columbaque Veneris, & cætera volucres ex media parte ovi, qui vitellus vocatur, videntur naſci.* Lact.

386. Or-

Armigerumque Jovis, Gythereïadaſque columbas,
Et genus omne avium, mediis è partibus ovi
Ni ſciret fieri, fieri quis poſſe putaret?
Sunt qui, cum clauſo putrefacta eſt ſpina ſepulchro,
Mutari credant humanas angue medullas.
Hæc tamen ex aliis ducunt primordia rebus:
Una eſt, quæ reparet, ſeque ipſa reſeminet, ales.
Aſſyrii Phœnica vocant. non fruge, neque herbis,
Sed thuris lacrymis, & ſucco vivit amomi.
Hæc ubi quinque ſuæ complevit ſecula vitæ,
Ilicis in ramis, tremulæve cacumine palmæ,

Un-

386. *Cythereïdaſque.*] Ne claudicet verſus, lege *Cythereïadaſque* cum Cantabrig. & quart. Medic. paulo ante, pro *Et ſeroſque pedes*, bene unus Moret. *Mox ſeroſque pedes.* Heinſ.

388. *Quis naſci poſſe putaret.*] *Quis fieri* unus Moreti. concinnâ repetitione. *Idem.*

389. Sunt qui.] *Anguem ex medulla hominis ſpinæ gigni, accepimus à multis. Plin. lib. 10. cap. 66. circa ſepulchra itaque vivuntur.*

391. Hæc.] *Præter Claudianum & alios mox citatos* in Indice meo Poëtico *tit.* Phœnix, *lege Tac. Annal. lib. 5. Æl. l. 2. c. 58. Pier. hieroglyph. l. 20. Geſnerum, Olios. Phœnicem jactant Indi, avem unicum, neſcio an fabuloſe, inquit Plin. l. 10. cap. 2. Soli ſacram, vivere annos 660. cadaque thuriſque ſurculis nidum conſtruere & perfremori. ex oſſibus & medullis ejus naſci primo vermiculum, inde fieri pullum, &c. juſta patri reddere, totum nidum deferre propè Anchoriam, in Solis urbem, & in ara ibi ponere, &c.* Farn. *Ex aliis generis principia ducunt.*] *Ex aliis ducunt primordia rebus.* bene unus Leidenſis. neque item Oxon. quart. Medic. Thuan. & dein alii. niſi quod in iis,

——— *rebus primordia ducunt.*

Heinſ.

393. *Aſſyrii Phœnica vocant.*] *Aquilam narratur magnitudine, auri fulgore circa colla lucens, cætera purpureus, cæruleam roſeis caudam pennis diſtinguentibus, caputque plumeo apice honeſtante:* Plin. lib. 10. c. 2. 1. Cæſar etiam mentionem ejus facit. ſed nemo unquam vidit veſcentem.

394. *Et ſucco vivit amomi.*] Salmaſius ad Solinum p. 1070. *ſicco amomo.* quomodo & ego in uno Mediceo inveni. ſed nihil mutandum nam ex ſicco amomo quid alimenti Phœnix colligeret? amomum intelligit nondum ſiccatum. ſic Lucanus lib. x.

Advectumque recens vicina meſſis amomum.

Nec felicius ibidem in carmine Lactantii de Phœnice pro, *auramque procul ſpirantis amomi*, reponit idem Salmaſius *uvamque*; atqui *aura amomi* pro ipſo amomo ponitur, *aura* pro *odore*, quem exhalat amomum. ſic *Coricii aura croci* apud Martialem. Claudianus de Phœnice,

——— *& nectare dulcior aura*
Oſſa nigrantis Nili ſeptena vaporat.

Priſcianus in Periegeſi,

Cinnama præterea jucundæ naribus auræ.

pingues ab ovilibus auræ apud Virgil. *& odori ſulphuris aura* apud Statium. & *halantes ſulphuris auræ* Lucretio. exempla plura ſunt in promptu. Sed hoc οἰκ ἐν παροδῷ. Heinſ.

Unguibus & pando nidum ſibi conſtruit ore.
Quo ſimul ac caſias, & nardi lenis ariſtas
Quaſſaque cum fulvâ ſubſtravit cinnama myrrhâ;
Se ſuper imponit: finitque in odoribus ævum.
Inde ferunt, totidem qui vivere debeat annos,
Corpore de patrio parvum Phœnica renaſci.
Cum dedit huic ætas vires; onerique ferendo eſt;
[Ponderibus nidi ramos levat arboris altæ:]
Fertque pius cunaſque ſuas, patriumque ſepulchrum;
Perque leves auras Hyperionis urbe potitus,
Ante fores ſacras Hyperionis ædè reponit.
Si tamen eſt aliquid miræ novitatis in iſtis;
Alternare vices, & quæ modo fœmina tergo
Paſſa marem eſt, nunc eſſe marem miremur hyænam.
Id quoque, quod ventis animal nutritur & aurâ,
Protinus aſſimulat tactu quoſcunque colores.

Victa

397. *Duro nidum ſibi conſtruit ore.*] *Tò duro* non arridet. plerique veteres *puro* pri. Gronov. & unus Baſil. & Noricus, *pando*. bene. ſic de apro lib. x. . *Protinus excuſſit pando venabula roſtro. panda cornua* lib. x. vſ. 270. ex vetuſtis cod cibus, & *panda aratra* paſſim alibi. *Idem*.

398. *Nardi lenis ariſtas.*] *Lavis* pri. Palat. pri. Vatican. pri. Baſil. & Oxon. cum aliis viginti. Gloſſa interlinearis alterius Erfurtani, *id eſt redolentis*, ut *nardi halantis* forte ſit ſcribendum. quomodo apud Lucretium lib. 11.

Et nardi flores, nectar qui naribus halat.

pro *Quaſſaque cinnama* duo Medicei *Craſſaque*. unus Baſil. *Caſiaque* alter Hamberg. *Caſſaque*, ut ξυλοκιννάμωμον intelligatur. quod maximo in pretio. cortex Cinnamomo detractus, ſic *caſſa canna*. Vide Notas Faſt. VI. verſ. 406. *Idem*.

404. *Ponderibus nidi ramos levat arboris altæ.*] *Aptus tunc nidum ramis levat* B. Wegger. Cantabrig. Arondel. & ſex alii. totidem *Eſt aptus nidum*. Verſus hic adulterinus eſt. Metuo ne & proxime præcedens & tres ſequentes hæc ex aliena manu ſint inculcati, ita duodecim verſibus, totam de Phœnice hiſtoriam Naſo abſolverit.

406. *Hyperionis urbe.*] Templo Solis, quod in urbe ſolis eſt, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 9. *R.*

408. Si tamen eſt aliquid miræ, &c. *Hyænis utramque eſſe naturam anni a ternis credit vulgus; Ariſtoteles negat, quit Plin. l. 8. c. 30. Tales, inquit Solinus ſunt Tiroloji ambigue de graviſſimis rebus pronunciantes & docentes, &c.* Fam.

410. *Hyænam.*] *Hyænem* pri. Groſſ. & Junian. *hyænen* Arondel. Græcum nomen ὑαίνα eſt. *Heinſ.*

411. Id quoque.] *Chamæleon cum quo tangit refert colorem, rubrum candidumque excipit Plutarchus Lib. de quo Plin. lib. 8. cap. 33. Terent. Varro. Lucilius. Pierius lib. 27. Alciat. emblem. 13.*

412. *Protinus aſſimulat, tactu quoſcunque colores.*] *Aſſimulat tactu* pri. Baſil. quart. Medic. prim. Bonon & duodecim, recte. nonnulli & *aſſimulat*. Heinſ.

413. Victa

Victa racemifero lyncas dedit India Baccho:
E quibus (ut memorant) quidquid vesica remisit,
Vertitur in lapides; & congelat aëre tacto.
Sic & curalium, quo primum contigit auras
Tempore, durescit: mollis fuit herba sub undis.
Deseret ante dies; & in alto Phœbus anhelos
Æquore tinget equos; quam consequar omnia dictis
In species translata novas. sic tempore verti
Cernimus, atque illas assumere robora gentes;
Concidere has. sic magna fuit censuque virisque,
Perque decem potuit tantum dare sanguinis annos,
Nunc humilis veteres tantummodo Troja ruinas,
Et pro divitiis tumulos ostendit avorum.
[Clara fuit Sparte: magnæ viguere Mycenæ:
Nec

413. Victa.] *Ex urina lyncis, lapis lyncurius.* Farn.

414. *Quicquid vesica remisit.*] Omnis urina lyncum. *R.*

416. *Coralium.*] Prim. Palat. veterrimus & Calandræ codex *curalium.* bene. prim. Vatican. *caralium.* quatuor alii *corallum.* Vide Notas lib. IV. vs. 748. *Heinf.* Sic & Coralium.] *Ut ante lib. 4. vers. 744. Farn.*

418. *Desinet.*] *Desinat* malim & *tingat*, quomodo Voss. unus, & unus Argentinus pro diversa lectione, vetustiores tamen *Deseret.* Virgilius lib. 1. magni operis,

Si vacet annales nostrorum audire laborum,
Ante diem clauso componet vesper Olympo.

ubi *componat* nonnulli codices. pro & in *alto aquore* Cantabrig. *in imo.* Forte,

—— *& Ibero Phœbus anhelos*
Æquore tinget equos.

Heins.

420. *Sic omnia verti.*] Tò *omnia* proximo versu præcesserat. *tempora* prim. Vatican. prim. Gronov. quart. Medic. & decem alii, idque in postrema editione expressit Naugerius. sed mutationes temporum jam fuse supra percensuimus. Lege, *sic tempore verti, gentes* nimirum. deinde pro *alias gentes* prim. sec. Palat. prim. Vatican. prim. Gronov. quart. Medic. aliique plurimi *illas*, bene. quod respondet τῷ *has.* Idem.

426. *Clara fuit Sparte.*] Hic versus cum sequenti in Vatic. margini erat adscriptus. qui illos sequitur, omnino est expungendus, cum ex hoc versu promanarit. quid enim opus bis Spartæ meminisse? Certe libri veteres ex his quinque versibus modo hunc modo illum non agnoscunt. Ego omnes tollendos esse censeo. In eo enim artificium Poëtæ imprimis consistit, ut perpetuo orationis filo mutationem rerum omnium tanquam concatenatam pertexat; nunc in eo occupatur, ut ex ruinis Trojæ Romam prodiisse demonstret. Inopportuna igitur, ut quæ maxime, Spartes, Mycenarum, Athenarumque ac Thebes hic inculcatur mentio. Adde quod in postremis duobus versibus bis occurrit *nomina* & *nomen*, qualia nusquam committit Noster, nisi librariorum oscitantium culpa. Denique Athenas nil nisi nomen fuisse Pythagoræ ætate falsissimum est, quæ tum florebant unice. Sed de repetitione τῶ *nomen* culpa amovebitur, si cum Bernegg. & altero Strozæ re-

Nec non Cecropiæ; nec non Amphionis arces.
Vile ſolum Sparte eſt: altæ cecidere Mycenæ.
Oedipodioniæ quid ſunt niſi fabula Thebæ?
Quid Pandioniæ reſtant niſi nomen Athenæ?]
Nunc quoque Dardaniam fama eſt conſurgere Romam:
Appenninigenæ quæ proxima Tibridis undis
Mole ſub ingenti rerum fundamina ponit.
Hæc igitur formam creſcendo mutat; & olim
Immenſi caput orbis erit. ſic dicere vates,
Faticinaſque ferunt ſortes: quantumque recordor,
Priamides Helenus flenti, dubioque ſalutis,
Dixerat Æneæ, cum res Trojana labaret.
Nate Deâ, ſi nota ſatis præſagia noſtræ
Mentis habes; non tota cadet de ſoſpite Troja.
Flamma tibi ferrumque dabunt iter. ibis; & unà
Perga-

repones.

——*quid ſunt niſi fabula Thebæ?*

ut apud Statium Theb. x.

Et mentita diu Thebani fabula muri.

Lucanus lib. VII.

——*tunc omne Latinum*
Fabula nomen erit.

verſu denique ſecundo pro *Nec non & Cecropis*, bene unus Voſſ. *Nec non Cecropiæ.* nam primam in *Cecropis* nuſquam corripuit Naſo. *Idem. Clara.*] Lacedæmon, Mycenæ, Athenæ, ab Amphione conditæ Thebæ, Oedipodæ regnatæ, urbes quondam florentiſſimæ, nunc proſtratæ & diutæ, urbium cadavera projecta jacent, ut Sulpicius, epiſt. 5. lib. 4. ad Ciceronem. *Farn.*

427. *Amphionis arces.*] Thebæ ab Amphione amplificatæ. *R.*

428 *Altæ Mycenæ cecidere.*] *Altæ* propter ædificiorum celſitatem: aut famam & gloriam: ſicut *alta mœnia Romæ*, 1. Æneid. *Pont.*

429. *Oedipodioniæ Thebæ.*] Ubi Oedipus regnavit: ut Pandioniæ Athenæ, ubi Pandion. *Nec non & Cecropis.*] Athenæ, quarum auctor fuit Cecrops. *R.*

FAB XLIII. *Virg.* Nunc quoque Dardaniam fama eſt conſurgere Romam. &c.] *Numa Pompilius propter conſuetudinem rerum, a populo Romano in regnum eſt receptus, cujus præcepta cum ad cultum hæc ſunt. Quæcumque naſcuntur creſcendo & ſeneſcendo transmutari in diſſimiles ſpecies, & poſt obitum ſic conſurgere, ut aut in terram abeant quæ corporea ſint, aut in aëra, quæ ſpiritus continere videntur. Parva Helenus Priami filius refert Æneæ urbis conditæ poſitionem.*

431. *Dardaniam.*] A Dardaniis conditam Romam, quam alluit Tybris ex Apennino medio profluens. *Farn.*

436. *Quantumque.*] Fictionem prædictionis hujus appolite imputat *ἐπιτηδεύσει* ſuæ Pythagoras, qui ſe temporibus Trojanis Euphorbum fuiſſe dixit. ſed vide quæ Æneæ Helenus. Virg. 3. Æneid. *F.*

437. *Priamides Helenus.*] Priami filius. Fuit autem vates optimus. *Lact.*

438. *Dixerat Æneæ.*] Huic verſui die præponendus, *Priamides Helenus*, ex fide unius mei & unius Medicei. *Farn. Res Trojana.*] Sic Enn. *Res Romana.* Imperium & opes. Virg. 3. *Res Afra.* ſic & Res publica, & res familiaris *Imperium, Italiam, Venerem, cur mea natat res.*

444. Ter-

Digitized by Google

Pergama rapta feres: donec Trojæque tibique
Externum patrio contingat amicius arvum.
Urbem & jam cerno Phrygios debere nepotes;
Quanta nec eſt, nec erit, nec viſa prioribus annis.
Hanc alii proceres per ſæcula longa potentem,
Sed dominam rerum de ſanguine natus Iüli
Efficiet. quo, cum tellus erit uſa, fruentur
Æthereæ ſedes: cælumque erit exitus illi.
Hæc Helenum ceciniſſe Penatigero Æneæ,
Mente memor refero: cognataque mœnia lætor
Creſcere; & utiliter Phrygibus viciſſe Pelaſgos.
Ne tamen oblitis ad metam tendere longè
Exſpatiemur equis; cælum, & quodcunque ſub illo eſt,
Immutat formas, telluſque, & quidquid in illâ eſt.
Nos quoque pars mundi, (quoniam non corpora ſolum,
Verum etiam volucres animæ ſumus, inque ferinas
Poſſumus ire domos, pecudumque in pectora condi)
Corpora, quæ poſſint animas habuiſſe parentum,

Aut

444. *Urbem etiam cerno Phrygios debere nepotes.*] *Et jam*, ut in Faſtis Carmenta vaticinans,

Et jam Dardanias tangent hæc littora puppes.

Nec ſatis arridet Tò *debere*. Quid ſi Noſter ſcripſit?

Urbe & jam cerno Phrygios ſe efferre nepotes,
Quanta nec eſt, nec erit.

Heinſ.

446. *Per ſecula longa.*] Per ſeptingentos annos. *Lact. Proceres.*] Reges, Conſules, alii toga & ſago clari.

447. *Iüli.*] Octavius Auguſtus Julii Cæſ. adoptione filius, qui maternum genus ad Aſcanium, qui & Iulus, Æneæ filium referebat.

450. *Penatigero.*] Repete quæ ex Æliano adnotavimus ad vſ. 625. *Farn. Penatigero Æneæ.*] Penates gerenti, quos Æneas ex Phrygia in Italiam deſulit.

452 *Utiliter.*] Jactura utique Phrygibus utili, utpote in bonum cedente, è Trojæ cineribus Roma, urbium principe & orbis capite, renata. *Farn. Utiliter Phrygibus viciſſe Pelaſgos.*]

Quei nec Dardaniis campis potuere perire:
Nec quom capta capei, nec quom combuſta cremari.

Ennius 14. Annal. Quod Virgil. 7. Æn. expolivit.

——— *Num Sigæis occumbere campis,*
Num capti potuere capi, num incenſa cremavit
Troja viros?

Hæc eſt illa recidiva Troja: quæ poſt caſum reſtituta. *Trojæ renaſcens fortuna.* Horat. Carm. l. 3. Od. 3. Παλιγγενεσία. Sic Gallus, *Recidiva voluptas.* Quæ poſt intervallum redit. Silius, lib. 4. *Gens recidiva Phrygum.* Enn. ann. 1. *In Roma Troja revixti.* Lucan. 9. ——*grata vice mœnia reddent Auſonidæ Phrygibus, Romanaque Pergama ſurgent.*

459. *Quæ poſſint.*] *Quæ poſſint.* prim. Reg. & unus meus. *Heinſ.*

Digitized by Google

Aut fratrum, aut aliquo junctorum fœdere nobis,
Aut hominum certè, tuta esse & honesta sinamus:
Neve Thyestêis cumulemur viscera mensis.
Quàm male consuescit, quàm se parat ille cruori
Impius humano; vituli qui guttura cultro
Rumpit; & immotas præbet mugitibus aures!
Aut qui vagitus similes puerilibus hædum
Edentem jugulare potest; aut alite vesci,
Cui dedit ipse cibos! quantum est, quod desit in istis
Ad plenum facinus! quò transitus inde paratur!
Bos aret; aut mortem senioribus imputet annis:
Horriferum contra Borean ovis arma ministret.
Ubera dent saturæ manibus pressanda capellæ.
Retia cum pedicis, laqueosque arteque dolosas
Tollite: nec volucrem viscatâ fallite virgâ:
Nec formidatis cervos eludite pennis:

Nec

462. *Cumulemus viscera.*] *Cumulemur* eleganti Græcismo primus Palatinus inter vetustissimos, unus Leid. & Græv. *cumulentur.* Idem.

464. *Guttura cultro.*] *Ferro* vetustiores. *Idem.*

465. *Immotas aures.*] Nulla misericordia motas.

469. *Quam transitus inde paratur.*] *Qua paratus* pri. Reg. & Langerm. *quis transitus* prim. Vatic. prim. Gronov. & multi alii. sec. Medic. *quid. qui paratur* pri. Hamburg. & duo alii *quo transitus inde paratur* prim. Erfurt. & prim. Ambros. recte. *paratur* alii etiam plurimi. *Heinf.*

474. *Nec volucres.*] *Volucrem* ex plerisque scriptis. *Idem.*

475. *Nec formidatis cervos includite pennis.*] *Illudite* prim. Palat. Cantabr. tert. Medic. Urbin. Neapol. Thuan. pri. Erfurt. uterque Hamburg. prim. Moret. aliique complures. *eludite* pri. Ambros. sed frustra. sic Noster Fast. v.

——*pro Libycis clauduntur rete leanis*
Imbelles capreæ.

Lucanus similiter lib. VI. *feras indagine claudere.* Vide plura nostri Vitii Notis ad Gratii vs. XLIX. primæ ac secundæ curæ. apud Senecam tamen Hippolyto scribe,

Picta rubenti linea penna
Vano ludat terrore feras.

nam veterrimus Medicens *cludat*, vulgati *claudat.* Cæterum *pinnis* in Nasone reponendum. ita enim Gratius ac Nemesianus passim. Ausonius Ep. V.

An cum fratre vagos damnea per avia cervos
Circumdas maculis & multa indagine pinna?

inde *pinnatum instrumentum in fine adhibendas feras* Servio Æn. XII. & lemma in antiquo codice Gratii *De venandis aucupiendis.* ita & apud Virgilium bis locge veterrimi duo codices, alter Medicæus, Vaticanus alter, literis uncialibus scripti, *Punicea formidine pinna* Georg. III. & apud Lucanum scripta exemplaria. pro *formidatis* plurimi codices *formidantes.* Forte, *formidandis.* Idem.

475. *Nec formidatis pennis.*] Ad pennas referatur, non enim ingenitas intelligit poeta, sed revera pennas, quas

Ne

Nec celate cibis uncos fallacibus hamos.
Perdite, ſiqua nocent. verum hæc quoque perdite tantum.
Ora vacent epulis: alimentaque congrua carpant.
Talibus atque aliis inſtructo pectore dictis
In patriam remeaſſe ferunt; ultroque petitum
Accepiſſe Numam populi Latialis habenas.
Conjuge qui felix Nympha, ducibusque Camœnis,
Sacrificos docuit ritus; gentemque feroci
Aſſuetam bello pacis traduxit ad artes.
Quem, poſtquam ſenior regnumque ævumque peregit,
Exſtinctum Latiæque nurus, populuſque, Patreſque,
Deflevêre Numam. nam conjux urbe relictâ
Vallis Aricinæ denſis latet abdita ſilvis:

Sa-

plerumque puniceis, interdum etiam odoratis, ſolebant venatores perterrefacere cervos eaque loca, intra quæ cervi verſarentur, circumdare. Hinc Virgilius quoque de cervis loquens tertio Georg. dixit, *Hos non immiſſis canibus, non caſſibus ullis, Puniceæve agitant pavidos formidine penna.* Micyl. *Formidatis*] Formidinibus, id eſt, lineis quibus plumæ verſicolores intertextæ, exdemque uſtulatæ ſuſpenduntur, quæ cervos viſu & odore territos in veras plagas impellant.

478. *Alimentaque congrua.*] *Mitia* omnes præter prim. Vatic. & quinque alios. quomodo Noſter ſæpe alibi. nil muto tamen. Memini enim *congruam ſermonem* quoque apud Plautum occurrere. *Heinſ.*

FAB. XLIV. *Arg.* Talibus atque aliis, &c.] *Ægeria poſt mortem mariti Numæ in vallem Aricinam ſe contulit lugens.* Lact.

479. *Inſtructo.*] Vide quæ adnotavi ad 7. v. hujus lib. Sunt tamen qui alium à Samio Pythagora, Lacedæmonium ſcil. fuiſſe Numæ σύγχρονον autument, quem in Italia exulantem audiverit.

480. *Utroque.*] De imperio Numæ delato, religione & pace ab eo inſtitutis, Ægeria nympha, &c. conſulendi hiſtorici, Livius, Dionyſius, Plutarchus, alii, Virgil. 6. Æneid. *Farn. Remeaſſe.*] Rediiſſe.

482. *Conjuge qui felix nympha.*] Ægeria nympha Numæ Pompilii fuit uxor, quæ poſt viri interitum urbe relicta in ſylvas abiit, ac tandem miſeratione Deorum in fontem fingitur converſa. *Ducibuſque Camœnis.*] Autoribus Muſis. Nam omnia quæcunque Numa ſtatuebat ad Ægeriæ nymphæ, Camœnarum autoritatem, referebat.

484. *Ad artes.*] Ad Deorum religionem, & jura & leges & mores colendos.

485. *Qui poſtquam ſenior.*] *Quem* Cantabrig. ſed tum poſtea pro *Deflevere Numam* refinge *Deflevere virum*, nam Τὸ *Numam*, quod paulo ante præceſſerat, aut ex gloſſemate interlineari irrepſit, aut ex geminata perperam ſequenti voce *nam* conflatum eſt. *Heinſ. Qui poſtquam ſenior*] Numa cum tres & quadraginta regnaſſet annos, periit.

488. *Vallis Aricina*] Aricia urbs eſt Latii haud longe ab urbe Roma diſtans. *Raph.*

489. *Ora-*

Digitized by Google

Sacraque Oreſtêæ gemitu queſtuque Dianæ
Impedit. ah quoties Nymphæ nemoriſque lacûſque,
Ne faceret, monuêre; & conſolantia verba
Dixere! ah quoties flenti Theſeïus heros,
Siſte modum, dixit: neque enim fortuna querenda
Sola tua eſt. ſimiles aliorum reſpice caſus:
Mitius iſta feres. utinamque exempla dolentem,
Non mea te poſſent relevare! ſed & mea poſſunt.
Fando aliquem Hippolytum veſtras (puto) contigit aures,

Cre-

489. *Oreſtea Diana.*] Dicit ritum quo ante humano ſanguine ſacrificabatur deæ, poſtea à Lycurgo ſublatum, & pro eo inſtitutum, ut adoleſcentes verberibus in eadem ara cæderentur, unde poſtea *βρεμωνιαται* appellati, qui ſufferendis pluribus verberum ictibus viciſſent. De qua re Serv. annotavit in 7. Æneid. Sed hic Dianæ ſimulachrum principio in Italiam, inde rurſum in Laconiam deportatum dicit. Sed de hac re copioſe Pauſanias in Laconicis. *Micyl. Oreſtea.*] Diana Scythicæ ſimulachrum & ſacra ex Taurica in Italiam tuliſſe fertur Oreſtes cum Iphigenia ſorore, & in nemore Aricino ſtatuiſſe. vide Lil. Gyrald. Syntag. 12. & Lactant. lib. 1. cap. 21. *Farn.*

492. *Dixerunt! quoties flenti Theſeïus heros Siſte modum, dixit!*] *Dixerunt! ah quoties* Barberin. Lege, *Dixere! ah quoties.* Deinde pro *Siſte modum*, quod Latinum vix eſt, repono, *Sit modus ó, dixit.* Certe Zulichemianus *Siſte modo.* Valerius Flaccus libro IV. vſ. 485.

Teque, ait, injuſti quæ nunc premis ira Tonantis,
Ante precor, noſtræ tandem jam parce ſenectæ.
Sit modus. & fore credo equidem. nam veſtra voluntas
Quid, juvenes, ſine pace Deûm?

ſic ſcribendi iſti verſus. Paulo poſt apud eundem repone,

Sic ait, & ſatis jam jam cedentibus omnes
Impulit, & dira commovit imagine pœna.

bene etiam unus Voſſianus, *ſtendi.*

——*ah quoties, ſtendi, Theſeïus heros,*
Sit modus, ó, dixit.

Art. Am. 11.

Sit modus exilio, dixit, juſtiſſime Minos.

Heinſ. *Theſeius.*] Hippolytus Theſeïlius, vitæ ab Æſculapio reſtitutus & templo Dianæ in Aricina ſylva præfectus, ut infra. *Farn.*

494. *Sola tua eſt.*] *Sola tibi eſt* prim. Moret. & duo alii. *Heinſius.*

FAB. XLV. *Arg.* Fando aliquem Hippolytum.] *Hippolytus cum propter novercalia odium pulſus eſſet patria, & Trœzena proficiſceretur, ex improviſo mari elatus taurus, ſicut parens optaverat, gravſſimum ei objecit timorem: itaque exſterratis equis, ipſe diſtractus interiit. Quem Æſculapius Diana voluntate, cujus unus comes fuerat, reduxit ad ſuperos. Hinc ab eadem dea evocatus in nemus Aricinum, mortalitatem exuit. Converſo itaque nomine, Deus* Vitbius *eſt nominatus.* Lact.

497. *Fando aliquem Hippolytum veſtras ſi contigit aures.*] *Veſtras quoque* pri. Palat. pri. Vatic. tert. quart. Medic. Calandr. & viginti circiter alii. *veſtras pace* Urbin. Bernegg Oxon. Arondel. prim. Grotov. Noricus, & alii ſex. probe. *Fando:* Vargiliana imitatione.

Fando aliquid ſi forte tuas pervenit ad aures
Belidæ nomen Palamedis.

quomodo ille & exteri Epici ſæpe. Valerius Flaccus lib. v. 473.

Si fando hic aliquam noſtro ſatus orte ſolebat

Tro-

Digitized by Google

Credulitate patris, sceleratæ fraude novercæ
Occubuisse neci. mirabere, vixque probabo:
Sed tamen ille ego sum. me Pasiphaëia quondam
Tentatum frustra, patrium temerasse cubile
Quod voluit, finxit voluisse: & crimine verso,]
Indiciine metu magis, offensâne repulsæ,)
Arguit: immeritumque pater projecit ab urbe;
Hostilique caput prece detestatur euntis.

Pit-

Thessaliam, si quos Phryxus memorare Pelasgos.
Si quando perperam nunc ibi exstat. ex quo loco apparet, etiam in Virgilio *aliquod nomen* reponi debere, quomodo in onge vetustissimo Mediceo codice exaratum offendi. Silius libro x.

——*si Porsena fando*
Auditus tibi, si Cocles, si Lydia castra.

hinc *fatu turpe*. quomodo *dictu turpe* in Priapeis Epigrammate XXXIII.

Turpe quidem fatu, sed ne tentigine rumpar,
Falce manu positâ fiet amica manus.

ta enim vetus codex, qui penes me exat. Vulgati *Turpe quidem factu.* sic apud Maronem *haud mollia fatu* libro XI. Æn. Heins.

498. *Credulitate patris.*] Thesei, qui nimium facile credidit Phædræ uxori privignum accusanti. R. *Credulitate.*] Fabula notissima, ut notior sit, legendum argumentum Hippolyti apud Euripidem & Senecam, adeoque ipsæ tragœdiæ. *Sceleratæ & fraude.*] Τὸ & non agnoscunt plurimi ex vetustioribus. & abest rectius. *Heinsius.*

500. *Pasiphaëia.*] Phædra, Pasiphaës & Minois filia, uxor Thesei, Hippolyti noverca. *Farn.*

502. *Quod voluit finxit voluisse, & crimine verso.*] Versus importune huc insulcatus à sciolo. multi veteres,

Quod voluit voluisse infelix crimine verso.

alii aliter. pro *temerare* prim. Gronov. prim. Basil. & multi alii. *temerasse.* pro *Tentatum* pri. Vatic. tert. Medic. & tres alii *Tentavit.* Forte, *Tentato.* ut concurrum vitet quarti casus. pro *Pasiphaëia quondam*, Scaliger *me quondam Pasiphaëa.* male. nam *Pasiphaëia* eadem cum *Pasiphaë.* ut *Calliope, Calliopius, Hippodame, Hippodamia.* Si quid mutandum sit, refingam, *Me Pasiphaëidi quondam.* vel *Pasiphaëius olim.* mox,

Indiciine metu magis offensane repulsa

ex melioribus scribe, & *dubium est* subintellige. Videantur quæ notavi ad Epist. Medeæ, vs. 149. Nisi Τὸ *magis* obreptit in locum τῶ *dubium.* cujusmodi errores alibi quoque commissos hic illic deprehendi. Poteſt etiam *Arguit* pro *Arguit* reponi. ut ad Theseum referatur.

Arcuit, immeritumque pater projecit ab urbe.

vel,

Arcuit, emeritumque nihil pater ejicit urbe.

nam pri. Vatic. *immeritumque nihil.* De *emerendi* verbo hac significatione alibi plura notamus. sic *emirari* pro *mirari* apud Horat. lib. I. Odyss. v. Reliqui fere codices,

Damnavit meritumque nihil pater ejicit urbe.

quibus cave accedas. Τὸ *Arguit* potest etiam ferri quod in *damnavit* mutarunt, qui parum intelligebant ad Phædram hoc debere referri, non ad Hippolyti parentem. *Heins. Et crimine verso.*] In me subaudiatur.

503. *Offensave.*] *Eruhuit nempe hac, seu fastidita repulsa.* Juven. 10. Sat. de eadem Phædra. *Farn.*

505. *Hostili prece.*] Imprecatione hosti conveniente, non patri. Theseus enim Nep tunum patrem precatus est, ut Hippolytus filius discerperetur. *Hostilique.*] Ex

Pitthêan profugo curru Trœzena petebam;
Jamque Corinthiaci carpebam littora ponti;
Cum mare ſurrexit: cumuluſque immanis aquarum
In montis ſpeciem curvari, & creſcere viſus;
Et dare mugitus; ſummoque cacumine findi.
Corniger hinc taurus ruptis expellitur undis,
Pectoribuſque tenus molles erectus in auras,
Naribus & patulo partem maris evomit ore.
Corda pavent comitum. mihi mens interrita manſit,
Exſiliis contenta ſuis. cum colla feroces
Ad freta convertunt, arrectiſque auribus horrent
Quadrupedes; monſtrique metu turbantur; & altis
Præcipitant currum ſcopulis. ego ducere vanâ
Fræna manu, ſpumis albentibus oblita, luctor:
Et retro lentas tendo reſupinus habenas.
Nec vires tamen has rabies ſuperaſſet equorum;
Nî rota, perpetuum qua circumvertitur axem,

Sti-

Ex tribus optatis, inquit Cic. 1. Off. hoc erat ultimum, quod de Hippolyti interitu iratus optavit. Ὦ θεοὶ, Ποσειδῶν, εἰς ἀὶ ἦσθ' ἐμὸς πατὴρ, Ὀρθῶς ἂν ἐπάσας τῶν ἐμῶν κατευγμάτων. & Senec. Hippol. vſ. 940. *Hoſtili prece.*]

Preces ſuprema Theſei gnatum opprimunt,
Quales in hoſtis potius inciderent caput.
Δῶρα πατρὸς σὰ Ποσειδῶν' πικρά.

Eurip. in Hippol. Adi Horat. Carm. 4. Od. 7.

506. *Pittheam.*] *Pitthean* prim. Palat. pri. Reg. & octo alii. ut ſupra vſ. 296. *Heinſ. Pittheam.*] Trœzena urbem Peloponneſi, ubi educatus fuerat Hippolytus à Pittheo rege. *Farn.*

515. *Tum colla feroces.*] *Cum* ex ſcriptis pleriſque. pro *exiliis contenta ſuis* excerpta Calandræ *exilii ſui* uſus ſecundi caſus elegans eſt in ſimilibus. quart. Mediceus & unus Leidenſis, *Exiliis intenta.* ut in Triſtibus:

Mens intenta ſuis ne foret uſque malis.
Heinſ.

516. *Erectiſque auribus horrent.*] *Arrectiſque* major ſcriptorum pars. & recte. nam *erectus* paulo ante præceſſerat. ita apud Virgil.

Auribus arrectis nocturna ſilentia tendit.

& alibi de equo, *arrectaſque impulit aures.* malo etiam *harent* quam *horrent*, ut bis idem dicat. pro *metu turbantur* ſcr. Vatic. & duo Mediceí *terrentur.* ut Fuld. vi. in eadem narratione.

Attoniti terrentur equi.

Epiſt. prima,

Hic lacer admiſſos terruit Hector equos.

Idem.

518. *Altis ſcopulis.*] Per alta ſaxa. *Ego ducere vana.*] Ego, inquit, fruſtra conor retrahere frena ſpumis infecta. *Vana manu.*] Infirma. R.

522. *Perpetuum axem.*] Continuum. *Qua circumvertitur axem.*] Lege cum uno meo & Sixiano. alius mens *circumvolvitur* pri. ſec. Pal. Cantab. Oxon. Urbin. Berneg. pri. Reg. pri. Erfurt. aliique plurimi. Prudentius contra Symmach.

Emi-

Digitized by Google

stipitis occursu fracta ac disjecta fuisset.
Excutior curru : lorisque tenentibus artus
Viscera viva trahi, nervos in stirpe teneri,
Membra rapi partim, partim reprensa relinqui,
Ossa gravem dare fracta sonum, fessamque videres
Exhalari animam; nullasque in corpore partes,
Noscere quas posses : unumque erat omnia vulnus.
Num potes, aut audes cladi componere nostræ,
Nympha, tuam? vidi quoque luce carentia regna:
Et lacerum fovi Phlegethontide corpus in undâ.
Nec, nisi Apollineæ valido medicamine prolis,
Reddita vita foret. quam postquam fortibus herbis
Atque ope Pæoniâ, Dite indignante, recepi;
Tum mihi, ne præsens augerem muneris hujus
Invidiam, densas objecit Cynthia nubes:
Utque forem tutus; possemque impune videri;
Addidit ætatem : nec cognoscenda reliquit
Ora mihi. Cretenque diu dubitavit habendam
Traderet, an Delon. Delo Cretâque relictis

Hic

Emicat ac volucri fervens rota volvitur axe. circumflectitur Juret. Heins.

525. *Nervos in stirpe teneri.*] *In stipe* sec. Vatic. Roxhorn. & unus meus. Puto *vepre.* Seneca Hippol.

——*inde semanimem secant*
Virgulta, acutis asperi vepres rubis.
Idem.

526. *Partim reprensa relinqui.*] *Deprensa* legit Delrius ad Hippolytum Senecæ. Sed vulgata, quam & libri veteres agnoscunt, non est sollicitanda. reprendere enim est proprie ex fuga retrahere. Vide Notas lib. XIII. 235. *Idem.*

528. *Exhalare animam.*] *Exhalari.* cum plerisque scriptis. *Idem.*

529. *Unumque.*] *Omnia plenis Membra fluunt venis : totum est pro vulnere corpus,* Lucan. 9. lib. 814. vs. *Farn.*

532. *Et lacerum fovi.*]Et corpus, inquit, laniatum in ardentissima Phlegethontis aqua lavi. R.

533. *Apollineæ prolis.*] Æsculapii Apollinis filii. Adi Virg. 7. Æn. vs. 765. *Namque ferunt famæ Hippolytum*, &c. & Lactantium lib. 1. cap. 10. *Farn.*

535. *Pæonia.*] Medica. Pæan nomen medici apud Hom. à quo curatus Pluto, quin & Pæan, Apollo medicinæ inventor. *Indignante.*] Minui sibi imperium, violari regni fœdera, vitæ restitutis qui interierant. *Farn.*

536. *Ne præsens augerem muneris hujus Invidiam.*] Hoc est, ne si in Græcia viverem, Athenienium in me invidiam concitarem, à Diana fui occultatus. R.

537. *Cynthia.*] Diana. ut Apollo Cynthius; à Cyntho monte Deli, ubi nati. *Farn.*

539. *Addidit ætatem.*] Me natu majorem effecit, quam essem cum ab equis fui dilaceratus.

541. *Delo Cretaque.*] *Creteque* Thuan. & alii octo. quanquam sextum casum, quo Græci carent, in nominibus Grajis La-

Hic posuit: nomenque simul, quod possit equorum
Admonuisse, jubet deponere: Quique fuisti
Hippolytus, dixit, nunc idem Virbius esto.
Hoc nemus inde colo. de Disque minoribus unus
Numine sub dominæ lateo: atque accensor illi.
Non tamen Egeriæ luctus aliena levare
Damna valent: montisque jacens radicibus imis
Liquitur in lacrymas: donec pietate dolentis
Mota soror Phœbi gelidum de corpore fontem
Fecit; & æternas artus tenuavit in undas.
At nymphas tetigit nova res: & Amazone natus
Haud aliter stupuit: quam cum Tyrrhenus arator
Fatalem glebam mediis aspexit in arvis,

Sponte

Latina enuntiatione sæpe Latini efferunt, sic ab Anchisa, ab Laërta, ab Atrida. *Heins.*

542. *Hic posuit.*] In Latio juxta Ariciam. *R.*

544. *Nunc idem Virbius esto.*] Virbius dictus est Hippolytus, quod bis vir fuisse videtur, & antequam ab equis fuit laceratus, & postquam vitæ fuit restitutus.

546. *Numine sub dominæ*] Dianæ, quæ juxta Ariciam templum habebat. Dianæ autem *Virbius* additur, perinde ut Veneri Adonis, Minervæ Erichthonius, Matri deûm Attys, &c. *R. Atque assentior illi.*] *Acceptior* Thuan. Aroud. Juret. sec. Palat. quart. Medic. & sedecim alii. *accersior* Bernegger. & Junian. & duo alii. vel *accerceor.* duo item *assentio.* Arondel. pro diversa lectione *accensior.* Grævianus *assensor.* Scribe *accensor.* atque ita pri. Strozzæ, unus Leidens. & unus Ambros. eleganti & proprio verbo, quod etiam Nasoni redonavimus Met. III. vs. 691. Statius Theb. IX.

Ad cineres saltem supremaque justa tuorum
Save veni; non his solum accensere nepotem.

ita scribo. vulgati *hic.* ut ab *accendere* derivetur. *Heins.*

FAB. XLVI. *Arg.* Non tamen, &c.] *Ægeria nympha Numæ Pompilii conjunx quæ post viri interitum cum se in nemus Aricinum contulisset, ibi quæstu assiduo dirâ casura viri, fatigans Dianam ejus regnos incolam assiduo fletu, novissime lacryma eius ab eadem Dea transmutata fuit in fontem, qui ex ejus nomine nuncupatur Ægeria. Lact.*

548. *Radicibus imis.*] Malim *imi montis.* Heins.

551. *Tenuavit.*] In tenues aquas transmutavit. *R.*

FAB. XLVII. *Arg.* At nymphas, &c.] *Cum in Tyrrhenia, quæ etiam Tuscia dicta est, quidam arator justum opus in loco redderet, presso vomere glebam ejus in pondera ferri excitavit; cujus dum motione premeretur, animadvertit eam in speciem pueri esse transmutatam, qui Herus eorum lingua Tages vocatus nomine, scientiam invenit.* Lact.

553. *Tyrrhenus.*] Thusco cuidam arranti, emersit subito è terra sub vomere pressa puer, cui inde nomen indrum Tages. is Etruscos aruspicinam docuit. Cic. 2. lib. de Divinatione. Lucan. 1. lib. vs. 636. Marcellin. l. 21. Arnobius lib. secundo, Crinitus lib. 10. cap. 7. & 16. lib. cap. 1. Gyrald. Syntagm. 1. obscurum hunc aliquem, Terræ filium, & quasi ex gleba Theologum interpretatur Sabinus. *Farn.*

554. *Fatalem glebam.*] In qua fata & fura-

Digitized by Google

ponte suâ primum, nulloque agitante, moveri:
umere mox hominis, terræque amittere formam;
Oraque venturis aperire recentia fatis.
ndigenæ dixêre Tagen: qui primus Etruscam
Edocuit gentem casus aperire futuros.
Jtve Palatinis hærentem collibus olim,
Cum subito vidit frondescere Romulus hastam;
Quæ radice nova, non ferro stabat adacto:
Et jam non telum, sed lenti viminis arbor,
Non exspectatas dabat admirantibus umbras.
Aut sua flumineâ cum vidit Cipus in undâ
Cornua, (vidit enim) falsamque in imagine credens
Esse fidem, digitis ad frontem sæpe relatis,
Quæ vidit, tetigit. nec jam sua lumina damnans
Restitit, ut victor domito remeabat ab hoste.

Ad

iturorum præscientia continebantur. *Motis aspexit in arvis.*] Plurimi veteres *mediis.* recte. quia *moveri* sequitur. alioquin *mota terra* pro arata. Noster lib. III.

——*motaque jubet supponere terræ*
Vipereos dentes.

Ovid. lib. I. Eleg. IX.

Experiar mota spargere semen humo.

Virgil.

——*primusque per artem*
Movit agros.

lic & alibi tam ille quam Noster. *Heins.*

557. *Ora recentia.*] Ora nuper ex terræ gleba figurata. *Venturis fatis.*] Nam Tages primus omnium haruspicinæ disciplinam Tuscis tradidit. *R.*

FAB. XLVIII. *Arg.* Utque Palatinis, &c.] *Romulus Martis & Iliæ filius, cum venaretur, ex monte Aventino persequens aprum fugientem, jaculum jecit: quod cum protinus in colle Palatino hæserit, loco ejus montis scala facta; cujus ima pars specu adeo depressa terræ est, & comprehensa radicibus; effectum est novissime ut in arborem cornum incremento conversa sit.* Lact.

560. *Utque Palatinis.*] *Utve* veteres plerique. *Heins.*

561. *Frondescere.*] Meminit hujus lanceæ corneæ Plutarchus in vita Romuli.

quod prodigium significavit, statum imperii Romani armis fore florentem. *F.*

563. *Lenti viminis.*] Flexibilis virgæ. Cornus enim arbor ramos admodum flexibiles habet.

564. *Non expectatas.*] Puto *Haud expectatas.* nam *non* bis præcesserat. *Heinsius.*

FAB. XLIX. *Arg.* Cippus in unda.] *Genito Cippo Pratori paludato portam egresso, in capite subito veluti cornua emersêre, inquit Valerius Max. lib. 5. cap. 6. responsumque est eum regem fore, si in urbem revertisset. quod ne accideret, voluntarium ac perpetuum sibimet indixit exilium.* Farn.

565. *Cippus.*] Vetusti codices magna ex parte *Cypus* vel *Cipus. Genucius Cipus* est Valerio Maximo lib. V. cap. VI. ita enim membranæ nomen illud exhibent. ut & apud Plin. l. XI. cap. XXXVII. exstant apud me denarii argentei, cum hac inscriptione, M. CIPI. M. F. unde Cipiam gentem Fulvius Ursinus, vir de literis inter primos optime meritus, conflavit, perperam ut puto, cum ejus nulla apud antiquos exstet mentio. *Heinsius.*

569. *Victor domito veniebat ab hoste.*] *Remeabat* prim. & tert. Moret. Zulich. & unus Bonon. ut apud Virgilium.

Ad cælumque oculos, & eodem brachia tollens,
Quicquid, ait, Superi, monſtro portenditur iſto,
Seu lætum eſt, Patriæ lætum, populoque Quirini;
Sive minax, mihi ſit. viridique è ceſpite factas
Placat odoratis herboſas ignibus aras:
Vinaque dat pateris: mactatarumque bidentum,
Quid ſibi ſignificent, trepidantia conſulit exta.
Quæ ſimul inſpexit Tyrrhenæ gentis haruſpex;
Magna quidem rerum molimina vidit in illis;
Non manifeſta tamen. cum verò ſuſtulit acre
A pecudis fibris ad Cipi cornua lumen;
Rex, ait, ô ſalve: tibi enim, tibi, Cipe, tuiſque
Hic locus & Latiæ parebunt cornibus arces.
Tu modo rumpe moram: portaſque intrare patentes
Appropera: ſic fata jubent. namque Urbe receptus
Rex

Si patrios unquam remeaſſem victor ad Argos.

&c,

—— patriam remeabo inglorius urbem.

Val. Flaccus lib. IV.

Proxima regna Lyci, remeat qui victor ab oris

Bebrycii.

Lucanus lib. II.

Et Scythicis victor remeaſſet Craſſus ab oris.

lib. III,

Tecta petit patria. proh! ſi remeaſſet in urbem

Gallorum tantum populis Arctoque ſubacta.

Silius lib. III.

—— laceros Tirynthius artus

Dum remeat victor, lacrymis perfudit.

ſic & alii paſſim. *Idem.*

570. *Et eodem cornua tollens.*] *Brachia* Oxon. Polit. & ſex aut ſeptem alii recte, ut puto. *cornua* hic importune ab arguto aliquo nugatore inculcata ſunt. l. XI.

Ad cælumque manus & ſplendida brachia tollens.

ita paſſim Noſter. *Idem.*

572. *Seu lætum eſt aliquid, patria populoque Quirini.*] Scripti maxima ex parte,

Seu lætum eſt, patria lætum populoque Quirini.

ne dubita, quin vere. *populo Quirini* etiam unus ex meis. *Idem.*

576. *Quid ſibi.*] Vide quæ nos ad L. Lucani vſ. 617. *Farn.*

577. *Quæ ſimul aſpexit.*] *Inſpexit* cum prim. Bonon. Servius Æneid. IV. *Haruſpices proprie exta conſulere dicuntur, cum inſpiciunt.* hinc *inſpicia extorum.* apud Noſtrum ipſum ſupra Pythagoras,

Protinus ereptas vivens pectore fibras
Inſpicit, & ſcrutatur, & omina dira notatas
Illis.

Juvenalis Sat. III.

—— rapuram viſcera mappam
Inſpexi.

exempla plurima ſunt in promptu, *aperire avem* formula auguralis apud Servium ad vſ. 375. lib. III. Æneid. unde & *auſpicia* ſint dicta. *Heinſ. Tyrrhenæ gentis haruſpex.*] Accitos ex Etruria auſpices ad luſtrationes & prodigia procuranda, quin ex Romanorum principum filiis tradi ſex in diſciplinam ſagæ Etruriæ populis, notum ex Cicer. I. lib. de Divinatione. *Farn.*

583. *Tu modo rumpe moras.*] *Moram* Thuan. *Heinſ.*

587. *Pro-*

Digitized by Google

Rex eris; & ſceptro tutus potiêre perenni. 585
Rettulit ille pedem: torvamque à mœnibus Urbis
Avertens faciem, Procul, ah procul omina, dixit,
Talia Dî pellant: multoque ego juſtius ævum
Exſul agam; quam me videant Capitolia regem.
Dixit: & extemplo populumque gravemque Senatum
Convocat. ante tamen pacali cornua lauro
Velat: & aggeribus factis à milite forti
Inſiſtit: priſcoque Deos è more precatus,
En, ait, hic unus, quem vos ni pellitis urbe,
Rex erit. is qui ſit, ſigno, non nomine, dicam. 595
Cornua fronte gerit. quem vobis indicat augur,
Si Romam intrarit, famularia jura daturum.
Ille quidem potuit portas irrumpere apertas;
Sed nos obſtitimus: quamvis conjunctior illo
Nemo mihi eſt. vos Urbe virum prohibete, Quirites;
Vel, ſi dignus erit, gravibus vincite catenis:
Aut finite metum fatalis morte tyranni.
Qualia ſuccinctis, ubi trux inſibilat Eurus,
Murmura pinetis fiunt; aut qualia fluctus

Æquo-

587. *Procul ô.*] *Procul ah* veteres plerique. *Idem.*

591. *Ante tamen capitis nova cornua fronde Velat.*] *Ante tamen pacali cornua lauro Velat* prim. ſec. Palat. tert. Medic. Cantabr. Urbin. Neap. prim. Reg. pri. Erfurt. uterque Hamburg. aliique plurimi. recte. niſi quod in nonnullis *placali*. ſic *oleam pacalem* lib. VI. dixit, & *pacales flammas* in Faſtis l. I. Plinius l. XV. c. XXX. de lauro, *Ipſa pacifera, ut quam pretendi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium.* & mox, poſtquam docuit eâ faſces Imperatorum decorari, eamque in gremio Jovis Capitolini deponi, *Non quia perpetuo viret*, inquit, *nec quia pacifera eſt, præferenda ei utroque olea, ſed quia ſpectatiſſima in monte Parnaſſo.* Ibidem docet ſuffimentum eam eſſe cadis hoſtium & purgationem, ex Maſſurio. Statius Theb. XII.

Pacifera lauro crinem vittiſque decorus
Accubat.

Noſter lib. IV. Faſt.

Venit Apollinea longas Concordia lauro
Nexa comas. Idem.

Cornua.] Coronam regium geſtamen à cornu dictum volunt, ut habet Pierius lib. 41. Hieroglyph. quem adi. Bacchus cur cornutus fuerit dictus, vide quæ nos ad Senecæ Hippolytum vſ. 753. atque ibidem de Moſis facie cornuta ſeu radiata. Cornua, inquit Plinius, quadrupedum generi tantum data. Actæonem enim, & Cippum, etiam in Latina hiſtoria fabuloſos reor, l. II. c. 73. *Farn.*

593. *Priſcoſque Deos de more.*] *E more* veteres. Scribe cum nonnullis antiquis, *priſcoque Deos è more.* Faſtis:

Flamen ad hæc priſco more Dialis erat.

Heinſ.

594. *Eſt ait hic unus.*] *En ait* Thuan. & quinque aut ſex alii. *ni pellitis* idem Thuan. & Cantabr. pro *niſi*. Idem.

604. *Succinctis pinetis.*] *Peliacis* unus

Digitized by Google

Æquorei faciunt, ſi quis procul audiat illos;
Tale ſonat populus. ſed per confuſa frementis
Verba tamen vulgi vox eminet una, Quis ille?
Et ſpectant frontes: prædictaque cornua quærunt.
Rurſus ad hos Cipus, Quem poſcitis, inquit, habetis:
Et demtâ capiti populo prohibente coronâ
Exhibuit gemino præſignia tempora cornu.
Demiſere oculos omnes; gemitumque dedêre:
Atque illud meritis clarum (quis credere poſſit?)
Inviti videre caput: nec honore carere
Ulterius paſſi, feſtam impoſuêre coronam.
At proceres, quoniam muros intrare vetaris,
Ruris honorati tantum tibi, Cipe, dedêre,
Quantum depreſſo ſubjectis bubus aratro
Complecti poſſes ad finem Solis ab ortu.
Cornuaque æratis miram referentia formam
Poſtibus inſculpunt, longum manſura per ævum.
Pandite nunc, Muſæ, præſentia numina vatum,

(Sci-

Leid. eleganter. Sed nec vulgatum damno. lib. x.

Et ſuccincta comas hirſutaque vertice pinus.

Zulich. non male *ſubſtrictis*. quomodo *ſubſtricta ilia* libro III. de cane, & *ſubſtricta crura* lib. XI. de mergo ave. *Idem.*

618. *Bobus.*] *Bubus.* prim. Palat. prim. Vatican. Urbin. Neapol. Bernegger. Agondel. & ſex alii. *Idem.*

620. *Auratis poſtibus inſculpunt.*] Urbin. à manu ſecunda *æratis*. quomodo & margo Gryphianæ editionis. neque aliter ad Val. Maximum Pighius & Colerus. ab æreis enim poſtibus *Rauduſcula* ea porta eſt dicta. apud Valerium lib. v. cap. VI. legendum, *capitis effigies aurea, qua exceſſerat, porta inſculpta eſt*, non *incluſa*. & paulo ante, *in capite ejus ſubito veluti cornua erepſerunt*, non *emerſerunt*. nam vetuſti codices plerique *erexerunt*. Idem. *Æratis.*] *Auratis*, habent ſcripti & cuſi codices. prætulerim tamen *æratis*; ductus ratione & fide hiſtoriæ, quam habes apud Valer. Maxim. lib. 5. cap. 6. Cujus teſtandæ rei gratia, capitis (Cippi) effigies æreæ portæ, qua exceſſerat, incluſa eſt, dictaque Rauduſcolana; quod olim Rauda æra dicebantur. Idem Feſtus, & Varro. *Farn.*

FAB. L. *Arg.* Pandite nunc &c.] *Gravis peſtilentia Romanis cœpit incidiſſe. & maxima trepidatio urbem terruit. per legatos oraculum Apollinis conſultum eſt. ex quo reſponſum, ut Æſculapium Epidauro acciverent, nobiliſſimique legati cum ſimulachrum Dei patrium ad Epidaurios miſiſſent, ſtupentibus admiratione, Dium draconem verſus per medium Epidaurium lapſus navem legatorum conſcendit, cum quibus vectus, Romam ut delatus eſt, inſulam Tyberis ingreſſus eſt, ibique ſe corpore occultat, qui locus draconis vocatur.* Lact.

622. *Pandite.*] *Pandite nunc Helicona Deæ, cantuſque movete*, &c. mox, *Et meminiſtis enim Divæ*, &c. Virg. 7. Æneid. uterque ex illo Hom. 2. Iliad. Ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι, &c. *Farn.*

624. *O-*

(Scitis enim, nec vos fallit ſpatioſa vetuſtas)
Unde Coroniden circumflua Tibridis alveo
Inſula Romuleæ ſacris adſciverit urbis.
Dira lues quondam Latias vitiaverat auras.
Pallidaque exſangui ſquallebant corpora tabo.
Funeribus feſſi poſtquam mortalia cernunt
Tentamenta nihil, nihil artes poſſe medentum;

Au-

624. *Coroniden.*] Æſculapium, Coronei nepotem, Apollinis ex Coronide filium. qui enim prodeunt ſecto matris utero, huic, utpote medicinæ Deo, ſacri ſunt lib. 2. vſ. 647. *Circumflua Tibridis alti.*] Non eſt Latinum. nam *circumflua Tibride* erat dicendum. ut apud Valer. Flaccum lib. v.

Urbs erat hic contra, gemino circumflua ponto.

Silius lib. 1.

Inſula quos genuit Graio circumflua ponto.

Scripſerat Naſo, ſi genius ejus mihi perſpectus eſt, *Tibridis alveo.* Certe in prim. Vatic. prim. Ambroſ. Neap. & duobus Mediceis, *undis.* ſed *alveo* verius. Noſter ipſe lib. v. Faſt.

Tibris arundiferum medio caput extulit alveo.

Virgil. lib. VII.

——— *optato conduntur Tibridis alveo.*

& initio ejuſdem libri de eodem Tibri,

Aſſueta ripis volucres & fluminis alveo
Æthera mulcebant cantu.

& mox,

——— *claſſes infectæ Tibridis alveo.*

ita enim ſcripti nonnulli. non *undam.* Claudianus Conſ. Olybrii.

Eſt in Romuleo procumbens inſula Tibri,
Qua medius geminas interfluit alveus urbes. Heinſ.

625. *Sacris adjecerit urbis.*] Scripti maxima ex parte *acceſſerit*, vel *arceſſerit*, vel *accerſerit.* unus *accenſerit.* *accriverit* prim. Bonon. unus meus *aſciverit.* Scribe, *adſciverit.* Di indigetes vel indigenæ adſcititiis opponebantur. quomodo *nativus & adſcitus lepor* apud auctorem vitæ Pomponii Attici. appoſite Prudentius libro 11. contra Symmachum.

Cernis ut antiqui ſemper veſtigia moris
Greſſibus incertis varie titubaſſe probentur
Adſciſcendo deos majoribus incompertos?
Seque peregrina ſub religione dicaſſe?
Nec vitus ſervaſſe ſuos? quodcunque ſacrorum eſt,
Exulat, externumque inimicam venit in urbem.

Pont. IV. El. IX.

Tu certe ſcis hoc ſuperis adſcire videſque
Cæſar.

Cicero de Aruſpicum Reſponſis, *Sacra ista majoris noſtri ex Phrygia adſcita Roma collocaverunt.* & Verrina VII. *Quarum acra Pop. Romanus adſcita & accepta tanta religione tuetur.* Gratius initio Cyneget.

Adſcitaque tuo comites ſub numine Divæ
Centum omnes nemorum.

ita locus mendoſiſſimus ſcribendus. Vulgati,

Adſcivere tuo comites ſub nomine divæ.

vetus codex Thuan. *Adſciſuere. Sub numine.* ut Hippolytus ſupra,

Numine ſub domina latet.

Idem.

626. *Dira lues.*] Æſculapium Epidauro accitum Romam, amoliendæ peſtilitatis gratia, refert Liv. 10. dec. 1. lib. & 9. dec. lib. 3. Aur. Victor cap. 22. Val. Max. lib. 1. cap. 8. *Farn.*

627. *Squallebant corpora morbo.*] *Tabo* Thuan. & decem alii. rectius. ut apud Virgil. de peſte,

Corrupitque lacus, infecit pabula tabo.

& ,

In ſtabulis turpi dilapſa cadavera tabo.

Heinſ.

Auxilium cæleſte petunt: mediamque tenentes
Orbis humum Delphos adeunt oracula Phœbi:
Utque ſalutiferâ miſeris ſuccurrere rebus
Sorte velit, tantæque urbis mala finiat, orant.
Et locus, & laurus, &, quas habet illa, pharetræ,
Intremuêre ſimul: cortinaque reddidit imo
Hanc adyto vocem; pavefactaque pectora movit:
Quod petis hinc, propiore loco, Romane, petiſſes;
Et pete nunc propiore loco. nec Apolline vobis,
Qui minuat luctus, opus eſt; ſed Apolline nato.

Ite

630. *Mediamque tenentis.*] *Tenentes* Pri. Palat. prim. Vatican. tert. & quart. Medic. prim. Baſil. Thuan. Urbin. Neapol. & alii plurimi. bene Noſter ipſe, libro x.

——— *& orbe*
In medio poſiti canuerunt præſide Delphi.

hinc *orbis umbilicus* dicti in Priapeis. Nonnus Dionyſ. libro 11.

——— μεσόμφαλον ὄξεσι βάϊσιν
Δίλφοι ἀνιδρύσαντα μετήρχεο τίμιτα Πυθῆς. *Idem.*

Mediamque.] Parnaſſum montem, ſub quo Delphi opp. Apollinis oraculo clari, umbilicum orbis ſtatuunt. Strabo lib. 9. Lucan. l. 5. verſ. 71. Claudian. præfat. ad Manlii Theodori conſulatum. *Farn.*

634. *Et locus & laurus & quas habet ipſe pharetras.*] *Pharetra* Arondel. prim. Reg. Neapol. prim. Baſil. pri. Gronov. & alii viginti. pro *ipſe* nonnulli *ille*. pri. Palat. Hamburg. alter, & unus Medic. *ipſa illa pharetras* Cantabrig. & prim. Baſil. *ipſa pharetra* Urbin. Scribe, *& laurus, &, quas habet illa, pharetra.* Met. 1. ipſe Phœbus ad laurum,

——— *ſemper habebunt,*
Te coma, te citharæ, te noſtra, laure, pharetra. Heinſ.

635. *Cortinaque reddidit imo.*] Phœbus in cortina exiſtens. *Raph. Cortinam* poëtæ pro tripode uſurpant, unde oracula dabantur, ſive ea menſa fuit, ut quibuſdam videtur, ſive alia quædam machina, tribus pedibus ſeu fulcris innixa, qua conſcenſa, & numine afflata Pythias, vaticinari ſolebat. Proprie tamen *cortina* vas dicitur tripes, ſive lebes, cujuſmodi olim in templo Delphici Apollinis dedicari ſolebant, quibus & Delphicarum nomen inde factum. Plin. lib. 24. cap. 3. de uſu & varia ſignificatione ejus vocis, ad ſatietatem uſque annotavit Cælius libro octavo, capite decimoquinto. Illud autem hoc loco addendum, ὄλμον vocatum eam partem tripodis, in qua Pythias ſive vates ſedere ſolebat, ut eſt in Commentariis Ariſtophanis. unde & Apollo ἐπ' ὄλμου à Sophocle alibi dicitur. Quod eo proſtimum pertinet, ſi quis forte propter ſimilitudinem τοῦ ὄλμου & cortinæ, alterum per alterum poëtas ſignificare voluiſſe exiſtimet. *Micyl. Cortinaque.*] Occiſo Pythone tripodis cuſtode, inquit Jul. Scaliger, oraculum ſuum fecit. Cujus cœtio obductus tripus, inde etiam cortina fuit appellatus. vide quæ nos ad Virg. 3. Æneid. *& mugire adytis cortina reclusis.* & ad Senecæ Oedip. vſ. 33. & ad Lucan. l. 5. verſ. 81. *Farn.*

636. *Corpora movit.*] *Pectora* codiciores magno numero. bene. *Heinſ.*

637. *Propiore.*] A Roma tamen brevior eſt navigatio per Corinthiacum ſinum Delphos, quam ad Epidaurum & Peloponneſos, ut recte H. Glareanus. Sed λοξίας Apollo, interdum & vates ipſius. *Farn.*

639. *Sed Apolline nato.*] Æſculapio Apollinis filio.

642. Sum

Ite bonis avibus: prolemque arceſſite noſtram.
Juſſa Dei prudens poſtquam accepêre Senatus;
Quam colat, explorant, juvenis Phœbeïus urbem:
Quique petant ventis Epidauria littora mittunt.
Quæ ſimul incurvâ miſſi tetigêre carinâ;
Concilium Graioſque patres adiêre: darentque
Oravêre Deum; qui præſens funera gentis
Finiat Auſoniæ. certas ita dicere ſortes.
Diſſidet, & variat ſententia: parſque negandum
Non putat auxilium; multi renuêre, ſuamque
Non emittere opem, nec numina tradere ſuadent.
Dum dubitant; ſeram pepulêre crepuſcula lucem:
[Umbraque telluris tenebras induxerat orbi:]
Cum deus in ſomnis opifer conſiſtere viſus
Ante tuum, Romane, torum; ſed qualis in æde
Eſſe ſolet: baculumque tenens agreſte ſiniſtrâ,
Cæſariem longæ dextra deducere barbæ:
Et placido tales emittere pectore voces:
Pone metus: veniam; ſimulacraque noſtra relinquam.
Hunc modo ſerpentem, baculum qui nexibus ambit,
Per-

642. *Quam colat explorat.*] *Explorant* caſtigatiores. *Heinſ.*

643. *Epidauria littora.*] Epidaurus, quæ & Epitaurus appellatur (ut Strabo ait) urbs eſt Saronico ſinui adjacens, quæ & Miliſſia & Hæmera olim fuit dicta, templo Æſculapii maxime inſignis.

647. *Certas ita dicere ſortes.*] Multi veteres *certant addicere*, aliaque lectionum diverſarum monſtra. Sed nihil eſſe mutandum jam ad Claudianum monui. Hygin. Fab. CIX. *quid ita ſortes dixiſſent.* Heinſ.

649. *Multi retinere.*] *Tenuere* unus Moreti. alius pro diverſa lectione *remmere.* quomodo pri. Baſil. & unus Voſſ. bene. Vide Notas lib. IX. verſ. 506. *Idem.*

650. *Non emittere.*] *Amittere* Oxon. quart. Medic. Arondel. & ſeptem alii. *admittere* pri. Gronov. & duo præterea. totidem *dimittere.* prim. Baſil. & duo alii. nil muto. *Idem.*

652. *Umbraque telluris tenebras induxerat orbi.*] Hic denuo verſus frigiditate ſua ſatis prodit auctorem à Naſonis elegantia longe diverſum. *Idem.*

653. *Opifer.*] Τίτυον Ἀνσυνίας ἀμφὶ μέσον γαῖαν Ἀσκλαπιὸν, ἄρσεν παντοδαπᾶν ἀλεξητῆρα νόσων. Pindar. Pyth. 3.

655. *Baculumque.*] Æſculapio prout medico cur tribuantur inſignia, baculus & draco, lege apud Phornutum de Nat. Deorum. Macrob. Satur. l. c. 10. Pier. Hieroglyph. lib. 16. Natal. Com. 4 lib. cap. 11. *Farn.*

656. *Cæſariem.*] Demulcere ſibi barbam. quæ cur Æſculapio ſit promiſſa, vide apud Pierium 32. lib. hieroglyph.

658. *Pone metum.*] *Metus* plerique caſtigatiores. *Heinſ.*

Perſpice: & uſque nota viſu, ut cognoſcere poſſis.
Vertar in hunc: ſed major ero; tantuſque videbor,
In quantum verti cæleſtia corpora debent.
Extemplo cum voce Deus, cum voce Deoque
Somnus abit: ſomnique fugam lux alma ſecuta eſt.
Poſtera ſidereos Aurora fugaverat ignes:
Incertî quid agant proceres ad templa petiti
Conveniunt operoſa Dei: quaque ipſe morari
Sede velit, ſignis cæleſtibus indicet, orant.
Vix bene deſierant; cum criſtis aureus altis
In ſerpente Deus prænuntia ſibila miſit:
Adventuque ſuo ſignumque, araſque, toreſque,
Marmoreumque ſolum, faſtigiaque aurea movit:
Pectoribuſque tenus mediâ ſublimis in æde
Conſtitit: atque oculos circumtulit igne micantes.
Territa turba pavet. cognovit numina caſtos
Evinctus vittâ crines albente ſacerdos:
Et Deus en, Deus en; linguiſque animiſque favete,
Quiſ-

660. *Et uſque nota.*] Et eo usque animadverte. *Nota, viſum ut cognoſcere poſſis.*] *Nota viſu ut cognoſcere poſſis*, rectius caſtigatiores. *Heinſ.*

667. *Ad templa Perveniunt.*] *Conveniunt* bene major ſcriptorum pars. Adi Notas Faſtor. II. vſ. 669. *Idem. Petiti Dei.*] Æſculapii à Romanis poſtulati. R. *Operoſa.*] Magnificis operibus exſtructa, inſtructa, ut mox vſ. 672. faſtigio aureo, ſolo marmoreo, &c.

669. *Aureus in ſerpente Deus.*] Æſculapius qui ſub aureo ſimulacro colebatur, in ſerpentem converſus. Serpentes autem idcirco Æſculapio ſunt ſacri, quia acutiſſimi viſus à Phyſicis eſſe dicuntur. Hac etiam de cauſa eos incubantes theſauris cuſtodiæ gratia antiqui finxerunt.

670. *Prænuncia ſibila movit.*] *Miſit* plerique veteres. recte. libro III.

——— *longo caput extulit antro*
Cæruleus ſerpens horrendaque ſibila miſit.

movit paulo poſt ſequitur. *Heinſ.*

675. *Cognovit numina caſtus.*] *Caſtos crines* rectius prim. Palat. prim. Vatican. Urbin. prim. Reg. tert. Medic. pri. Erfurt. aliique multi. at duo cum Cantbrig. & Norico *caſtos. numen Aceſtus.* ſet pro diverſa lectione, in uno Baſil. *Aceſtos.* ut nomen ſacerdotis ſit. qualis ille qui Peleum luſtravit morte fraterna nocentem, ſed *caſti crines* bene ſe habent. ſic I. II. Faſtor. *Caſta ſacerdotum tempora* dixit. *Idem.*

677. *En Deus eſt, Deus eſt.*] Alii *Et Deus eſt, Deus eſt.* Neapol. & quinque alii. *En Deus, en Deus eſt.* unus *En Deus &.* multi alii *En Deus eſt, Deus eſt.* Scribe. *Et, Deus en, Deus en.* ſic Sibylla apud Virgil. *Deus ecce Deus.* & Amphiaraus apud Stat. Theb. III.

——— *Deus ecce furentibus obſtat,*
Ecce Deus.

mox, *linguiſque animiſque*, prim. Baſil. & tres alii. multi *linguis animiſque.* vulgo *animis linguiſque.* Idem. *Animis.*] Animo ad ſacra attento, præſtare ſacris ſilentium, pia vota concipite, bona verba

Digitized by Google

Quiſquis ades, dixit. ſis, ô pulcerrime, viſus
Utiliter: populoſque juves tua ſacra colentes.
Quiſquis adeſt, juſſum venerantur numen; & omnes
Verba ſacerdotis referunt geminata: piumque
Æneadæ præſtant & mente & voce favorem.
Annuit his: motiſque Deus rata pignora criſtis,
Ter repetita dedit vibratâ ſibila linguâ.
Tum gradibus nitidis delabitur; oraque retro
Flectit: & antiquas abiturus reſpicit aras:
Aſſuetaſque domos, habitataque templa ſalutat.
Inde per injectis adopertam floribus ingens
Serpit humum; flectitque ſinus: mediamque per urbem
Tendit ad incurvo munitos aggere portus.
Reſtitit hîc: agmenque ſuum, turbæque ſequentis
Officium placido viſus dimittere vultu;
Corpus in Auſoniâ poſuit rate. numinis illa
Senſit onus: preſsâque Dei gravitate carinâ
Æneadæ gaudent: cæſoque in littore tauro
Torta coronatæ ſolvunt retinacula puppis.
Impulerat levis aura ratem. Deus eminet alte:
Impoſitâque premens puppim cervice recurvam,
Cæruleas deſpectat aquas: modiciſque per æquor
Iönium Zephyris ſexto pallantidos ortu
Italiam tenuit; præterque Lacinia templo

No-

dicite, mox verſ. 682. *praſtant Et voce & mente favorem.* Farn.

678. *Quiſquis adeſt.*] *Ades* multi caſtigatiores. in Ibide,

Quiſquis ades ſacris ore favete meis,
Quiſquis ades ſacris, lugubria dicite verba.

deinde infra hoc,

Quiſquis adeſt, viſum venerantur numen.

non *veneratur*, prim. Palat. tert. Medic. Oxon. & novem alii *juſſum numen* pri. Hamburgenſis & duo alii. *Heinſ. Sis pulcherrime viſus.*] *Siſque ô*, tres ſcripti. *Idem.*

685. *Tum gradibus nitidis elabitur.*] *Delabitur* pri. Palat. Thuan. Urbin. Bernegger. Neapol. prim. Reg. Cantabrig. prim. Baſil. Arondel. aliique plurimi. recte. *Idem.*

687. *Salutat.*] *Diique relinquendi*, &c. *Eſte ſalutati tempus in omne mihi.* 1. Triſt. el. 3. *Farn.*

688. *Injectis floribus.*] *Ingeſtis* prim. Gronov. *Heinſ.*

689. *Mediamque.*] Lege quæ Valer. Max. lib. 1. cap. 8. & quæ Pierius lib. 16. Hieroglyph.

696. *Retinacula navis.*] *Navi* multi. *Heinſ.*

701. *Præterque Lacinia templa Nobilitata Dea.*] *Dea* Thuan. Poſit. prim. Palat. prim. Vatican. Arondel. & ſex alii.

Digitized by Google

Nobilitata Deæ Scylaceaque littora fertur.
Linquit Iapygiam, lævisque Amphissia remis
Saxa fugit: dextrâ prærupta Ceraunia parte,
Romechiumque legit, Caulonaque, Naryciamque, 705
Evincitque fretum, Siculique angusta Pelori,
Hip-

tinus *Deo.* Scribe, *Lacinia templo Nobilitata Dea.* littora videlicet. supra initio libri hujus.

Littora felici tamesse Lacinia cursu
Fertur.

Ἀκρώτηριον ἱερὸν Ptolemæo. *templa* tamen *Lacinia* habes apud Lucanum l. II.

Extenditque suas in templa Laciniæ rupes.

apud Virgilium,

——*attollit se diva Lacinia contra.*

Idem. *Lacinia.*] Lacinium promontorium, ubi Junonis templum. *Farn.*

702. *Scyllæaque littora.*] Legendum *Scylacea*, vel ex illo Virgilii,

——*attollit se Diva Lacinia contra*
Caulonisque arces, ac navifragum Scylacæum,

satis apparet. Græcis, Σκυλάκαιον est. Σκυλάκιον oppidum. idque jam vidit in Solinianis Exercitationibus Salmasius. qui adeatur. reddenda & forte ea vox Elegiæ in obitum Mæcenatis,

Argo saxa pavens postquam Scylacea legit
Cyaneosque metus.

non enim Scyllam Argo præternavigavit, nisi in reditu. apud Valerium Flaccum lib. III. vs. 36.

Teque etiam medio flaventem Rhyndace ponto,
Spumosumque legunt fracta Scylaceon unda.

ita legendum ex vestigiis antiqui codicis, quo usus est Carrion. *Heins. Scyllæaque littora.*] Scyllæum saxum est sublime, quod humilem à tergo terram alluentibus undis habet in Cherroneso faciem. Strabo lib. 6.

703. *Linquit Iapygiam.*] Calabriam ab Japyge Dædali filio dictam. quanquam promontorium mihi significari videtur, quod Acran Japygiam vocant. *R. Amphrysia.*] Calabriæ, quæ olim Magna Græcia dicta est. litus legens, agnosco Lacinium & Japygium promont. Caulona, Locros, Naryciorum coloniam: Verum ubi sint Amphrysia vel Amphissia saxa, ubi in Italia sint Ceraunia, vel Celonia, ubi Romechium, nec mihi vestigium apparet. in prodigiis hisce procurandis laborat Adrian. Turnebus lib. 1. c. 22. neque tamen litat. *Farn. Amphrysia saxa.*] *Amphisia* Urbin. Arond. & multi alii. unus Leidensis *Amphrigia. Amphissia* Ortelius in Thesauro Geographico cum Barrio, & in Adversariis Turnebus lib. 1. cap. XXII. ut promontorium Locrorum intelligatur. sed vix persuadent. nam mox *Naryciamque* sequitur. Vossius ad Melam *Argenna*, cum in veteri suo codice invenisset *Arangia.* ut *Argennum* promontorium Siciliæ intelligat, quod à læva est fretum Siculum transeuntibus. *Heins.*

704. *Ceraunia.*] *Celennia* libri veteres majori ex parte. nonnulli, *Calennia, Crempnia, Celonia, Cilenia, Cylemna, Cormnia.* Arondel. *Celamnia* Zulich. *Calonia*, cum tribus aliis. Turnebus *Columnia*, ut *Columna Rhegia* intelligatur, quæ Græcis στήλη. quod nollem vir magno excidisset, cum nec Latini sermonis rationem habuerit. Vossius ad Melam, *Cocintia* à Cocinto promontorio. quem adi. nec video quid commodius reponi possit. *Idem.*

705. *Romechiumque.*] In multis veterum *Plemirumque.* in aliis *Romethiumque, Remethiumque, Remechiumque. Remetheumque, Remotiumque. Prothiumque.* primus Basil. *Ramethiumque.* quare Vossio nostro assentior, *Lamotiumque* scribenti. *Plemyrium* Ortelius. Turnebus *Remigioque*, oblitus de remis paulo ante præcessisse. *Idem. Naritiumque.* Lege *Naryciamque*, vel quod malim, *Naryciumque*

Hippotadæque domos regis, Themesesque metalla;
Leucosiamque petit, tepidique rosaria Pæsti.
Inde legit Capreas, promontoriumque Minervæ,
Et Surrentino generosos palmite colles,
Herculeamque urbem, Stabiasque & in otia natam
Parthenopen, & ab hac Cumææ templa Sibyllæ.
Hinc calidi fontes, lentiscoferumque tenentur
Linternum, multamque trahens sub gurgite arenam
Vulturnus, niveisque frequens Sinüessa colubris:
Min-

me. Nam Locrorum oppidum νάρυξ vel ἀρύζιον in Græcia. potest & *Naryciosme* legi. nam in Thysiano codice *Nariasque.* in Norico *Naritiumque.* quod veræ scripturæ proximum. *Idem.*

706. *Evincitque fretum.*] Cum difficultate transit per Siculum fretum, quod quidem est maxime vorticosum. *Raph. Fretum.*] Siculum inter Scylleum Italiæ prom. & Pelorum Siciliæ.

707. *Hippotadæque.*] Insulas Æolias. vide l. 4. v. 663. *Temesesque.*] Temesen, seu Tempsam opp. Brutiorum argentifodinis nobilem.

708. *Leucosiamque.*] *Leucoriamque* veteres plerique. nonnulli *Leucoricamque*, vel *Leucoreamque. Leuceriamque* pri. Palat. *Tecoriamque* Neapol. alter Hamburg. *Leucoteamque.* Arond. *Leuconiamque.* pri. Hamburg. *Leuconamque.* unus *Leutheriumque*; alii, *Leutoriamque*, *Leuceriamque*, *Leucothoemque*, *Leutesiamque. Leucosia* certe ferri non potest, cum Λευκωσία sit Græcis: Scribe *Leucasiamque.* nam Græcis Λευκασία. ita eam Strabo appellat lib. 11. & Halicarnassensis Dionysius l. 1. apud quos est insula. Plinius quoque libro 3 11. c. VI. *contra Pæstanum sinum Leucosia est.* apposite. ut jam videamus, cur eam cum Pæsto Naso conjungat. *Heinsi. Leucosiamque.*] Insulam Lucaniæ, in sinu Pæstano. *Rosaria.*] Opp. Lucaniæ rosis nobile, *biferique rosaria Pæsti.*

709. *Capreas.*] Insul maris Tyrrheni contra Promontorium Minervæ, Tiberii secessu notam. *R. Promontoriumque Minervæ.*] In illius autem extremo est Athenæum, hoc est, Minervæ sacellum, quod Ulysses ædificasse narratur.

710. *Et Surrentino.*] Surrentum urbs est Campaniæ vino maxime nobilis.

711. *Herculeamque urbem.*] Hæc tum Heraclea, tum *Herculanum* vocatur. *Stabiasque.*] Stabiæ oppidum fuit Campaniæ: quod bello sociali à Sylla deletum in villas abiit. *R. Stabiasque.*] Amœnitate, & studiorum secessu nobilem Neapolim, Horat. 5. Epod.

712. *Cumææ.*] Cumas. vide quæ nos ad 6. Æneid. 2. vs. *Farn. Parthenopen.*] Neapolim in otia natam poëta ait propter locorum amœnitatem, quo se Romani otiaturi conferebant. *Cumææ templa Sibyllæ.*] Et post hanc Neapolim transit Cumas Campaniæ urbem, maxime à Sybyllis nobilitatam.

713. *Lentiscoferumque tenetur Linternum.*] Lentiscum arborem ferens Linternum, quod quidem est oppidum Campaniæ, exilio majoris Scipionis, & sepulchro maxime nobile. *R. Tenetur.*] *Tenentur* Urbin. prim. Basil. & quinque alii. *Heinsius.*

715. *Vulturnus.*] Fluvius est Campaniæ, Vulturnum urbem præterlabens. *Sinuessa colubris.*] Sinuessa Campaniæ urbs est. *Niveisque frequens Sinuessa colubris.*] Nugas esse de Sinuessanis hisce colubris opinor. Neminem certe ex antiquis scriptoribus evolvi, qui harum meminisset, de balneis Sinuessanis multa apud auctores mentio. itaque dubium non est, *columbas niveas* harum loco reponi debere.

Digitized by Google

Minturnæque graves, & quam tumulavit alumnus,
Antiphatæque domus; Trachasque obsessa palude,
Et tellus Circæa, & spissi littoris Antium.
Huc ubi veliferam nautæ advertêre carinam;
(Asper enim jam pontus erat) Deus explicat orbes:
Perque sinus crebros & magna volumina labens,
Templa parentis init, flavum tangentia littus.
Æquore pacato patrias Epidaurius aras
Linquit: & hospitio juncti sibi numinis usus
Littoream tractu squamæ crepitantis arenam
Sulcat: &, innixus moderamine navis, in altâ
Puppe caput posuit: donec Castrumque, sacrasque
Lavini sedes, Tiberinaque ad ostia venit.
Huc omnes populi passim, matrumque patrumque
Obvia

bere. atque ita prim. Bonon. & unus Mediceus. *Campanas* certe *columbas* Plinius commendat libro x. cap. XXXVII. Vide Notas libro IV. vs. 48. *Heins.*

716. *Et quam tumulavit alumnus.*] Periphrasis est Cajetæ, quam à Cajeta Æneæ nutrice denominatam esse nostri quidem sentiunt poëtæ. Quidam vero quod in littore curvo sit posita, sic appellatam à Laconibus putant. Curva namque omnia *Cajetas* Lacones vocabant. *Alumnus.*] Æneas, à Cajeta altus & educatus. *Graves.*] Propter exhalationes palustres 7. Æneid. vs. 1.

717. *Antiphataque.*] Formiæ. Antiphatæ Læstrygonum regi regnatæ. *Trachasque.*] Tarracina, Anxur. *Farn.*

718. *Spissi littoris Antium.*] Nihil vetus hac lectione, quam primus Palat. Urbin aliique non pauci agnoscunt. eamque & Geographiæ ordo requirit, & Val Maximi auctoritas, qui Æsculapium ait Antium advenisse. Ciofanus tamen mavult. *Anxur.* quod in multis libris exstat. cum Trachas seu Tarracina, & Anxur eædem sint civitates. Plinius lib. III. cap. V. *Tarracina oppidum lingua Volscorum Anxur dictum.* Festus, *Anxur vocabatur, quæ nunc Tarracina dicitur.* Livius lib. IV. *Anxur fuit, quæ nunc Tarracina fuit.* Dionysius Antiq. Rom. Lxiv. ἐξεπολιόρκησαν οἱ Ῥωμαῖοι τὸν Οὐολσκῶν πόλιν, ἣ τότε μὲν Ἄνξουρ, νῦν δ' ὑπὸ Ῥωμαίων Τερρακῖνα. alii codices *Ancum*, *Ancon*, *auxum*, & similia. frustra. *Heinsius.*

723. *Æquore placato.*] *Pacato* prim. Moret. Neapol. & alii XIV. Trist. I. Eleg. II.

Ut rate felici pacata per æquora labor.

Idem.

727. *Castrumque.*] Castrum Junî, id est, Panos, Latii opp. *Farn. Donec Castrumque.*] Castrum oppidum est Latii inter Lavinium & Hostiam situm.

728. *Lavinii sedes.*] Lavinium urbs est Latii Veneris templum habens. *Tiberinaque ad ostia.*] Unde urbs Hostia fuit cognominata, quam Ancus Martius ædificavit, illucque coloniam deduxit R.

729. *Huc omnes populi passim, matrumque patrumque.*] *Matrumque senumque* Thuan. prim. Vatican. Oxon & sex alii, duo *matrumque nurumque* prim. Bodon. & unus Medic. *juvenumque senumque.* Rottendorph. præterea, *Huc omnis populus.* Censeo ab Nasone scriptum fuisse,

Huc omnis populus passim, matresque patresque
Obvia turba ruunt. Heins.

730. *Trans*

Digitized by Google

Obvia turba ruit; quæque ignes, Troïca, servant,
Vesta, tuos: lætoque Deum clamore salutant.
Quaque per adversas navis cita ducitur undas,
Thura super ripas, aris ex ordine factis,
Parte ab utrâque sonant: & odorant aëra fumis:
Tactaque conjectos incalfacit hostia cultros.
Jamque caput rerum Romanam intraverat urbem;
Erigitur serpens; summoque acclinia malo
Colla movet: sedesque sibi circumspicit aptas.
Scinditur in geminas partes circumfluus amnis:
Insula nomen habet: laterumque à parte duorum
Porrigit æquales mediâ tellure lacertos.
Huc se de Latiâ pinu Phœbeïus anguis
Contulit: & finem, specie cæleste resumtâ,
Luctibus imposuit; venitque salutifer Urbi.
Hic tamen accessit delubris advena nostris:
Cæsar in Urbe suâ Deus est. quem Marte togâque
Præcipuum; non bella magis finita triumphis,
Resque domi gestæ, properataque gloria rerum
In sidus vertêre novum. stellamque comantem;
Quam sua progenies. neque enim de Cæsaris actis
Ullum majus opus, quam quod pater exstitit hujus.
Scilicet æquoreos plus est domuisse Britannos,

Per-

730. *Troica servat.*] *Servant* multi veteres. recte. Vestales intelligit. *Idem.*

735. *Incalfacit sanguine.*] Dum enim victimæ jugulantur cultri sanguine calefiunt. *F. Conjectos.*] *Subjectos.* Jos. Scal. F.

737. *Acclivia malo*] *Acclinia* ex scriptis melioribus. *inclinia.* pri. Basil. *Heins.*

740. *Insula.*] Cur sibi in insula Tiberina sedem legerit Æsculapius, vide apud Plutarchum, problem. 94. *Farn.*

742. *Phœbeïus anguis.*] Æsculapius Apollinis filius.

FAB. LI. *Arg.* Hic tamen accessit.] *Julii Cæsaris animæ Metamorphosin in stellam perspicue describit in gratiam Augusti Cæsaris poëta; Cum enim Augustus ludos in honorem Julii Cæsaris, qui in senatu fuerat trucidatus, celebraret, forte cometa apparuit, quem esse Cæsaris animam Augustus ipse, advocata concione populo Romano persuasit.* R.

746. *In urbe.*] Non receptus aliunde Deus, sed Indigena, Indiges. vide quæ nos ad 12. lib. Æneid. *Indigetem Æneam scis ipsa.* & quæ ad 608. vs. lib. 14. supra. Deos reliquos accepimus (inquit Valer. Maximus) Cæsares dedimus, in præfat. ad Tiberium. *Farn.*

750. *Sua progenies.*] Octavius Augustus, adoptione Julii Cæsaris filius & hæres. quem C. Octavio peperit Accia filia Juliæ sororis C. Julii Cæsaris.

753. *Pa-*

Digitized by Google

Perque papyriferi ſeptemflua flumina Nili
Victrices egiſſe rates: Numidaſque rebelles,
Cinyphiumque Jubam, Mithridatêiſque tumentem
Nominibus Pontum, populo adjeciſſe Quirini;
Et multos meruiſſe, aliquos egiſſe triumphos;
Quam tantum genuiſſe virum, quo præſide rerum
Humano generi, Superi caviſtis abundè.
Ne foret hic igitur mortali ſemine cretus; 760
Ille Deus faciendus erat. quod ut aurea vidit
Æneæ genitrix; vidit quoque triſte parari
Pontifici letum; & conjurata arma moveri?
Palluit: & cunctis, ut cuique erat obvia, Divis,
Aſpice, dicebat, quantâ mihi mole parentur 765
Inſidiæ: quantâque caput cum fraude petatur,
Quod de Dardanio ſolum mihi reſtat Iölo.
Solane ſemper ero juſtis exercita curis?
Quam modo Tydidæ Colydonia vulneret haſta,

Nunc

753. *Papyriferi.*] Adi Melchioris Guilandini commentarium de papyro, & in eum animadverſiones Joſephi Scaligeri. *Farn.*

754. *Numidaſque rebelles.*] Numidæ populi ſunt Africæ admodum feroces. *R. Victrices.*] Devicto Ptolemæo rege. Suetonius in vita Cæſaris cap. 35.

755. *Cyniphiumque Jubam Mithridatiſque tumentem.*] *Cinyphiumque.* dictum alibi. Lege præterea *Mithridatêiſque nominibus.* nam duæ primæ ejus nominis ſyllabæ ſunt breves. *Heinſ. Cinyphiumque.*] Mauritaniæ regem. Appianus videndus, Plutarch. Dion. Suetonius, alii. *Mithridateiſque.*] Mithridates, Ponti rex, cum Romanis annos 40. bellum geſſit, Pharnacem filium ejus bella ferocius moventem Cæſar ex Alexandria advolans una acie profligavit.

759. *Superi faviſtis abunde.*] *Caviſtis* eleganter ptim. Bonon. & quart. Medic. hoc eſt, proſpexiſtis. *carnſtis* Langerm. Simili ſignificatione apud Silium l. 12.

Sat magnum hoc miſera fuerit mihi carmine vitæ
Solamen, caviſſe meis. Heinſ.

761. *Aurea.*] Χρυσῆ Ἀφροδίτη, Homero.

763. *Pontifici.*] Infra ad v. 778. *Conjurata.*] Diomedes, filius Oenei, Calydoniæ regis, vulneravit Venerem. Homer. Iliad. 5. *F. Pontifici*] Cæſari qui Pontifex erat. *Et conjurata arma moveri.*] Nonnulli *conjurataque.* unus Ambros. *& jurataque.* Puto *juratasque.* Adi Notas libro v. 150. *Heinſ.*

765. *Quanta mole.*] Quanto ſtudio.

766. *Caput.*] Vita Cæſaris.

767. *De Dardanio Iolo.*] Æneæ filio, à quo gens Julia originem duxit, ut Virgil. quoque teſtatur; *Julius a magno demiſſum nomen Iulo.* Julius autem Cæſar de gente Julia ſolus reſtabat.

768. *Solane ſemper ero juſtis exercita curis.*] Imo *juſtis curis.* neque aliter plerique veteres ſic *juſti dolores* dicuntur. Triſt. IV. Eleg. III.

——*incubuit juſto meus ægra dolori.* Heinſ.

776. *In*

Digitized by Google

Nunc male defensæ confundant mœnia Trojæ.
Quæ videam natum longis erroribus actum,
Jactarique freto, sedesque intrare silentum;
Bellaque cum Turno gerere; aut, si vera fatemur,
Cum Junone magis. quid nunc antiqua recordor
Damna mei generis? timor hic meminisse priorum
Non sinit. in me acui sceleratos cernitis enses.
Quos prohibete, precor; facinusque repellite: neve
Cæde sacerdotis flammas exstinguite Vestæ.
Talia nequicquam toto Venus anxia cælo
Verba jacit: Superosque movet. qui rumpere quanquam
Ferrea non possunt veterum decreta sororum;
Signa tamen luctûs dant haud incerta futuri.
Arma ferunt inter nigras crepitantia nubes,
Terribilesque tubas, auditaque cornua cælo
Præmonuisse nefas. Phœbi quoque tristis imago
Lurida sollicitis præbebat lumina terris.
Sæpe faces visæ mediis ardere sub astris:
Sæpe inter nimbos guttæ cecidêre cruentæ.
Cærulus & vultum ferrugine Lucifer atrâ
Sparsus erat: sparsi Lunares sanguine currus.
Tristia mille locis Stygius dedit omina bubo;
Mille locis lacrymavit ebur: cantusque feruntur
Auditi, sanctis & verba minacia lucis.
Victima nulla litat: magnosque instare tumultus

Fibra

776. *In me acui.*] Progeniem meam. In Cæsarem conjuratum à 60. amplius, Cassio, Marcello, Bruto principibus conspirationis. Sueton. cap. 80.

778. *Sacerdotes*] Julii Cæs. Pontificis max. Sueton. Cæsar. cap. 13. *Farn.*

779. *Nequicquam.*] Neque enim prohibere potuit quin Julius Cæs. à conjuratis trucidaretur.

784. *Terribilesque.*] *Atque tubas, atque arma*, &c. Tibul. 2. lib. 5. eleg. Lucan. lib. 1. vs. 578. *Farn.*

789. *Cærulus lucifer.*] Obscurus, cum alioqui nitidissimus soleat esse. *Sparsus vultum.*] Respersum & tectum os habens. *Atra ferrugine.*] Nigro colore.

792. *Ebur: cantusque.*] Simulachra Deûm eburnea. Seneca Thyest. vs. 701. Tibullus 1. lib. 5. eleg. *Farn.*

793. *Verba minantia.*] *Minacia* quart. Medic. prim. Hamburg. Arundel. & duo alii. recte. *Heins.*

794. *Victima nulla litat.*] Nulla, inquit, hostia deos significat esse placatos. Id vero Cæsari evenisse, quo die fuit trucidatus, scribit Tranquillus.

797. *Um-*

Fibra monet; cæſumque caput reperitur in extis.
Inque foro; circumque domos, & templa Deorum
Nocturnos ululaſſe canes; umbraſque ſilentum
Erraviſſe ferunt; motamque tremoribus urbem.
Non tamen inſidias venturaque vincere fata
Præmonitus potuêre Deûm: ſtrictique feruntur
In templum gladii. neque enim locus ullus in Urbe
Ad facinus, diramque placet, niſi Curia, cædem.
Tum vero Cytherêa manu percuſſit utrâque
Pectus: & æthereâ molitur condere nube;
Qua prius infeſto Paris eſt ereptus Atridæ:
Et Diomedêos Æneas fugerat enſes.
Talibus hanc genitor: Sola inſuperabile fatum,
Nata, movere paras? intres licet ipſa ſororum
Tecta trium; cernes illic molimine vaſto
Ex ære, & ſolido rerum tabularia ferro:
Quæ neque concurſum cæli, neque fulminis iram,
Nec

797. *Umbraſque ſilentum.*] *Silentes* pri. Erfurt. & Medic. chartaceus. *Nocturnas* etiam *canes* prim. Twiſdenius. Vide Notas libro 111. in fabul. Actæonis. *Heinſius.*

802. *Curia.*] In ſenatu in Curia Pompeji trucidatus eſt Cæſar 23. vulneribus confoſſus. *Farn.*

803. *Tum vero Cytherea manu.*] Pro *manu* plurimi ſcripti, etiam ex vetuſtioribus, *ſuum.* & proximo verſu pro *æthereâ* prim. Reg. Urbin. pri. Erfurt. alter Hamburg. prim. Palat. Baſil. & decem alii, *interdum hunc denſa* Cantabrig. unus Voſſ. & *illa deum. in terram nubem* unus Gronov. at prim. Vatican. *anea nube. aëria* quinque. *Æneaden* unus Voſſ. unus Baſil. *Æneadem* duo alii *obſcura.* Arondel. *atheri.* prim. Hamburg. *Pectus ſed tandem.* Opinor non uno mendo adfectos eſſe hos duos verſus. pro *utraque*, ſcripti *utrumque, utroque, utrimque, uterque.* Heinſ.

805. *Qua prius infeſto.*] Paris, ut narrat. Hom. cum Menelao congreſſus, ope, & auxilio Veneris, quæ nube ipſum operuit, manus illius fugit. R. *Paris*] Homer. Iliad. 3.

806. *Et Diomedeos.*] *Qua* prim. Vatican Urbin. & Argent. *Heinſ Et Diomedeos.*] Iliad. 5. *Farn. Et Diomedeas.*] Æneas cum Diomede congreſſus facile interfectus fuiſſet, ut eſt apud Hom. ſed à Venere fuiſſet liberatus.

807. *Talibus hanc.*] *Hinc* prim. & quart. Moreti. pro *ſola* prim. Palat. Bernegger. prim. Hamburg. Arondel. *ſola* pro *paras*, prim. Vatic. prim. Palat. prim. Baſil. pri. Erfurt. pri. Moret. Cantabrig. & prim. Gronov. cum aliis plurimis. *putas.* duo *potes.* totidem *poteſ* Heinſ.

810. *Tabularia ferro.*] Parcæ quippe decreta Jovis excipiunt, utpote liberæ ſuperûm archivique cuſtodes. Martian. Capella. lib. 1. *Farn. Ex ære tabularia, &c.*] Immobilitatem fatorum exprimit per ærea & ferrea Parcarum tabularia, quæ nec cœli ullum incommodum, nec ullas ruinas propter ſoliditatem timent: quibus fata inſcribunt, quæ deleri, id eſt, mutari non poſſunt. *Pont.*

814. *Concurſum cæli.*] *Concurſum Cæli.*

Nec metuunt ullas tuta atque æterna ruinas.
Invenies illic inciſa adamante perenni
Fata tui generis. legi ipſe; animoque notavi:
Et referam: ne ſis etiamnum ignara futuri.
Hic ſua complevit (pro quo, Cytherêa, laboras)
Tempora, perfectis, quos terræ debuit, annis,
Ut Deus accedat cælo, templiſque colatur,
Tu facies, natuſque ſuus, qui nominis hæres,
Impoſitum feret Urbis onus: cæſique parentis
Nos in bella ſuos fortiſſimus ultor habebit.
Illius auſpiciis obſeſſæ mœnia pacem
Victa petent Mutinæ: Pharſalia ſentiet illum,
Æmathiâque iterum madefacti cæde Philippi:

Et

landr. prim. Hamburg. & multi alii. ut tonitrua intelligat. ita Lucretius frequenter. *Heinſius.*

813. *Inciſa adamante.*] *Incluſa* Urbin. Bernegger. prim. Hamburg. Arondel. & multi alii. prim. Baſil. *inſculpta. incluſa* placet in Triſt.

Nil adeo ſolidum eſt, adamas licet alliget illud.

Pont. lib. IV. Eleg. XII.

——— *duro præcordia ferro*
Eſſe, vel invicto clauſa adamante putem.

Idem.

816. *Hic ſua.*] Jul. Cæſ. complevit datam à fatis ætatem; nempe 56. annos.

818. *Templiſque colatur.*] *Locetur* multi veteres. *Heinſ.*

819. *Natuſque tuus.*] Imo *ſuus*, pro ejus natus. quod eſt in pleriſque ſcriptis. Egregie blanditur Auguſto. quod ſequentia ſatis evincunt, *tuus* nullum habet ſenſum pro *nominis hæres* prim. Palat. prim. Cantabrig. Oxon. Arondel. aliique complures *numinis. muneris hæres* Zinzerling. & unus Leidenſis, *nominis hujus* unus Medic. pro *feret unus onus*, tert. Medic. & alius ejuſdem bibliothecæ. *urbis onus.* in Faſtis,

Una domus vires & onus ſuſceperat urbis.

poſſet & *orbis onus.* ut ad Herculem alludat. Vide Notas Faſt. l. 1. vſ. 616. *Idem.*

820. *Onus.*] Imperii molem. 1. vſ. lib. præſentis. *Cæſique.*] Bellorum initium & cauſa, prætextus ſaltem, avunculi necem ulciſci. Suetonius 10. c. Aug.

122. *Illius auſpiciis.*] D. Brutum Mutinæ obſederat Antonius, obſidionem levavit miſſus à Senatu Octavius. Sueton. 10. c. Florus lib. 4. c. 4. *Farn.*

823. *Pharſalia Emathiique.*] Perperam ab autoribus confundi Pharſalum in Theſſalia, ubi depugnatum eſt inter Cæſ. & Pompejum & Philippos in Thracia, ubi victi Brutus & Caſſius ab Octavio & Antonio, dictum à nobis ad 1. lib. Lucani, vſ. 680. *Farn.*

824. *Emathiique iterum madefient.*] *Emathiæque* prim. Palat. prim. Vatican. prim Moret. Cantabrig. uterque Erfurt. prim. Reg. Bernegg. aliique complures. *Emathiaque* Urbin. Neapol. prim. Hamburg. Arondel. & octo præterea. Lege cum uno Argentinenſi,

Emathiaque iterum madefactis cæde Philippi.

Petronius, ut ſcribendum,

Cerno equidem gemino jam ſtratos Marte Philippos.

non *gemina morte Philippi* tamen fœminino genere apud Focam Grammaticum in vita Virgilii legitur,

——— *jam cæde piorum*

Et Magnum Siculis nomen ſuperabitur undis:
Romanique ducis conjux Ægyptia tedæ
Non bene fiſa cadet: fruſtraque erit illa minata,
Servitura ſuo Capitolia noſtra Canopo.
Quid tibi Barbariem, gentes ab utroque jacentes
Oceano numerem? quodcunque habitabile tellus
Suſtinet, hujus erit. pontus quoque ſerviet illi.
Pace datâ terris, animum ad civilia vertet
Jura ſuum, legeſque feret juſtiſſimus auctor:
Exemploque ſuo mores reget: inque futuri
Temporis ætatem venturorumque nepotum
Proſpiciens, prolem ſanctâ de conjuge natam
Ferre ſimul nomenque ſuum curaſque jubebit.
Nec, niſi cum ſenior ſimiles æquaverit annos,

Æthe-

Perfuſas acies legitur viſura Philippos. ſed illic oppidum intelligit. *Heinſ. Æmathii Philippi.*] Macedonici. *R.*

825. *Magnum.*] Sextus Pomp. filius Cn. Pompeji Magni, cum diu piraticam exercuiſſet, tandem navali pugna ab Octavio victus Mitylenas aufugit. Appian. lib. 5. civil. bel.

826. *Romanique.*] Cleopatræ non bene cedent nuptiæ cum Antonio, quos *dementes ruinas, Funus & imperio parantes*, ad Actium devincet Octavius Aug. Horat. 1. lib. 37. ode. Florus lib. 4. c. 11. Sueton. 17. cap. Aug. Vellejus l. 2. Appian. 5. lib. Bell. Alex. Zonaras lib. 2. Dio lib. 51. *Farn.*

827. *Tæda non bene fiſa.*] Non bene confiſa nuptiis Marci Antonii: nam & regnum, & vitam amiſit.

828. *Canopo.*] Canopus urbs Ægypti, à Canopo navis Ulyſſis gubernatore cognominata.

829. *Quid tibi barbariem, genteſque ab utroque jacentes Oceano numerem?*] *Gentes* prim. Reg. & octo alii. Cantabrig. aliique multi *barbariam. barbariam gentes* prim. Palat. *barbaria gentes* Zulichem. & tres alii. Scribe,

Quid tibi barbaria gentes ab utroque jacentis

Oceano numerem? Heinſ.

Ab utroque Oceano numerem.] Orientali & Occidentali. prædicit autem Venus Juppiter Auguſtum Cæſarem totius orbis terrarum imperio potiturum. *R.*

832. *Animum.*] Sueton. cap. 27.

834. *Mores.*] Cenſor.

836. *Prolem.*] Tiberium ex Livia Druſilla uxore, ſed gravida imperata à Druſo, ſucceſſorem nominis & imperii creabit. *Farn.*

837. *Curaſque.*] Imperii adminiſtrationem.

838. *Nec niſi cum ſenior.*] LXXVI. ætatis anno Aug. vitam in oſculis Liviæ expiravit. In numerum etiam deorum illum fuiſſe receptum poëta ait. *R. Similes æquaverit annos.*] Interpretibus placet hæc ab Ovidio ſcripta eſſe, cum Auguſtus annum ætatis LVI. nondum attigiſſet, quo extinctus eſt Divus Julius. at quis ſeniorem aut ſenem vocavit Divum Julium? hæc ætas ſenectus non eſt, at eam Auguſto æquandam debeat poëta. Piget pluribus hæc refellere. *Parem annos* prim. Moreti. & octo alii. neque aliter Bernegger. & Rottendorph. pro diverſa lectione. at Thuan. aliique quatuor, *cum patruo ſenior ſimiles.* item Strozz. *cum patruis ſenior ſimiles.* Sed de-

Digitized by Google

Æthereas ſedes cognataque ſidera tanget.
Hanc animam interea cæſo de corpore raptam
Fac jubar, ut ſemper Capitolia noſtra Forumque
Divus ab excelsâ proſpectet Julius æde.
Vix eâ fatus erat; mediâ cum ſede Senatûs
Conſtitit alma Venus nulli cernenda: ſuique
Cæſaris eripuit membris, nec in aëra ſolvi
Paſſa recentem animam, cæleſtibus intulit aſtris.
Dumque tulit; lumen capere, atque igneſcere ſenſit:
Emiſitque ſinu. Luna volat altius illa:
Flammiferumque trahens ſpatioſo limite crinem
Stella micat, natique videns benefacta; fatetur
Eſſe ſuis majora; & vinci gaudet ab illo.
Hic ſua præferri quanquam vetat acta paternis;
Libera fama tamen, nulliſque obnoxia juſſis,
Invitum præfert; unâque in parte repugnat.

Invi-

inamus ineptire. ſcripſerat, puto, Noſter,
Nec niſi cum ſenior Pylios aquaverit annos.
Auguror neminem de hac reſtitutione lubitaturum, quod ut felicius ex voto ſuccedat, en ſimilem locum Pont. l. II. Eleg. VIII. ubi Tiberium alloquitur,
Sic pater in Pylios, Cumæos mater in annos
Vivant; & voſſis filius eſſe diu.
Triſt. v. Eleg. v.
Di precor, & Cæſar Dis acceſſure, ſed olim.
Æquarint Pylios cum tua fata dies.
itur & alibi hoc adagio, ut libro Pont. I. Eleg. IV.
Nam mea per longos ſi quis mala digerat annos.
Crede mihi, Pylio Neſtore major ero.
Martialis l. IV. in Natalem Domitiani,
Cæſaris alma dies, & luce ſacratior illâ,
Conſcia Dictæum qua tulit Ida Jovem,
Longa, precor, Pylioque veni numeroſior ævo.
& libro VIII.
Terrarum domine, deoque rerum
Promiſit Pyliam quater ſenectam.
Heinſ.

839. *Cognataque ſidera.*] Ad Romuli & Cæſ. ſtellas aſcendet. R.

840. *Hanc animam interea.*] In numerum Deorum, inquit Suetonius, relatus eſt: non ore modo decernentium, ſed & perſuaſione vulgi. Siquidem ludis, quos primo conſecratos ei heres Auguſtus edebat, ſtella crinita per 7. dies continuos fulſit, &c. creditumque eſt, animam eſſe Cæſaris in cœlum recepti, c. 88. & Dio lib. 45. Zonaras, alii. *Farn.*

847. *Lucem capere.*] *Numen* multi veteres. at prim. Gronov. prim. Erfurt. & quinque alii *lumen.* recte. *Heinſ.*

848. *Emiſitque ſimul: ſimul evolat altius illa.*] *Luna volat altius* Polit. Urbin. prim. Vatic. quart. Medic. prim. Hamburg. decem alii. Sed nondum integer eſt locus. Scribe cum Bernegg. Thuan. & aliis nonnullis,
Emiſitque ſinu. Lunâ volat altius illa.
Heinſ.

849. *Limite crinem.*] *Callem* Thuan. *Idem.*

854. *Unaque in parte.*] *Hac parte* quatuor.

Sic magni cedit titulis Agamemnonis Atreus:
Ægea sic Theseus, sic Pelea vincit Achilles.
Denique, ut exemplis ipsos æquantibus utar.
Sic & Saturnus minor est Jove. Jupiter arces
Temperat æthereas, & mundi regna triformis:
Terra sub Augusto pater est & rector uterque.
Dî, precor, Æneæ comites, quibus ensis & ignis
Cesserunt, Dîque Indigetes, genitorque, Quirine,
Urbis, & invicti genitor, Gradive, Quirini,
Vestaque Cæsareos inter sacrata Penates;
Et cum Cæsarêa tu, Phœbe domestice, Vestâ,
Quique tenes altus Tarpeias Jupiter arces,
Quosque alios vati fas appellare piumque;
Tarda sit illa dies, & nostro serior ævo,
Qua caput Augustum, quem temperat, orbe relicto
Accedat cælo: faveatque precantibus absens.
Jamque opus exegi: quod nec Jovis ira, nec ignes,
Nec

tuor. unus Voss. *& in una parte.* non male. *Idem.*

855. *Sic magnis.*] *Magnus* Bernegger. Thuan. prim. Reg. uterque Erfurt. pri. Moret. aliique multi cum prim. Vatic. Oxon. & prim. Gronov. prim. Palat. *sic magni cecidit* Lege. *magni cedit.* Idem. *Sic magnis.*] Sic Horat. 15. ode lib. 1. *Tydides melior patre.*

859. *Triformis.*] Cœli, ætheris, aëris. namque terræ & maris imperium tenet Augustus: *Divisum imperium cum Jove Cæsar habet.* Fam.

860. *Terra sub Augusto.*] *Sub Augusto est* plerique veteres. Lege *es.* ut vitetur *ts est* concursus ingratus. *Heins. Pater est & rector uterque.*] Jupiter & Augustus. Jupiter superiorum mundi partium, Augustus vero inferiorum terræ marisque.

861. *Dii.*] Precatione simili librum 1. Georg. claudit Virgilius, *Dii Patrii, Indigetes, & Romule, Vestaque mater, &c.* Nec non Senec. Consol. ad Polybium. & Plin. Panegyr. ad Trajanum.

864. *Vestaque.*] Sacellum Vestæ erat in Palatio; cujus in parte Apollini templum excitavit Augustus, addita porticu, cum bibliotheca.

867. *Quosque.*] Cum respecta fortassis ad numinum Tutelarium nomina vera, quæ ignota esse voluerunt. ne quodo hostium carmine evocarentur, Macrob. Saturnal. lib. 3. cap. 9. *Fam.*

868. *Et nostro serior ævo.*] *Tarda* prim. Vatic. tert. quart. Medic. Oxon. alii quatuor. Forte,

——*si nostro tardior ævo.*

Heinsius.

871. *Jamque opus exegi.*] Moris est ferè poëtarum ut in suorum operum fine aliquid de se dicant. Horatius: *Exegi monumentum ære perennius*, &c. Quam vero hoc opus faceret poëta, hinc facile apparet, quod nulla vi ipsum unquam interiturum tibi persuasit. *Jovis ira.*] Fulmen. *R. Jamque.*] De signaturis quas operibus suis adfigunt poëtæ in Exordiis & Epilogis, lege censuram J. C. Scaligeri cap. ult. lib. 5. *Fam.*

Digitized by Google

Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.
Cum volet illa dies, quæ nil niſi corporis hujus
Jus habet, incerti ſpatium mihi finiat ævi:
Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis
Aſtra ferar: nomenque erit indelebile noſtrum.
Quaque patet domitis Romana potentia terris;
Ore legar populi: perque omnia ſecula famâ
(Si quid habent veri vatum præſagia,) vivam.

METAMORPHOSEON

FINIS.

Digitized by Google

INDEX

Verborum, Sententiarum, & rerum accuratiſſimus.

Prior num. paginam, poſterior verſum demonſtrat.

A.

A Bantiades. Acriſius. 205. 606
Actæonis immutati cauſa. 128. 102
à canibus laceratus. 131. 249
Acriſius Bacchum clauſis foribus excludit. 251, 559
Acheloides, Sirenes. 257. 552
Achelous. 422. 548. *Calydonius amnis.* 434. 727. *Ejuſdem lucta cum Hercule.* 445. *Fab.* 1. *Truncæ frons.* 445. 2. *Tauriformis.* 450. 80. *Etiam Tom.* 1. *pag.* 126. *verſ.* 139.
Achamenia, Perſia. 177. 212
Achaïa, non Achaïca. 595. 70
Achillis haſta vulnus facit, eademque ſanat. 598. 112. *ejuſdem epitaphium.* 628. 618
Adamante clauſa porta. 193. 452
Hue Ades; *formula precantium.* 424. 597
Adonis. 525. *fab.* 10.
Aditus innumeri. 593. 44
Adſpirare, pro favere. 6. 3
Aer lucis egens. 8. 17
Æther, ignea convexi vis. 9. 26
Æquor, pro aquoſo ſolo maris & campi 10. 41
Æneas profugus. 665. *Fab.* 4. *Ejus natatorum* 665. 624. *errores.* 670. *Fab.* 6. *Adventus in Italiam.* 440. *Ejus naves in nymphas.* 722. *Fab.* 12. *refertur inter Deos.* 726. *Fab.* 15.
Ætna incendia. 689. 1
Æmonii arcus, pro ſagittario, ſigno cæleſti. 66. 81
Ægis. 106. 755. 218. 798
Æaa, mater Circes. 177. 205
Æſon revocatus. 329. *fab.* 2.
Ægeus ducit Medeam. 348. 403
Æſacos furit. 588. 791
Æſtiva gratior umbra. 676. 793
Affectare. 19. 152
Affuſaque jacent tumulo. 421. 539
Agenor. 113. 858
Agave. 149. 523
Agenorides, Cadmus Agenoris filius. 202. 562
Aglauros. 105. 739
Agreſtis. 451. 96
Ai, ai. 509. 215
Ajacis cum Ulyſſe contentio de armis Achillis. 631. *Fab.* 1.
Alcithoe. 163. 1
Alarum remis. 257. 558
Alcinoi navis in ſaxum convertitur. 725. 556
Alpheus. 259. 599
Alcmaon. 470. 408
Ales criſtati aris, gallus. 577. 597
Ales Jovis. 624. 560
Amphitrite. 8 14
Amantium tantus error. 144. 447
Amor Apollinis comparatur cum ſtupidis ardentibus. 298. 456
Amolius. 740 *Fab.* 18.
Amycla. 407. 314
Amalthea cornu. 450. 87. & 88
Anius dat munera Æneæ. 668. *Fab.* 5.
Antandros. 666. 628
Antrum Nympharum. 47. 575
Anſeres ſervant Capitolium. 92. 538
Angius Martius. 117. 32
Animo maturus & ævo. 427. 617
Anima anilis, pro ſpiritu, & ambulacro. 429. 643
Animus in curſus varios abit. 454. 152
Anemone. 538. 739
Aper fulminis. 29. 305
Apidanus. 48. 580. *Theſſal. fluv.* 314. 228
Aper Calydonius. 404. 282
Apor fulminens. 563. 368
Apertus pontus. 565. 397
Apes unde reparentur. 771. 865
Apertus, ſe probens. 597. 100
Aqua probationis. 769. 320
Aquas mulcere. 31. 331

Aquilo

Digitized by Google

Aquilo Orithyam amat; eademque potitur. 310. *Fab.* 8.
Aries aureus. 327. 151
Argumenta voti: id eſt, dona ſuperis promiſſa & perſoluta. 435. 745
Argus ſtellatus. 53. 664
Ars latet arte ſua. 611. 252
Arte potentior mali moles. 571. 494
Arma ratis. 572. 513
Arethuſa, Nympha Sicilia. 253. 487
Aſcalaphus in bubonem propter indicium. 25. 539
Arva Cyclopum inarata. 689. 2
Aſtraa relinquit terras. 19. 150
Athos, Macedonia mons. 73. 217
Atlas laborans. 71. 296. *Feſſum Perſea recipere hoſpitio noluit, ideoque in ſaxum converſus.* 206. *Fab.* 17. *Japetionides.* 207. 631
Atalanta. 529. *Fab.* XI.
Athamas. 151. 564
Aurea tempora, argentea, aenea, ferrea. 17. 114
Ab Aure *dextra librare telum.* 79. 311. 97. 625
Aurea poma. 207. 637
Auribus haurire. 676. 787
Aurum volubile, pomum aureum. 534. 667. *Fab.* 12.
Autolycus. 559. 314
Avis vanum omen. 95. 597

B.

Balearia funda. 104. 727
Battus. 101. 688
Bacchus femori Jovis inſutus. 136. 312. *ejus contemtores puniti.* 148. 514. *ejuſdem ſacra.* 149. 517. *Semeleïa proles.* ibid. 520. *Bacchanalia.* ibid. 528. *Ignigena.* 165. 12. *Cornutus.* 166. 19. *Victor orientis.* ibid. 20
Baccharum furores. 198. 511
Baculo ſuſtinet infirmos artus. 269. 27
Babe, Theſſaliæ urbs. 335. 231
Belides. 195, 462. 498. 44
Bellua Andromedæ abſumtura. 211. 688
Berecynthius Midas 547. 106
Beroe. 135. 278
Bubo diva avis. 256, 550. 295, 431. 522, 453
Bucera armenta. 292. 395
Buſiris. 456. 183
Bubaſus Cariæ regio. 483. 643
Bubaſtis, Diana. 487. 690
Biblis & Canmus. 471. *Fab.* XI.

C.

Cadmea victoria. 222. 95
Cadmus. 123. 115. & 122
Cacus. 457. 198
Caſtuum pugna. 228, 107. 405. 301
Calchas Theſtorides. 592. 19
Calcitrat moriens arenam. 606. 239
Callifto. 88. 478
Campus maris. 10, 41. 562. 356
Canis utilis naribus. 129. 212
Cantata herba. 324. 98
Capaneus. 470. 404
Capillos ſectos. 148. 506
Capite inclinato timidus. 499. 65
per Canos *ſuos orare.* 519. 391
Carchefium. 611. 326
Capharea clades. 718. 472
Carmine ſanare mentes. 519. 397
Caſtalius fons. 116. 14
Caſſiope de pulcritudine certat Najadibus 210. 669
Caſſis equinis fulva jubis. 596. 88
Cauſa via. 262. 651
Caucaſus. 438 798
Cecrops biformis. 93. 555
Cereris ſacra: καναφόρια. 103. 711
Cervus vivax. 128. 194
Cephiſos. 138. 343
Cephenes, proceres Æthiopiæ. 221. 1
Ceres. 242. 341. *Proſerpinam anxie quærit.* 250. *Fab.* 7.
Cede Deo. 269. 32
Cedere cœlitibus. 277. 551
Cephalus & Procris. 367. *Fab.* 27. *Conjugem Procrin per imprudentiam inevitabili telo interficit.* 378. *Fab.* 28.
Cenſu in viſcera demiſſo. 641. 846
Cervus Virgilii. 502. 110
Ceyx in mari perit. 566. *Fab.* 10.
Centimani gigantes. 21. 183
Chaos. 7. 7.
Charybdis. 322. 63
Chiron geminus. 97. 630. & 633
Chimarifera Lycia. 289. 339
Chimæra. 483. 646
Chione. 559. 301

Cunctas resolvere vestes. 35. 382
Citharon. 159. 702
Cinis qui rogis supereſt. 174, 166. 628, 616
Cinyras, Aſſyriorum rex. 373. 98
Cicones. 313. 710
Cinyra felices. 514. 299
Circus apertus. 597. 102
Ciaros. 42. 516
Citiorius lacus. 769. 322
Clymene, mater Phaethontis. 576. 204
Clytie in Heliotropium. 179. *Fab.* 6.
Clypei dominus ſeptemplicis. 631. 2. *cœlatus imagine mundi.* 637. 110
Corycides Nympha. 30. 320
Conſeſſu medius. 63. 31
Coronis Lariſſæa. 93. 542
Cornua vana. 112. 855
Cothurnus. 126. 168
Copia noſtri. 141. 391
Copia me inopem facit. 145. 466
Comitatus, comitavit. 634. 55
Componi tumulo eodem. 174. 157
Colophon, Lydiæ urbs. 268. 8
Convitia. 263. 664
Coralium. 775. 416
Corinthus, Ephire. 347. 391
Contra, pro è regione. 262. 587
Concepta verba. 362 593
Coma ſtant arrectæ. 365. 631
Corona Ariadna in ſidus. 397. 178
Convicium. 464. 302
Corpus erat. 513. 289
Complecti colla lacertis. 520. 407
Commune gentis pro univerſo populo. 592. 7.
Cratæis, Scylla. 674. 749
Crateres Ætna. 294. 424
Croto, Herculis hoſpes. 748. 8
Crudus. 179. 240
Creta ἑκατόμπολις. 355. 481
Crete, incunabula Jovis. 390. 99
Cunei navis labant. 572. 514
Cures. 748. 7
Cycnus Ligurum rex. 83. 377
Cyane Nympha Plutonem inhibere conatur. 248. 409
Cycnus ab Achille victus. 799. 135. *Duritiescorporis.* 600. *Fab.* 4. & 5.
Cytoriacus mons. 276. 132
Cyparissus, puer formoſissimus. 502. 106
Cybeleia frena. 536. 704
Cyclopes impii, neſciunt Jovem. 679. 844. & 857.
Cygni an canant? 716. 430

D.

Dædalus. 395, 159. 397. *Fab.* 3.
Danae auro pluvio concepti Perſea. 205, 610. 211, 697. 547, 117.
Daphnis, ob temeratam conjugis fidem, in ſaxum converſus. 180. *Fab.* 7.
Debebit ſe tibi Jaſon. 320. 48
Deducere carmen perpetuum. 6. 4
Depoſcere ad ſupplicium. 23. 200
Deſolata terra. 32. 340
Delabi ab æthere. 50. 668
Deficere, cum accuſandi caſu, non cum dativo. 83. 382
Demetit enſe caput. 258. 104
Deus eſt animus. 388. 72
Deſtringit ſummum corpus. 411 382
Deianira zelotypa. 454 139
Deripuit pro diripuit. 483. 617
Deucalion, Promethei filius. 30. 318
Demittere vultum. 418. 367
Decima unda. 573. 530
Diana ira virginis ſanguine placanda. 595. 29
Diſcordia ſemina rerum. 7. 9
Dictæa terra, Creta. 115. 2
Digitos Baccho dignos. 143. 421
Digitos amentis indere. 377. 718
Dignari virum. 408. 326
Digitis inter ſe pectine junctis. 464. 299
Diſcordia tanta menti, pro mentis. 483. 629
Diſci certamina. 506. 177
Domare carnes ferventibus undis. 429. 630
Draco ſervat aurea Atlantis pomaria. 128. 646
Draco pervigil. 327. 149
Dracones Cereris jugales. 438. 795
Dolon. 645. 244

E.

Echo. 139. 361
Echidna. 438. 69
Elementa quatuor. 764. *Fab.* 4.
Elis, urbs Peloponneſi. 181. 679
Eliadum palma. 102. 690
Elpenor nimius vini. 705. 213
Enſem vagina liberat. 302. 511

Digitized by Google

Emicat. 59. 776
Epaphus. 58. 748
Equi solis pulsant pedibus Olympum. 299. 487
Erinnys. 25. 241
Erichthonii ortus. 93. 553
Erisichthonos fames dira. 440. 824
Europe à Jove rapta. 113. 871
Eurydice. 496. 8
Evoe, clamor Bacchantium. 305. 597
Evenus, Ætolia fluvius. 452. 104
Exuere humero pharetram. 86. 419
Exhibita est Thetis. 557. 264
Exercere ferro dolorem. 622. 534

F.

Fauni, rustica numina. 22. 192
Facem jactare & ignes concipere. 198 507
Falsi cani 268. 26
Facere lanam. 269. 31
Faces tenuere Eumenides. 295. 430
Faciem repatens. 299. 491
Falx ahena in magicis. 334. 227
Faces nuptiales quinque. 495. 6
Fastidire. 739. 762
Fatum omnes manet. 497. 33
Fax lacrymoso stridula fumo. 496. 6
Da Fœmina ne sim, omnia præstiteris. 604. 203
Ferrum candens stridet lacubus. 608. 279
Ferrugine cincta. 109. 798
Feri ira, non fera. 410. 355
Femina justo digna conjugio. 433. 704
Finis vitæ spectandus. 124. 135
Fibula mordebat vestem. 408. 318
Flere vacat. 519. 387.
Fluctibus variis agor. 416. 470
Flamma ter accensa, quod felicis ominis. 513. 279
Formica, graniferum agmen. 365. 638.
in homines conversa. ibid.
Fortunam Lacedæmones admotâ capulo manu invocabant. 388. 73
Fremere assensu. 23. 199
Frena navium. 72. 185
Fulmen. 12. 56
Fulminum genera. 136. 305
Furia sorores nocte genita. 193. 450
Funda Balearia. 712. 708
Furialia Bacchi arma. 305. 591
Funalia. 606. 247
Funus. 363. 606
Fulmen ab ere venit. 404. 289
Furia. 417. 481
Furca, cervi lignei. 432. 700
Furia crinita. 517. 349
Funera quos manent, beati. 574. 549

G.

Gallus, ales cristati oris. 577. 597
Ganymedes. 504. 155
Genua, sedes misericordiæ. 459. 216
Gemitus spissi. 525. 508
Geryon, pastor Iberus. 456. 144
Gigantes. 19. 151
Glandes excussa contorto verbere. 376. 777
Glaucus urinator. 682. *Fab.* 9.
Grator, & gratulor promiscuè usurpantur. 460. 244

H.

Habere virum optas. 517. 364
Haret amor. 142. 395
Haret pede pes. 448. 44
Halyaetes. 393. 146
Hamadryades. 55. 690
Harpe, Mercurii ensis. 226. 69
Harpyiæ fugantur & convertuntur à Borea filiis, Calai & Zelbe. 317. 3
Haustus arena. 660. 526
Hecate. 322. 74. *Triceps.* 332. 194. *Triformis.* 324. 94.
Hecateïa carmina. 692. 44
Hecuba in canem conversa 662. 568
Hedera flexipedes. 501. 99
Heliotropium. 180. 269
Hercules in cunis angues superavit. 439. 67
Hercules Aonius. 452. 112. *Induitur Lernæa virus Echidna.* 455. 158. *Labores.* 456. 183. *clava, insigne aliquod.* 460. 236. *combustus in OEta.* ibid. *Fab.* 4.
Herfilia Romuli conjunx. 744. *Fab.* 20.
Hermaphroditus 182. *Fab.* 11.
Hippolytus vita restituitur ab Æsculapio. 98, 645. 780, 497. *perit imprecatione patris.* 781. 505
Hippomanes, Megareus. 534. 659

Digitized by Google

Hippotades. 568,431. 209,662
Homo divino semine factus. 14.78
Hora solis ministra. 63.26
Humorum mordere ora. 448.61
Hyantius. 125.147
Hyacinthus. 505. *Fab.* 5. *Ex Telamonis Sanguine natus.* 508.207
Hyacinthia. 509.219
Hydra πολυκέφαλος. 439. 71. *Crescens malo.* ibid. 74
Hymenæus. 493.795

I.

Jacet. 56.720
Jacens locus. 216.771
Iasem. 317. *Fab.* 1.
Iambe. 491.759
Ibis avis. 242.331
Icari penna defluunt. 400.225
Ignibus ignes compescere, 79.313
Ignovos fortuna premit, fortes metuit. 388. 73
Imminet tergo. 44.541
Impatiens via, ira, &c. 287.322
Implere animis, pro hortari, animos addere. 325.120
Impietate pia. 417.477
Inachus. 48.583
Indigetes qui. 728.608
Ingratos odores, ingratus cinis. 97.627
Ino. 200.542
Insatiata ira. 307.627
Indutta cornibus aurum victima. 329.161
Inferia inanes. 591.3
Inconsti succos. 338.265
Indutta aurum Juvenca cornibus, pro imbuta. 512.270
Infamis austri. 621.510
Intabescit cor. 107.780
Intentata, non tentata. 530.585
Invidia. 106.760
Iole. 453. *Fab.* 3.
Jovi taurus mactatur. 601.151
Jovis armiger. 505.158
Iphis Anaxareten amat & sese suspendit. 785. *Fab.* 17.
Iphigenia, Mycenis. 593. 34. *pratextu nupturum mittitur ad mortem.* 641.193
Ira absumit vires morâ. 159.693
Ira memor. 626.583
Iris mille colorum. 576. 589. *arcuato amne.* 576. 590. *Nuncia Junonis.* 27.270
Irritamen amoris. 153.133
Ismenides, Thebana. 161.733
Isthmos bimaris. 349.405
Itys. 306.620
Juno à Jove suspensa in aere. 9.28
Jurare per Stygia flumina. 22.188
Juga, pro equis jugalibus. 67.109
Juvenca, intacta, nondum passa jugum. 116.11
Jupiter amplexu Junonis adit Semelen. 135.293. *in cycnum conversus.* 274.101. *Danaen capit pluvio auro.* 275.113
Judicium pro sententia. 433.706
Justi anni. 489.36
Ixionis orbis. 498.42

L.

Labes, pro ruina. 92.537
Labascit. 307.629
Lacteæ via. 20.168
Labyrinthus. 391.118
Lapytharum pugna. 605.219
Ladonis amnis. 55.702
Lanugo dubia. 469.398
Latona ob adulterium à Junone juncta. 287. *Fab.* 5.
Laurus Apollinea 45, 553. *Insubida.* 501.92
Lecto posito dant oscula. 421.537
Lætata corpora. 119.55
Lerna. 49.597
Libera patientia. Libera mora. 263.607
Lichas. 455.355
Linigera, pro Niligena. 58.747
Linea, sive gradus amoris. 169.59
Linea summa. 375.768
Liriope, Narcissi mater. 338.343
Liquitur cor uti nix. 107.780
Longus anguis. 438.63
Loquax. 139.357
Lotos aquatica. 486.343
Lumina flagrant. 185.347
Luna veneficarum præses. 331. 179. *Ecclo devocata.* 607.263
Lunaria cornua. 486.487
Lux tardè discedens. 172.91
Lycanthropos. 338.270
Lycaon. 23.198
Lycæus. 24.217

Lyæi.

Digitized by Google

Lyncei, regis Scythia metamorphoſis. 261 *Fax.* XI.
Lyrceia arva. 49. 598

M.

Mæander. 395. 162
Manala. 24. 216
Manades. 542. 22
Magica artis perita, ſolis filia dicta. 686 968
Manco te, & tibi. 8. 17
Manto, Tireſia filia. 278. 157
Maniſeſta ſibi. 445. 463
Marathon. 350. 434. *Marſyas.* 291. *Fab.* 6.
Marmacas, Æthiopes, 229. 125
Materna pars, pro corpore Herculis. 461. 251
Memnon, Aurora filius ab Achille caſus. 663. *Fab.* 3.
Meduſa caput, quare homines in ſaxa converterit: Philoſophica alluſione. 219. 802
Medea fruſtra repugnat amori. 317. 11 *Æſoni juventutem reſtituit.* ibid. *albos capillos in nigros vertit, vi herbarum.* 339. 288. *Bacchi regatu, Nymphas, nutrices ejus, ad juveniles annos reduxit.* 346. *Fab.* 3. *Peliam recoquit.* 340. *Fab.* 4. *Æetias.* 342. 326. *Draconibus ablata, venit Corinthum.* 344. 350
Memorare tamen perpetiar. 718. 466
Menſa prima & ſecunda. 452. 92
Menti tanta eſt diſcordia. 522. 445
Mercurius. 105. 743. *de Dis non triſtibus, vincula Martis in ſe transferri optat.* 176. 187. *Atlantiades, caduciſer.* 428. 627. *cum talaribus, & quare.* 559. 312
Meropes. 72. 184
Midas Baccho reddit Silenum. 546. *Fab.* 3. *Stultè tactu ſuo fieri aurum optat.* 547, 100. *Aures ejus aſininæ de pravo judicio.* 549. *Fab.* 4. *Proditur auritus à tonſore.* 551. *Fab.* 5.
Metamorphoſeon, pro Metamorphoſis. 5. 1
Mille rates Græcorum. 592. 7
Miſera video proboque, ſequor deteriora. 319. 20
Minerva mactatur vacca, Mercurio vitulus. 601. 151
Mentis quoque viribus haſtam miſit. 613. 369
Milo ſenior flet. 762. 229
Milvus, non milvius. 104. 716
Minos Athenas obſidet. 253. 456. *idque propter eadem Androgei.* ibid.
Minotaurus. 395. 155
Moderatius, pro moderantius. 42. 510
Molem & montes, 28
Molaris lapis. 119. 59
Moles, pro ſcopulo. 62. 12
Moly. 707. 291
Mora non libera. 69. 143
Mors ſomno continuatur. 611. 325
Morſus vanos exercere. 377. 786
Monumentum. 235. 227
Morpheus, ſimulator figura. 580. 634
Munychia. 103. 209
Muſæ turpiter ſolicitatæ à Pyreneo. 236. *Fab.* 4. *Pœna ejuſdem.* 238. 274
Muſarum certamen cum filiabus Pieri. 239. *Fab.* 5.
Mundi deflagratio in fatis. 26. 256
Muſtela an ore pariat? 465. 323
Mydonides, Phrygia. 270. 45
Myrmidones ex formicis. 354. *Fab.* 25. & 366. 654
Myrrha 514. *Fab.* 10. *partum malè amat.* 516. 336

N.

Nabathæa regna. 12. 61
Najades mutata in inſulas. 422. *F.* 5.
Narciſſus unde dictus. 139. 346. *Si ſe non noverit.* ibid. 148. *in florem converſus.* 148. 509
Naſamoniaci. 230. 129
Natus de tigride. 482. 612
Natura, an pro Dea. 9. 21
Navis prima. 314. 721
Navis geminis ordinibus, biremis. 569. 462
Naxos. 155. 636
Nectare odorato ſpargit corpus. 179. 250
Neptunus & Apollo Trojam Laomedonti condunt, pretio pacto deceptis. 552. *Fab.* 6.
Neſſus. lib. 9. *Fab.* 2.
Neſtoris triſecli ætas. 603. 188. *ejuſdem ſenilis loquacitas.* 618. 446
Nidi pendentes. 585. 746
Nilus. 37. 422. *Septemplex.* 233. 187. *habens ſeptem cornua.* 492. 773
Niobe in ſaxum. 277. *Fab.* 4. *Ejuſdem paſſiones. proverb.* 285. 276.

Digitized by Google

Nitens juvenci. 50. 610
Nisi crinis fatalis. 389. 85
Noctua Minervæ sacra. 94. 564
Noctis silentium. 331. 186
Nonacria, Atalanta 414. 426
Notare, notis scribere. 478. 523
Nova monstra 38. 437
Nova, pro miris. 63. 31
Certè ego me Novi: si se non noverit, id est, si formam non viderit suam. 678. 840
Nubigena. 604. 211
Nudipedalia magarum, item Nyctelia. 331. 183
Numa Pythagoram audivit. 747. 4
Nuptiæ apud veteres tribus fiebant modis. 387. 54
Nuptiis non faces duntaxat præferebantur, sed & ara adhibita, & sacra facta. 604. 215
Nympha, Dearum ministra. 22. 193
Nyctelia. 331. 183

O.

OBsessi artus. 261. 632
Obscura vates ambagum. 374. 761
Occupat currum juvenili corpore. 70. 150
Oculis profanis sacra spectare. 160. 710
Oculi in morte gravati. 373. 145
Oculi in amore duces. 712. 373
Oestrum pellicis Argelica. 57. 726
Oeta. 455. 165
Olenia fidus, Amalthea, inter sidera recepta. 153. 594. *Oliva popularis.* 356. 498
Olivi, pro olivæ. 506. 176
Ope sisus equina. 452. 125
Opus habere, date bibere, &c. constr. Gr. 517. 364
Ora fontium. 28. 281
Oreades, montium nymphæ. 438. 787
Orci nevi incola: anima recentes. 417. 488
Orpheus. 495. 3. *à Thraciis mulieribus discerptus.* 541. *Fab.* 1. *Primus Liberi patris sacra in Graciam induxit.* 545. 68
Ortygia. 254. 499

P.

PAlastini. 168, 46. 230, 145
Palamedes injuria damnatus. 635, 60
Palicorum stagna. 248. 406
Palæstra nitida. 283. 241
Palladium. 650. 337
Pallas perpetua gaudet virginitate. 95. 579
prælio intervenit, prudentia. 224. 46. *item & Ulyssi adfuit contra proces.* ibid. *Ejus arbor.* 288. 335. *Palladis lances.* 403. 275
Palilia, sive Parilia. 740. 774
Pandion, rex Athenarum. 295. 466
Parca, triplices Deæ. 99. 654
Paris Achillem telo interficit. 627. 606
Paros marmorea. 354. 465
Parthenope, Neapolis. 695. 101
Pasiphaë, filia Solis. 482. 735
Peleus. 556. 260
Pegasus. 217. 785. *Ejus Hippocrene.* 237. 210
Pectora salientia. 426. 606
Penthesus. 148. 514
Pestis descriptio. 35. 515
Perseus avo regnum restituit. 236. *Fab* 3. *ejus nuptiæ cum Andromeda.* 221. *Fab.* 1. *pugna ejusdem.* 223. 30. 204. *Fab.* 16. 209. *Fab.* 18. 214. *Fab.* 19.
Pelias hasta. 596. 74
Perimele ab Acheloo vim passa. 425. *Fab.* 6. *è saxo præcipitatur à patre in mare.* ibid.
Periclymenus cum Hercule pugnat. 622. *Fab.* 6.
Phocæ. 29. 300
Phœronis. 53. 668
Phocis. 94. 569
Philomela commenta funera. 303. 565
Philemon & Baucis. 426. *Fab.* 7. *&c.*
Philoctetes, Paantia proles. 634 45. *ab Ulyssi ad Trojam cum telis Herculis adductus.* 653. *Fab.* 2.
Polyphemus Galateam amat. 671. *Fab.* 8. *Lumen perdit.* 675. 772
Phaacum felicia pomis rura. 671. 718
Picus, in avem. 709. *Fab.* 7.
Pierides in picas. 263. *Fab.* 12.
Pitane, Urbs Æolia. 344. 357
Plangebant pectore terram. 123. 125
Plurimus, magnus; plurima cervix, plurima nox. 424. 582
Plurimus sol. 692. 53
Plumbum incandescit, belearia fundo conquescit. 104. 728
Polydorus interemtus. 655. 412

Poly-

Polyphemus incurſat rupibus. 701. 190
ſocios Ulyſſis devorat. 701. 205
Polyxena generoſe moritur. 656. 457. & 465
Pœniceas, non Phœnicias. 597. 104
Porrexit in herbis. 337. 254
Populabile. 461. 263
Poma, Veneris ſymbola. 533. 650
Portus manufactis deſcriptio. 584. 728
Progne, vel Procne. 295. 428
Procris. 369. 694
Prohibere aditu, non aditus. 595. 66
Prohibere aquis, non aquas. 289. 349
Prætendere, non protendere. 409. 341
Proteus. 434. 731
Prædelaſſat. 584. 730
Priamus miſer. 591. *Fab.* 1.
Prometheus. 14. 82. *Ignem diviſit mortalibus.* 33. 363
Proteſilaus haſta Hectoreâ fataliter cadit. 595. 67
Proſecta. 601. 152
Prona via. 65. 67
Proteus. 62, 9. 434, 731
Proſerpina rapta. 247. 395. *Granum pomi apud inferos guſtavit.* 255. 536. *partem anni cum plutone, partem cum Cerere matre vivit.* 257. *Fab.* 10.
Prudentia ab annis. 269. 29
Pretenta, non protenta. 572. 511
Pugnare alicui, pro cum aliquo. 8. 19
Pſecas. 127. 172
Pulvere canitiem fœdare, quod in magno luctu fiebat. 420. 528
Purpureum evomere animam. 283. 253
Python. 38. 438
Pyramis & Thisbe. 169. 55
Pygmæi fatum. 273. 90
Pygmalion. 511. 243
Pythagoras. 751. 60. *Ejus dogma.* 757. *Fab.* 3.

Q.

Quadrijugo curru, pro triumphali. 462. 272
Quercus Jovis. 46. 563

R.

Remos hedera impediunt. 156. 664
Recurſum non habent mea tela. 481. 593
Reducta haſta. 599. 132
Rejici de corpore veſtem. 447. 32
Repens, pro recens. 594. 61
Reperta non inventa. 52. 654
Retracto, revolvo. 371. 714
Reverentia fama. 479. 555
Rhamnuſia, Nemeſis. 142. 406
Rheſus. 636. 98
Rex Patrem vicit. 593. 30
Romana conditor urbis. 745. 849
Rude pectus. 489. 719
Rumpere ſilentia. 35. 384
Rumor non fabulæ. 529, 561
Ruſtici in ranas. 287. *Fab.* 5.

S.

Sagitta Herculis. 460. 233
Salmacis fons infamis. 182. 285
Salmacis obſcœna unda. 768. 319
Samos Junonia. 400. 220
Sanguinea de arbore gutta. 466. 344
Saturnus à Jove multatus. 17. 113
Saturnia Juno, quoties nocturna venit. 456. 176
Sariſſa Macedonia. 619. 466
Scaligeri inclemens cenſura in Ovidium. 6. 1
Scitus, peritus. 452. 108
Scylla. 322, 63. 673, 730. 693, 59
Semele. 134. 74
Septem Triones. 12. 64
Serpentis Martii tres micant linguæ. 117 32. & 34
Serpentem Dani vident devorare novem volucres, ſymbolicè. 592. 13
Serpentis Cadmæi dentes. 122. 105. & 110. *gemina lingua.* 203. 586
Serpens, poſita cum pelle ſenecta, novus. 461. 266
Sibylla vivax. 696. 107
In Sinu *juvenis poſita cervice renidens.* 528. 558
Situs, combuſtus & tumulatus. 80. 326
Silenus, Bacchi alumnus. 167, 26. 546, 90
Siſyphus. 194. 459
Sinis, magnis male viribus uſus. 351. 440
Siſtra. 487. 692
Solatium mortis, à forti viro cecidiſſe. 596. 80
Sol omnia videt. 59. 769
Solis regia. 61. 1

Solis

Solis radii repercussi. 67. 810
Solis equi vescuntur Ambrosia succo. 68. 120
Soror pro consobrina. 33. 351
Sortes, pro oraculis. 34. 368
Soveria oscula. 185. 334
Sortes Lycia. 529. 567
Somno victa jacet. 555. 238
Somni domus. 577. 573
Somnum cura fugiunt. 579. 623
Somni porta. 579. 626
Sorte legi. 705. 251
Spatium. 377. 783
Spherchoas, pro Sperchens. 48. 579
Spirare supra vires. 243. 348
Spoliis hostium antiqui heroes ornabant atria sua. 394. 154
In Statione *manent oculi.* 51. 627
per Stygia *flumina juravo.* 63. 46
Statione culi exit. 68. 115
Sputantem, pro spumantem. 607. 256
Stellio pher. 251. 460. & 61
Stymphalus, Arcadia rex. 258. 585
Stryx, avis funesta. 338. 269
Studium anile. 430. 660
Stamina, chorda in lyra. 551. 169
Substricta ilia. 129. 216
Superare, superstitem esse. 145. 470
Sublimem rapite. 159. 694
Subigere opus digitis. 268. 20
Succincta comas. 502. 103
Surdior aquoribus. 677. 804
Symplegades, Cyanea petra. 321. 62

T.

TAlaria Mercurii. 53. 671. 105, 73
Tantalus. 498. 41. *Garrulus, punitus.* 292. *Fab.* 7.
Tartara inania. 581. 670
Tauriformis Achelous. 450. 80
Taygetes, Pleiades. 153. 595
Tauri aripedes. 325. 165
Tegmen capillis sumere. 54. 672
Telum vitare, exire. 226. 68
Telamon. 553. 216. *Potitur Hesione.* 532. 217
Telemus Eurymides. 675. 770
Tempestas arte potentior. 571. 499
Tellus librata ponderibus suis. 8. 13
Terra, magna parens. 35. 393
Terra filius. 50. 615
Terra omnipatrens. 77. 275
Ter senem lustrat. 337. 261
Terra recedit, navis videtur stare. 569. 466
Testa cava carina. 572. 524
Themis fatidica. 31. 321
Theba. 124. 131
Thebani anguigenæ. 150. 131
Thyrsus. 150. 140
Thesei laudes. 350. 433. *interficit Minotaurum Ariadna monente.* 394. *Fab.* 2.
Thracia mulieres, quæ Orpheum dilacerverunt, in aliores conversa. 545. *Fab.* 2.
Thetis, mater Achillis. 554. *Fab.* 7.
Thesterides Calchas. 592. 19
Tibia multiforibus buxi. 601. 158
Tiresias. 13. 323
Tityus viscera prabet. 194, 456. 498, 43
Tibia Berecynthia. 542. 16
Tlepolemus, filius Herculis. 623. 537. *Rhodiorum ductor.* 625. 574
Tmolus judex. 550. 158
Triton cæruleus. 31. 333. *cornu.* 62. 8
Testa fruges, pro pane. 548. 120
Trinacria. 243. 347
Triplex mundus. 593. 40
Triptolemus. 262. 646
Tritonia. 276. 1. 107. 283
Troja mœnia bis perjura. 553. 215. *Tandem capta & incensa.* 653. *Fab.* 2.
Troja recidiva. 777. 452
Tuba, peditum. 15. 98
Non Tulit *ulterius.* 146. 48
Torris fatalis. 419. 518
Torus. 429. 615
Typhœa. 136. 351
Tyrrheni in Delphinas & aves. 153. 599
Tyrio saturata murice palla. 551. 166

V.

VAriare comas. 85. 412
Vacans animus, curis solutus. 482. 611
Velamenta supplicum. 558. 279
Velato capite supari adorantur. 35. 382
Vellus aureum. 328. 135
Venus Marti placita. 175. 171
Venus aurea. 513. 277
Veneficarum vis. 332. 189
Venter malè moratus. 752. 95
Ventos accipere à tergo. 593. 37

Digitized by Google

INDEX.

Verbena. 336.242
Vinclo innecte tenaci. 556.252
Violentia Turni, pro violento. 11.48
Viscera terræ. 18.138
Vitta. 85.413
Vittata vacca. 601.151
Vinum ζωρότερον. 215.764
Victoria dubia. 384.13
Vinclo propiore ligari, id est, connubiali. 479.549
Virgo grandis, puer bonus, ex Laconum disciplina. 489.717
Viperei dentes. 326.122
Viscera in viscera condi. 753.88
Ulysses & Circe 196. *Fab.* 5. *ejus socii in feras.* 714. *Fab.* 8.
Umbra non prenditur. 499, 58. 192, 435
Volumina serpentum. 65.71
Voluptas virûm & fœminarum in Lance. 137.320
Volubilitas capitis fracta. 617.434
Voluntas non iners. 431.78
Vulpes Tecmessia. 377.782
Vultus bonus 431.77
Vulgare corpus. 511.240
Ulysses & Diomedes Palladium furripiunt, intercipiunt Dolona, &c. 644.240
Vulnus amoris. 675.759

X.

Xanthus iterum arsurus. 75.245

Z.

Zanclea arena. 673.729
Zancle, Urbs Siciliæ. 690.5
Zodiacus. 69.130
Zona Proserpinæ. 252.470

FINIS.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google